2 dientiam cum ibi notatis, de rescrip. † Sed in casu nostro non fuit narratũ præcipuè ꝙ dictus Andræas inuestitus fuerit de dicto feudo, & stipulatus sit ab Episcopo pro se & suis, quod si fuisset narratum Papa ita de leui non concessisset, quia præiudicasset iuribus dicti Andreæ & descendentibus acquisitis ab Episcopo virtute dictæ stipulationis Andreæ prędicti, quia licet Papa præiudicauerit expresse Andreæ & filijs concedendo feudum Annæ & tollendo iura Andreæ, & filiorum quæ haberet in dicto feudo antiquo, licet enim Andræas fuerit priuatus successione dicti feudi quin habeat ex natura feudi anti. vt in c. 1. de gra. succes. in feu. tamen non fuit priuatus à iure quæsito virtute propriæ stipulationis & promissionis, de qua nulla habita fuit mẽtio, fortior autẽ dicitur istud ius ex propria promissione quam ius succedendi iuxta consuetudines feudi, vt voluit Glo. communiter approbata in l. 2. C. de iu. emphy. Nã potentior est prouisio hominis quam legis: vnde licet Papa concesserit præiudicando iuribus dicti Andreæ in succedendo, non censetur præiudicasse iuribus eidem quæsitis ex propria pro uisione vel non de leui cõcessisset: præsertim contra promissionem Episcopi iuxta l. 1. ff. de pact. & in cle. 1. ff. de constitu. pecu. & præsertim prædicta ꝓcederent, quia narratur in supplicatione aduersarij quòd dictum feudũ cõsueuerat transire etiam ad fęminas. quòd potest dupliciter intelligi, Primo quòd trãsit ad fœminas deficientibus masculis qui poterãt succedere, vt in tit. de eo qui sibi & hære. suis masculis & fœminis. Secundo potest intelligi, ꝙ cõsueuerat transire pariter ad masculos & fœminas quæ consuetudo vtroque casu est contra naturam feudi, vt in c. 1. de succes. feu. vnde consuetudo allegata quæ mouit Pontificem contra antiquas inuestituras quæ est facti, debeat probari sed fuit falsa iuxta notata in l. de quibus. ff. de legi. & in c. fi. de consue.
3 † Item si illa verba intelliguntur primo modo, prout supra extãt masculi succedentes, vt Andræas & filij, & secundum antiquas inuestituras inuenio quòd tãtum masculi sunt vocati, & sic falsissimum narratum fuit, vnde si Papa sciuisset non de leui concessisset. Postremo dico quòd intentio est Põtificis ꝙ per nullum mandatum, & per nullam cõcessionem Papa intendit tollere ius quæsitum alicui, ẽt si faciat motu proprio & certa scientia, vt est regula cancellariæ, & sub tit. de non tollẽdo
4 ius quæsitum &c. † Accedat etiam, quia clausula ex certa sciẽtia principis æquipollet clausulæ, non obstaatibus, vt l. Idem Vlpianus, & ibi Bart. & Bald. ff. de excu. tut. & per Io. And. & alios in c. nonnulli, de rescrip. si ergo Papa non vult derogare iuri quæsito ex certa scientia & de plenitudine potestatis, in casu nostro noluit p̃iudicare iuri quæsito dicto Andreæ & filiis virtute nouæ concessionis & stipulationis, ex quibus patet ꝙ in casu nostro deficit voluntas Pontificis.

Secundò probatur ꝙ deficit potestas in auferendo dictum feudum Andreę & descendẽtibus suis sine causa legitima, ista conclusio
5 probatur. † Primo quia sicut ꝑ rescriptũ principis non potest auferri dominium directum absque causa, vt plenè habetur in l. fi. C. si cõtra ius vel vtil. publi. Ita nec vtile potest auferri sine causa, ita dicit Bar. per illum tex. in l. 2. C. de fun. pat. lib. 11. igitur in casu nostro cũ sumus in laico subdito Regi non potuit Papa dictum dominium vtile dicto Andreæ aufer
6 re. † Secundo cõfirmatur per notata per Pau. de Cast. consi. 156. incip. in Christi nomine viso & examinato puncto cõtradicto super eo quod requiritur, an hæredes &c. vbi dicit ꝙ si ab Episcopo est concessum feudum ecclesię, primo vni Papa postea secundo loco concesserit alteri, non valet secunda concessio, vt in c. 1. §. 1. de inuest. de re. alie. fac. & in c. 1. de capi. contra. Nec obstat ꝙ dominium vtile dicitur acquiri de iure positiuo vel ciuili, vt in

c.1.de no. for. fideli. Quia respondeo ex verbis Bar.in extraua.qm̃ nuper, in verbo rebellãdo, vbi dicit ꝙ effectus vtilis dominij est de iure gentium,vt in §.fi.insti.de vsu & habi.Et istam opinionẽ Pau.de Cast.in d.cons. refert & sequitur illu. Doc. & præceptor meus Do. Alex.de Imo.cons.3.in 5.volumi.allegat etiã ꝙ not.Bal.in ca 1.de feu.sine culpa non amit.
7 vbi dicit per illum text. † ꝙ feudũ alicui sine causa auferri non potest.Item nec priuilegiũ vt ibi per eum, ergo nõ potuit dicto Andreæ feudũ & priuilegiũ auferri.Tertiò probantur prædicta ratione vrgenti per ea quæ cõsuluit Illust.Doc.D.Pe.de Anch.cõsi.suo mihi 125. incipien.in Christi nomine visis & diligenter insinuatis actis & actitatis &c. tale vtile dominiũ acquisitũ laicis in bonis emphytheoticis Ecclesiæ non põt dici ius ecclesiasticũ, sed ꝓphanũ,& ideo regulariter siue statuta laicorũ quibus subiacet,propter ꝙ dicit ꝙ quo ad vtile dominium cõcessio & stipulatio dictæ emphyteosis regulatur secundũ statuta laicorũ, vnde cũ casu nostro Andræas esset laicus & nõ subditus Papæ,& agatur de vtili dominio
8 ꝙ est res secularis & prophana † non potuit Papa iuri sui non subditi præiudicare,vt in c. cum ad verũ 96.disti. Quartò prædicta probãtur,quia si Andræas & filij sunt laici & nõ subditi Papę,sed Regi Francorũ & vtile dominiũ de quo agimus,sit prophanũ,nõ potuit Papa
9 eis præiudicare,†quia Papa in terris regis nõ habet iurisdictionem quo ad tẽporalia, vt in c.per venerabilem.§. rationibus, & ibi Inno. & alij qui filij sint legitimi, & per Host. & Io.
10 An.& alios in c.causam el 2.eo.tit. † Confirmatur hæc opinio quoniã dominiũ vtile feudi quod est proprium ipsius vasalli est de iure gentiũ,vt est glo·in l.ex hoc iure. ff. de iusti.& iure,quam sequitur Pet.& ibi ponderat Pa.de Cast.in repeti. & cõfirmat multis rationibus & legibus,quia licet quæratur ex cõtractu iuris ciuilis, tamen est de iure gentium, vt not. Bart.in d.l.ex hoc, ergo non potuit Papa sine causa auferre,vt notãt Inn.& Doc.in c.quæ in Ecclesiarũ,de consti.& legist in l.fi.C.si cõtra
11 ius vel vti.publ.† Pro his adduco,nam in feudo quatenus præscribatur contra Ecclesiã Romanam est necessaria præscriptio cẽtũ annorum,vt in c.ad audientiã,de præscri.quatenus aũt præscribatur cõtra vasallum præscribitur sicut in re priuati, quia cũ titulo & bona fide decẽnio,vel 30.annis,vel sicut contra laicũ,vt habetur in d.c.ad audientiam, præsertim per Abba.ibi in vlt.char, & sic patet ꝙ vtile dominiũ sit quid tẽporale ꝙ Papa nõ subiecto sine causa auferre non potest, ex quibus patet ꝙ cũ dictus Andræas haberet feudum ab ecclesia,nõ potuit Papa per solam affectionẽ q̃ habebat ad Cardinalẽ S.Clementis,Andræã laicũ nõ subditũ de tpali iurisdictione Cæsaris dñio suo vtili & tẽporali seu ꝓphano priuare.
12 † Tertio probatur,primo quia nos non sumus in feudo temporali, quo casu dictu s Andræas qui est priuatus feudo ẽt subditus Papę nõ potuisset sine citatione priuari,licet super hoc sint opiniones variæ, tñ cõmunior & verior est ꝙ non potuerunt priuari non citati à Papa procedẽdo in ciuilibus de plenitudine potestatis.Ita concludit D.Ant.& Io.de Imo. in cle.pasto. vbi ẽt casus in §. cæterũ,de re iu.
13 Nam Pontifex expresse declarat,† ꝙ ẽt in subditum princeps non potest de plenitudine potestatis supplere defectũ citationis quia esset auferre defensionẽ quæ est de iure naturali.
14 † Et ideo dicunt D.Ant.& Io.de Imo. ꝙ non valet statutũ vel cõsuetudo ꝙ quis nõ citetur ad sententiam, & licet tex. loquatur in causa criminali & grauị.tñ D.Ant.& Io.de Imo.idẽ dicit in ciuilibus grauibus in quibus agitur đ iure auferendo quæsito de iuregentium. Nã ratio illius tex.in qua se fundat Põtifex est generalis.s.quòd citatio nõ possit auferri & tolli, quia tolleretur defensio de iure naturali,
15 † vnde licet dictũ suũ sit speciale,ampliatur à sua ratione generali.l.pater.§. dulcissimis. & ibi Bar.ff.de leg.2.& no.per Bal.in l.cõuenticulam.C.de Episc.& cle.cum sim.Et hãc opinionem approbat Cardin.Floren.& sequitur Abb.d.c.1.de cau.pos.& proprie. & D.Abbas d.c.cum causis,de re iud.& Abb.in c. cum inter quatuor,de elec. c.causam,de præscript.& de mente Io. de Imo. & ibi hoc tenet Abb.in
16 c.cũ olim.de re iud.vbi adducit quòd † cũ citatio sit de iure diuino 2.q.1. Deus oĩpotens.
17 † cõtra istud præceptũ negatiuũ quòd nõ possit ꝓcedi parte non citata in casu in quo causę cognitio verti põt,Papa vel Imperator nõ dispensat, quia nunq̃ tali ꝑcepto reperitur in l. diuina dispensatũ iuxta no.per Imo.& doc.in d.c.quæ in ecclesiarũ,& per Bart.in l.oẽs populi.ff.de iust.& iur.& prędictam opinionem tenet etiam Bald.qui fuit sibi contrarius post glo.in l.fi.C.de legi.quẽ ibi sequũtur Paul.de Cast.& in præludiis feu. in 4. char. dum dicit arg.contra cle.pasto. de re iud.Et hãc opinionem approbat Ang.in l. princeps. ff. de legi. per tex.in cle.pastora.vbi dicit esse casum, & hanc opinionem tenet D.Ant.& Io. de Imo. in cle.1.vt lite pendente,& in cle.1.de iureiuran.vnde intelligatur contraria opinio in casibus in quibus Papa sine causa præiudicare potest,secus quando non potest, sicut quãdo vult dominiũ de iure gentium acquisitũ auferre.Et hanc opinionẽ approbat Card.Med. in cle.past.quia citatio non est sub regula potestatiua sed naturali. Primo ex parte iudicis in quo liquida causæ cognitio adesse debet,
18 † quia vnusquisq; eorũ quæ nouit bonus est iudex,vt primo ethicorũ scribit Arist. qđ sine præsentia fieri non potest.l.fi.C.si per vim vel

alio modo. Secūdo defensio ex parte partiū, quia dicit nō pōt defensio extraiudicialis tolli, vt l. vt vim. ff. de iust. & iur. ita nec iudicialis defensionis. l. facultas. C. de iure fis. lib. 10. sed pars se defendere non pōt nisi citet, & sic sine sñia vera vel interpretatiua, vnde cū per citationē ad defensionē perueniatur, subtrahere citationē non est aliud q̃ defensionē subtrahere, & subdit postea idē Doct. loquendo de plenitudine potestatis, ꝙ potestas est de genere bonorū. Nam posse malū nō est posse sed magis non posse vt dicit tex. de pęni. dis. 2. præcipimus, ver. caritas, addi enim debet plenitudo potestatis in dispositione pro bonis nō in damnum autem priuati; nā potius tunc dici debet tempestatis plenitudo, hanc ēt partem multum latè & subtiliter disputādo ad vtrāq; partem tenet gl. Io. mona. in extrauagan. Bonifa. 8. quæ incipit rem non nouam, cuius rationes multas & subtiles non refero, quia longa extrauaga. habentur in formis, & ita alias scripsi & ita cōsultum fuit vt dixi per multos Doct. in causa interdicti de qua supra dixi, & demū inter dictas cōitates mordent iterū idē consiliū. & hāc partem tanquā cōmuniorem & rationabiliorem consequi debemus maximè ne plenitudo potestatis causa sit nō leuis iniquitatis, & prædicta procedunt in subdito, ergo fortius in casu nostro, quia sumus in nō subdito vt determinat D. Ant. in cle. pastoralis, de re iud. & ita dicit se in q. de facto dixisse, & sequitur Io. de Imo. & D. Ant. & Io. Imo. in cle. ne Romani, de iureiur. pro hoc facit qđ voluit Pau. de Cast. cons. 281. incipiēte primū
19 dubium, vbi vult ꝙ † clericus quo ad bona tēporalia quæ possidet vt laicus, non iudicetur vt subditus Papæ sed vt non subditus, per hoc qđ dicit Io. de Imo. in cle. 1. vt lite pendē. vbi
20 dicit ꝙ † Papa Florētiæ nō pōt proprio motu declarare ꝙ hospitale priuatū sit publicū, & in laico non subdito Imperatori determinat Pau. de Cast. cōs. 56. inci. viso & examinato, & p hoc qđ voluit D. Ant. in c. constitutus,
21 de relig. domi. vbi † dicit ꝙ plenitudo potestatis Papæ non pōt in clericis exerceri respectu
22 bonorū patrimonialium † sicut princeps nō potest respectu nō subditorū, & ideo dicit D. Abb. ꝙ hoc dictum est singulare & non recordari alibi legisse, ad ampliationem eius est qđ dicit Inno. in c. in quęsitis, de sent. excom. qui voluit ꝙ in non subditum non possit exerceri plenitudo potestatis & nō præsumatur causa vt supra dictū est. Sed adhuc restat vnus scrupulus, qa qñ Papa procedit priuilegiando de plenitudine potestatis videtur ꝙ citatio nō requiratur prout videtur cōcludere gl. & Doc. in c. cū olim, de re iud. & tenet Bal. in l. fi. C. de fruc. & lit expen. ad fi. & quia actus concedendi priuilegiū est supremę potestatis & not. D. Ant. in c. cū dilecta, de confir. vti. vel inuti. & idē in c. veniens, de filiis presbytē. in quibus locis dicitur ꝙ priuilegium & dispensatio cōceduntur parte non citata. cum ergo in casu nostro dicatur concessum priuilegiū rescribēdo, videtur posse illud parte nō citata cōcedi potuisse. Sed ad hanc obiectionem rñdeo ꝙ prædicta non possunt procedere contra non subditū cui Papa etiam rescribēdo nō potuit præiudicare, vel dicamus ꝙ prædicta procedunt qñ rescriptū seu priuilegium sunt meræ
23 donatio. † ꝓut videmus in collatione beneficii in qua nemo citatur, vt in c. licet Episco. de præben. lib. 6. secus si decidunt controuersiam, vt sunt decisiones actus iudicii contradictorij ꝓut est in casu nostro, ex quo priuilegiū decidit lites vertentes inter vasallos, qa tūc regulariter requiritur citatio vt inquit Bal. in d. c. olim, quinimo ꝓcedunt p̄dicta qñ in impetratione rescripti altera pars non multū lędere-
24 retur ꝓut in casu nostro † qa tunc ēt in impetratione literarū requiritur citatio ſm Bar. in l. 2. C. de temp. appel. Vnde dicit ibidē Bal. ꝙ citatio partis non est vnū essentiale de cōcessionibus principū, sed bene postea in ꝓcessu ad vlteriora, & sic cōcludo ex omnibus prædictis ꝙ Papa non voluit præiudicium viduæ & filiis cum Papa fundauerit se ex eo ꝙ erat falsum cum nunquam secūdum antiquas inuestituras nec de consuetudine feudum trāsiret ad fœminas, & si voluisset non potuit priuare præsertim obstante defectu citationis &c.

Bartholomæus Socinus.

Vide de materia per eundem Soci. consi. 164. quòd incipit visa bulla, est in 2. parte & in vlti. parte Bononiæ impressa consi. 120. inci. memini me alias &c. & pro suprascripto cons. Soci. iudicauit Rota curiæ Roma. potissimè ea ratione vt dicitur quia habilitatio erat obreptitia cū in ea non fuisset facta mentio de agnatis, Et tandem causa concordata & data pecunia agnatis castrum remansit filiæ.

SEQVITVR ALIVD CONSILIVM D. Iasonis cuius secūdum dubium copiose concludit pro opinione consilij proximè præcedentis. Consil. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum conditionale conditione pendente non transmittitur.*
2 *Transactio etiam in filios impeditur per conditionis pendentiam.*
3 *Relictum nepoti quòd si decedat sine liberis reuertatur ad hæredem vniuersalem & interim vniuersalis hæres decedit ante restitutionem non debetur.*
4 *Verba sine hæredibus masculis in substitutione apposita de liberis seu nepotibus intelliguntur.*
5 *Verba sine descendentibus apposita in substitutione intelliguntur de nepotibus masculis testatoris.*
6 *Testator facere potest ꝙ fideicommissum conditionale transmittatur.*

7 *Ratio*

7 *Ratio quando nisi vnica reddi non potest pro expressa habetur.*
8 *Princeps habet plenitudinem potestatis nec licet dicere cur ita facis.*
9 *Princeps ex certa scientia supra ius contra ius & extra ius omnia potest.*
10 *Causæ primæ nulla est causa.*
11 *Disputare de potestate principis est crimẽ sacrilegij.*
12 *Principis plenitudini potestatis nihil resistit.*
13 *Potestatis plenitudo nulli est necessitati subiecta nullisq; iuris publici regulis est limitata.*
14 *Princeps potest contra ius & supra ius dispensare.*
15 *Princeps lex est animata in terris & potest ius tertij tollere.*
16 *Princeps in dubio iustum & verum velle præsumitur & omnes actus suos à iustitia poli & fori regulari.*
17 *Princeps iuri tertij derogare non præsumitur.*
18 *Causa semper præsumitur in principe & nu. 63.*
19 *Principis voluntas iusta esse censetur.*
20 *Motus principis habetur pro iusta causa.*
21 *Vani capitis est existimare principem non posse sine causæ cognitione vel sine expressione causæ præcipere.*
22 *Principis placitum quacunq; occasione iustificatur.*
23 *Princeps ex causa auferre potest dominium & res priuatorum.*
24 *Fœmina regulariter non succedit in feudo, nec nepotes ex ea descendentes, & nu. 25.*
25 *Dominus directus non potest confirmare feudum in filiam vasalli agnatis non consentientibus.*
26 *Testamentum nihil operatur in feudis.*
27 *Princeps non potest sine culpa auferre feudum vasallis.*
28 *Principem non decet beneficium reuocare.*
29 *In ore principis firmior debet esse veritas.*
30 *Inuestitus de feudo non potest pro libito deuestiri.*
31 *Feudum an sit contractus nominatus.*
32 *Inuestituræ tenor derogat omni naturæ feudorum & attendendus est.*
33 *Pactum de successione obuenienda in rebus omnibus immobilibus valet.*
34 *Priuilegium secundum non faciens mẽtionem de primo nullum est etiam si adsit clausula derogatoria.*
35 *Clausula non obstante nihil operatur quando plura obstant, sed debet in specie vnicuiq; derogari.*
36 *Priuilegia vel rescripta principis duo vel plura specialia continentia non valent.*
37 *Pactum quod certe res non deueniant ad certũ personarum genus valet.*
38 *Iuramentum addit robur & maiorem firmitatem.*
39 *Pacta de conseruando successionẽ in familia valent.*
40 *Transactiones reciprocæ grauamen nec votum captandæ, mortis inducere dicuntur.*
41 *Dispositio quæ simpliciter facta non valeret reciprocè facta tenet.*
42 *Transactiones tolli non possunt per rescriptum principis.*
43 *Clausula non obstantibus & aliæ clausulæ derogatoriæ nunquam extenduntur ad contractus vel alios actus iuratos.*
44 *Princeps iura tertij ex causa priuatæ vtilitatis non tollit.*
45 *Princeps non aufert iura priuati nisi facta debita compensatione.*
46 *Auferens ius alterius tenetur illi de proprio compensare.*
47 *Papa auferens beneficium ab aliquo cui contulit tenetur ei de æque idoneo prouidere.*
48 *Papa qui cogit episcopum episcopatui renũciare de bono cambio ei prouidere debet.*
49 *Princeps non debet vti plenitudine potestatis nisi ex magna causa.*
50 *Principis dispensatio sine causa facta est dissipatio.*
51 *Domini directi duo esse possunt vnus in vniuerso & alter in particulari.*
52 *Feuda singularia existentia in Regno Apuliæ sunt de dominio regis licet totum regnum sit feudale Ecclesiæ.*
53 *Actiones singulares competentes bonorum possessio sunt ciuiles.*
54 *Vasallus vasalli mei non est vasallus meus & num. 56. 57. 58. 59. & 60.*
55 *Homo hominis mei non est homo meus.*
56 *Libertus liberti mei non est libertus meus.*
57 *Homines baronis non sunt hominis regis baronis.*
58 *Subditus subditi mei non est subditus meus.*
59 *Clausula ex certa scientia nihil operatur in his quæ princeps præsumitur ignorare.*
60 *Clausula ex certa scientia æquipollet clausulę de plenitudine potestatis.*
61 *In feudis inter principem & vasallum quidam contractus formari dicitur.*

Præsens consultatio habet duas principales dubitationes, prima versatur circa bona alodialia, secunda circa bona feudalia. Prima disputatio est an Dominus Franciscus de Scarampis venire posset ad successionem bonorum alodialium vigore substitutionis fideicommissoriæ factæ in testamento Domini Ioannis Aui sui paterni. Secunda dubitatio est an per rescriptum Cæsareum nepotes ex filia fœmina Domini Ambrosij, succedere de iure possint in feudalibus excluso dicto Domino Francisco agnato proximiori succedente per lineam masculinam.

REDEMPTORIS crucifixi & gloriosissimæ Virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis. Circa primũ consultationis articulum videretur prima consideratione dicendum dictũ Dominum Franciscum non posse venire vigore dictæ substitutionis fideicommissariæ factæ in testamento aui paterni, quia cum in ea fuerit substitutus Dominus Petrus pater dicti Domini Francisci, sub conditione si Dominus Ambrosius decederet sine hęredibus masculis, & pendente illa conditione decesserit,
1 † planum est ꝙ fideicõmissum conditionale nõ transmittitur ad filios seu descẽdentes, fideicommissario decedente conditione pendente, vt est tex. in l. 1. §. fin aũt sub cõdi. & ibi Bal. & Raph. Ful. ad hoc notãt. C. de cad. tol. & in l. si ĩ ꝑsona, & ibi Bal. C. de fideicõ. ita tenet

 glo. ordi-

gl.ordinaria cõmuniter approbata ĩ l.1.& ibi Bar.& Doct.C.de his qui ante aper.tab.& gl. in l.hæredes mei. §. cum ita in verbo suscepisset,ff.ad Treb.Bal.in c.1.qui succ.tenea.in l.si pater,in 4.q.C.de insti.& substi.D.Ant.de Bu.
2 in c.Raynaldus,col.3.in fi. de testa,† pendentia enim conditionis etiã in filio impedit trãsmissionem.l.si cui legetur.§.1.& ibi Bald.& Floria.ad hoc not.ff.de leg.1.accedat tex. no. in l.in causæ.la 2.§.Pomponius.ff.de mino.& quod no.ibi Bal. ꝙ restitutio fideicõmissi faciendi alicui sub conditione non transmittitur ad eius heredem conditione pendente.&
3 † per hoc notabiliter infert ꝙ si testator relinquit aliquid nepoti,& adiecit ꝙ si talis nepos decederet sine liberis reuertatur ad hæredẽ vniuersalẽ, ꝙ si interim hæres vniuersalis decederet ante restitutionem non deberetur,sequitur D.Alex.in l.Gallus.§.etiam si parente. ff.de libe.& posth.& in l.qui liberis.§.hæc verba in 2.col.per illum tex.ff.de vulg.& pup.vbi reputat bene notandũ.Sed istis non obstantibus contrarium arbitror de iure verius stantibus verbis testamenti D.Ioannis, prout stãt ꝙ si cõtingeret alterum dictorũ Ambrosij & Petri,quandoq; decedere sine hæredibus scilicet masculis ex se legitime natis vel ꝓcreatis, aut descendentibus seu natis vel procreatis, superstitem dictorum Ambrosij & Petri, tali ipsorum sic decedenti substituit. per quæ verba apparet,ꝙ testator voluit bona sua conseruari in linea masculina & sic in agnatione iuxta l.1.§.pe.ff.de ventre inspic.Sed bona nõ possent conseruari in linea masculina nisi fideicommissum transmitteretur ad descendẽtes masculos, vnde quando ex aliquibus indiciis seu coniecturis apparet testatorem sensisse de nepotibus mascu.is, tunc fideicommissum conditionale ad eos transmittitut.arg.l. Lucius.ff.de hære.insti.Quia si testator de eis cogitasset,idem statuisset, iuxta glo. in l.tale pactum.§.fi.ff. de pactis, ita notat Bal.in d.l. 1.in vlt. col.C.de his qui ante aper.tabu.& in l.1.in secundo notab.C.vt actio.ab hæred. & contra hæredes & in l. cum ex filio in prin. & ibidem Imol.ff.de vulg.& pup.

4 † Secundo ad idem facit quia illa verba substituit,si alter dictorum Ambrosij & Petri decederet sine hæredibus masculis, necessario intelliguntur de liberis seu nepotibus, vt est tex.in l.ex facto.§.fi.& ibi glo.per Bar. & doc. ff.ad Treb.Glo.in cap.in præsentia,de proba. Bart. in l.1.C.si socius imperial. liberalitatis,
5 lib.10.† similiter illa verba descẽdentibus intelliguntur de nepotibus masculis testatoris, l.liberorũ.& l.cognoscere.§.1.ff.de verb.sign. c.vbicũq;,de pęnis, in 6.ergo cum testator in substitutione fideicommissaria fecerit mentionem de D.Petro eius filio & de hæredibus eius,certe tunc fideicommissum conditionale transmittitur ad nepotes & sic ad filios filij, ita formaliter decidit Bald.in l.si pater in 4.q. C.de insti.& substi. vbi formaliter dicit ꝙ licet suus regulariter non transmittat ad hæredem implementum conditionis,vt no.in l.testatore,in verbo claudius,de conditi.& dem. Istud est verum nisi testator fecerit mentionẽ de filio & hæredibus eius vt in casu præsenti.
6 †Nam secũdum eum testator potest facere ꝙ fideicommissum cõditionale transmittatur, vt in l.1.C.vt act. ab hære. & contra hær. sicut econtra potest facere ꝙ transmissibile nõ trãsmittatur. l. in cõditionibus primum locum,
7 ff.de conditio.& dem.† Tertiò accedat ꝙ ista substitutione facta decedenti sine hæredibus seu descendentibus masculis non potest assignari nisi vna sola ratio l.fauor lineæ masculinæ & sic fauor agnationis; ergo illa ratio habetur pro expressa iuxta glo.in l.quamuis. C. de fideicommiss. per quam gl. dicit ibi Bal. ꝙ quando in testamentis non potest reddi nisi vna sola ratio,illa habetur ꝓ expressa nec ista est interpretatio extensiua sed intellectiua secundum Bal.ibi.facit l.2.ff.de libe.& posth.l. fundus qui locatus.ff.de fun.instruc.Bal. in l. maximum vitium,in 4. col. C. de libe.præte. Bal.& Imo.in l.fi.ff.de hære.insti.

Circa secundam dubitationem an per rescriptum Cæsareum nepotes ex filia fęmina Domini Ambrosij de iure succedere debeat in bonis feudalibus excluso Domino Francisco agnato ꝓximiore, pluribus insistam pro veritatis enucleatione,quia in ea maior difficultas consistere videtur.Et quidẽ prima consideratione videretur dicendum dictos nepotes ex filia admittendos in bonis feudalibus propter verba multũ ampla & latas clausulas appositas in dicto priuilegio Cæsareo concesso dicto domino Ambrosio,præsertim consideratis illis verbis priuilegij, motu ꝓprio ex certa scientia & de plenitudine regiæ potesta-
8 tis.† Nam planum est ꝙ in Cæsare adest plenitudo potestatis; & postquã aliquid vult ex certa scientia nemo potest ei dicere cur ita facis secundum Bal.in præludiis feudorum in pe. char.& in l.fi.in 1.col.in fi. C. sen.rescin.non pos.& ante Bal.fuit verbum originale Spe. in tit.de legato.§.nunc ostenden.ver.89.per tex. in c.quãuis, de pęni.dist.1.ibi,quis tamen audet dicere Deo quare huic parcis, & gl. ibi in verbo Deo idem dicit in Papa & sic etiam in Imperatore,alibi dicit Bal.in c. cum super,in
9 1.colum.de cau.pos.quòd proprie,† princeps ex certa scientia supra ius omnia potest, & idem Bal.in c.ecclesia Sanctæ Marię,in penul-
10 tima colum.vt lite pend.† dicit ꝙ cum princeps sit causa causarum non est de eius potestate requirendum, cum primæ causę nulla sit causa quare illud quod primũ est aliud an-
11 te se habere nõ pot.† itẽ crimẽ sacrilegi est de poten-

potētia principis disputare.l.sacrile.C.de cri.
12 sacrile.†Item cū isto priuilegio Cęsareo adsit clausula de plenitudine ptātis, certe plenitudini potestatis nihil resistit ex quo ita sibi li-
13 bet secundū Bal.in c.1.in 11.col.de cōsti.†plenitudo .n. ptātis nulli est necessitati subiecta nullisq; iuris publici regulis ē limitata scđm
14 Bal.in l.2.in 7.col.C.de serui.& aqua.†Item princeps de plenitudine ptātis pōt supra ius & cōtra ius dispēsare, c.proposuit de concess.
15 præben.Item cum princeps sit lex animata in terris.§.pen.in auth.de consulibus,gl.in l.qa, ff.de iuris.om.iud.certe pōt ius tertij tollere, licet secus sit inferiore ab eo vt est gl.in l.con stitutus,in verbo à quocunq;.ff.de religio.do mi.& gl.in c.Eccl.q.1.& gl.in c.cōquestus, 9.
16 q.5.† & licet qñ essemus in dub. princeps nō præsumatur velle nisi illud quod est iustū & verū,& princeps p̄sumatur velle omnes actus suos regulari à iustitia poli & fori secūdū Bal.
17 in l.1.ff.de consti.princi.†Item in dubio princeps non præsumitur velle derogare iuri tertii.l.2.§.merito.& §.si quis à principe.ff.ne qd in loco pub.l.impuberi.ff.de admi.tu.l. nec auus.C.de emanci.libe.c.quamuis, de rescri. in 6.c.super eo. de offi. delega. tamen quādo volūtas Cæsaris est clara & certa ꝙ vult derogare iuri tertij,vt in casu præsenti, certe ei est standū,d.§.si quis à principe,& vt est dictū esset sacrilegiū tūc de eius potestate disputare,
18 †Item in principe semper p̄sumitur cā licet nō exprimat ꝑm Cy.& Bal. in l.rescripta in 2. q.C.de preci.Impe.offe.& Bal. in l.si testamētum.C.de testa.domi.Anto.de But.& Imo.in c.cū inter,de renun.& in c.constitutus, de religio.dom.D.Abbas in c.cum olim,in 2.col.
19 de re iud.† Item voluntas principis censetur iusta causa & est glo.& ibi Bart.in l.relegati in
20 gl.fi.ff.de pęnis.† Item solus motus principis habetur pro iusta causa secundū domi. Abb.
21 in c.nisi specialis.de offi.lega.† Item vani capitis est existimare principem nō posse præcipere sine causæ cognitione vel sine expressione causę secundū Inno.in c.ad aures,de tēpo. ord.quod dictum pro notabili refert & sequi
22 tur D.Abb.in c.si qñ,in fi.de rescri.† Item ad iustificādum placitum principis sufficit quęcunq; occasio secundum Bal.in c. Ecclesia S. Mariæ,in pe.col.vt lite pend.vbi refert ita facere Illustrissimum Dominum Marchionē Montisferrati nobilibus valmachæ quos tenet extra castrum causa per eū inuenta q̄uis
23 iniusta vt ibi per eum.† Item princeps potest ex causa auferre dominium & res priuatorū. l.item si verberatum,& ibi no.Ange.ff.de rei vendi.l.Lucius.ff.de euic.l.ꝙ semel.ff.de decre.ab ordi.fa.gl.& Doct.in l.fi.C.si cōtra ius vel vti.pub.& in l.fi.ff.de consti. princ.& in l. Barba.ff.de offi præt.& in l.quæ in ecclesiarū, de constit.Bart.in l.quæcunq; ad fi. per illum tex.C.de fide instru.& iure hastæ fis.lib.10.& in l.fi.§.fi.per illum tex.ff.de pig.actio.

Ista sunt in effectu & in substantia principaliora & vrgentia fundamenta, quæ pro nepotibus filię d. Ambrosij adduci posse videātur, sed præmissis & aliis similibus non obstantibus censeo omnem æquitatem & omne ius militare pro D. Francisco ex pluribus & variis fundamentis infra deducendis,ex quibus apparebit corruere omnia in oppositum ad-
24 ducta.† in primis ergo facit quia in feudis regulariter fœminæ nō succedūt nec pater potest in testamento aliter disponere, c.in prin. & §.filia de succes.feu.c.1.§.cum etiam,in tit. Episcopum uel Abbatem,gl.Bal.& Doc.in c. 1.§.1.q feu.da.pos.Bal.not.in l.fi.C.de suis & legi.& sicut fœminæ non succedūt in feudis,
25 † similiter etiam nepotes masculi ex fęmina non possunt in feudis succedere,c.1.in prin. de gradi.suc.in feu.c. 1. § hoc autem notādū qui feu.da.pos.cū nepotes ex filia fœmina nō debeant esse melioris conditionis quā sit ipsa filia.l.si viua matre.C.de bo.mater.l.publius. §.fi.ff.de conditionibus & demon. Itē fœmina non est agens aptū operari in successione feudorum in descendētes ex ea quamuis masculos,propter medium ipsius fœmine impeditiuum feudi secūdum Bal.in d.l.fi.in 1.col. C.de suis & legi.
26 † Secundo quia dominus directus non potest confirmare feudum in filiā fœminā vasalli agnatis non consentientibus . Ita dicit tex. valde no.in c.1.de aliena.feu.pater.per quem tex.not.ibi Bal.Alua.& alij ꝙ ibi sit tex.expressus ꝙ quicquid dicatur alibi dominus in præiudicium agnatorum non potest facere gratiam fœminæ in feudi successione, sic etiam dominus directus non potest consentire in præiudicium filiorum seu in præiudicium agnatorū secundū Bald. & Alua.in c.1.§.hoc quoq; de succes.feu.
27 † Tertio quia in feudis nulla ordinatio testamenti valet & tenet,vt est tex.in d.cap.1.in prin.de succ.feu.& in cap.1.in prin.& ibi no. Bal.in pe.col.de prohi.feu.alie.per Fred.Bal. in cap.1.in §.donare,qualiter olim feu. pote. alie.Et istud procedit etiam si interueniret cōsensus principis,& sic directi domini feudi,c. 1.de aliena. feu. pater. dominus Alexand. in consi.15.quinti voluminis incip. visis narratis in themate in vlti.col.
28 † Quarto facit quia etiam imperator non potest in fratrē gerere iura vasallorū nec eos priuare iure feudorū nisi cōiuncta culpa.c.1. de feu.sine culpa non amit.gl.not.in c. fi. qui feu.da.pos.& ibi sequitur Bal.& assignat rationē,quia bonæ & naturales consuetudines feudorū ligant principē, eo quia potētius est ius
29 naturale q̄ principatus.† Itē qa nō decet principē suū beneficiū reuocare,vt no.Io.And.in

30 c. cũ dilecto. de cõsan. & affin. in nouella. † Itẽ qa in in ore principis firmior debet esse veritas, vt legitur in lib. Esdræ ẽm Bal. ibidẽ. Alibi dicit Bal. in c. ceterũ in 5. col. ad fi. de iude. ꝙ vbicunque in feudis fit mentio de amissione feudi intelligitur cõiuncta culpa & cõiuncto
31 iudiciario ordine, vt ibi no. per eum. † Facit bene tex. not. in c. 1. in princ. de natura feu. vbi text. dicit naturã feudi hanc esse ꝙ si princeps aliquos inestiuerit de feudo nõ possit postea eos disuestire sine culpa, & ibi Bald. ꝓ illũ tex. multa not. in proposito, præsertim ꝙ imperator Federicus qui primus creauit Comitem Papiæ in certis castris non possit reuocare sine culpa Comitis Papiæ nec ipse nec successor eius in Imperio. Nec obstat secundum eum ꝙ Imperator habeat plenitudinem potestatis, qa verũ est ꝙ Deus subiecit Imperatori leges & non subiecit contractus ex quibus obligatus est, & fortior est cõsuetudo feudorum quam gratia Imperatoris secũdum Bal. ibi post Inno. in c. ad Apostolicam, de Symo. idem etiam dicit Bal. in l. Princeps. ff. de legi. & in l. 1. ff. de pact. & in l. qui se patris, & in 10. col. C. vnde libe. & in c. 1. in 1. col. de proba.
32 † Quintò ad prædictorum confirmationẽ bene facit; quia feudum est contractus nominatus secundum Bar. in l. iurisgentium. §. quinimo, & in 6. col. ff. de pac. Bal. & Ang. in l. legitima. ff. eo. Ange. in auth. vt sponsa larg. in prin. Bal. in c. quæ in ecclesiarũ in 10. col. & ibidem Io. de Imo. de consti. sed in contractibus nominatis non habet locũ reuocatio nec pœnitentia, l. sicut. C. de actio. & oblig. l. in cõmodato. §. sicut. ff. commo. istam rationem assignat Bal. in cons. 327. primæ partis incipi. pridiæ cum consului. in 1. col. D. Abb. in d. c. quæ in Ecclesiarum in pen. col. & contractus cum sint iurisgẽtium non sunt in potestate ẽt Imperatoris cui Deus non subiecit cõtractus vt supra proxime dictum est; & tenent glo. & Doct. in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. & in l. fi. ff. de consti. principum, & in c. quæ in Ecclesiarum, de constitutionibus. Nec istò casu in principe præsumitur iusta causa, vt dicam infra respondendo adductis in oppositum.
33 † Sexto ad prædicta faciunt inuestituræ omnes feudales de dictis feudis quæ cantant pro filijs & descendentibus masculis tãtum, & sic excludunt filias fœminas & descendentes ex eis, planum est autem ꝙ in feudis semper est recurrendum ad tenorem inuestituræ, quia vim contractus recipit secundum Bal. in præludiis feudorum in vltima char. per tex. notabilem in c. 1. de duobus fra. à capita. inuestit. quem Bal. ibi multum not. & dicit esse egregium tex. ꝙ tenor inuestituræ derogat omni feudorum naturæ. Idem dicit Bald. in l. vnica §. sed & si quis. C. de lati. liber. tollen. & in l. quotiens, in 2. col. de suis & legiti. Item tenor inuestituræ feudalis est præcisus à cuius tenore non est recedendũ secundum Bal. in c. 1. §. deniq; in 1. col. quæ fuit prima causa benefi. amit. alibi dicit notabiliter Bal. in consil. 119. primi volum. incip. considerandum est ꝙ qñ emphytheosis &c. ꝙ tenor inuestituræ feudalis est potior omni natura feudorum, & talis tenor inuestituræ non est restringendus, sed indefinitè interpretandus sicut verba sonant per tex. solemnẽ in d. cap. 1. de duo. fra. à capi.
34 inuest. † Septimò bene faciunt cõuentiones seu trãsactiones solemnes & iuratæ initer magnificos dominos de Scarampis antecessores istorum D. Ambrosij & D. Francisci disponẽtes quòd fœminæ nõ succedant in bonis immobilibus tam alodialibus q̃ feudalibus, sed soli masculi admittantur. Nam tales conuentiones de iure valent & tenent, quãuis etiam non essent iurate, eo quia communis & vera conclusio Doct. vtriusq; iuris est quòd † licet alias pactũ seu cõuentio de vniuersali successione acquirenda seu conuenienda non teneat tanquam infringat liberam testandi facultatem & consequenter censeatur contra bonos mores: l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. l. cũ donationis. C. de trãsac. l. ex eo. C. de inutili stipula. l. cum pactũ quòd dotali. C. de coll. & l. 1. C. de sacrosa. eccle. quia non est licitum libertatẽ de supremis iudiciis constringere, vt dicit tex. in l. cum duobus. §. idẽ ff. de verb. obliga. tamen conuentio super certis bonis puta super immobilibus, tantum vt in proposito non est improbata à iure, eo quia in eis non consistit vniuersalis successio & quia non aufert liberam testandi facultatẽ cum de aliis bonis mobilibus possit libere testari: l. omnes. §. Lucius, ff. de his quæ in fraudẽ credi. l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de dona. l. 1. C. de actio. ab hæredi. & contra hęr. Ita tenẽt Bar. & Doc. in d. l. stipulatio hoc modo concepta & in l. fi. C. de pac. Pet. de Anch. & Imo. in rub. de testa. D. Ale. in consi. 29. secundi vol. inci. Perspectis & consideratis omnibus quæ in themate suprascripto narrantur in quarto dubio, & ita in specie & in terminis, ꝙ tales conuentiones valeant tenet Pau. de Cast. in consi. 146. incip. super secundo pũcto, circa principium. Item tenet Ang. in cons. 52. incip. Andræas ianis de vlterius, Do. Alex. in cons. 59. quinti voluminis incip. Viso themate prædicto super 1. dubio, in prin. vbi tenet ꝙ valet laudum arbitri disponens quòd altero ex compromittentibus moriente sine filiis omnia bona perueniant ad alium reseruata sibi facultate testandi solum de sexaginta libris & sic de certa parua quantitate pecunię, accedit ad prędictorum confirmationem illud quod alibi decidunt Doctores quòd si plures inter se paciscantur quòd vno eorum decedente sine liberis, superstites vel eorum liberi habeant

beant certas res de bonis illius prædefuncti. ista conuentio nō est à iure improbata eo qa non est vniuersalis de omnibus bonis sed de certis rebus tantum. Itē quia prouenit ex præsenti contractu collato post illius mortē iuxta. l. actio non datur dominus Anto. Imol. & dominus Abbas in c. 1. de his quæ fiunt à maiori par. ca. Io. And. in c. 1. de filijs presbyterorum. in 6. Io. de Imo. in c. dilectio. de preben. Cy. & Pau. de Cast. in l. fi. C. si cōtra ius vel uti. pub. Nam cum iuramentum sit res merè spiritualis, vt habetur in iuribus præallegatis imperator non potest de his se impedire. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, cum vulgaribus de cōst. Prędicta multo fortius militant in casu præsenti vbi in priuilegio Cæsareo concesso domino Ambrosio de Scarampis nulla penitus est facta mentio de dictis conuentionibus & transactionibus iuratis.

35 † Octauo facit priuilegium Cæsareum prius concessum d. Francisco in quo imperator declarat successionem tam in bonis alodialib. vigore testamenti d. Ioannis quàm in feudalibus vigore inuestiturarum de iure spectare d. Francisco, exclusis nepotibus ex filia do. Ambrosi. Ergo secundum priuilegium Cæsareū non faciēs de primo specialem mentionē est nullum. c. cæterum. de rescrip. non obstāte ꝙ in illo secundo priuilegio adsit clausula generalis derogatoria videlicet non obstante aliquo priuilegio cuipiam personæ per nos cōcesso, & maximè alicui ex agnatis dicti dom. Ambrosij, quia dicitur ꝙ illa clausula derogatoria nihil habet obstare, quia intelligitur de priuilegio per eum alteri concesso ꝙ sit inualidum, per illud quod no. decidunt Io. Andr. Ant. de Bu. & Io. de Imol. post Compost. in c. causam quę, de rescrip. ubi tenent ꝙ si Papa confert alicui beneficium cum clausula non obstāte collatione alteri factā, intelligitur de collatione inualida non de ualida. Sequitur d. Ale. in cons. 257. incip. uiso in titulo quæstionis in 2. col. & in consi. 530. inci. uiso processu causæ uertentis inter Magnificam in 3. col. Preterea in feudis cum sit contractus nominatus vt sup. dixi in quinto fundamento, secundum priuilegium Imperatoris non tollit primum, quia non est in potestate Principis cum sit factū priuati iuris, ita egregie not. Bal. in c. 1. per illum tex. de natu. feud. Ad hoc etiam allegat notata in c. 1. de constit. in 6. & in l. priuilegia. C. de sacr. sanct. eccle.

Nono facit quia cōtra istud secundum priuilegium Cæsareum indultum d. Ambrosio multa & uaria obstant vt patet ex superius deductis. Obstat n. natura & dispositio feudorū excludens fœminas & descendētes ab eis. cui dispositioni non potest dominus directus feudi derogare, non consentientibus agnatis masculis vt dixi sup. in secundo & in quarto fundamento. Item inuestituræ omnes factę de dictis feudis in masculos tātum exclusis fœminis. Item conuentiones seu transactiones solemnes & iuratæ inter dominos de Scarāpis antecessores istorum excludentes fœminas à bonis immobilibus alodialibus & feudalib. Item priuilegium Cęsareum prius indultum d. Francisco declarans ac disponens D. Franciscū de iure succedere in alodialibus & feudalibus, exclusis neptib. ex filia do. Ambrosij.

36 † Vnde quando multa & uaria sunt obstantia tunc non sufficit generalis derogatio non obstante sed requiritur ꝙ vnicuique in specie derogetur & in dubio non præsumitur derogatum. Idem probat tex. valde not. in l. si non lex elia scentia in principio. ff. de hæredib. insti. quem tex. Bal. ibi ad hoc no. & reputat valde signandum pro bullis Papæ in quibus apponitur clausula non obstante ꝙ nihil operetur quando plura obstāt. Idem etiā tenet Bal. in l. 1. in pen. col. C. de fur. vbi dicit esse sciendum ꝙ si essent plura obstantia non valeret clausula generalis sed esset opus de singulis defectibus facere mentionem per iura allegata ibi per eum. Facit quod no. Bal. in l. fi. in 2. col. & ibidem Ang. ff. de const. princ. & quod vult idem Bal. in l. eam quam. in 4. col. in ver. sed quidem erat ex adulterio. C. de fideicom. & in l. si qua illustris. in 2. col. C. ad Orfi. Item facit quod no. Bald. in l. 1. per illum tex. C. de dotis promissione, ꝙ † rescripta & priuilegia 37 Imperatoris non valent si contineant duo vel plura specialia. Facit l. 1. C. vt act. ab hæred. & contra hæredes. Item late consuluit Oldr. lauden. in consi. 139. inc. ad habendam aliqualē notitiam. Io. And. in adi. Spec. in tit. de instru. edi. §. porro in vlti. col. in versi. fuit etiam alia quæstio. Alberi. de Rosa. & Saly. in l. fin. C. de pac. Ang. in l. hæreditarium. ff. de bo. auct. iudi. possi. & in l. sancimus. C. de dona. Imol. & Ludo. Ro. in l. Aquilius regulus. ff. eo. d. Ale. late in consi. 225. inci. visa facti narratione. in 6. col. ad finem & duabus sequentib. & in cōs. 393. inci. ponderatis verbis instrumenti. in 2. & vlti. col. † Accedat etiam ad prædictorum 38 confirmationem illud quod decidit Barto. in cons. 72. incip. ex facto proponitur ꝙ nobiles uiri. vbi consuluit valere conuētionem factā inter certos nobiles fratres & eorum nepotes ꝙ bona paterna vel materna nec ex testamento nec ab intestato nec per uiam alicuius cōtractus perueniant in aliquam mulierem natam vel nascituram ex eis, sed tantum in masculos alicuius eorum, eo quia talis conuentio non est vniuersalis in omnibus bonis sed tantum de paternis & maternis, vnde de alijs bonis aliunde quæsitis poterunt libere disponere & inter viuos & testando, & sic illa talis conuentio non aufert liberam testandi facultatem. Allegat ad hoc l. si ita quis. §. ea lege. ꝯ verbo.

verbo.obli.& in l.codicillis.§.matre.ff.de le. 2. Item aduertendum est ꝙ præfati doctores qui tenent talem conuentionē valere loquūtur quādo talis conuentio fuit simpliciter facta. Multo ergo fortius in casu præsenti valebunt istæ conuentiones iuratæ† cum iuramētum addat robur & maiorem firmitatem ca. quāuis.de pact. in 6.c.cum contingat. de iureiuran.c.licet mulieres.eo.tit.& in 6.auth.sacramenta puberum, cū similibus. C.si aduer. vend.† Item istæ conuentiones sunt effectualiter de conseruanda successione bonorū immobilium inter nobiles masculos de Scarampis; ergo de iure valent & tenent p̄sertim cū iuramento secundum Bar. & doc.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.& in l.fi. C.de pac. Et ita in specie tenet Pau.de Cast. in d.consil. 146.in 2.col.do.Ale. in pręallegato consi.59. quinti voluminis. † Item aduertendum est ꝙ istæ cōuētiones sunt reciprocæ inter istos nobiles de Scarampis, ergo multo fortius debēt validę censeri, quia nō dicuntur inducere grauamen nec onus cum sint reciprocæ vicissitudinariæ, & sic etiam non dicuntur inducere votum captandę mortis. l.1.& l.fi.de pac.l.de fideic.C.de transactio.† Vndę videmus alias sæpe ꝙ dispositio quæ simpliciter facta nō valeret si fiat reciprocè bene ualet & tenet.l.ꝙ autem.§.si vir & vxor. ff.de dona. inter virum & vxorem.l.si pater.& ibi.Cy.Bal.Saly.Pau.de Cast. ad hoc notant. C.de inofficioso testa.& ibi alias allegando multa ad propositum cumulaui. Stat ex prædictis firma conclusio ꝙ istę cōuentiones seu transactiones iuratæ inter dominos de Scarampis antecessores do. Francisci excludentes fœminas à successione immobilium tam alodialium q̄ feudaliū de iure validę sunt censendę præsertim cum fuerunt iuratę. Et ex hoc sequitur ꝙ istæ conuentiones & sic isti contractus non potuerunt tolli per rescriptum Cæsareum impetratum à d. Ambrosio, quia contractus cum sint de iure gentium non subsunt Imperatori nec per Imperatorem tolli possunt, vt superius dictū fuit in quarto & in quinto fundamento.† Itē transactiones non possunt tolli per rescriptum imperatoris.l.causas vel lites.C.de trāsactio. gl. no.in c.1.gl.magna ad finem, de lit.contesta. in 6. Item cum istæ transactiones fuerint iuratę multo minus tolli potuerunt per Cæsareū rescriptum,† quanuis in eo sint appositę clausulæ non obstantibus & aliæ clausulæ derogatoriæ, quæ nunquam extenduntur ad contractus vel alios actus iuratos, vt est glo. reputata singularis in c.cum non deceat. in gloss.fi.de elec.in 6.& in simili glo.in cle.dudum.§.pen. in uerbo pacta.de sepul.bene facit tex.in c.cōstitutus.de rescri. Ange.no.in l.1.§.quam honorandæ.ff.quarum rerum ac.non da.& dicit ꝙ sæpe vidit allegari in curia regis.& idē dicit

39 (margin, line "bunt istæ conuentiones iuratæ")
40 (margin, line "liter de conseruanda")
41 (margin, line "istæ cōuētiones")
42 (margin, line "sæpe ꝙ dispositio")
43 (margin, line "in quarto & in quinto")
44 (margin, line "rescriptum, † quanuis")

Bal.in l.1.in fi.C.quando lice. ab empt.disce. late Silua in tract.de beneficio char. 13.est q. 13.tertiæ partis col.pen. Decimo facit quia si imperator fuisset certificatus de tot obstantibus supra proximè relatis in præcedenti fundamento, certe non concessisset illud secundum priuilegium d.Ambrosio, aut nō ita de facili concessisset, ergo illud secūdum rescriptum redditur subreptitium & consequenter inualidum, vt est tex.no.in c.postulasti. in verbo de leui.de rescrip.& ibi Abb. ad hoc multum no.& exclamat illum tex.Facit tex.in c.si motu proprio, in uerbo modicum, de præbē. in 6.& in ca.si proponente, in verbo licet minus competēs.de rescri.& text. in c.ex litteris. & ibi no. Abb.de dolo & contuma. Abb.in c. cæterum.in 1.notabili & in c. super litteris in 6.col.de rescr.& c.p̄terea.el.1.de iure patron.

45 † Vndecimo facit ꝙ licet princeps vel imperator possit auferre res vel iura tertij ex cā publicæ vtilitatis. l.item si verberatum. §.1.& ibi not.Bar.ff.de rei vendi.cum concor. quas allegaui supra in fundamentis partis contrariæ, tamen non potest hoc facere ex causa priuatę utilitatis vt esset in causa præsenti, p gl. in l.2.& ibi doc.C.de in ius voc.docto.in c.in nostra, de iniurijs, quia imperator non debet vnum altare discoperire & aliud coperire.l. assiduis in uersi.exceptis C.qui potiores in pigno.habe.§.sed & hoc in præsenti ad fi.in authen.de sanc.Epi.secundum Bald. in l.fi.in 2. col.ff.de const.prin. Alibi dicit tex. in c.denique 4.q.5.ꝙ si non potest uni subueniri nisi alter lędatur commodius est neutrum iuuari quam alterum lædi, sed in ca su præsenti auferre bona & iura d.Francisco & illa concedere filiæ d.Ambrosij seu nepotibus ex ea nō cā dit nec cadere potest etiam imaginatiue aliqua publica utilitas sed solum particularis,

46 & merè priuata.† immo fortius imperator ēt ex causa publicæ utilitatis non potest auferre res vel iura priuati nisi facta debita compensatione, secundum Bar. & alios in l.fi.§.fin.ff. de pigno.actio. Bal.in d.l.Item si uerberatum in prin.& clare Ang.in consil.136. incip.visis omnibus statutis.bene facit quod no.Bald.in c.cum inferior.in fi.per illum tex.de maio.&

47 obe.ubi notat ex illo tex.ꝙ † qui aufert ius alteri tenetur illi de proprio compensare. Alibi notat egregie Bal.in l.2.per illum tex. C.p qui.cau.præmi.liber.accipi. ꝙ si princeps uel ciuitas vult facere fossatū per prædium meū tenetur mihi soluere æstimationem dāni uel si per delictum alterius vult comburere domum quæ sit mihi communis tenetur soluere æstimationē partis meæ. Alibi decidit Bal. in c.1.§.ad hæc in 5.col.per glo.ibi de pace iu

48 ramento fir.† ꝙ si Papa contulit mihi beneficium postea de plenitudine potestatis mihi aufert & det alteri, tenetur mihi prouidere de

de æque

de æque idoneo. Alibi tenet Inno. in c. nisi cũ
49 pridem. de renun. ꝙ † si Papa cogat sine cau
sa Episcopum inuitum renunciare Episco-
patui debet ei prouidere de bono cambio.
50 † Duodecimo facit ꝙ imperator vel Papa
non debent vti plenitudine potestatis nisi ex
magna causa, dictum est singulare Inno. in c.
innotuit. de elec. quod dictum pro valde sin-
gulari not. & sequitur d. Abbas ibi circa fi. &
idem d. Abb. in c. ad hæc. de rescrip. & in c. illa
quotidiana. de elec. quod dictum etiam pro
valde singulari not. Bald. in l. bene à zenone
C. de quadrien. præscrip. & in l. 2. C. de cõmu-
ni. rerum aliena. Et propterea dicit Bal. in tit.
de pace constan. in 23. col. in uerbo non ob-
stante ꝙ populus Romanus nũquã fuit usus
ista clausula de plenitudine potestatis: sed in
casu præsenti imperator usus est illa plenitu-
dine potestatis sine vlla causa, ergo ei non est
standum. Nam plenitudo potestatis Papæ &
Imperatoris intelligitur claræ distinctionis,
vt dicit gl. no. in c. quanto. in gl. 2. de iureiur.
& glo. in c. non est. de uoto. Facit tex. in c. ma-
51 net. 24. q. 2. † Ideo dispensatio Papæ uel Impe
ratoris facta sine causa est dissipatio secũdum
Archi. in c. consequens. 11. dist. Io. Andr. in c.
de multa. in 5. col. de præben.
Decimotertiò & vltimo est aduertendum
ꝙ ista feuda nobilium de Scarampis de quib.
ad presens contenditur partim sub Illustrissi-
mo Duce Mediolani partim sub Illustrissimo
Ducatu Aurelianensi & partim sub Illustris-
simo Marchione Montisferrati. Vñ licet im-
perator in vniuerso mũdo habeat de iure do-
minium directum; tamen in particularib. ꝓ-
uincijs & patriis inferiores reges vel Princi-
pes habent directum dominium respectu va-
52 sallorum & subditorum suorum, † nec istud
repugnat ꝙ duo reperiantur directi domini
vnus in vniuerso & alius in particulari vt de-
clarat Bart. in l. 1. § per hanc el. 2. per illũ text.
iuxta l. seq. ff. de rei vend. & in extrauag. ad re-
primendum. in verbo totius orbis. & in pro-
œmio digestorum in prin. Bal. & Angel. in l.
bene à zenone in 1. col. C. de quadri. pręscrip.
Bal. & Floria. in l. si hæredis seruus. & ibi Imo.
& Modern. ff. de leg. 1. Bal. in l. 1. in fi. C. vnde
53 legi. vbi arg. gl. nota. ꝙ † singularia feuda exi
stentia in regno Apuliæ sunt de directo domi
nio regis, licet ipsa maior vniuersitas & sic to
tum regnum sit feudale ecclesię, & ita tenue-
runt antiqui doctores regni & bene secundũ
eum. Idem tenet Bal. in prin. digestorum in 4.
col. facit etiam ꝙ vult glo. reputata singularis
in l. 2. & ibi Bar. ff. de bono. poss. hæredit. pe. q̃
54 tenet † ꝙ licet bonorum possessoria hæredi-
tatis petitio vniuersalis sit pretoria, tamen sin
gulares actiones ei competentes sunt ciuiles.
In ꝓposito ergo isti nobiles de Scarãpis pro-
prie immediate non cẽsentur vasalli Cæsaris

sed Principum supra nominatorũ qui respe-
ctu istorum vasallorum in suis territorij ha-
55 bent directum dominium. † Item vasallus va
salli mei non dicitur vasallus meus, vt est glo.
in l. de actionibus. ff. de diuer. & temp. præscr.
& gl. fi. in c. legitur 81. dist. Idem no. Bar. in l. si
quis à liberis. §. si quis à libertis. per illum tex.
ff. de lib. agnoscen. Spec. in tit. de feu. §. 2. vers.
56 14. vbi dicit † ꝙ homo hominis mei non est
homo meus, per l. modestinus. ff. de verb. sig.
57 † sicut libertus liberti mei nõ ẽ libertus meus,
58 d. §. si quis à libertis. † Vñ infert ꝙ licet vnus
baro sit homo ligius regis, tamen homines il
lius baronis nõ sunt homines regis, sequitur
glo. in cle. 1. in uerbo existere & ibi Imo. de iu
59 reiuran. † Idem ꝙ vasallus vasalli mei non di
dicatur uasallas meus, tenet etiam Bal. in c. cũ
dilecti. in 4. col. de dolo. & contu. & in ca. 1. §.
rursus. in vlt. col. de controuer inuest. & in c.
60 pastoralis in 1. col. de offi. or. ubi not. † ꝙ sub
ditus subditi mei non est subditus meus. Idẽ
tenet Bal. in c. cæterum in 1. col. de iud. ubi di
cit ꝙ sicut debitor debitoris mei non est debi
tor meus quia cum eo nullũ pactum habeo,
ita uasallus vasalli mei non est vasallus meus
quia nõ præstat mihi fidelitatem sed sibi. Pro-
pterea tenet ꝙ si feudatarius regis de illo feu
do acquisiuerit postea plures feudatarios, si q̃-
stio vertatur inter eos ꝙ de tali causa non co
gnoscet dominus rex sed ipse feudatarius re-
gis à quo tales vasalli recognoscunt sua feu-
da. In proposito ergo cum dicta feuda de Sca
rampis sint sub directo dominio prefatorum
Illustrissimorum Principum, certe ad eos spe
ctat disponere & non ad alium.
Per ista tredecim fundamenta satis super-
q́ue arbitror de iure patere ꝙ in dictis feudis
admitti debeat dominus Franciscus agnatus
masculus proximior d. Ambrosij prædefun-
cti, non autem nepotes ex filia d. Ambrosij vi
gore priuilegij Cæsarei eidem indulti. Et li-
cet ex istis 13. fundamentis appareant resolu-
ta quæ in oppositum adducebantur; tamẽ vt
veritas adhuc clarius elucescat ad illa in spe-
cie particularius respondebo.
61 † Nõ obstat ergo in primis dum dicebatur
de priuilegio Cæsareo indulto d. Ambrosio
cum clausula ex certa scientia & de plenitu-
dine potestatis & ꝙ plenitudini Cæsareę pote
statis nihil resistit, quia respõdetur ꝙ cum im-
perator non debeat vti plenitudine potesta-
tis nisi ex magna causa vt dixi supra in 12. fun
damento: & hic nulla penitus subsit causa; er
go dicta clausula non debet habere effectũ,
& tanto minus cum imperator nõ fuerit cer-
tificatus de conuentionibus & transactionib.
iuratis nobilium de Scarampis nec de pluri-
bus alijs obstantibus prout dixi supra in no-
no & decimo fundamento; unde dictæ clau-
sulæ non operantur quo ad incognita, argu.

l.cum aquiliana.& l.qui cum tutoribus.ff.de tuto.& quod not.Bar.in l.fi.§.idem quæsiit. p illum text.& ibidem Angel.& Moderni.ff.de condi.indebi. Nam clausula ex certa scientia nil operatur in his quæ princeps præsumitur ignorare, vt sunt facta, contractus & consuetudines locorum, ita not.Bal.in l.fi.C.sen.re-
62 scin. non pos. † sed clausula ex certa scientia & clausula de plenitudine potestatis æquiparantur & idem important, vt est gl.singularis in c.ad hæc. & ibi Abbas eam multum no.de rescriptis. & idem Abbas in cap. cum inter. in 1.columna, de exceptio.& in ca.ea quæ circa fin.de re iudi.
63 † Non obstat etiã dum dicebatur q in principe semper præsumitur causa etiam si nõ exprimatur ab eo: & q voluntas principis vel eius motus habentur pro iuxta causa, quia respondetur q illa procedunt quãdo princeps rescribit circa ea quæ sunt iuris positiui. Facit tex.in c.cum nostris.de concessio.pręben. secus quando princeps rescribit contra ea q̃ sunt iuris gentium vel contra feuda & contractus qui non sunt in eius libera dispositione ex quo Deus non subiecit ei contractus sicut leges vt dixi supra in quarto & quinto fundamento: tunc in principe non præsumitur causa nec tunc uoluntas principis haberetur pro iusta causa, d.Abbas in c.quæ in ecclesiarum. de constitu. vbi egregiè & ad propositum tenet q princeps nõ posset priuare vasallos feudis sine causa legitima, nec tunc in rescripto principis priuantis vasallum feudo præsume-
64 retur subesse iusta causa: † & quia in feudo dicitur formari quidam cõtractus inter principem & vasallum. c.de forma. 22.q.5. Præterea in principe tunc cadit præsumptio causæ quando verisimiliter aliqua causa potest præsumi vel imaginari alias secus secundũ Ant. de But.& Io.de Imol.in c.nam concupiscentia. in 2.col.de consti. sed in casu præsenti nõ potest cadere aliqua verisimilis præsumptio alicuius sufficientis causæ, igitur &c. Nõ ob. inquantum vltimo dicebatur quòd princeps potest ex causa auferre etiam iura priuatorum, quia respondetur verum esse ex causa publicæ vtilitatis & non aliter, vt dixi supra in 6.fundamento. Laus deo & gloriosissimæ Virgini.

Ita consulo iuris ego Iason de Mayno iureconsultus Cæsareus & Ducalis Senator, & in fidem manu propria cum soliti sigilli impressione subscripsi, saluo semper iudicio cuiuslibet rectius sentientis. Ista tria proxima consilia habita fuerunt ex curiosa Bibliotheca Dominis Ioannis Neuizani doctoris Asten. Et contra istud consilium in terminis inter easdem partes consuluit dominus Franceschinus Curtius iunior vt patet post suum tractatum feudorum consilio primo.

SEQVITVR IN EADEM materia dominus Iason. Consilium. IX.

DOMINVS IOANNES DE Scarampis de anno domini. 1419. die nona Iulij fuit inuestitus ab Excellentia Marchionali de dimidia parte loci & castri carij, & pro alia medietate fuerunt inuesti ti Antonius & Bartholomęus fratres & patrueles dicti Ioannis pro se & ipsorum & cuiuslibet eorum hæredibus & successorib. quibuscunq; masculis de domo siue parẽtela ex omni stipite nobilium de Scarampis, deinde idem Ioannes etiam acquisiuit quasdam partes castri & loci Bubij vltra partes sibi à patre obuentas. Iste Ioannes decessit relictis post se do. Ambrosio & Petro eius filiis legitimis & naturalibus ac hæredibus, qui etiam acquisiuerunt quasdam alias partes dicti loci Bubij. Decessit d.Petrus relicto Francisco filio & hærede vniuersali, postea decessit d. Ambrosius nullis relictis masculis, sed relictis Nicolao & Aluisio nepotibus ex do.Ioanna filia; orta contentione inter dictum Franciscum parte una & dictos Nicolaum & Aluisium parte altera respectu bonorum feudalium, tandem deuenerunt ad transactionem reciprocam & iuratam q p̃fatus Frãciscus & successiue eius filij legitimi & naturales masculi tantum habeant omnia bona feudalia Carij & Bubij q̃ fuerant præfati quõdam d. Ambrosij, sed decedente dicto Francisco sine filijs legitimis masculis à se & ex legitimo matrimonio p̃creatis, prædicta bona feudalia reuertãtur ad dictos Nicolaum & Alusium, quæ ex tunc dictus Franciscus constituebat in dicto casu tenere & possidere nomine dictorum Aluisij & Nicolai. Prædictam transactionem & omnia & singula in ea contenta, Illustrissimus Marchio Montisferrati cum interuentu Magnifici Consilij secum gubernantis confirmauit approbauit & ratificauit cum clausula ex certa scientia & de plenitudine potestatis: Nouissime mortuus est Franciscus nullis relictis filijs masculis condito testamento in quo in omnibus bonis suis tam feudalibus quàm allodialibus hæredem suum vniuersalem instituit proximiorem in gradu siue masculum siue fœminam de consortitu Carij prouenientem vnum uel plures in eodem gradu succedendi de dicto consortitu prouenientes æqualibus portionibus. Oritur itaque contentio inter Lucam & Thomeum fratres & filios dicti quondam Bartholomęi fratris patruelis dicti Ioannis parte una, & dictos Nicolaum & Aluisium nepotes domini Ambrosij ex filia ab eo hęredes institutos parte altera super dictis feudis Carij & Bubij.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In feudis semper ad inuestituram recurrendum quia vim contractus obtinet, & ab eius tenore non est recedendum.*

2 *Fœminæ regulariter non succedunt in feudis nec nepotes ex eis descendentes.*

3 *Inuestituræ tenor derogat omni naturæ feudorum nec est restringendus sed declaratiue interpretandus sicut verba sonant.*

4 *Per pacta seu conuentiones receditur à propria natura feudi.*

5 *In feudis quæcunque pacta etiam extranea & quæ regulariter non insunt naturæ feudi admittuntur.*

6 *Illi soli qui sunt ex eadem linea eius qui feudum acquisiuit ad feudum admittuntur.*

7 *Dictio quibuscunq; in inuestitura apposita facit transire feudum ad hæredes quoscunque.*

8 *Feudum acquisitum pro se & eorum hæredibus & uccessoribus non transit ad agnatos qui nō sunt hæredes acquirentis.*

9 *Feudum transit ad hæredes ex fœmina consentiente directo domino.*

10 *Pactū de successione obueniēda in certis bonis ualet.*

11 *Iuramentum addit robur & maiorem firmitatem.*

12 *Transactiones reciprocæ grauamen nec uotū captandæ mortis inducere dicuntur.*

13 *Dispositio quæ simpliciter facta non ualeret, reciproca facta tenet.*

REDEMPTORIS Crucifixi & gloriosissimæ Virginis nominibus, pueritatis & iustitiæ suffragio inuocatis, dubium facere videntur tenores dictarum inuestiturarum quæ cātāt pro hæredibus & successoribus masculis, consequenter videntur excludere filias fœminas & descendentes ab eis.
1 † Planum est autem ꝙ in feudis semper est recurrendum ad tenorem inuestituræ, quia vim contractus ostendit. c. 1. in uerbo propter tenorem inuestiture, de duobus fratribus à Capitaneo inuestitis, & c. si cui de quibusdam capitulis extra ordi. in vers. sermonem tamen inuestituræ necnon vim verborum & sensum contrahentium intuentes. Bal. in præludijs feudorum in vlt. char. & in l. vnica. §. sed & si quis. el. 2. C. de lati. liberta. tollen. & in l. quotiens. in 2. col. C. de suis. & legi. Item forma inuestituræ feudalis est præcisa à cuius tenore non est recedendum secundum Bal. in c. 1. §. denique. in 1. col. quæ fuit prima causa beneficij amittendi.
2 † Preterea vltra dictas inuestituras feudales etiam de iure communi fœminæ in feudis regulariter non succedunt nec pater potest in testamēto aliter disponere. c. 1. in prin. & §. filia. de succes. feu. c. 1. §. quinetiam, in titulo Episcopum vel Abbatem glo. Bal. & docto. in c. 1. §. 1. qui feud. da. pos. Bal. no. in l. fi. C. de suis & legi. Et sicut fœminæ nō succedunt in feudis, similiter etiam nepotes masculi descendentes ex fœmina nō possunt in feudis succedere. c. 1. ī principio, de gradi. succe. in feu. c. 1. §. hoc autē notandum. qui feud. da. pos. cum nepotes ex filia fœmina non debeant esse melioris conditionis quam sit ipsa filia. l. si viua matre. C. de bonis mater l. publius. §. fina. ff. de cōditio. & demō. Item fœmina non est agēs aptū operari transmissionem feudorum in descendentes ex ea quamuis masculos, propter mediū ipsius fœminæ impeditiuum feudi secundum Bald. in dicta l. fi. in 1. col. C. de suis & legi. Vnde sicut ipsa d. Ioanna non potest aspirare ad prædicta feuda, ita etiam filij sui non debent ad ea posse admitti.

Sed premissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure præualere ꝙ dicti Nicolaus & Aluisius ad dicta feuda Carij & Bubij veniunt admittendi, & moueor ex tenore dictarum inuestiturarum feudalium ad quem semper est recurrendum vt dictum est:
3 † quia tenor inuestiturę derogat omni naturæ feudorum, vt est tex. in d. c. 1. de duob. fra. à cap. inuesti. quem Bal. ibi ad hoc no. & reputat egregium & tenendum menti. Item tenor inuestituræ feudalis est potentior omni natura tacita feudorum, & talis tenor inuestituræ non est restringēdus sed declaratiue interpretandus, sicut verba sonant. Ita dicit Bal. in cōs. 119. primi voluminis incipiente, Considerandum est ꝙ quando emphiteosis &c. per tex. solemnē in d. c. de duo. fra. à. capi. inuesti.
4 † Item à natura seu subsistentia feudorum per pacta seu conuētiones in inuestitura contentas receditur secundum Bal. in c. 1. in 1. col. de feu. non habēte propriam naturam feudi. Pet. de Anc. in cons. 170. inc. Casus talis est, quidam dominus Ricobinus.
5 † Item in feudis admittuntur quæcunque pacta etiam extranea & q̄ regulariter non insunt naturæ feudi secundū Oldr. Laude. in cons. 234. inc. Factum tale est, quidam miles &c. ut in iuribus per eum allegatis. Modo aduertendum est ꝙ dictus Ioannes de Scarampis acquisiuit medietatem Carij & quasdam partes Bubij pro se & heredib. & successoribus quibuscunq; masculis de domo siue parentella ex omni stipite de Scarampis. Vnde cum Nicolaus & Aluisius sint masculi & de domo siue parentella de Scarampis nō solum respectu matris sed etiam respectu patris, quia sunt filii domi. Aluisij de Scarampis, ergo ad dicta feuda virtute inuestituræ feudalis admitti debent.
6 † Item etiam debent excludere dictos Lucam & Thomæum per tex. ualde notabilem in quo facio magnū fundamentum in c. 1. ad fin. de natura succes. feu. ubi est tex. ꝙ illi soli qui sunt ex eadem linea illius qui feudum acquisiuit, ad feudum admittuntur. Et istud est quod dicitur feudū ad pro-

ad proximiores pertinere. Isti enim dicuntur proximiores respectu aliarum linearum. Itē fratres patruelles & qui ex eis descendunt dicūtur esse de alia linea remotiori. Ita ibidem declarat & exemplificat And. de Iser. vnde in proposito Nicolaus & Aluisius sunt de eadē linea descendenti Ioannis acquisitoris istorū feudorum, per consequens sunt ei proximiores & sic ad ipsos solos debet istud feudū pertinere. Nam Lucas & Thomæus qui descendunt ex Bartholomæo fratre patruelle Ioānis dicuntur de alia linea. Ergo donec supersint de eadem linea Ioannis excludnntur omnes aliæ lineæ, & cōsequēter Lucas & Thomæus ut ibidem est text. notabilis qui præsentem casum in terminis decidit, & tex. in ca. 1. an illæ qui interficit fratrem domini sui. Bal. in c. si vasallus primo. in fi. si de feu. fuerit controuer. inter dominum & agna. Oldra. laude. in consi. 178. incipiente Factum tale est quidam nobilis. ad fi. Ant. de But. in consi. 97. inc. præmittendum. Et si diceretur ꝙ tex. in d. ca. 1. de natura succes. feu. & ea quæ dicta sunt procederent si Nicolaus & Aluisius essent nepotes Ioannis ex filio masculo, tūc quia essent de eadem linea bene censerētur proximiores & sic excluderent descendentes ex fratre patruelle Ioannis, sed cū Nicolaus & Aluisius sint pronepotes ex filia fœmina domina Ioanna, ergo sicut ipsa fœmina excluditur ab istis feudis tam ex forma inuestiturarum feudalium quam de iure cōmuni vt superius fuit dictū. Ergo similiter excludi debent ab istis feudis isti pronepotes q̄uis masculi, cum ex fœmina descendant quæ est medium impeditiuū feudi vt superius dixi, quia respondet ꝙ istud procederet nisi tenor inuestituræ derogaret huic naturę feudorum, vt facit in proposito nostro quia est potētior tenor inuestituræ omni natura feudorum vt supra proxi. fuit deductum,

7 † sed inuestitura Ioannis cantat ꝓ hæredibus & successoribus quibu scunque masculis. Vnde ponderanda est illa dictio vniuersalis quibuscunq; successoribus quæ alterat naturam feudi & facit vt etiam descendentes ex fœmina dummodo sint masculi ad ista feuda admittantur, quia per illam dictionem vniuersalem, quibuscunq; appositam in inuestitura, feudum porrigitur etiam ad extraneos hæredes & sic ad personas penitus inhabiles & alienas à feudi successione. c. 1. de feu. non habente propriam naturam feud. per quem text. ita not. decidit Bald. in l. 1. ff. de rerum diui. in 34. & 45. & 48. quæst. & in c. imperialem in princip. in 6. colum. de prohi. feud. alie. per Federicum & in cap. in præsentia. in 8. colum. ad fin. de probatio. dominus Alexā. in l. si patroni. in prin. in pen. col. ff. ad Treb. Facit tex. in cap. penul. si de fundo fue. controuer. inter dominum & agna. Vnde cum in casu præsenti mortuus sit nouissime Franciscus & consequenter non supersint alij masculi de linea Ioannis, nisi isto duo Nicolaus & Aluisius qui sunt masculi & de parentella de Scarampis & de linea propria descendenti Ioannis. Ergo licet descendant ex fœmina tamen admitti debent propter illum terminum vniuersalem, quibuscunque successoribus appositum in inuestitura per quem admittuntur etiam penitus extranei, ergo fortius admitti debent isti masculi licet descendant ex fœmina: cum sint de stipite de Scarampis & descētes de linea propria Ioānis acquisitoris & sic ei sanguine valde coniuncti, ergo longe plus iuris habent quam extranei,

8 † Item ex alio capite excluduntur Lucas & Thomæus à prędictis feudis acquisitis pro se & eorum hæredibus & successoribus, cum ipsi nō sint hæredes dictorum acquirentium. Nam feudum taliter acquisitum pro se & eorum hæredibus & successoribus non transit ad alios agnatosq; nō sunt hęredes ipsius acquirentis secundum Iac. de Bel. in ca. 1. de eo qui sibi & hęredibus suis. And. de Iser. in c. 1. §. hoc quoque, de suc ces. feu. & in c. 1. an agnatus vel filius. Bar. in l. vt in iurisiur. §. si liberi. ff. de ope. libe. d. Alex. in consi. 375. incip. ponderatis his quæ in thematæ narrantur. in 4. col. quod est consilium decimum tertij voluminis. Et eo fortius cum illa uerba pro se & hæredibus suis apposita in inuestitura feudali intelligantur de descendētibus ipsius acquirētis feudum. c. 1. §. & si cliētulus. de alie. feu. c. fi. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & c. 1. de duobus fratribus à c. inuesti. Bal. in l. 1. in 45. q. ff. de rerum diui. sed Lucas & Thomæus non sunt hæredes dictorum acquirentium nec eorum descendentes immo nec proximiores. Item ex alio capite Nicolaus & Aluisius etiam ad prędicta feuda admitti debent uigore transactionū reciprocarum & iuratarum super dictis feudis initarum inter ipsos & Franciscum cum consensu & approbatione Illustrissimi domi. Marchionis Montisferrati, ex quo Franciscus decessit sine filijs masculis legitimis ex se & legitimo matrimonio descendentibus, quo casu Nicolaus & Aluisius ad dicta feuda admitti debēt secundum tenorem dictæ transactionis

9 † Planum est aūt quòd directus dominus feudi potest consentire ꝙ feuda transeant ad descendentes ex fœmina. c. 1. quemadmodum feud. ad fœmi. pertineat. c. 1. de feu. c. 1. §. hoc autē notandum, qui feu. da. poss. & c. 1. in princ. de na. suc. feu. & prout alias plenius sum prosecutus consulendo pro dicto Francisco, tales transactiones de iure ualēt & tenēt quāuis ēt

10 non essent iuratæ, † eo quia cōmunis & uera conclusio est ꝙ licet cōuentio de uniuersali successione in futurū acquirenda non teneat tanquam infringat liberā testandi facultatem & con-

& consequẽter cẽseatur cõtra bonos mores, l.stipulatio hoc mõ concepta. ff.de verb. obl. l.cũ dona.C.de trãsac.l.ex eo. C.de inuti.stip. l.pactum quod dotali.C.de colla. quia nõ est licitũ libertatẽ de supremis iudiciis constringere vt dicit tex.in l.cũ duob. §.idem rñdit.ff. pro socio,tñ conuentio seu trãsactio sup certis bonis,puta super feudalib.tantum ut in ꝓposito non est improbata à iure,eo quia in illis non consistit vniuersalis successio.Et quia non aufert liberã testandi facultatem cum de alijs bonis alodialib.libere possit testari.l.omnes.§.Lucius.ff.de his q̃ in fraudẽ creditorũ l.si quis argẽtum.§.sed & si quis.C.de donationib.l.1.C.ut actio.ab hære.& contra hære. Ita tenent Bart.& alii doctores in dicta l.stipulatio hoc modo concepta.& in l.finali.C.de pactis.Pet.de Anch.& Imo.in rub.extra de testamentis,dñs Ale.in cons.29.quinti uoluminis incipiente Perspectis consideratisq; omnibus quę in thematæ isto narrantur in quarto dubio.}Et ita in spẽ in terminis ꝙ tales conuẽtiones valeant.tenet Pau.de Cast.in consil.146. incipiente super secundo puncto. circa prinpium.Idẽ tenet Ang. in consi. 5.incipiẽte Andreas Ianis de vlteris.d.Ale.in consi.59.quinti voluminis incipiente viso thematæ prædicto super primo dubio &c. in princip.ubi tenet ꝙ ualet laudum arbitri disponens ꝙ altero ex compromittentibus moriente sine filijs omnia bona perueniant ad alium reseruata sibi facultate testandi solũ de sexaginta libris & sic de certa parua quantitate pecuniæ.Bene facit quod decidit Bar.in consi.72.inci. ex facto proponitur ꝙ nobiles viri. Accedat ẽt ad prædictorum confirmationem illud qđ alibi tenent doctores ꝙ si plures inter se paciscunt ꝙ vno eorum decedente sine liberis superstites vel eorum liberi habeant certas res de bonis illius prędefuncti. Ista cõuentio non est à iure improbata: eo quia nõ est vniuersalis de omnib.bonis sed de certis reb.tantum. Item quia prouenit ex p̃senti cõtractu collato post illius mortem. iuxta l.vnicam C.ut actio. ab hære.& cõtra hære.ita late cõsuluit Old.Lau. in consi.139.incip. ad habendam aliqualem notitiam Io.And.in addi.Spec.in tit.de instr. edi.§.porro in vltima col.in vers. fuit etiã alia quæstio.Alberi.de Rosa. & Saly. in l.fin.C.de pactis.Ange.in l.hæreditatem ff.de bonis auctoritate iud.possi.& in l.sancimus. C.de donationibus.Imo.& Lud.Roma.in l.Aquilius regulus.ff.de donationibus.dominus Ale.late in consi.225.incipiente visa facti narratione.in 3.col.ad fi.& duabus sequentibus ꝙ est in secundo uolumine consilio 82.& in consi. 393.incipiente ponderatis uerbis instrumenti.in 2.& ult.col.quod est in 3.uolumine consilio 28.Item aduertendum est ꝙ pręfati doctores qui tenent talem conuentionem valere,loquuntur quando talis cõuentio fuit simpliciter facta;Multo ergo fortius in casu præ-
11 senti ualebunt istæ trãsactiones iurate, † cum iuramentum addat robur.& maiorem firmitatem.c.quamuis.de pactis in 6. c.cum cõtingat.de iureiurando,ca.licet mulieres. eodem tit.in 6.auth.sacramenta puberum. cum simi-
12 libus C.si aduer.transac.† Item istæ transactiones fuerunt reciprocæ inter Franciscum & dictos Nicolaum & Aluisium,ergo multo fortius debent ualere, quia cum sint reciprocæ, & uicisitudinariæ non dicuntur inducere grauamen nec onus nec uotũ captandæ mortis. l.1.& l.fin.C.de pac.l.fideicõmisso. C.de tran-
13 sac.† Vnde uidemus ꝙ dispositio q̃ simpliciter facta non ualeret, si fiat reciprocè bene valet & tenet.l.ꝙ autem.§.si uir & vxor.ff.de donationib.inter uirum & uxorẽ.l.si pater.& ibi Cy.Bal.Saly.& Pau.de Castr.ad hoc not.C.de inofficioso testõ. & ibi alias legẽdo multa ad propositũ cumulaui. Istæ ergo transactiones iuratę & reciprocæ quæ sunt validæ ut prædixi operantur in proposito duos effectus. Primus est quantum ad testamentũ Francisci respectu feudaliũ,ut si in aliquo p̃iudicaret Nicolao & Aluisio (ꝙ tamen nullatenus credit vt ex prædictis apparet)certe non ualeret qnãtum ad eorũ p̃iudiciũ per prædicta.Secundus effectus est respectu Illustrissimi Marchionis Montisferrati q̃ si fortasis p̃tenderet aliqđ ius in prædictis feudis (ꝙ tñ etiã non creditur ut ex supra deductis euidenter apparet) tamen dictæ transactiones Marchionales Excellentiã haberet excludere ꝑꝑ eius consensum cõfirmationẽ & approbationẽ simul cũ Magnifico suo consilio secũ gubernante præstitum dictis transactionibus ut in iurib.superius allegatis.Laus Deo & gloriosissimæ Virgini.
Ita consulo iuris esse ego Iason de Mayno iurisconsultus Cæsareus & regius Senator,& in fidem manu propria cum soliti signi impressione subscripsi,saluo semper iudicio cuiuslibet rectius sentientis.

IN CASV DE QVO SVPRA DOmini Bartolomæi Sozini. Consi. X.

SVMMARIVM.

1 *Pacta etiam extranea & quæ regulariter non insunt naturæ feudi admittuntur in feudis.*
3 *Dictio quibuscunque in inuestitura apposita facit transire feudum ad extraneos hæredes. (recipit.*
3 *Dictio quibuscunque de habilitate restrictionẽ non*
4 *Tenor inuestituræ omni naturæ feudorum derogat.*
5 *Masculus ex fœmina non includitur ex dispositione*
6 *Mulieribus dominari non conuenit. (testatoris.*
7 *Exceptio firmat regulam.*
8 *Prouisio hominis legis prouisionẽ excludit (tollit.*
9 *Inuestitura noua à dño facta antiquæ uigorem non*

10 *Subrogatum pristinam qualitatem sumit.*
11 *Feudum concessum pro se hæredibus & successoribus non transit ad agnatos non hæredes.*
12 *Emphiteosis concessa pro se filiis & hæredibus non transit ad filios qui non sunt hæredes.*
13 *Feudum pro se & hæredibus concessum uenit in petione hr̄ditatis, & in fideicommissi restitutione.*
14 *Feudum pro se & hæredibus concessum hæreditariū dicitur.*
15 *Dictio quasi veritatis expressiua esse potest.*
16 *Feudum nouum concessum tanquam antiquum auitum & paternum sumit naturam antiqui feudi.*
17 *Agnati in antiquissimo feudo succedunt.*
18 *Conuentio de succedendo certis bonis viuentis ualet.*
19 *Papa omnia bona ecclesiarum infeudare potest.*
20 *Princeps nō potest uasallū sine culpa feudo priuare.*
21 *Princeps ex suo contractu ligatur.*
22 *Princeps non potest subditum utili dominio priuare.*
23 *Princeps feudum alterare non potest.*
24 *Princeps an possit dominium iure ciuili ante quæsitum sine causa tollere.*
25 *Legitimatus post aditam hæreditatem non aufert bona venientibus ab intestato.*
26 *Legitimatus post patris mortem ante aditam hæreditatem an auferat aliis ius succedendi.*
27 *Illi cui ius ex contractu quæsitum est in feudo non potest per principem sine causa præiudicari.*
28 *Princeps super ius positiuum disponere potest.*
29 *Princeps ea quæ iuris ciuilis sunt sine causa cū clausula non obstante tollere potest.*
30 *Adoptiuus ex habilitate principis succedit ī feudo.*
31 *Quando pacto conceditur priuilegium per quod reducitur ad ius antiquum valet etiam in præiudicium tertii.*
32 *Princeps concessione facta & translato dominio rei concessæ potest legem imponere non ex lege contractus sed ex lege legis.*
33 *Omnis legum potestas est in pectore principis.*
34 *Princeps potest feudum ponere sub quadam regula iustitiæ et æquitatis.*
35 *Princeps semper excipitur nec sibi legem imponere videtur.*
36 *Rex Romanorum ea potest quæ imperator.*
37 *Priuilegiū secundum non faciens mētionē de primo nullum est etiam si adsit clausula derogatoria.*
38 *Citatio eorū quorū interest in actu iudiciali reqrit.*
39 *Princeps priuilegio nullo citato concedit.*
40 *Transactio facta inter uasallos nō ligat manus dñi.*

Dominus labia mea aperiat & spiritus sanctus illuminet intellectum.

VISA Quæstione quę vertitur super feudo Carii Bubii & quibusdam alijs inter Nicolaum & Aluisiū ex una & Thomā & Lucā oēs de nobilib. de Scarāpis, loqr substantialiter & breuius quā fieri pōt omisso multiloquio, quoniam veritas in paucis consistit. Quamobrem vt ueritas distinctius appareat quattuor discutiemus.

Primum de iuribus castri Carii ad quos dicta iura pertineant videbimus.

Secundum de iuribus castri Bubii & quibusdam aliis examinabimus.

Tertium de veritate regis Romanorū priuilegii circa prædicta discutiemus.

Quartū de uirib. cuiusdā trāsactionis inter antiquos nobiles de Scarampis videbimus.

1 Circa primā qōnem concludo q̄ licet extraneus nō succedat in feudo vt in c. 1. de successione feu. & in c. 1. de na. succe. in feudo, tn̄ pacta alterātia naturā feudi cōtra eius naturā valēt & seruāda sunt, vt est casus in c. 1. de feudo
2 non habēte propriā naturam feu. † Vnde dicimus in ꝑposito, q̄ si tm̄ dictum fuisset in receptione seu concessione feudi ꝑ se & hæredib. suis & successorib. quibuscunq;, licet alias in materia non trāsitoria nisi ad filios si fit mentio de hęredib. exponatur. s. filiis, vt in c. 1. de suc. feu. cū similib. tn̄ quando dicitur quibuscunque hæredib. propter uerbum, quibuscunque qđ est geminatū iuxta no. per gl. in clem. 1. de re iudi. & in l. cum pœnā. ff. de arbitris, latē dixi ī l. quidā relegatus. ff. de reb. dubiis, cōtinētur etiā hæredes extranei cōtra ꝑpriā naturam feudi scđm Bal. in c. imperialē. in prin. de prohi. feu. alie. per Fede. & hanc opinionē tenet d. Alex. ꝑceptor meus in l. gallus. §. ēt si parente. ff. de libe. & posth. allegatur ēt Bal. in l. 1. ff. de rerum diuisione. q. 34. ubi hoc dicit ī terminis. arg. in c. 1. de feu. nō habente ꝑpriā naturam feu. Et est cōis opi. quam tenet Iaco. Aluaroti in c. 1. §. & si clientulus. de aliena. feu. & tenet Bal. ī c. 1. §. donare. qualiter olim feu. alie. poterat, licet aliud dicat circa inclusionē
3 fœminę nō agnatæ de qua infra. † Nō obstat si dicatur q̄ verbū qbuscunq; licet sit uniuersale recipit restrictionē de habilitate & sic nō debet extraneos hęredes includere inhabiles. arg. gl. in uerbo quibuscunq; in l. 1. C. de fide instru. cum similib. & ita in indiuiduo tenet Bal. in l. cū uirum. ad finem. C. de fideic. quia cōiter tenetur opi. Bal. q̄ talia uerba prolata ab homine nō recipiūt restrictionē ut uoluit Bal. in l. fi. C. sine cēsu vel reliqs. Sđ in casu nostro nō est opus ista inuestigatione, qm̄ Bal. dicit q̄ illa uerba, quibuscunq; hæredib. non referūtur ad prorsus extraneos. & Bal. in d. §. donare dicit q̄ non referuntur ad inhabiles & sic ad uxorem, quia concurrit duplex specialitas. Prima quia fœmina, secunda qa non est agnata contra l. 1. C. de doris promis. primū patet quia in casu nostro sunt prorsus extranei filii filiæ. Nec secundū obstat quia Nicolaus & Aluisius sunt agnati. & pria opi. ē cōis & seqnēda, quā ēt tenet Bal. & sequunt Mod. ī c. in ꝑsentia. de ꝑba. Idem dominus Ale. in l. qđ dicit. ad fi. ff. de uer. ob. & Bal. q dixit ī cōs. 119. in primo uolu. qđ incipit considerandū
4 † quia tenor inuestituræ nō est restringendus sed

sed indefinite intelligendus.ar.tex. no.in c.1. de duob.frã.à cap.inuestitis. Sit ergo conclusio ꝙ dicta verba significant ꝙ ẽt extranei admittuntur. Igitur in casu nostro filij filiæ instituti admitti debent ex quo sunt hæredes instituti. Ad hoc tex.no.in c.1.de feu. nõ habente ꝓpriã nat.feu. Et quia dixi tenor inuestituræ derogat omni iuri & naturæ feudorũ: vt in c.1.de duobus fratrib. à capitaneo inuesti. Sed quoniã secundo loco cõcedens & recipiẽs in dicta vltima inuestitura non videtur uoluisse ꝙ dictũ feudũ transiret ad fœminã sicut est de na.feudorũ, iuxta.c.1.de successione feud. Iccirco post verbũ quibuscũq; additũ fuit verbũ masculis, quod verbũ si nõ fuisset additum venissent ẽt fœminæ per ꝑallegatas doctrinas, ꝑsertim cum non erãt extra eos iuxta not.per Bal.in d.§.donare.& in d.l.cum virum. Vnde verbum masculus tollit dictam difficultatẽ. Sed ẽt si dictũ fuisset masculis & non vltra, adhuc fuisset difficultas nunqd veniret filius filiæ de diuersa agnatione, & videbatur ꝙ non, quia exclusa filia vt in c.1.§.hoc aũt, qui feu. da.pos.& tenent Pau.de Cast.& Aret. in l.Gallus.§.nunc de l.Velleia.ff.de lib. & posthu.& Ale.in d.§.ẽt si parente. ea l. Vidi tamen allegatũ per doctissimos viros quòd in feudo filij filiæ nõ excluduntur quia masculi, qm̃ si in dicto §.hoc autem, excludũtur filii filiæ, datur intelligi ꝙ nõ sufficiebat sola exclusio filiæ; sꝫ in casu nostro si inuestitura nihil aliud diceret admitterẽtur filij filiæ duplici rõne. Prima rõ est quia dixit qbuiscunq; hæredib.& successoribus masculis. Quæ uerba cõueniunt filijs filiæ & sunt vniuersalia & geminata per ea q̃ sup.dicta sunt, & præsertim qa non sunt oĩno extranei scđm Bal.in d.l.cũ virum. Et qa non concurrunt tot spãlia vt dicit Bald.in d.§.donare. Vñ verbũ qbuscunq; non debet restrin-
5 gi vt dictum est.†Secũda rõ est qa ẽt si nõ esset dictũ quibuscunq; idẽ videretur dicendũ, qa quando cõcessa fuere dominia & iurisdictiones castri alicui & descendentibus masculis, tunc includuntur etiam descendentes ex fœminis dummodo sint masculi. Nam Io.And. referendo disputationẽ Rica.malum. in adi. Spe.in rub. de testa.concludit ꝙ masculus ex fœmina nõ includitur in dispositione testatoris, quia propter verbũ masculis datur intelligi, ꝙ voluit agnationẽ conseruari, q̃ non militat in casu nostro quia superior censetur talẽ fecisse concessionẽ in fauorẽ subditorum ne dominiũ & iurisdictio perueniat ad fœminas & sic incertũ genus ꝑsonarũ iuxta not.in l.filiusfa. §.diui.ff.de leg.1.& hoc propter fra-
6 gilitatẽ sexus mulierum† quibus dominari non conuenit vt pulchre demonstrat Petr.de Anch.consi.336.inc.ꝓ maiori intelligẽtia dicendorum, ex quibus patet ꝙ ratio conseruãdæ agnationis nõ militat, sed alia. facit text.in c.1.de eo q sibi & hæredib.suis mas. & fœmi. & ita consultũ uidi in magna cã per magnos doc. Igitur fortius dicendum esset hoc quando adest verbum, quibuscunque ut dixi.

Quarto & vltimo loco in casu nostro, qa intentio & dantis & recipientis fuit ꝙ non exiret feudum de nobili domo & de agnatione de nobilib. de Scarãpis. Iccirco addita fuerũt dicta verba, de dicta domo seu parẽtela ex oĩ stipitæ nobiliũ de Scarãpis. Vnde non includuntur filij filiæ qui sunt de alia domo, sed in casu nr̃o Nicolaus & Aluisius sunt masculi & sunt de domo & parẽtela nobiliũ de Scarampis, quia eorum mater nupta fuit cuidã Alexio de Scarãpis, vñ cum dicatur, quibuscunq; hæredib.& successoribus & sint masculi & de domo, includuntur qũocunq; sint hæredes siue succedãt ex testõ siue ab intestato, in q̃ successione ab intestato attẽditur ultima ꝑsona pęnes quã erat feudũ, vt est casus in c.1.de na. succes.in feu.ista probãtur primo. Nã illa verba, quibuscunq; hęredib. & successorib.latissime concepta, fuerunt restricta per dantẽ & accientẽ (licet ĩcluderẽt extraneos & masculos & fœminas) ad masculos & de domo nobiliũ
7 de Scarãpis,†vnde talis exceptio & derogatio siue restrictio facit ꝙ in aliis remanet regula firma.l.nam qđ liqde.ff.de penule. per Bal. in l.1.§.sed excipiuntur.ff.de ferijs. & per do. Ale.in l.fi.ff.quòd qsq; iur. Itẽ & secũdo facilius fit extẽsio dictionis quibuscunq; qñ non fit ad penitus extraneos, quã si fieret ad penitus extraneos ut in casu nostro, vt per Bald.in d.§.donare. & in d.l.cum virum, sed secũdum communem opi.extenditur ad penitus extraneos vt dixi, igitur fortius fieri debet in casu nostro ad personas de quibus agimus.

Tertiò in casu nostro fit restrictio à contrahẽtib.& sic ab homine in casib.in quibus volue-
8 runt.†Igitur restrictio homnis facit cessare restrictionẽ legis & ex legis dispositione nõ debet restringi, quia prouisio homnis facit cessare ꝓuisionẽ l.ut in l.fi.C.de pactis conuen.cũ vulga.vnde censetur feudum habitũ pro se & quibuscunq; hæredib.& descendẽtib. masculis de domo nobilium de Scarãpis vt ex superioribus patet. Confirmať etiam quia dictum fuit, quibuscunq; hęredibus & successoribus, & si actus fuit etiam geminatus.arg.l.Balista. cum ibi not.ff.ad Treb.& uerbum etiam successorib.addit propter ea q̃ ponũt Io.de Imo. & d.Ale.in l.quod dicitur.ad fi.ff.de verb.ob. Pro hoc etiam quia tale feudum est hæreditariũ & non potest transire ad eos qui non sunt hæredes vt dicetur in sequenti quæstione, cũ receptum fuerit pro quibuscunque hæredib. & successoribus ut ibi dicetur, ex quibus clarissime patet quòd intentio contrahentium fuit quòd omnes hr̃des & successores admitterentur & vocari possent, dummodo essent

masculi & de domo vt dictum est: & sic etiā vlterios in gradu dūmodo sint masculi & de domo. Ad hoc text. no. in l. filiusfami. §. cum pater. ff. de lega. 1. & sic concludo ꝙ ex quo vltimo habenti feudum Carij succedunt Nicolaus & Aluisius tam ex testamēto quā ab intestato admittūtur ad dictū feudū Carij exclusis Luca & Thoma. ex quibus infertur ꝙ portio Ambrosij qui instituit hæredes dictos Nicolaū & Aluisiū pertinet ad eos. Secundo ꝙ portio Frācisci qui instituit hęredes proximiores in gradu succedēdi & qui sibi debeant succedere quo ad Castrū Carij ꝑtinet ad dictos Nicolaum & Aluisiū, quia feudū erat hæreditarium & sic de iure non pertinebat ad Lucam & Thomam qui nō erāt hæredes vt infra dicetur, & sic pertinebat ad dictos Nicolaū & Aluisium qui erāt hæredes. Præterea ipsi sunt de hęredib. masculis de domo de Scarāpis & sic includuntur. Vnde Lucas & Thomas non sunt inclusi, quia nō sunt hæredes; & Nicolaus & Aluisius sic per illa verba quibuscunq; hæredib. & successorib. Igitur isti debent tanquam instituti admitti. ad hoc gl. in l. pater, §. Iulius agrippa. de lega. 3. Omitto quæ super hoc dicuntur in hac materia per consulentes ob primam inuestiturā habitam à communi Ianuæ quatenus influit in hanc secundā de qua me remitto ad consulentes, quib. tamen addo in proposito. Nā ex quo virtute antiquæ inuestituræ factæ à cōi Ianuę veniebat etiam fœmina ista antiqua influit in secundā, cuius vigor nō tollitur quo minus masculi ex fœmina de dicta domo de Scarāpis vt in casu nostro admittantur ꝑ casum no. in c. 1. de vasallo decrepitæ ætatis, per quē dicit ibi dominus Iacobus Aluaroti no. † ꝙ noua inuestitura facta ꝑ do-
9 minū virtute antiquę nō tollit vigorē venientē ex prima antiqua. Facit. ca. 1. §. 1. de succes-
10 sione feudi. † Nā subrogatū assumit sibi pristinā qualitatem. ar. l. si donatione. §. 1. ff. de donationib. inter virum & vxorem. & in c. ecclesia vestra. & ibi not. extra vt lite penden. Igitur cū ista inuestitura secunda facta sit virtutæ antiquæ factæ à cōi Ianuę vt patet per capitula pacis inter cōe Ianuę & Illustrissimum Ducē Mediolani. patet ꝙ sapere debet eius naturā, & ad minus non attenditur quando est filius ex filia qui sit agnatus vt sic minus recedatur ab antiqua inuestitura. ar. c. cū dilectus, de cōsuetu. licet not. Lucas & Thomas dicatur in primo gradu agnationis, tñ Nicolaus & Aluisius sunt agnati & sunt masculi hæredes & ꝓximiores in gradu de iure cōi. Vnde ī ista inuestitura adest pluralitas uinculorum requisitorū. arg. aut. itaq; C. cōia. de successoribus. & eius quod habetur in ca. 1. extra de tregua & pace. Item dicit inuestitura de domo & ex oī stipitæ nobiliū de Scarampis: & sic siue sint ex linea masculina siue ex fœminina dūmodo sint de nobilib. de Scarampis, quia qui omne dicit nihil excludit. l. à procuratore. C. mādati. & sic quicunq; sit hęres dūmodo sit masculus & de dicta domo, quæ verba cōueniunt in istis & nō in Lucam & Thomā. Igitur cū illis verba non conueniant nō cōuenit dispositio, l. si uero. §. de uiro ff. soluto matrimon. l. hos accusare §. omnibus. ff. de accusationib. cum similib. Vnde ex omnibus præmissis concludo ꝙ ēt sine indulto regis romanorum Nicolaus & Aluisius sunt potiores in dicto castro Carij Luca & Thoma. hoc de prima qōne.

Circa secundā quęstionem scilicet de Castro Bubii cōcludendū est ꝙ est feudū hęreditarium, quia concessum ꝓ se hæredib. & successorib. Et est aduertendū ꝙ primo fuit inuestitus Ianonus, & scđm qđ inuenitur de quarta parte Bubij & demū đ quarta inuestitus fuit vnus filius & duo nepotes pro se & hæredib. & successorib. Et ideo Lucas & Thomas non possunt venire ad feudum acquisitum per dictum filium & nepotes; quoniā ipsi non sunt
11 hæredes. † Nam cōis conclusio est quòd quādo feudum est concessum pro se hęredibus & successoribus & non simpliciter, tale feudum non transit ad agnatos nisi sint hæredes prædefuncti qui habebat feudum, ita tenet Iac. đ Belui. quem sequuntur Moderni in c. 1. de eo qui sibi & hæredibus suis, argu. l. si stipulatus, §. grisogonus, & l. quicquid astringendę. ff. de verbo. obl. Idem uoluit And. de Iser. optimus auriga in materia feudorū in c, 1, §. hæc quoq; de successio. feud. & Andreas prædictus in ca, 1. an agnatus vel filius. hāc opinionem ut cōmunem sequitur Ale. præceptor meus in suo consi. 10. in tertio volumine quod incipit pōderatis sed ut dixi, isti Lucas & Thomas non sunt hæredes, igitur non admittuntur ad dicta feuda. Confirmatur hoc ex dictis Bart. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de operis liber-
12 torum. vbi uoluit. ꝙ † si emphiteosis ecclesiastica quę transit ad filios, licet non sint hæredes, tamen si quis stipulatur pro se filiis & hæredibus non transit ad filios non hæredes. unde infertur quòd feuda transeunt ad filios si sunt hæredes, ita in casu nostro trāsit ad agnatos si sunt hæredes. arg. l. item uidendum. §. fi. ff. peti. hæ. & concordat Bal. in l. generaliter. §. 1. C. si secundo nup. mulier. Istud idem uoluit Cy. in l. manumissos. C. de liber. & eorū libe. & no. Bart. in l. eū qui. ff. de interdictis & relegata. & Io. An. in addi. Spe. in ti. de feudis. §. 1.
13 in addi. q̄ incipit debet dicere. † Prædicta ꝓbātur ex no. per Io. And. in addi. Spe. in tit. de legato. §. nūc aliqua. in additione quæ incipit q̄stio nō est dubia. ubi uult quòd quādo feuda sunt concessa pro se & hæredibus ueniunt in petitione & diuisione hēditatis ꝑ no. in d. l. itē uidendū. §. 1. & ex hoc ꝙ ueniunt in restōne fideicōmissi personis inclusis ut ibi per eum & per

14 & p Dy. & Bar. in l. si patroni. ff. ad Treb. † resultat conclusio ꝙ feudum receptum pro se & hęredib. dicitur hæreditariū, & ideo nō trāsit ad Lucam & Thomā agnatos qui nō sunt hæredes prout etiam tenet Card. Alex. in c. 1. de eo qui sibi & hęredib. suis, licet dicāt quasi in feudum, dictio quasi parū importat in ca-
15 su nostro, † quia potest esse veritatis expressiua. l. dedi. in prin. ff. de condi. ob cau. l. nec vllam. §. si. ff. de pe. hær. & tunc stat improprie; quia ex quo est hæreditarium & non hēt naturam feudi, quia nō transit ad eos qui nō sunt hæredes, vt in d. §. si liberi. vnde dicendum est ꝙ est nota improprietatis & diminutionis. l. 3. §. fi. ff. de vi & vi arm. & l. qui usumfructum, ff. qui. mo. vsusfru. amit. Vnde non est ꝓprie feudum vt dixi & est nota diminutionis, quia non includitur qui nō est hæres. Ex quib. infertur ꝙ Lucas & Thomas non admittuntur ad feudum receptum ī Castro Bubij. s. ad tres octenas cum dimidia receptas per Ioannem sed Nicolaus & Aluisius qui sunt hæredes p̄ defuncti habentis feudum. s. Ambrosij & Frācisci, qa nulla facta instōne Franciscus Lucas & Thomas nullo mō poterāt admitti, qa non erant hæredes sed Nicolaus & Aluisius. Nam Frāciscus testator instituit sibi proximiorem in gradu succedēdi, sed isti sunt ꝓximiores in gradu succedēdi ab īestato, vt in auth. in successione, & in auth. post fratres. Igitur &c. Itē sunt illi qui de iure debebant succedere. Si ergo illa uerba intelligūtur in bonis alodialib. res est clara. si vero intelliguntur in bonis feudalib. est dicendū ꝙ Lucas & Thomæus nullo mō poterant succedere, quia nō sunt hæredes sed Nicolaus & Aluisius, & sic primo debeant succedere in alodialib. secundo in feudalib. tenendo ꝙ filius ex filia succedat quasi fuerit concessum pro se & hęredib. & successoribus masculis. ar. c. 1. de natura suc. in feu. & habuerit respectū ad masculos, ex quo concessit partē Carii habētis dñium & iurisdictionem & sic includūtur nati ex fœmina. ut sup. dixi. Item & alio iure ad eos successio feudo-
16 rum ꝑtinuisset ut infra dicetur. † Scilicet contra p̄dicta instatur per instrumentum acquisitionis factæ per dictū Ioannē p̄supposito ꝙ secundum quod fit communiter fuerit inuestitus tanquam de feudo paterno auito proauito antiquo & antiquissimo, quæ uerba operātur vt feudum nouum assumat naturā & qualitatem antiqui, vt tenuit Bal. in c. 1. de natura feudi paterni. ar. l. quicunq; C. de omni agro deser. libr. 10. & tenent ibi Moderni & Bald. in præludiis feu. in 3. diuisione. & Alua. in c. 1. an agnatus vel filius. & in c. 1. de vasallo decrepitæ ætatis & in aliis locis d. Alex. in consi. 38. in 3. vol. in consi. 20. in 5. vol. & aliis consilijs cō
17 similibus † sed in feudo antiquissimo succedunt agnati licet non sint hæredes, vt in ca. 1. de gradi. succ. in feu. cū similib. Igitur Lucas & Thomas uidētur succedere ut agnati licet nō sint hæredes. sed ad hoc respondeo ꝙ licet in hoc sint opi. quādo aliquid cōceditur tanꝙ feudum paternum auitum & antiquissimū, vt patet p not. per Oldr. in consi. 178. incip. factum tale est quidam nobilis quem refert Albe. de Ro. in dictionario in verbo nouū. Pau. de Cast. in cōsi. 157. inc. istud feudum. & Ale. in d. consi. 10. posita prima opi. rñdetur ꝙ illa uerba tanquam antiquum & antiquissimum solum operātur respetu personarum pro quibus reperitur recepta dicta inuestitura. Cū ergo dicta inuestitura reperiatur recepta p se & suis hæredib. & successorib. non debet prodesse istis Thomæ & Lucæ qui non sunt hæredes neq; successores, ita in terminis declarat do. Ale. in d. consi. 10. in 3. vol. in pluribus locis. Nā attenta prima opi. ꝙ feudū non trāseat ad non hæredes sit cōis, unde illa verba in antiqssimum operantur ꝙ feudum tāquam antiqssimum transit ad agnatos hæredes & non ad agnatos non hæredes. Nam vt dicit d. Ale. in d. consil. 10. uoluit denotare quasi concessio fuerit antiquis similis & ad eius similitudinē fuerit facta noua inuestitura. Si ergo antiqua inuestitura reqrebat ꝙ agnati essent hęredes & noua idē, non extēditur ad agnatos nisi sint hæredes. Ex quib. seqtur ꝙ Lucas & Thomas nō cōprehendūtur in dicta inuestitura sed includuntur Nicolaus & Aluisius qui sunt hæredes & ēt sunt agnati & descēdētes, vt in c. 1. §. si clientulus, de na. feudi. Superest describere de feudis acqsitis per Ambrosium nomine suo & Frācisci fratris sui pro se & successorib. & hæredib. & nō est dubium ꝙ Lucas & Thomas non admittuntur, quia in casu isto feudū uere non est antiquum prout feudum quartæ partis Bubij non est concessum vt antiquum, vt in feudo de trib. octenis cum dimidio. Et qa regula est ꝙ agnati transuersales in feudo nouo nō succedūt, ut ī tit. de gradi. suc. in feu. post prin. & in ti. de duo. fra. de nouo be. inue. & in c. 1. versi. qa etiā, qui feu. dare pos. cū similibus. Nec obstat ꝙ Ambrosius pro se & Francisco sit inuestitus hijs modo & forma qbus erant inuestiti uenditores quorū feuda erant antiqua, quia ad hoc respōdetur, primo quia non cōstat quales fuerunt inuestituræ illorū venditorū. l. in testō la. 1. ff. de condi. & demō. & in auth. si qs in aliquo cū ibi not. C. de edē. Secūdo qa licet cōstet ꝙ essent factæ iure feudi antiqui nō sunt receptæ nisi pro hæredib. & successorib. vt dicit Ale. in d. consi. 10. Tertio quia trāsuersales non admittūtur agnati nisi hoc expsse dicāt, ut in c. 1. §. cū uero Corradus, quia feu. dare pnt, & in c. 1. in fi. de successione feudi & in c. 1. in fi. in quib. casib. feudum amit. sed in casu nostro nō sunt expresse vocati oēs agnati, igitur &c. Sed posita ista

D 3 opi.

opi; pro vera concludo quod respectu bonorum Ambrosij conclusio redditur clara propter transactionem inter Franciscū ex una & Nicolaum & Aluisiū ex alia cuius virtute dicta bona ēt feudi noui debent ad eos peruenire accedente consensu domini. Nam clarum est quod dicta feuda non poterant peruenire ad Lucam & Thomæum tamen, quia feudum est nouū & isti sunt transuersales non nominati in inuestitura pro se & hæredib. & successorib. nō sunt hæredes. Vnde agebatur tantum in dicta transactione de præiudicio domini ad quem feudum debeat reuerti, quia solo consensu poterat sibi preiudicare & facere quod feudum nō trāsiret ad personas ad quas non poterat: puta ad fœminas & descendētes ex eis, vt est casus in c.1.§.hoc autem ibi. nisi specialiter dictum fuerit, de succe.feud.& in c.1.de feudo fœmine, & in c.1.de natura succes.feudi.

Confirmatur quia nō solum valuit contractus à principio sed etiā si postea ratificaret', ex quo requiritur consensus domini, quia de eius præiudicio agitur iuxta no. per d.Anto. post Inno.in c.cum consuetudinis, de consuetu.& est tex.& ibi Bal. Aluarotus & alij in c.1. de aliena.feudi paterni. ibi, agnatis postea ratum habentibus. Pretera cōmunis cōclusio est quod conuentio super certis bonis viuētis valet & non super omnibus ex quo relinquitur ptās testandi vt in proposito iuxta no.per Bar. in l.stipulatio hoc modo cōcepta. ff.de verb. ob.& Pet.de An.& Imo.in rub.extra de testa. & Alex.in consi. 28.9.dubio in 5.uol. & Pau. de Cast.consi.146.inc.super secundo puncto. Vnde videmus quod conuētio valet super certis bonis quod uno decedente sine liberis bona vadant ad alium vt consuluit Oldra. consi.130. & tenet Io.And.in addi.Spec.in tit. de instru. edi.§.porro.in ult.col.versil.fuit alia quæstio. Alex.consil.80.inci. uisa facti narratione.in 2. vol.& in consi.28.incip.ponderatis. in 3.vol. cum similibus. Superest alia dubitatio respectu bonorum Francisci quia fuerunt sibi acquisita virtute stipulationis dicti Ambrosij super quibus non est trāsactum; in quibus idem est dicendum quod in feudis antiquis, quoniam licet feudum sit hæreditarium, tamen Franciscus instituit sibi proximiores eos qui deberēt succedere: sed in alodialibus non est dubium quin debeant succedere; vt in authē.post fratres.C.de legi.hære. Itē in feudo Carij vt probatum est sup. nullo ēt conditio testamēto & in feudo Bubij attenta transactione facta cū cōsensu domini. Vnde illa verba respectu Lucæ & Thomei non pñt verificari qui neq; sunt proximiores nec ullo modo non facto testamento deberent succedere cum nō includantur, sed in Nicolao & Aluisio verificantur non solum in alodialibus sed ēt in aliquibus feudalibus. Igitur ipsi cēsent instituti hæredes. Facit in arg.l.q̄ritur.ff.de statu.ho. quinimmo omnis successio virtute priuilegij Imperatoris ad eos ptinet vt statim in seq. q. pxime dicet. Et ex his expedita est secūda qō principalis.

Circa tertiam quæstionem dico quod lata est materia quando declaranda est auctoritas Principis. Iccirco breuiter procedā per cōclusiones. Prima cōclusio est qñ agitur de p̄iudicio tantum domini infeudantis, potest princeps siue imperator infeudando sibi p̄iudicare. Vñ dicimus quod Papa cōcurrit cū omnibus suis p̄latis inferiorib. in potestate & iurisdictione. Et idē est in imperatore in quo sunt inclusij omnes Thesauri dignitatum. Vnde infertur in proposito quod non solum potest imperator infeudare res immediate sibi subiectas sed oēs alias res mediate subiectas quę
19 sunt alicuius domini inferioris.† Idem dicimus in Papa quod non solū potest infeudare ea q̄ sunt sui apostolatus, sed ēt potest infeudare res q̄ sunt omnium ecclesiarū, quia cū eis concurrit ī potestate & iurisdictione, vt uoluit nota.Io.Mona.in c.si eo tempore. de electio. in 6.refert Bal.ī c.1.ī prin.q feudū da. pos. Et idē voluit Bald. in ca. 1.quis dicatur Dux comes vel Marchio.& hoc idem dixit Bal.in ca.nisi', de offi.legati. Ex quibus infero quod si quod feudum erat reuersurum ad dominū potuit princeps īfeudare de nouo, & sic aduersus dominū in feudis nouis Nicolaus & Aluisius habent ex dicto priuilegio claram defensionem aduersus dominum. Infero etiam quod tenēdo quod Lucas & Thomæus non habeāt aliquod ius, quia stipulatio ad eos non extendatur uel quod non sint hęredes uel quod nō sint descēdentes stipulatoris, hoc fundamēto possunt se defendere Nicolaus & Aluisius quinimmo si esset in possessione possent, dicere quo ad te liberas ædes habeo.l.loci corpus.§. competit.ff.si serui.ven.cum similibus.
Secunda cōclusio sit quod Imperator vel Papa non possunt dominium utile feudi auferre sine causa, quia nō pōt imperator vasallos feudo priuare seu disuestire & sic auferre utile dominium postquam sunt quæsita dominium & possessio, vt voluit tex.in c.1.de natu
20 ra feudi.† Vnde dicit Bal. quod princeps nō potest etiā de plenitudine potestatis sine cul-
21 pa vasallum feudo priuare.† Patet etiam qa feudum est contractus vnde imperator ligat l.contractus, licet lege propria & cōi non ligetur, vt est casus & ibi Canonistę in c.1.de probationib. & notant Inno. & Canonistę in ca. nouit.de iudicijs, & Bald.per illū tex. in c.1.de natu.feudi.& Bal.in l.q se patris.C.unde liberi. Nam in feudo acqritur utile dominiū, no-
22 tat gl.in c.1.§.præterea. de capi.corradi.† sed sicut princeps ad libitum non potest auferre dominiū directū et subdito vt tradit in l.fi.C. si cōtra ius vel vtil.pub. & p Canonistas in c.q in ec-

in ecclesiarum, de constitutionibus, ita non potest priuare etiã subditũ vtili dominio. ita concludit Bart. in l. 2. per illum tex. C. de fundis patri. lib. 11. sequitur Pau. de Cast. in cons. 158. incipiente, viso & examinato, vbi conclu dit quod Papa nõ potest suo vasallo sine causa feudum auferre, faciunt notata per Bart. in extrauaganti quoniam nuper, in verbo rebel lando, vbi dicit quod effectus vtilis dominij est de iure gentium, licet eius natura sit orta de iure ciuili, allegat text. in §. fi. inst. de vsu & habitatione, & hoc etiam tenet D. Abb. in d. c. quæ in ecclesiarum, de constitutionibus, faciunt not. per D. Abbatem in cle. 1. de probationibus & per Ludo. Roma. in consi. 352. incip. Rex Romanorum in 1. parte in vlti. stam-
23 pa quod † si Imperator non potest tollere, nõ potest alterare, & ibi dicit notabilia verba & pulchre etiam loquitur in sequentibus allegationibus. & ex p̃dictis patet solutio ad om nia in quibus dicitur quod Imperator nõ po test aliquẽ feudo priuare, quia loquuntur q̃n feudum fuit acquisitum & quo ad dominiũ & possessionem, quod non fuit in casu nostro respectu Lucæ & Thomæi quibus nullũ feudum fuit quæsitum vt dictum est, licet quidã hoc casu etiam teneant quod potest de plenitudine potestatis, quia præsumitur quod ex causa fecerit vt voluit glo. vbi Doct. in d. l. fin. C. si contra ius vel vtilitatem publicam, & D. Ant. & alij in d. c. quę in ecclesiarum, imò pleriq; tenẽt quod etiam sine causa princeps de plenitudine potestatis potest quẽ priuare dominio suo & qui dicit contra, mentitur, argu. l. bene à Zenone, de quadrien. præscrip. & idẽ voluit Ang. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris, sed hoc non prosequor, quia nõ est necessarium ex quo feudum non fuit quæsitum vt dixi.
24 † Tertia conclusio sit quod etiam quando dominium feudi est quęsitum non tamen est quæsita possessio ante apprehensam possessionem non potest princeps priuare vasallũ feudo sine causa etiam si dominium sit quæsitũ ex dispositione certa à principe. Nam dominium quæsitũ ex aditione hæreditatis seu q̃n mediante aditione quæritur dominium dicitur modus acquirẽdi de iure ciuili, sed dominium est de iure gentium vt declarat Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure, in 2. colũ. & tamen dominus sine causa priuari nõ potest à principe vt in terminis voluit Bald. in l. 1. de
25 iure anulorum aureorum. † vbi voluit quod adita hęreditate per venientes ab intestãto nõ potest princeps alios legitimandos eos priuare, & tenet Bald. in c. 1. in princip. hic finitur lex corradi. & Bald. in l. rescripta. C. de precibus Imperatori offerendis, & in l. 2. ad finem, de iuris & facti ignoran. & in l. Deo nobis, in vlti. col. C. de Episcopis & clericis, & Pau. de Cast. in l. Gallus. §. & quid si tãtum. ff. de libe. & posthumis & D. Alexan. in l. cum hæredes, in prin. ff. de acqui. pos. Aret. præceptor meus in l. 3. ff. de testamentis.

Sed cõtrariam opinionem quod princeps possit sine causa tollere dominium quæsitum ex actu iuris ciuilis, puta ex præscriptione vel vsucapione tenet Ang. in l. Lucius. ff. de euictio. & Bal. in l. 3. ad fi. C. sententiam rescindi nõ pos. & Pau. de Cast. in d. l. cum hæredes in principio. ff. de acquirẽda possessione, qui dicit ita se consuluisse. Idem tenuit in l. 3. ff. de testamentis, idem tenuit D. Abb. Mod. in suo cons. 85. incipit illud in summa; sed posito ꝙ prima opinio esset vera, non obstat in aliquo in casu nostro, quia dicto Lucæ & Thomæo in aliquo feudo ex prædictis non erat acquisitum aliquod vtile dominiũ, igitur nõ faciunt in proposito, vt supra declaratum fuit. Si autẽ secunda opinio esset verior res esset magis clara, vt de se patet.
26 † Quarta cõclusio est quod quãdo est quęsitum ius tantum in spe ita quod ex illa spe nnlla est quæsita obligatio de iure gentium, tunc princeps etiam sine causa potest hoc ius auferre, puta quando princeps priuat succedentem ab intestato ante aditionem hæreditatis, & sic antequam quæsitum fuerit dominium puta quando Imperator legitimat spurium ante aditam hæreditatem, vt concludit Bart. & sequitur Pau. de Cast. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. & est casus in l. quæris. ff. de natalibus restituendis, & istũ articulũ latè examinat D. Alex. in d. §. & quid si tantum, vbi multas auctoritates & rationes adducit pro & contra, tandem reducit se ad istam conclusionem quod aut est adita hæreditas & non potest sine causa dominium acquisitum auferre, vt supra est dictum, aut non erat adita hæreditas & tũc secus, vt ibi latius per eum. cum ergo hic non fuerit quæsitum dominium mediãte aditione sequitur quòd princeps sine causa hoc ius auferre potuit & hoc præsertim quia vsus est plenitud. potesta.
27 † Quinta conclusio est quòd obligatio q̃sita ex actu de præsenti & immediata non potest sine causa tolli subdito ꝑ principem. Nã princeps etiã subdito efficaciter obligatur, & astringitur etiam successor principis. casus est secundum dominum Antonium, Imo. Abbatem & Moderniores in c. 1. extra de probationibus, & non probatur alibi secundum D. Abbatem, & idem voluit Cyn. in l. digna vox. C. de legibus, illum textum etiam allegat Io. de Imo. in c. 1. extra de cõstitutionibus, & plene ponunt Moderni & præsertim cumulãtes in d. c. 1. de probationibus, Bal. in c. 1. de natura feudi, per illum tex. Bald. in l. 1. de constitutionibus principum. Ex qua conclusione infero quod illi cui est quæsitũ ius in feudo mediante

diante contractu non potest sibi sine causa p principẽ præiudicari, vnde si inferior per contractum simpliciter habet ius in feudo ab inferiore à principe seu à principe non posset sine causa priuari vt traditur in d. c. 1. de probationibus, & per Bal. in l. qui se patris. C. vnde liberi. & ista etiam non tangunt casum nostrum quia aduersarij non habent ius mediãte stipulatione immediate sed mediante successione feudali.

28 † Sexta & vltima cõclusio est in proposito quando est quæsitum ius in spe non mediante successione seu consuetudine feudali, put est casus noster, & tunc Imperator potest sibi præiudicare sine causa, quia sicut dictum est in iure quæsito in spe ante aditam hæreditatẽ vt per Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum, & in d. l. quæris, de natalibus restitu. ita dicendũ est in consuetudine feudali. Nam Imperator habet liberam potestatem super ius positiuũ. l. princeps. ff. de legibus, c. proposuit, de concessione præbendę. Nam in aliis quę sunt de iure positiuo nõ est opus de potestate principis disputare. l. disputari. C. de crimine sacrilegij, sed sufficit pro iure voluntas Bal. in l. impetrata. C. sententiam rescin. non posse. & no. Bald. in extrauaganti de pace constantiæ in verbo Imperialis cælsitudo, Bald. in l. 2. C. de

29 seruitutibus & aqua, † quæ sunt de iure positiuo tollere potest non quæ sunt de iure diuino naturali vel gentium sine causa cum clausula non obstantibus etiam si agatur de alterius præiudicio, vt in glo. communiter approbata in l. fi. C. si contra ius vel vtilitatem publicam, & notant Doct. in c. quę in ecclesiarum, de constitutionibus; sed in casu nostro ante mortem Ambrosij & Francisci dictis Lucæ & Thomæo non erat quæsitum ius nisi in spe ipsis mortuis, igitur respectu successionis potuit per principem præiudicari scilicet quod illis præiudicetur per filios filiæ non successibiles & fieri successibiles. & hoc etiam probatur ex his quę dicta fuere supra, quod ante aditionem hæreditatis potest princeps habilitare personas inhabiles & illos quibus erat ius acquisitum in spe excludere, vt per Bar. in d. §. & quid si tantum cũ simi. ibi allegatis per D. Alex. sed dicet quis quod licet poterat tollere ius quæsitum in re virtute successionis non tamen videtur quod potuerit tollere sine causa ius quæsitum in spe ex contractu per tex. in d. c. 1. de proba. & Bal. in c. 1. per illum tex. de natura feu. & Bald. in l. qui se patris. C. vnde libe. quoniã in tali stipulatione si aduersarij essent exclusi, filij ex filia non vidētur inclusi in c. 1. §. cũ autem, qui feudum dare possunt, & hoc stante consuetudine feudali, vnde illa verba pro se & suis hæredibus quibuscunque vel pro se & hæredibus & successoribus non videntur includere filios ex fœmina, attenta consuetudine feudali secundum quam intelligenda est stipulatio & etiam subiecta materia feudali. primum probatur in l. quod si nolit. §. quia assidue, ff. de ædil. edic. in l. si stipulatus. ff. de vsur. videtur ergo ꝙ princeps non possit habilitare personas inhabiles & includere in contractu nõ inclusas & habiles & inclusas excludere iux. not. in d. c. j. de proba.

Sed ad prædicta respõdeo quod stipulator pro se & hæredibus vel pro se & successoribus refert se ad tempus quo tractatur de hæreditate & successione. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. l. ex facto, cum ibi no. ff. de vulg. & pup. & per Bar. in l. si ex facto. ff. ad Tertu. Sed in casu nostro filij ex filia reperiuntur habilitati à principe, igitur &c. Nam tempore mortis Francisci & Ambrosij nati ex fœmina erãt habiles ad succedendum, igitur &c. & pro hoc est casus in c. naturalis, si de feu. fue. contro. vbi naturalis est inhabilis ad feudum etiã legitimatus quod est fortius nisi in legitimatione dicatur specialiter ꝙ succedat in feudo, quo casu admittitur exclusis agnatis, vt in d. c. naturales, vt ibi declarat glo. Iaco. de Bel. Bal. & alij, & tamen virtute primæ inuestituræ non admittebatur, sed alij agnati in feudo paterno & antiquo & sic virtute contractus, vnde inhabilis habilitatur ex priuilegio Imperatoris & admittitur in præiudicium illorũ q virtute primæ inuestituræ admitti debebãt, & his respectu successionis tantum in feudo nouo facilius admitti potuit, quia agitur tantum de præiudicio domini concedentis cum quo Imperator concurrit, vt in prima conclusione conclusum fuit, ex quo apparet quod quãdo virtute primæ stipulationis & inuestituræ, & sic cotractus non est ius quæsitum aliquod, quod potest Imperator præiudicare, sicut etiam dicimus quando per viã successionis per Bart. & Doc. in d. §. & quid si tantum, vbi latius per D. Alex. paret etiam in simili.

30 † Nam filius adoptiuus non succedit in feudo, vt in c. adoptiuus, si de feu. fue. contro. tamen Imperator facere potest eum successibilem. Quare in casu nostro licet filii fœminæ non succedant, vt in d. c. 1. §. cum autem, qui feu. sta. pos. potest Imperator eos facere successibiles præsertim cum simus in feudo habente iurisdictionem quæ potest per illos filios fœminæ exerceri, præterea licet iuri quæsito p̄iudicare non posset Imperator, vt dictũ est, tamen potest præiudicare iuri quærendo, vt in simili not. doc. in c. verum, de cõd. appo. maximè cum sit hæreditarium feudum, sed hæreditas ante aditionem nõ est in bonis nostris, vt in l. precia rerum. ff. ad l. Fal. vnde Imperator potuit illud tollere, vt probatur ex no. per Bart. & D. Alex. in d. §. & quid si tantũ, confirmatur hoc quia primæua natura hæreditatis & successionis, est ꝙ isti filij filiæ succedant,

cedant, vt in l. maximum vitium. C. de libe. præte. cum ergo ex quo facti sunt successibiles, redacti sunt ad ius antiquum ante ius feudorum, quia res de facili redit ad naturã suã,
31 l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. vbi glo. no. ꝙ † qñ pacto cõceditur priuilegium per quod reducimur ad ius antiquũ, valet etiam in præiudicium tertij, & est tex. not. & ibi gl. in c. ab exordio. 35. dist. & est gl. optima in c. statutum, in verbo narrandum, de preben. in 6. & maximè quia dicti filij sunt agnati, vt patet & in habẽtibus symbolum facilior est transitus, & sic Imperator in casu nostro nõ habilitat ad succedẽdum, sed reducit gradum agnationis ad illum gradum in quo sunt cognati, quod Imperator videtur facile facere posse per ea quę dicta sunt. Confirmatur quia isti filij fœminæ prohibiti sunt succedere quasi prima inuestitura & prima cõcessio nõ extendatur ad istos attenta consuetudine, juxta. l. vniuersorũ. ff. de pigno. actio. tanquam descendentes ex fœmina, vt in c. 1. de successione feudi, cum tanquam descendentes ex masculo habeãt priores in gradu. Quia autem inuestitura ad eos non extendatur contra vim verborum est ex consuetudine feudorum non ex vi verborũ. Potuit ergo Imperator facere quod prima inuestitura ad istos extendatur qui ex alia parte erant etiam agnati, quia potuit ante aliquod ius quæsitum tollere talem interpretationem & velle ꝙ includatur in prima inuestitura in præiudicium alterius cui nõ erat ius quæsitũ & præsertim ex certa scientia de plenitudine potestatis cum clausula non obstante plenissimè appositis iuxta not. per Bar. & alios in d. §. & quid si tãtum, & in d. c. naturalis, si de feudo fuerit controuersia, quoniam, vt dicit glo. in c. fi. §. cum autem, qui feudũ dare possunt, isti sola voluntate sunt effecti incapaces, pro prædictis etiam adduco ꝙ Rex Romanorum potuit dare nouum modum & formam succedendi in feudo licet non possit auferre illis quibus feudum erat quæsitum, vt patet ex his quæ voluit Bal. in l. fi. in princ. ff. de senatorib.
32 † vbi ꝙ facta concessione ab Imperatore & translato dominio rei concessæ potest ab Imperatore lex apponi non ex l. contractus sed
33 ex l. legis: † quia omnis legum potestas est in pectore suo. l. q. fundus C. de omni agro deserto. lib. 11. potuit ergo Rex Romanorũ nouam conditionem & legem in succedendo apponere non obstante tali generali feudorũ consuetudine. Hanc conclusionem approbat Bal. in cõsi. 332. in 1. parte in vlti. stampa incipit præmittendum est ad euidẽtiam, vbi vult
34 ꝙ † licet Imperator nõ possit vasallos disuestire, vt in c. 1. de natura feudi, potest tamẽ feudum ponere sub quadã regula iustitię & ęquitatis quæ præsumitur, vt in l. fi. C. si contra ius vel vtilitatem publi. & hoc posse inest à nati-
35 uitate cuiuscunque feudi, † quia Imperator semper excipitur nec etiam sibi legem imponere videtur, vt in c. 1. in fi. de proh. feudi alie. per Fed. & ex præmissis quæ sunt verissima apparet clarissima solutio ad multa quæ in contrarium adduci possent quibus respõdere nõ intendo quoniam superuacuum esset. & ex dictis conclusionibus supra elicitis clarissimæ patet. Vnum tamen non omittam ꝙ si Lucas & Thomas non includuntur in dictis inuestituris, vt in prima & secunda quæstione dictũ est, vel quia feudũ sit hæreditarium, vel quia tanquam transuersales de solo domini concedentis præiudicio agebatur, cum quo cõcurrit Imperator qui eis concessit. Nam isto casu decisio tertiæ quæstionis esset valde clara, qa non tractamus, de tollendo vel minuẽdo feudo sibi ab Imperatore concesso, sed de admittendo alio in feudo aliis concedendo cũ quo Imperator concurrit, vt supra in 1. conclu. dictum est. Sed adhuc videtur tria præmissa obstare contra præmissam conclusionem ꝙ dicti filij ex fœmina admittantur ex his quæ dicta sunt scilicet in 3. q.

36 † Primum est ꝙ dictum priuilegium fuit concessum à Rege Romanorum non ab Imperatore, quia ante coronationem fuit concessum, quod licet sit disputabile & pluries disputatum tamen communis est conclusio ꝙ idem possit ac si recepisset Coronam vt latissimè concludunt Cy. Alberi. de Rosa. & Saly. & Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscr. & est gl. cõiter approbata in c. legibus dist. traditur in cle. 3. de iureiur. cũ multis similibns.

37 † Secundum est ꝙ Imperator primo cõcessit priuilegiũ Francisco vbi declarauit ipsum esse potiorem in successione dictis suis nepotibus ex sorore natis ex fœmina; rescriptũ aũt priuilegij perpetuo decet esse mansurum, vt in c. decet, de reg. iur. lib. 6. l. quod semel. ff. de decre. ab ordi. faci. vnde secundum non videtur tollere primum, vt in c. cæterum, cum ibi no. de rescrip. Nec videtur satisfacere clausula derogatoria generalis posita in secũdo priuilegio ibi, non obstãte aliquo priuilegio qm̃ videtur intelligenda de inualido, iuxta not. p Io. An. D. Ant. Imo. & alios in c. causam quæ, extra de rescrip. sed in hoc cõcludendum est ꝙ licet priuilegium sit perpetuo mansurũ & non possit reuocari, potest bene per cõcedentem reuocari, ita cõcludunt D. Ant. & Card. & D. Abb. in c. nouit. de iudi. Inn. in c. ad monasterium, de statu mona. Idem Bald. in tit. de pace constan. ver. in omnibus. Prętere a ad derogandum priuilegio sufficit clausula generalis non obstante priuilegio, vt no. Barto. in extraua. ad reprimen. in ver. non obstãtibus, & in cle. 1. de sepul. & ibi Pau. de Leaza. pręterea dicitur specialis derogatio ex quo dicitur nõ obstãte priuilegio alicui agnato cõcesso,

iuxta

iuxta no. per Barto. in l. 1. in fi. ff. si quis in ius voc. nō ierit. & præsertim quia sunt illa verba, etiam si talia essent de quibus fienda esset mētio specialis iuxta plenè not. per Doc. in c. accedens, extra de præscrip. cum similibus.

38 † Tertium est quia in tali indulto non fuerunt vocati Lucas & Thomas de quorū præiudicio agebatur, igitur videtur ꝙ indultum seu priuilegium nō valeat. Nam quando agitur aliquid citandi sunt illi de quorum præiudicio agebatur. l. nam ita diuus. ff. de adop. l. de vnoquoque, ff. de re iud. quod etiam procedit in actu principis. l. fi. & ibi Bal. C. de legi. & in cle. pastoralis, & ibi Doct. de re iudica. Sed ad hoc respondeo ꝙ respectu feudi noui, de nullo ipsorum præiudicio agebatur, sed tantum domini, quo respectu Imperator cū eo concurrit, vt dictum est in 1. conclusione, sed quatenus ageretur de eorū præiudicio dico

39 ꝙ † priuilegium Imperatoris est donum & ꝙ in eius concessione non requiritur citatio, vt in c. eum qui. de præben. in 6. ita dicit Bal. in rub. de rescrip. & in l. fi. quibus res iud. nō nocet, quia sicut solus princeps legem cōdit ita solus priuilegia concedit nullo citato, & tenet Bal. in l. fi. C. de fructibus & litis expensis, & notat Inno. in c. Albericus, extra de testib. & Archi. in c. contra mo. c. distin. & Dominicus de S. Geminiano in c. veniēs, de filiis presbytero. in 6. D. Ant. in c. debitores, de iureiur. & not. D. Abb. in c. cum olim, de re iudi. cum multis similibus, & præsertim ꝙ concessum est de plenitudine potestatis de quo latè ꝑ D. Alex. in d. l. de vno quoq;, ad fi. ff. de re iudic. sed posito ꝙ citatio requireret vbi pars multum læderetur, vt dicit Bar. in l. 2. C. de temporibus appella. arg. dictæ. l. nam ita diuus, tamē in casu nostro non agitur de magno præiudicio, quia vtiq; Lucas & Thomæus non admittuntur, vel quia feuda sunt hæreditaria, vel q̄a non sunt antequam transuersales in stipulatione comprehensi, & sic videtur ꝙ de nullo præiudicio agatur; præterea de eorum præiudicio non ageretur nisi considerato iure in spe. Igitur ex certa scientia & de plenitudine potestatis potuit illis præiudicare etiam illis non requisitis secundum Bart. & Doct. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, cum simil. ibi allegatis ꝑ D. Alex. præterea vt patet ex prædictis poterat solus princeps de plenitudine potestatis concedere inuitis aduersariis, igitur eodem modo poterat eis irrequisitis, l. qui potest. ff. de reg. iur. not. Ang. in l. de vnoquoq;, ff. de re iud. & D. Anto. & alij in c. cum cessante, de appellationibus. cum concordantiis allegatis per D. Ale. in d. l. de vnoquoq;, & Dominicus & alij in c. cum olim, de re iudi. postremo ex amplo priuilegio in quo princeps vsus est clausula ex certa scientia de plenitudine potestatis cū tot clausulis derogatoriis & specialibus & generalibus, & particularib. apparet principem fuisse omnino dispositū ad concedendum hoc priuilegium per quod non præiudicatur nisi habenti ius in spe sine alia citatione & sic valuit indultum, & ad hoc satis sit allegare dominum Alex. in cons. 2. in 1. vol. incipit visis codicillis, repetito in cons. 228. in 2. volu. latè reuerendus pater D. Fely. in d. c. olim, in vlti. char. & ibi habetur cum

40 concor. † Circa quartam & vltimam conclusionem dicitur ꝙ inter nobiles antiquos de Scarampis extant transactiones & cōuentiones, ꝙ in bonis immobilibus tam feudalibus quam alodialibus fœminæ non succedāt sed soli masculi, quæ conuentiones sunt validæ, & rescripto Imperatoris tolli non possunt. l. causas vel lites. C. de transactionibus, præsertim, quia sunt iuratæ, vt not. glo. in capi. cum non decedat, de electione in sexo. maximè cū in priuilegio, de dictis conuentionibus non sit facta mentio. Sed ad hoc fundamentū clarissimè pluribus modis respōdetur. Primò ꝙ istæ conuentiones non fuerunt vnquam obseruatæ, & sic nullas vires habent, vt in cap. 1. de tregua & pace, cum simili. allegatis ibi per Modernos, Secundò quia tales conuentiones sunt stricti iuris & ad personas non expressas non extenduntur. l. si minus. §. ante omnia. ff. de pact. l. si stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verborum obligationibus, licet ergo sit facta cōuentio iurata contra fœminas & secundum consuetudines feudales includuntur masculi nati ex eis, vt in c. 1. §. cū autem, qui feudū dare possunt, tamē pactum quod est stricti iuris non videtur extendi ad masculos ex fœminis præsertim in feudis iurisdictio. videlicet ꝙ masculi ex fœmina includantur vt dictum est supra in 1. q. Tertiò quia voluerunt ꝙ transirēt ad masculos, propter quod videntur voluisse ꝙ dicta bona trāseant ad agnatos ad cōseruandam agnationem, & per Io. An. in additionibus Speculi, post Ricard. Malumb. de testamentis, igitur dictæ conuentiones si extenderentur ad masculos descendentes ex fœminis deberent intelligi de cognatis & non de agnatis qui sunt de domo, vt ex ratione colligitur iuxta nota. in l. quamuis, cum similibus, C. de fideicommissis. vbi glo. Bald. ex quibus patet ꝙ si isti masculi includuntur in conuentione quia agnati, potuit Imperator eos præferre aduersariis de quorum præiudicio tantum agebatur. præterea non video quomodo post primam inuestituram vasalli inter se potuerint aliquid disponere, quomodo in feudo succedatur contra primam inuestituram vel contra feudales cōsuetudines, vt in c. j. de successione feudi, vel etiam contra voluntatem Imperatoris qui est paris iurisdictionis cum domino feudi, vt dixi. Talis ergo transactio non ligat manus domini vel Imperatoris. l. si

stipula-

stipulatus.§.Grisogonus ff. de verbo. obligationibus,& in d.§.ante omnia,& in iuramento & qualibet promissione intelligitur exceptuata auctoritas, superiorisqui nō est obligatus,vt in l.fi.cum ibi notatis,ff.qui sat isd. cog. & in c.quemadmodum,& ibi not.tex.de iure iur. Et ista responsio nō potest tolli iudi.meo.

Vltimò quia dicitur mihi ꝙ inter istos nobiles de Scarampis de quibus agimus & alios nobiles de Scarampis quorum linea est finita,est facta conuentio ꝙ fœminæ non succedant sed masculi q̄ non ligat nisi istos de Scarampis illis quorum linea est finita vel econtra, non autem ligat istos de Scarampis inter se qui non transigerunt inter se sed cum illis aliis quibus erant obligati quādo inter istos nulla est cōuentio nulla est obligatio,& si fuisset vnus tantum non ligasset seipsum, argu. l.hæres à debitore.ff.de fideiuss. & hoc declarat D.Anto.in cons. mihi 78.in stampa quod incipit visis actis, vbi quæstionem decidit, ex quibus concludo dictum Nicolaum & Aluisium in præmissis clarissimam fouere iustitiā contra Lucam & Thomæum & contra dn̄m.

Bartholomæus Socinus.

IN CASV DE QVO SVPRA Domini Ioannis Campezij. Consil. XI.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura antiqua per nouam non derogatur nec immutatur.*
2 *Vasallus primam inuestituram ostendere non habet quando in inuestitura dicitur si genitor noster tibi & genitori tuo tale feudum concessit.*
3 *Feudum concessum pro se & hæredibus hæreditariū dicitur & non transit nisi ad hæredes.*
4 *Renunciatio seu factum vnius ascendentis in feudo concesso pro se et hæredibus ēt posteris præiudicat.*
5 *Sriptura se ad aliam referens non probat nisi illius tenor referatur.*
6 *Fœmina in feudo pecunia acquisito vel aliter non gratioso succedit.*
7 *Feuda recta concluduntur ex gratia sed nō pecunia.*
8 *Vasallus potest feudum vni filiorum relinquere.*
9 *Feudum pro se & hæredibus receptum spectat ad dispositionem defuncti.*
10 *Vasalli dispositio feudi consentiente domino non interueniente agnatorum consensu an valeat.*
11 *Princeps potest in hiis in quibus quis ius habet in spe. sine citatione præiudicare.*
12 *Princeps contra contractum suum super regalibus initum venire potest.*
13 *Princeps potest iurisdictionem quarumcunque personarum & etiam ciuitatum supprimere.*
14 *Consuetudo & priuilegium æquiparantur.*
15 *Princeps semper excipitur nec sibi legem imponere videtur.*
16 *Hæres transigentis non potest reuocare feudum transactione remissum.*
17 *In feudis vna linea extincta, omnes de alia linea ēt si pares in gradu non sint admitti videntur.*

IN CHRISTI nomine amen. Viso themate transmisso vna cū aliis inuestituris aliisq; scripturis, de quibus in eo fit mētio, ac ponderatis his quæ super ipso in iure allegantur & deducuntur tam in primis allegationibus quam in consilio celeberrimi iureconsulti D.Bartholomei Socini rogatus,vt si in eandem sententiam & opinionem concurro aliquid in consonantiam scribere & edere velim.Vnde & si considerata contingentia facti ea quæ primo adducta & allegata sunt,& postea etiam repetita cuiuscunq; integerrimo iusdicenti sufficere deberēt,maxime attenta auctoritate tanti partis ac excellentissimi Consultoris, tamen cū moris mei sit iusta petētibus fauorem & auxilium quod in me est nō denegare,Prouinciam sucepi in qua amplectenda hoc tantum aliquantisper me suspensum detinuit,ꝙ cum diffuse ac copiose in hac contingentia quam plurima fuerint adducta ac allegata,& instituti mei sit per alios scripta in approbationibus meis non repetere, non satis videbā quomodo hoc meū institutum possem in præsentiarum obseruare.Ideo omnibus bene consideratis non improbandum visum fuit si vltra per me addenda & consideranda ex tot tantisq; deductis ea quæ magis ad rem facere videbuntur, discurrendo approbem & confirmem.

Sequendo igitur pro maiori parte ordinē dubiorum elicitorum per præfatum Dominum Bartholomæum,aliquibus tamen additis pro dilucidiori declaratione.

Puto primo videndum quæ ex partibus potiora iura habeat in feudo castelli Carij inspectis tamen inuestituris & sic attento duntaxat iure communi aut feudorum.

Secundò idem erit videndum de feudo castelli Bubij & aliis feudis, si quæ sunt eiusdem formę & naturæ.

Tertiò quid iuris sit inspectis transactionibus celebratis inter antiquos prædecessores nobilium de Scarampis.

Quartò quid iuris sit,stante testamento domini Ambrosij aui materni præfatorum D. Aluisij & Nicolai de per se.

Quintò quid iuris cōiuncto priuil. regali.

Sextò quid iuris inspecta transactione celebrata inter,q.D.Franciscum ex vna,& D. Aluisium & Nicolaum ex alia.

Septimo & vltimo concludetur, an stantibus decisionibus prædictorum dubiorum supradicti Aluisius & Nicolaus possint & habeant succedere in dictis feudis, attentis verbis

bis testamenti prædicti.q.Dom. Francisci.

Redeo ad primum scilicet quæ partium po tiora iura habeat in feudo castelli Carij, Sup quo primo considero, ꝙ tam ex narratione thematis quam ex adductis per dominos consulentes videtur fieri vis ꝙ in presenti contingētia de dicto feudo Carij adsint inuestituræ diuersæ formæ, quia prima antiqua inuestitura fuit facta pro se & hæredibus ipsius masculis & fœminis ab eo vel ab eis causam legitimam habentibus vel habituris, aliquæ vero inuistituræ dicunt seu loquuntur, aut concessæ sunt pro sese & ipsorum ac cuiuslibet eorū hæredibus & successoribus quibuscunq; masculis de domo siue parentella ex omni stirpe nobilium de Scarampis &c. & sic diuersa forma siue diuersus tenor inuestiturarum, cū per antiquam inuestituram habiles fuerint fœminæ reputatæ ad successionem talis feudi, per alias vero inuestituras nō. & ideo ex antiqua inuestitura sumitur etiam fundamētum per consulentes ꝙ ipsa influat in sequentes suum vigorē, q vigor non potuit tolli per sequētes.

Vnde pro confirmatione istius fundamēti adduco ꝙ in terminis cōsuluit Bal. in consi. 82. primæ partis incipi. proponitur ꝙ inuestitura &c. vbi concludit ꝙ si primæ inuestituræ cantabant pro se & descendentibus tam masculis quā fœminis, quod licet postea fuerint acceptæ inuestituræ pro masculis tantum, ꝙ per tales inuestituras non præiudicabitur fœminis, quominus eueniente casu ꝙ nō adsint masculi non possint venire, quia per patrem non potest eis derogari in eo quod habent à genere, & ꝙ hoc non reperitur expressum in aliquo capitulo feudorum subiungens quod quando feudum est antiquum pristinus status non est mutādus, & ibi etiam ponit quod renunciatio facta per patrem non nocebit filiis, ergo & in casu nostro dato quod aliquid esset immutatum in inuestituris nouis, non debet derogare antiquis. Secūdò adduco auctoritatem Cardi. consi. 92. incip. nobiles viri in princi. vbi dicit nouam inuestituram habentem etiam aliam formam quam antiqua non immutare vigorem antiquæ per tex. in c. 1. de vasal. decrep. eta. & per no. in c. 1. in fi. in tit. an. agna. vel fil. quod maximè procedit, qn̄ noua inuestitura facit mentionē de antiquis inuestituris, quia per hoc nō videtur velle tollere vigorem prouenientem ex illis, c. 1. §. 1. de succes. feu. quia subrogatum assumit sibi pristinam qualitatem, ita eleganter Alua. in d. c. 1. in fi. pe. col. in tit. de vasal. decrep. ætat. Facit etiā qđ pulchre dicit Pau. de Cast. consi. 154. incip. circa præsentem casum, col. 2. dū dicit ꝙ in dubio postquam constitit de antiqua inuestitura præsumitur sequens facta in personis descendentium secundnm cōditiones & pacta cōtenta in prima inuestitura per tex. in c. 1. in fi. in tit. de eo qui fin. fec. agna. qa sequens dispositio censetur in dubio facta secundum tenorem & naturam præcedentis factæ super eadem re. Stantibus ergo prædictis auctoritatibus videtur concludi posse per sequentes inuestituras in quibus non fit mētio de fœminis non videri sublatum vigorem antiquæ inuestituræ habilitantis fœminas ad tale feudum, ex quo infero ꝙ licet dictæ fœminæ non intelligantur habilitatæ nisi masculis deficientibus, iuxta, c. 1. §. filia. de succes. feu. cum concor. tamen satis est quod habiles reputatæ fuerint, qa stāte tali habilitatinne non potest dici ꝙ ipsum feudum transeat ad personas non comprehensas in inuestituris præcipue stantibus infra dicendis.

Secundò ex hoc ꝙ antiqua inuestitura nō tollatur aut mutetur per sequentes infertur & aliud quia non solum fœminæ vidētur reputatæ habiles quæ sunt personæ descendentes ab ipsis inuestitis, sed & aliæ personæ quæ à dictis inuestitis causam legitimam haberēt seu habituræ essent, & sic personæ etiam extraneę quæ etiam possunt habere causam legitimā à dictis inuestitis intelliguntur habilitatæ ad tale feudum, ex quo infertur accomodate ꝑ vnum ex cōsulentibus ꝙ istud feudum debet censeri tanquam non habens propriam natu ram feudi, iuxta tex. in c. 1. de feu. nō hab. ꝓp. nat. feu. quia talia verba æquipollere vidētur verbis de quibus in d. tex. ibi, & cui ipse dederit, quod etiam potest confirmari per not. per Bal. in d. l. 1. ff. de rerū diuisio. in 45. & per eundem Bal. & Ang. in l. cum essent. §. 1. ff. de ser. rust. prædi. dum volunt hoc idem procedere si dictum fuerit pro se & cui sua iura concedere voluerit, & plura alia possent adduci quæ non puto expedire. Hoc tamen nō omisso ꝙ licet aliqua etiam adducantur in cōtrarium quæ magis etiam viderentur posse militare in terminis per illa verba causam legitimam, ꝑ quæ videtur restringi ꝙ non possint comprehendi extraneæ personæ cum ex natura feudali non videantur posse habere causam legitimam, cum solum descendentes, & habiles à primo inuestitis debeant admitti, & tales intelligātur habere posse causam legitimam & non alij, ad hoc tamen colligitur prima respōsio ex ponderatione seu consideratione prius facta scilicet, ꝙ fœminæ intelligantur reputatæ habiles ad tale feudum & comprehensæ in antiqua inuestitura. Secundo ex habilitatione Imperiali alias regali, de qua dicetur infra in quinto dubio. Quia his stantibus satis vidētur personæ de quibus agitur habere causam legitimam in hoc feudo; quia etiam maximè apparebit esse verum stantibus his quæ dicta sunt per alios, & dicam ego proximè de virtute verborum sequētium inuestiturarum, per quæ omnia absq; regali priuilegio colligitur

dictos

dictos D. Ambrosium & Nicolaum esse de ꝑsonis ad quas tale feudum spectat. Nam vt supra tactum est concessio de qua in aliis inuestituris facta est pro hæredibus & successoribus quibuscunq; masculis de domo siue parẽtella ex omni stirpe nobilium de Scarampis. Ex qua concessione primo propter illud verbum, quibuscunq; videntur ipsi Nicolaus & Aluisius comprehensi in dictis inuestituris ꝑ latè deducta & allegata per ipsos D. Cõsulẽtes. Quia istud verbum quibuscunq; geminatum & prægnans adiectum illi verbo, hæredibus alterat etiam in materia feudali eius naturã & operatur ꝙ comprehẽdantur personę, quæ alias non cõprehenderentur, per allegata ꝑ D. Consulentes & alia q̃ allegari possent. Sed non puto necessariũ in hoc insistere, cum terminos, q. nostræ magis claros censeã q̃ terminos generales, q. tactæ per Doct. quia licet in terminis q. tactæ per Doct. posset dubitari, an illud verbũ, quibuscunq; restringi debeat secundum subiectam materiam ad habiles, prout etiam tangunt consulentes, & habetur per Mode. in d. c. in p̃sentia, de prob. per Mod. etiam in prælud. feu. tamẽ talis dubitatio nõ videtur posse cadere in terminis nostris, cum ipsa concessio se ipsam declaret, quia post verbum quibuscunq; subiungit masculis de domo siue parentella ex omni stirpe nobiliũ de Scarampis, quibus verbis stantibus si non volumus præfatos dominos Aluisium & Nicolaum comprehendi sub illis verbis, quibuscũque hæredibus, ex eo quia sint nati ex fęmina & sic ex radice infecta, quia non solum filię fęminæ sed & filij masculi ex illis videntur exclusi, iuxta c. 1. de gradi. suc. in feu. & d. c. 1. §. filia vero, de succes. feu. cum concor. tamẽ nõ videtur dubitandum quin comprehendãtur propter sequentia verba de domo siue parentella, &c. cum ipsi sint de domo parentella & stirpe nobiliũ de Scarampis & descendẽtibus à primo stipite inuestitorum, & sic ex hoc etiã capite comprehenditur, ipsos esse de personis habilibus ad successionẽ talis feudi, quia certe vt tangam etiam infra in dubio quid iuris stante testamento D. Ambrosij aui ipsorũ dominorum propter talia verba & dominus cõcedens & hi quibus concedatur feudum vidẽtur voluisse cõcessionem sub tali forma fieri, quia satis huic nobili familiæ videbatur consultum, si modo dictum feudm non exiret de sua familia, & sic videtur voluisse dictum feudum posse relinqui per vnum de familia quiboscunq; de eadem familia. Vnde cum dicti dominus Aluisius & Nicolaus sint de eadem familia & ꝙ plus est habent etiam aliam coniunctionem sanguinis, clarum mihi videtur hoc fundamentum ꝙ debeant ex hoc reputari de personis habilibus ad ipsum feudum vt dicetur etiam infra in aliis dubiis, maximè in vltimo, & sic ꝙ habeant alios excludere, in q̃bus licet sint de eadem familia tamen nõ cõcurrunt ea quæ concurrunt circa personas ipsorum D. Aluisij & Nicolai, & hoc quo ad primum dubium iunctis dictis per D. Consulẽtes & alijs per me dicendis infra in sequ. dub.

Quo vero ad ẽm dubiũ quid iuris de feudo Bubij & aliis si quę sunt eiusdẽ formę & naturæ, triplex videtur mihi adhibẽda cõsideratio.

Prima circa illam quartam partem de qua fuit facta concessio vni filio & duobus nepotibus ex altero filio quondam spectabilis Do. Ioannoni communis patris istius agnationis pro se & hęredib. suis & successoribus &c.

Secunda consideratio adhiberi debet circa illos tres octenos cum dimidio eiusdem loci de quibus fuit facta concessio & inuestitura domino Ioanni nepoti ex filio præfati D. Ioannoni ꝑ se & suis legitimis successoribus &c. vt cantat inuestitura in vno loco, vel pro se & suis legitimis hæredibus, vt cãtat eadem inuestitura in vno alio loco vel pro se & suis legitimis hæredibus & successoribus, vt scriptum est in eadem inuestitura in alio loco.

Tertia est adhibẽda cõsideratio circa alias portiunculas dicti feudi & loci Bubij acquisitas ꝑ D. Ambrosiũ pronepotem præfati quõdam D. Ioannoni nomine suo proprio de q̃bus ipse fuit inuestitus sub illis modis & formis q̃bus erant inuestiti vẽditores & eorũ q̃libet ipsorumq; antecessores, prout præcise cãtat tenor dictæ ĩuestituræ factæ de anno. 1487. &c. & hoc de aliquibus partibus; de nonnullis vero partibus eiusdem loci acquisitis pro se & nomine D. Francisci eius nepotis ex fratre fuit inuestitus pro se & dicto nepote eorumq; hęredibus & successoribus, & sub eisdẽ modis pactis condictionibus & formis quib. venditores ipsi erant inuestiti, prout apertè colligitur ex inuestitura facta de anno. 1488. vel prout etiam cantat alia inuestitura facta de aliis etiã portiũculis acquisitis quæ fuit facta de ann. 1591. Nam cũ diuersæ sint inuestituræ tam respectu personarum quam respectu formæ & tenoris ipsarum & quam respectu modi & causæ quo & qua fuerunt acquisita & concessa dicta feuda & factæ dictæ inuestituræ, ideo diuersæ etiam debent adhiberi considerationes. Vnde quo ad illam quartã dicti feudi, de qua fuit inuestitus vnus ex filiis cum duobus nepotibus ex altero filio præfati spectabilis Domi. Ioanoni pro se & hæredibus & successoribus &c. Videtur aliquid plus dubij versari ex eo quòd dicti Lucas & Thomæus sunt de descendẽtibus dictorum nepotum inuestitorum. & ideo cum defecerit linea masculorum ex parte alterius coinuestiti ipsi videntur admittẽdi, iuxta §. hoc autem, in titu. qui feu. da. pos. & in tit. de grad. succe. in feudo cap. 1. §. 1. & in tit. de natu. succes. in

feudo, inx. prin. c. 1. quod maximè videtur ꝓcedere stante eo ꝙ de dicta etiam quarta parte feudi Bubij videtur primo inuestitū fuisse ipsum dominum Ioannonum communem patrem istius agnationis, prout colligitur ex narratiua inuestituræ collatæ in personas dictorum filij & nepotū ex altero filio præfati D. Ioannoni, & sic tale feudū videtur esse paternū auitū, & imò quasi antiquū, ideo, sicut requirit natura talis feudi succedi debet ĩ eo, non autem debet haberi respectus ꝙ habuerit originem in personis dictorum filij & nepotum, quasi per hoc non dicitur feudum paternum sed nouum, & sic ꝙ defecta vna linea ex conuestitis non debet admitti alia, vel iure accrescendi, vel iure successionis, vel iure pacti & inuestituræ, quasi vnaquæq; pars intelligi debeat inuestita de dimidia, iuxta text. in c. 1. de frat. de no. benef. inuest. & notatur in l. si mihi & titio. ff. de verb. obl. cum alijs in materia † Nam ad probandum patrem ipsorum inuestitorū fuisse primo inuestitum, sufficere videntur dicta verba inserta in inuestitura facta in personas dicti filij & nepotum, per ea q̃ vult Io. An. in addi. Spec. in tit. de feu. §. 1. ver. porro in addi. incip. sic cōfecto, vbi tenet ꝙ si concessio reperitur in hac forma; sicut venerandæ memoriæ genitor noster tibi vel genitori tuo tale feudum cōcessit, sic & nos concedimus &c. ꝙ per hoc vasallus non habet necesse ostendere primam concessionē, per notata in l. ex hac scriptura. ff. de dona. & in l. si donatio. C. eodem, allegat etiam notata in c. abbate, de verb. sig. & alia vt ibi per eum, quo stante sequitur feudum videri paternū & auitum, ergo vt supra dictū est iure feudi paterni

3 & auiti in eo succedi debet. † Sed prędictis nō obstantibus sentio vna cū prædictis D. Consulentibus præfatos D. Lucam & Thomæū non esse admittendos stante forma concessionis, ꝓut stat. s. ꝙ prædicti primi fuerint inuestiti ꝓ se & hæredibus &c. quia cum per talia verba feudum ipsum censeatur hæreditarium, iuxta tex. in c. 1. cū ibi not. ꝑ Doc. in tit. an agna. vel fil. & ꝑ Cy. in l. 2. C. de libe. & eorū libe. & per Bar. in l. eum qui. ff. de interd. & releg. & l. iusiurandi. §. si liberi. ff. de op. libe. cum alijs pluribus, nō potest ad tale feudū quis admitti nisi sit hæres, sed prædicti Lucas & Thomæus nō sunt hæredes, ergo &c. & hæc cōclusio probatur communis per multa allegata per D. Cōsulentes quæ aliter non repeto. sed illis addo ꝙ hanc esse communem opi. cōsulendo dixit Alex. cons. 6. & 9. alias. 13. quintæ partis incip. perspectis his quæ in themate &c. col. 3. cum

4 seq. vbi etiam concludit, ꝙ † quando feudum est taliter receptum pro se & hæredibus renūciatio seu factum vnius ascendentis tempore quo feudum est apud eum, præiudicat nō solum sibi sed etiam posteris suis, cum cēseatur quid hæreditarium, & subiungit hanc esse cōmunem opi. Doct. & ꝙ tale feudum ita cōcessum vt hæreditarium non transeat nisi ad personas hæredes, latius consulendo concludit esse veram opinionē & communem Alex. in alio consi. 635. alias 18. eiusdem quintę partis incip. super eo de quo quæritur per totum, & ibi plura allegat respondendo cōtrarijs vt ibi videri potest quia non puto aliter transcribēda. Nam concludit tale feudum venire in petitione hæreditatis & in diuisione hæreditatis & in restitutione fideicommissi iuxta declarationem per eum ibi factam, de qua etiam tangam infra in quinto dubio, de quo etiam per eundem Alex. cons. 642. alias 26. eiusdē quintæ partis incip. ponderatjs his &c. col. 6. Et facit qđ dicit idē Alex. in emphytheosi hoc modo concessa in suo consi. sequen. cum alio sequen. col. 6. in fi. cum seq. Vbi loquitur etiam in feudo & concludit factum patris in feudo hæreditario nocere filiis, quia nō debetur eis nisi hæredibus, & hæc conclusio posset pluribus auctoritatibus corroborari sed prædicta plusquam sufficiunt; quæ conclusio redderetur etiam clarior in terminis nostris per respōsiones dandas ponderationibus factis pro altera parte. Vnde primo respondetur ꝙ licet dicti Lucas & Thomæus sint de descendentibus illorum nepotum inuestitorum, non tñ sequitur ꝙ debeant admitti ad partem feudi de qua fuit inuestitus D. Ambrosius patruus eorum, quia vt supra tetigi, debeat censeri inuestita quælibet pars ꝓ sua dimidia. s. D. Ambrosius ꝓ sua dimidia, & ipsi nepotes ex alio fratre pro alia dimidia, & sic censeri debeat feudum nouū & nō paternū. Nec obstat ꝙ in inuestitura videtur dici ꝙ de hac quarta parte fuerit alias inuestitus D. Ioannonus, qa r̃ndetur primo ꝙ in copia inuestiturę mihi exhibita, licet fiat mētio de vna quarta parte vnius castri, nō tamen fit mentio istius castri Bubij. Secundò respondetur posito ꝙ intelligi deberet de quarta parte istius castri Bubij, non tamen sequitur per hoc esse probatum ipsum

5 alias inuestitū de ea quarta parte, † quia vna scriptura referens se ad aliam nō probat nisi reperiatur tenor illius scripturæ ad quam fit relatio vel talis tenor descriptus sit in scriptura referente per not. per Docto. post glo. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & concordat gl. in authen. de testa. §. quoniā. & in l. vt liberis. C. de colla. & faciunt not. in l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstra. & in l. asse toto. ff. de hære. institu. cum aliis pluribus.

Nec obstat auctoritas Io. And. in dicta additio. qa si bene aduertatur non dicit ꝙ per talem mentionē probetur concessionem prius factam esse genitori illius, qui tūc inuestiebatur, sed dicit ꝙ non tenetur ostendere illā cōcessionem, quia satis est quòd probet se inuestitum

stitum, quod probatur per eandem inuestituram, & quia si etiã illa verba non essent vera per hoc nõ vitiaretur cõcessio secũdũ ipsum, nisi si illud non fuisset verum, non fuisset inuestiens aliter concessurus, & de hoc incumbit onus probandi illi qui dicit, & sic non tenet ipse ꝙ per illa verba probetur concessio facta genitori illius. vnde si non probatur cõcessio paterna, sequitur in casu nostro ꝙ talis cõcessio facta domino Ambrosio & nepotibus est intelligenda noua concessio & sic feudũ nouum, & iure feudi noui in eo debet succedi, & sic illi Do. Lucas & Thom. qui sunt de alia linea nihil habent agere in tali feudo per iura supra allegata & alia plura quæ possent adduci, sed posito ꝙ alicui videretur hanc considerationem meam non militare, vrget alia consideratio D. Consulentium de qua supra & id quod dicam infra in quinto dubio circa

6 priuilegium regale. † Succedit modo secũda cõsideratio circa feudum acquisitum per D. Io. de quo fuit inuestitus de anno. 1421. & in hoc feudo teneo non esse tractandũ nec queri debere, an dicti Lucas & Thomæus habeãt succedere cum ipsi non sint de descendentibus ipsius inuestiti. Nec obstant illa verba in feudũ antiquum antiquissimum &c. ad hoc latè respondetur per D. Consulentes quid importent talia verba stante concessione pro se & heredibus prout est nostra concessio ex mẽte Alex. in d. consi. 375. alias 10. tertiæ partis, sed tamẽ in hoc feudo videtur dici posse alia de causa illos non admitti, sed & filiam Do. Ambrosij descẽdentem Domini Ioannis inuestiti admitti posse vna cum descẽdentibus ex ea, quia si recte aduertatur ad ipsam inuestituram tale feudum non est mere gratiosum seu acquisitum pecunia & concessum etiam propter magnas expensas alias factas in custodia dicti feudi & eius gubernatione ad instantiam & nomine Illu. D. Marchionis vt expresse cãtat ipsa inuestitura, sed in feudo tali modo acquisito fœmina succedere potest, vt per Bal. & Doct. in c. 1. §. quia vidimus alias in §. decedenti, in tit. qui feu. da. pos. & per glos. & Doc. in c. 1. de benefi. frat. & in c. 1. in tit. quẽadmo. feu. ad fil. perti. Et etiam tenet Rom. in suo singulari, 184. inci. hodie fœmina, vbi dicit se ita consuluisse & dicit verum, vt patet suo consi. 367. incip. circa primum consultationis articulũ, col. 3. & bene facit quod not. Bald. in l. si quã. C. de op. lib. & l. qui se patris, col. 12. vers. & hoc scias. C. vnde lib. & Iac. de Bel. post glo. & ibi etiam alij Doct. in d. c. 1. de benef. frat. & Bal. de pace constan. in ver. libellarium, vbi loquũtur in feudo dato ex pretio vel ex causa onerosa, quia tale feudum censetur magis irreuocabile nec regulatur secun-

7 dum naturam recti feudi. † quia recta feuda ex gratia conceduntur & non per pecuniam, vt dicit etiam Inn. in c. 2. de feu. & Bal. in margarita seu peculiari suo in ver. feudum, & facit tex. in c. 1. §. in primis verbis, in titu. ex qui. cau. feu. amit. & ibi expresse Andr. de Iser. & idẽ Bal. post Iac. de Bel. in prælud. feud. in diffinitione feu. & in addi. spe. in tit. de loca. col. 3. & in rub. C. de iur. emphy. & clarius etiam Andr. de Iser. in prin. feud. in 4. charta in quibus locis aperte colligitur feuda tali modo acquisita transire ad fęminas, ideo hac etiam de causa nihil in tali feudo habent agere dicti Lucas & Thomæus ꝙ etiam confirmatur ex dicendis infra proxime, sed an feudum reuerti debeat ad dominum colligitur ex dicẽdis proximè & in aliis etiam dubiis.

Restat modo videre quid de feudis de quibus in tertia cõsideratione quæ feuda omnia sunt acquisita per D. Ambrosium auum maternum istorum Do. Aluisij & Nicolai, super quibus dico non videre quid dubij possit resultare respectu personarum dictorum Lucę & Thomæi, cum hæc feuda non possint censeri antiqua sed noua, vt latè deducitur ꝑ Dominos Consulentes. & hoc maximè stante trãsactione facta inter quondam dominum Frãciscum ex vna, & Do. Aluisium & Lucam ex alia cum consensu Ill. D. ipsius feudi de cuius validitate dicetur infra in sexto dubio. & ibi dicenda tendunt ad cõfirmationem istius secundi dubij, præcipuè quo ad feuda acquisita per ipsum D. Ambrosium pro se & dicto Frãcisco, sed quo ad aliquas portiunculas quæ videntur solum acquisitæ proprio nomine D. Ambrosij, vt cantare videtur inuestitura de anno. 1486. si recte aduertatur licet & illa trãsactio videatur suffragari propter cõsensum domini, magis tamen iudicio meo suffragatur licentia & auctoritas concessa ex priuilegio regali, vt dicetur super eo. in quinto dub. & hoc quo ad secundum principale dubium coniunctis infra dicendis.

Quantum igitur ad aliud dubium quid habeant quo ad successionem istorum feudorũ operari assertæ transactiones celebratæ inter antiquos prædecessore istorum nobilium de Scarampis in quibus videtur transactum ꝙ in bonis ipsorum nobilium fœminæ non deberent succedere, dico non discedendo à considerationibus super tali dubio factis per excel. Dominum Bartholomæum & alium consulentem ꝙ primo non video quid habeant operari istæ transactiones in casu nostro, cũ bona ista siue feudalia, siue alodialia non sint permansura penès fœminas extra familiã ipsorũ nobiliũ, sed penès masculos de d. familia. s. dictos D. Aluisiũ & Nicolaũ & sic non contrafit menti nec intentioni ipsorum transigentiũ, nec rationi qua videntur moti ad ita transigendum, posito etiam quod tales trãsactiones fuissent & essent in viridi obser-

uantia, ꝙ tamen nō est vt asseritur, & ideo militant considerationes dominorum Consulētium cum quibus iuncta hæc mea consideratione concurro audacter in eorum cōclusionem, & hæc quo ad istud tertium dubium.

Capio modo quartum dubium scilicet qd iuris sit de huiusmodi feudis, stante testamento præfati Domini Ambrosij aui materni prędictorum Do. Aluisij & Nicolai, quia in eo instituit ipsos nepotes suos ex filia vniuersales hæredes. Super quo dubio breuiter me expediendo sentio ꝙ attentis formis & tenoribus inuestiturarū, de quibus agitur & de quibus supra dictum est ꝙ tale testamentum fieri potuit, & valet & operetur in his feudis, & ꝓbatur primo hæc conclusio ex his quæ absolute tenuisse videtur Bal. in c. 1. §. 1. & clarius in §. decedenti, in ti. qui feu. da. pos. dū tenere
8 videtur † vasallū vni filiorum feudū posse relinquere, vbi refert quosdam antiquos hoc tenētes & illos sequitur ibi. Quod etiam voluit Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua ver. 63. in fi. & latè Pau. de Cast. in cons. 623. incip. in causa quam Magnific. Dominus &c. & ibi respōdet ad contraria, & hoc idem videtur sentire Alex. in cons. 628. alias 12. quintæ partis inci. perspectis his circa fi. sed quicquid sit absolute loquendo hoc ꝓcedere videtur in feudo hæreditario, prout est in nostro per dicta in aliis dubiis, ꝑ ea quę latè consuluit Alexan. in suo cōs. supra in alijs dubiis allegato scilicet, 629. alias 13. quintæ partis incip. perspectis his &c. col. 3. & in consi. 635. alias 19. eiusdē quintæ partis incip. super eo de quo quæritur per
9 totū, & ibi in fi. commenti dicit † ꝙ tale feudū receptum ꝓ se & hæredibus spectat ad dispositionem defuncti, cum non possit haberi nisi iure hæreditario ex dispositione recipientis, vt hoc per plura comprobatur quę non puto aliter referenda, hoc idem consulendo tenet cons. 644. alias consi. 28. eiusdem quintæ partis incip. in causa & lite vertente, maximè in 6. col. & hanc conclusionem approbat etiam Moder. Papi. in tit. de iure emphi. in l. 2. circa fi. vbi post illam q. quid in emphyteosi, an pater possit eam vni filio prælegare, latissimè disputando quærunt quid in feudo, & subiiciunt sibi placere illā concordiam ꝙ si feudū non est hæreditarium ꝙ nō possit, sed si est hæreditariū, tunc potest disponere pro libito voluntatis prout de re hæreditaria, quod maximè ego intelligo procedere quando disponit circa personas quæ comprehenduntur in inuestituris & reputatæ sunt habiles, vt in casu nostro ꝑ supradicta. & pro supra dicta conclusione vltra allegata faciūt pulchra verba Bal. in cons. 394. 1. partis incip. ꝙ consentiente do
10 mino, vbi in illo articulo † an valeat dispositio vasalli de feudo consentiente domino; si nō adsit consensus agnatorū post opiniones relatas, subiungit ꝙ secundū eū non est dubiū ꝙ si alienatio facta per vasallū degeneraret à natura feudali, quia esset facta in extraneū ēt de voluntate domini ꝙ in feudo alienato potiores essent agnati, sed si non degeneraret à natura feudi, quia fieret inter ipsos agnatos, ꝙ ęquū est ꝙ si vnus agnatorū sit amicior & magis meruit ꝙ vasallus potest eū honorare de parte sua, additq; rationem ꝙ si pater qui recipit feudū si fuisset interrogatus & fuisset homo rationabilis hoc cōcedere debuisset arg. not. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. ita Bal. ibi ad cuius contingentiam puto aduertendum, quia in ea nō exprimitur quòd esset feudū hæreditarium, quia per supradicta non versaretur tale dubium, sed si ipse simpliciter & absolute loquēdo ita dicit, quanto magis hoc dici pōt in casu nostro in quo feudū est hæreditarium, ex quibus omnibus & aliis pluribus q adduci possent qñ in hoc tantū consisteret nodus præsentis consultationis sentio concludi posse, ꝙ etiam posthabito priuilegio regali tale testamētum potuisset sortiri effectum, in quo tamen cum non oporteat aliter non insisto, sed transfero me ad quintum dubium.

Quo igitur ad quintū dubiū quid operetur tale testamentū stante priuilegio regali, & qd etiam ipsum priuilegium de per se operetur posthabito testamento, cum in ampla forma habilitet præfatos D. Aluisium & Nicolaum ad omnia feuda quæ tenebat prædictus Dominus Ambrosius & hoc tam ex contractu q̄ ex testamento & quam ab intestato, dico & sentio quòd quando etiam conclusa in præcedentibus non de iure militarent prout militant, quòd ex hoc tamen priuilegio ipsi D. Aluisius & Nicolaus habēt præferri dictis D. Lucę & Thomæo in dictis feudis pręcipuè quæ erant vt possidebantur per quond. D. Ambrosiū & quia de efficacia virtute & validitate talis priuilegij plura adducuntur per spectabilē D. Consulentem & repetuntur per D. subscribentem, incongruum videtur dicta & addu-
11 cta per ipsos tertio repetere. † & ideo satis iudicio meo erit si concludendo dicam veram esse illam conclusionē quòd Imperator siue supremus princeps potest in his in quibus quis habet ius in spe, pręcipuè cum modicè lędit quòd est quando in totum non aufert spem prout occurrit in casu nostro, tali habēti spē pręiudicare ēt absq; citatione, vt latè per Mod. Cano. in c. 1. de cōst. & per Alex. vbi plura allegat iura & consilia in suo cons. 2. 1. partis incip. visis codicillis & inter cętera allegat illud pulchrum consilium Pau. de Cast. 225. alias 227. incip. super primo dubio, & consilium Abb. 85. alias 84. primæ partis incip. illud in summa, & multa etiam ponunt prędicti Moder. Cano. in cap. primo, de proba. & in cap. cum olim colum. 14. de re iud. & in c. quæ

quæ in ecclesiarũ eo. tit. de constit. & in rub. de treg. & pac. & per Legistas in l. quotiēs. C. de preci. Impera. offe. & in l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. & idem Alex. consi. 357. alias, 214. secundæ partis inci. nec arguendi sumus &c. vbi etiam infinita allegat quæ non puto transcribenda, nã in dictis locis & in aliis pluribus habetur & tractatur de maxima potestate ipsius supremi principis.

12 † Non omitto tamen ad propositum nostrum, quia in terminis nostris non tantum videtur tractari de præiudicio agnatorum quã etiã de præiudicio domini ipsorum feudorũ, maximè in feudis quæ fuissent acquisita per D. Ioãnem & D. Ambrosiũ, vt dictũ est supra, in quibus posset dici euenisse casum reuersionis ad dominũ. Quod vltra tracta per D. Cõsulentes in quantum volunt principem posse domino feudi præiudicare, quia concurrit in potestate & iurisdictione per not per Bald. in c. 1. in prin. in tit. qui. feu. da. pos. & in c. 1. quis di. dux. com. vel mar. & in c. nisi, de offi. lega. ꝙ his addi põt ꝙ cum illud ius qđ habet dictus dominus feudi cõsistat in omnimoda iurisdictione & mero & mixto imperio & sic in regalibus iux. c. 1. in tit. q̃ sint rega. sequitur ꝙ Imperator non potuit nec ꝓ contractũ, nec alio modo concedere regalia in præiudiciũ successorũ q̃uis possent immutare & alterare circa vsum taliũ regalium, ita videtur esse de mente Bal. in tit. de pace constan. in vers. amplius consueuerunt alias col. 26. quem etiam ad hoc allegant Moder. Cano. in d. c. 1. col. 3. de proba. limitãdo illud quod dicitur principem non posse venire contra contractũ suũ. fallit. n. illud in contracto facto & inito super regalibus, ita ibi Moder. & idem dicunt in c. ad audientiam, col. 2. de præscrip. si ergo hoc potest successor in huiusmodi regalibus, potuit in casu nostro princeps habilitare dictos D. Aluisiũ & Nicolaũ, qñ etiam aliter de iure nõ essent habiles in præiudiciũ dominorũ talium feudorũ, & ad prædicta facit quod dici solet in iurisdictionibus ius & auctoritatem superioris esse semper reseruatam, quia talia

13 non possunt nisi ex auctoritate exerceri. † cũ in eo resideat suprema potestas inseparabilis & possit iurisdictionem quarumcunq; personarum & etiam ciuitatum suprimere, verba sunt Bald. in l. qui se patris, col. 11. C. vnde lib. & facit dictum Spec. & Io. And. in addi. in tit. de iurisd. om. iud. in ver. quæ etiam meri imperij sunt, vbi in donatione facta per Imperatorem Romanæ Ecclesiæ concludit nihil iuris remansisse penès imperium, secus vero si donatio fieret inferiori Ecclesiæ vel laico, q̃a licet transierit merum & mixtum imperium, tamen adhærēt ossibus imperii quædam iura superioritatis. & hinc est ꝙ Bal. in addi. Spec. in loco vbi supra, dicit ꝙ solus Papa & Imperator habet nominatim merum & mixtũ imperium; inferiores vero legibus submissum, quia sunt vocati in partem solicitudinis non in plenitudine potestatis, iuxta not. in l. 1. in prin. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. in qua lege in §. qui mãdatam, Ang. etiam cõmemorat dictũ Spec. de quo supra. cum ergo in concessionibus taliũ iurisdictionaliũ intelligatur reseruata superioris auctoritas, nimirum si superior potest de ipsis in præiudicium habentium ea, disponere, & sic potuit præiudicare dictis dominis feudorũ si præiudiciũ appellãdum est quod nõ videtur per supra conclusa.

Confirmari ẽt possunt conclusa per D. Cõ-

14 sulẽtes hac cõsideratione. † Nã nõ debet esse maioris effectus & operationis consuetudo q̃ priuilegiũ, quia non differũt penès causam efficientem & eius potestatẽ, licet penès modum & formam, vt per Bal. in l. cõsuetudinis, col. 2. C. quæ sit long. consue. vbi allegat not. in l. oēs populi. ff. de iusti. & iur. & in l. de quibus. ff. de legi. & ꝙ consuetudo & priuilegiũ æquiparẽtur, colligitur ex dictis Bar. in proœ. ffor um. & Bald. in l. quicunque. C. de ser. fug. & de hoc bo. tex. in c. cum cõtingat, & ibi Io. And. not. in illis verbis ex indulgentia vel cõsuetudine, de for. compe. & ibi etiã gl. in ver. consuetudine, & not. etiam gl. in ver. consuetudine, in c. nouit. de iud. per tex. in c. cõquestus, 9. q. 3. cum aliis ibi allegatis, si ergo ista non differunt sed æquiparãtur, sequitur ꝙ cũ consuetudine potest induci fœminas etiam in feudo vel alias inhabiles succedere, quòd hoc debet etiam posse induci per priuilegiũ vt in casu nostro.

Corroborari etiam possunt prædicta ꝑ ea quæ elegãter dicit Bal. in cons. 279. tertiæ partis, incip. Rex Romanorum cum duobus consiliis sequen. ꝙ primum consilium cum vno seq. incipit pridiæ est replicatum in prima parte cons. 454. & est vltimum consilium illius partis secundũ numerũ meũ, sed plus dicit in consiliis quę sunt in dicta tertia parte, vt ibi videri potest, & est ad idem aliud consilium in eadem tertia parte nu. 285. & incip. ad intelligentiam sequendorum &c. in quibus omnibus consiliis plura adducit ad demonstrandũ quòd princeps potest mutare & alterare statũ vasallorum, & inter cætera dicit in dicto consil. 280. circa 3. colum. quòd omnes homines & omnes prouinciæ sint peculiares principis, & quòd possumus dicere in his id ꝙ dicimus de peculio ꝙ peculiũ nascitur, crescit & decrescit prout vult dominus, vt ff. de pecu. l. peculiũ nascitur. sic ergo & homines & prouinciæ crescunt & decrescũt prout princeps vult. Item dicit in dicto consil. 285. colum. 2. quòd alterare modum in feudo, & in casu nostro quo ad personas quæ habeant succedere non est disuestire & priuare vasallos feudo, sed ponere

nere illos sub quadam regula, & ꝙ istud posse inest à natiuitate cuiuscunque feudi,† quia princeps semper excipitur nec sibi legem imponere videtur, & ideo cũ in casu nostro princeps per suum priuilegium habilitauerit praedictos Dom. Aluisium & Nicolaum ad successionem talium feudorum, casu quo non essent etiam habiles, qđ tamen non videtur ꝑ supra conclusa, non per hoc potest dici priuare & disuestire talibus feudis nec ipsos agnatos nec etiam dominos feudorum, sed potius dicitur ponere dicta feuda & vasallos & dominos sub quadã regula, cum talis potestas alterãdi modum (vt dictum est) insit natiuitate & concessione ipsorũ feudorum, & ideo non possunt conqueri & dicere ꝙ eis inferatur ꝑiudicium. & ita sentio in hoc dubio maximè coniunctis conclusionibus aliorum dubiorũ supra factis per Dom. Consulentes & per me præcipuè quo ad bona & feuda quæ fuerunt quondã D. Ambrosij, quia in ipsis tamen operari videtur hoc priuilegium, sed tum à tenore & forma inuestiturarum, tum à transactione inter ipsos inita, de qua in proximo dubio .s. inter D. Franciscũ ex vna & D. Aluisiũ & Nicolaum ex altera, tum à virtute testĩ ꝑdicti D. Francisc. de quo in vlt. dub. ad q̃ dubia cõdescẽdo. Ad sextum dubium quid iuris stante transactione inita inter. q. Franciscum ex vna & D. Aluisium & Nicolaũ ex altera, videtur mihi primo dicendum quo ad feudum castelli Carij frustra dubitari stantibus conclusis per D. Consultores & per me supra, & hoc primo quo ad partẽ quæ spectabat D. Ambrosio eorum auo materno, quia stante tenore inuestiturarum de quibus supra præfati D. Aluisius & Nicolaus sunt de personis cõprehensis in dictis concessionibus, & ideo tanquam ad ꝑsonas habiles potest transire & potuit dictum feudum absq; alia transactione & cõsensu domini per allegata deducta ac considerata super illo primo dub. de dicto feudo Carij, sed stante ipsa transactione cum consensu domini celebrata nullum videtur versari dubium, cum hic consensus iustificet & validet ipsam transactionem quo ad alias portiones feudorum, maximè quo ad illas quæ non poterant nec possunt spectare ad dictos Lucam & Thomæum tanquam non hæredes per cõclusa latè supra, Item & præcipue quo ad illas portiones feudorum quæ sunt acquisita à D. Ioanne & D. Ambrosio, quia in inuestituris dictorũ feudorum non videntur comprehensi dicti Lucas & Thomæus. præterea istud loquendo ꝙ valuerit talis trãsactio, cum fuerit facta bona fide, tenet Bald. per tex. in c. 1. de conte. inter va. & alie.† Adeo ꝙ hæres transigentis licet morte videretur resolutum ius ipsius trãsigentis, tamen non poterit contrauenire & reuocare feudum trãsactione remissum, imò nec dominus feudi potest contradicere. Ita Bal. ibi subiiciens hoc esse, quia sentẽtia. i. res iudicata & transactio pariunt exceptionẽ rei iudicatæ alias finitæ, & sic sunt alterius naturę quam simplex contractus, & de hoc ẽt est bonus tex. in c. vasallus, de benefi. suo alias est. §. in c. 1. in tit. si de feu. fue. controuer. inter do. & agna. vbi tex. videtur velle hoc etiam procedere domino ignorãte, ergo fortius illo sciẽte & consensum præstante, vt in casu nostro, & de quo etiam per Bal. in c. 1. in prin. de prohi. feu. alie. per Fede. col pe. vbi. dicit opus esse bona fide & sic ꝙ cesset actio & calumnia, & ꝙ res sit dubia, & lis sit incerta quæ omnia concurrunt in casu isto, præcipuè cum virtute dictæ transactionis feuda non perueniant ad extraneos sed ad personas habiles & comprehensas in dictis inuestituris, tum quia de familia, tum quia hæredes &c. in cæteris aũt fundamentis cõfirmatoriis istius dubij aliter non insisto cum de his sunt plena consilia sicut & alia præcedẽtia corroboratur ex dictis, supra proximo dubio de regio priuilegio.

Quantum vero ad septimum & vltimum dubiũ quid iuris sit de his bonis post mortem D. Francisci stante suo rescripto cõcepto sub illis verbis ꝙ instituit sibi proximiores in gradu succedendi, & quia de iure debent succedere quo ad Deum & mundum. Dico & sentio decisionem huius dubij pẽdere à decisionibus dubiorũ, de quibus supra etiã cũ nõ in specie sed per trãscursum sit tactum, an dicta bona feudalia vel aliqua ex ipsis videantur ꝑ mortem vasallorum reuersa ad dominũ feudi, tale dubium in specie videtur magis commode hic posset adaptari D. Franciscum quã penès D. Ambrosium, an per mortem D. Frãcisci intelligantur reuersa ad dominum, quia circa feudũ D. Ambrosij stante transactione de qua supra proximo dubio cum consensu ipsius domini subsecuto & stante priuilegio regali non videtur dubitandum ipsa non reuersa per conclusa supra in dictis dubiis de transactione & de priuilegio & in aliis etiam, & ideo de tali dubio in fi. præsentis dubij subijciã quid sentiam. Reuertor igitur ad hoc quis intelligatur institutus in bonis D. Francisci stantibus illis verbis sui testamenti, & pro maiori declaratione istius dubij in quo puto consistere substantiam istius consultationis si bene aduertatur, diuido ipsum in tres partes sicut etiam bona triplicis generis videtur esse seu fuisse penès ipsum D. Franciscum, quia aut quærimus de bonis alodialibus, aut de bonis feudalibus quondam Do. Ambrosij quæ erant penès ipsum D. Franciscum vigore transactionis de qua supra proximo dubio aut de bonis feudalibus quæ virtute inuestiturarum præcessorũ ipsius D. Francisci erant penès ipsum. & primo casu de bonis alodialibus hoc est certi

est certi iuris ꝙ illa spectant do. Aluisio & Nicolao, quia & quo ad Deum & quo ad mundum absque testamento deberent in illis succedere, cum sint proximiores prædicto do. Francisco quam sint dicti Lucas & Thomęus saltem ex coniunctione materna quæ cōiunctio eis sufficit, per not. in auth. in successione C. de suis & legi. iuncta auth. post fratres la 2. C. de legi. hære. Et hoc probatur non solum lege ciuili & sic mūdana quæ in præsentiarū obseruatur, vt in dictis iuribus, sed & diuina vt in testamēto veteri numeri 27. c. vbi determinatur ex iudicio diuino ꝙ si defuncto non adsit filius transeat hęreditas ad filiam, si vero non habuerit filiam habeat successores fratres suos, & si fratres non fuerint, detur hæreditas fratribus patris eius, si autē nec patruos habuerit, detur hæreditas his q̄ proximi sunt, eritq; hoc filijs Israel sanctum lege perpetua sicut pręcepit dominus Moysi. Sed in casu nostro non adest adhuc domino Francisco, nec filius, nec filia, nec fratres, nec patru. & hi do. Aluisius & Nicolaus sunt proximiores, ergo ad eos per supradicta, & quo ad Deum & mūdum spectat talis successio & istud non habet scrupulum.

Secundò vero casu quo ad bona feudalia quæ fuerunt quondam do. Ambrosij & vigore transactionis remanserunt pœnes prædictum d. Franciscum, sentio ꝙ non tantum attenta proximitate quæ consideratur in successione, quantum virtute dictæ transactionis cōfirmatę ex priuilegio regali, de quibus supra, spectant, & quo ad Deum & mundum ad ipsos do. Aluisium & Nicolaum, per late conclusa per d. Consulentes & aliquid per me supra confirmabitur etiam ex dicendis ꝓxime.

Tertiò vero casu quo ad bona feudalia quę erant pœnes dictum do. Franciscum virtute inuestiturarum præcessorum seu parētum ipsius de quibus supra & iste casus recipit subdistinctionem iuxta considerationes habitas ꝑ me supra in secundo principali dubio. Nam aut loquimur in feudo Carii, aut in feudo illius quartæ partis Bubii, aut in aliis feudis & portiunculis postea acquisitis per do. Ambrosium. Et primo casu posthabito etiam tenore & forma inuestiturarum, & attento etiam mero iure succedendi in feudis, iuxta ca. 1. cū aliis concor. de grad. succes. in feud. reperio non esse ita simpliciter verum attentis terminis contingentiæ nostræ ꝙ hic Lucas & Thomęus deberent in totum huic Francisco succedere; licet videantur proximiores habito respectu ad stipitem lineæ paternę. Quia cum ex primo stipitæ. s. ex do. Ioannono descenderint duę lineæ sicut duos habuit filios. s. d. Bonifacium & Ambrosium maiorem, & nunc linea do. Ambrosii respectu stipitis paterni sit in totum extincta non sequitur de iure feudorum, ergo proximi ex alia linea do. Bonifacii debent in totum succedere, prout in casu no-

17 stro essent do. Lucas & Thomæus, † quia immo extincta una linea omnes de alia linea ēt si non sint pares in gradu videntur æqualiter admittendi, ita est tex. si non cauilletur in ca. 1. in fi. de nat. succes. feu. Et ita per illum text. reperio consulere in terminis d. Signo. de home. de consi. 92. inci. factum sic se habet quidam nomine quondam dominus Martinus, ex quo tex. iuncta declaratione & auctoritate do. Signorolli sequi uidetur ꝙ etiam si tenor & forma inuestiturarum & cætera ponderata supra in aliis dubiis non suffragarentur ipsis do. Aluisio & Nicolao ꝙ per hoc non deberent intelligi exclusi in totum à dicto feudo Carii & Bubii. Cum etiam ipsi sint de linea p̄dicti do. Bonifacii, sed æqualiter admitti deberēt. Et licet in hoc dubio plura possent adduci, prout alias in hoc principaliter consulē do in patria Fori Iulii adduxi, tamen cum alia suffragentur non me extēdo sed istud uoluit dixisse ut comprehenderetur attenta contingentia casus nostri & attento mero iure feudorum etiā si inuestiturę essent in forma magis consueta ꝙ per hoc in totum non viderentur exclusi ab ista parte feudorum quæ erant pœnes dominum Franciscum vigore inuestiturarum antiquarum, vnde si hoc esset attenta consueta forma inuestiturarum in feudis, quanto magis attenta forma alteri in casu nostro iuxta ponderata supra in aliis dubiis. Iccirco reuertendo ad casum nostrum, attento tenore & forma inuestiturarum, maximè de feudo Carii. Concludo ꝙ cum ipsi do. Aluisius & Nicolaus sint de stirpe & familia đ Scarampis & sic de ꝑsonis habilibus ad dictum feudum & de comprehensis in inuestituris & quod plus est, sint hæredes & successuri ipsi d. Francisco, attenta proximitate sanguinis vt supra dictum est, ꝙ ad ipsos tāquam hæredes & de nobili familia de Scarampis spectet dictum feudum Carii non tantum virtute testamenti ipsius do. Francisci quātum virtute inuestiturarum per late deducta supra & ponderata in primo dubio per do. Consulentem & per me. Quo uero ad illam quartam partem Bubii, dico ꝙ si tenemus illud esse auitū seu antiquum feudum quasi de eo fuisset inuestitus quondam do. Ioannonus tunc pro do. Aluisio & Nicolao facit ꝙ ad eos spectat, q͞a sint hæredes d. Francisci & feudum est concessum pro se & hæredibus iuxta supra cōsiderata ergo &c. Sed si tenemus fuisse feudū & habuisse initū in personis d. Ambrosii maioris & duorum nepotum, tali casu nihil habent quærere de eo dicti Lucas & Thomeus. Sed de ipso restat dubium prout & de aliis feudis acquisitis per d. Ioannem & alium secundū Ambrosium, an non habito respectu ad illa verba de quibus

quibus in inuestituris ibi in feudũ antiquum antiquissimum &c. de quorum verborum importantia remitto me ad allegata per d. Consulentem videantur reuersa ad dominum tanquam illa generatione seu linea extincta cui concessa fuerant talia feuda & sic nulla de talibus feudis debet uersari lis aut quęstio inter dictos do. Lucam & Thomæum & d. Aluisiũ & Nicolaum ex altera sed inter illos vltimos ex una & dominos feudi ex altera. Cum ipsi do. Aluisius & Nicolaus possint vere allegare talia feuda concessa pro se & hæredibus spectare ad ipsos, vtpote hæredes dicti Francisci & aliorum inuestitorum, & domini feudorũ possint allegare illa esse reuersa ad eos. Cum sit generatio extincta. Et in hoc dubio stantibus supra conclusis & alijs dubijs ꝙ illa feuda sint hrditaria q̃ sunt cõcepta ꝓ se & hæredibus, & ipsi Aluisius & Nicolaus sint hæredes non potest dici feuda esse reuersa ad dños, cũ adsint personæ comprehẽsæ in inuestituris, & ita sentio non replicando aliter ea quæ dicta sunt in primo & secũdo dubio, licet possent accõmodari, maximè cum latissime sint deducta per d. primos Cõsulentes & plena sint loca & consilia, ꝓcipue d. Alex. vt ex allegatis apparet. vel ultimo dato & minime concesso ꝙ ꝓdicta non procederent: tñ ipsi do. Aluisius & Nicolaus cũ sint & de familia & descendentibus à primo inuestitis & illis proximiores, fieret illis iniuria si remouerentur in talibus feudis. Adeo ꝙ à tali de negatione viderent posse appellare, per notata ꝑ Bar. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotti. & æsti. & in l. 1. ĩfi. ff. de priuil. credi. cum aliis pluribus in materia. Et per ista ita deducta & distincta colligitur particularis decisio & responsio ad omnia quæ resultant ex themate iunctis inuestituris & aliis scripturis.

Et ita dico & consulo ego Ioannes Campezius bon. I.V.D. in quorum fidem me propria manu subscripsi & consueto sigillo meo sigillaui, saluo sꝑ cõsilio saniori. Laus deo.

Additio quorundam nouissimorum.

SVMMARIVM.

1 *Donans omnia bona sua præsentia & futura sibi reseruato usufructu an de usufructu illo testari poterit.*

2 *Donatio vicissitudinaria insinuatione non indiget.*

3 *Pacta et conuẽtiones de bonis ad aliquem post mortẽ deueniendis quomodo fieri debeant.*

4 *Progenies una de per se uel una parentella seu familia in ciuitate potest consuetudinem seu statutum circa testamenti solemnitatem inducere.*

5 *Pactum inter fratres diuidentes ꝙ extantibus masculis ex eis fœminæ non succedant tam ex testamento quam ab intestato ualet.*

Adde ꝙ etiam in casu suprascripto pro d. Aluisio & Nicolao de Scarãpis consuluit do. Franci. cur. iunior ut habetur post suum fertilem tractatum feudorum cons. 1. ubi in plurib. discrepat à ꝓdictis. Scđo adde ꝙ do. Ias. in l. stipulatio hoc mõ cõcepta. ff. de uer. ob. col. 8. in 3. q. Bar. tangit illud dubium de trãsactione & per illã doctrinã Bar. infert in uers. secũdo per istam doctrinam &c. ꝙ
1 † si aliquis donat inter uiuos omnia bona præsentia & futura reseruato sibi vsufructu toto tempore vitæ suæ ꝙ valet donatio, quia poterit de fructibus testari & sic non aufert liberam testãdi facultatem, quia isto casu fructus non imputantur in bonis futuris. Sed Decius consi. 30. circa medium, tenet contrarium, quia non poterit testari de tali usufructu, quia finitur morte; nec de fructibus qui superessent, quia illi ueniunt sub nomine futurorum, dicens hoc procedere ẽt si donator sibi reseruasset posse vẽdere de bonis donatis pro necessitate sua. Postea Ias. in d. l. stipulatio hoc modo concepta in 3. q. Bar. uersi. tertio principaliter. refert q. suprascriptorum consiliorũ in causa de Scarampis, dicẽs ꝙ valet cõuentio inter aliquos nobiles de non alienandis certis bonis in vita nec in ultima voluntate. Et ꝙ propterea sæpe consuluit, & primo in ciuitate Astensi ubi fuerunt certæ transactiones iuratæ inter nobiles de Scarampis in quibus cõtinebatur ꝙ fœminæ non succederent in bonis immobilibus tam feudalibus quam alodialibus, sed si contingat eos mori sine masculis relicta fœmina ꝙ alter coniũctus succedere ualeat exclusa fœmina. Et dicit se consuluisse ꝙ ualerent tales transactiones, ex quo solum erãt factæ de bonis immobilibus. Et sic supererant adhuc mobilia de quibus poterant testari. Et subiicit se etiam in dicta ciuitate consuluisse inter nobiles de Asinariis ꝙ aliqui ipsorũ fratrum seu filii nec eorum hæredum aut successorum in infinitum possent aliquo mõ alienare seu ꝑ ultimam uoluntatẽ concedere circa bona immobilia; et si contingeret uendi alienari, donari, aut testari ꝙ ipso iure uenditio, alienatio, donatio, & testamentum essent irrita, & quòd deueniant in ipsos fratres vel in eorum descendẽtes. Et euenit casus ꝙ unus istorum reliquit de istis prædiis exceptuatis uxori suæ, fuit disputatũ ĩ Senatu Marchionali Mõtisferrati. Ipse tamen consuluit tales conuentiones ualere, quia non erant uniuersales sed solum de certis bonis. Subiungit tertio se cõsuluisse ultra montes quòd duo nobiles quorũ vterq; habebat filios masculos cõuenerũt quòd si contingeret aliquẽ eorum mori sine filiis masculis relicta filia omnia bona mobilia & immobilia deueniant ad aliũ qui habebit filios masculos. Et quòd fœminæ deberẽt dotari congruenter secundũ ꝙ aliæ fuerunt dotatę.

dotatæ, dicit se consuluisse ualere talem conuentionē, quia erat certa reseruatio & sic nō erat vniuersalis de omnibus bonis, allegat ēt Io. And. in addi. Spec. in tit. de rusti. edi. §. porro col. fi. versi. fuit etiā alia quæstio, quem etiā refert Curtior iunior in d. l. pactū, qđ dotali, & dicto consi. 1. col. 8. & consil. 15. col. 2. licet eum corrupte alleget, vbi etiam dicit Io. An.
2 ꝙ † cum sit vicissitudinariū, non dicitur simplex donatio & sic nō indigebit insinuatione, sequuntur Riminal. & Clau. in l. licet col. fin. C. de pac. facit Decius cōsi. 63. col. 3. Quia tamē prædictis valde obstat Decius dicto cons. 30. & latius consi. 184. laudarem ꝙ tale pactū fieret per uiam donationis inter uiuos ut per eum dicto consi. 184. col. fin. & etiam cum iuramento.

Putarem tamen esse aduertendum ad formam verborum quibus concipiatur tale pactum propter ea quæ dicit Curtius iunior in d. l. pactum qđ dotali. C. de coll. 2. char. dum format q. in qua consuluit anno superiore in partibus Sabaudiæ inter Magnificum d. Præsidem & vxorem cuiusdam thesaurarii, nam erant quidam fratres qui fecerant pactum ꝙ si aliquis eorum moreretur sine filiis masculis ꝙ bona sua peruenirēt in alios superstites, & filiæ fœminæ deberent dotari, quia plures tenuerant ꝙ valeret per doctrinam Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. ob. vbi vult ꝙ valeat promissio bonorum præsentium post mortem. Sed ipse dixit ꝙ non ualebat quia conceptum ea forma qua erat dicebatur pactum de futura successione quod de iure est improbatum, nam talia pacta possunt
3 duplici modo concipi. † Primo dicēdo promitto tibi bona mea præsentia post mortem & isto casu dicit ꝙ valeret, quia obligatio cōcipitur in persona promittentis sub cōditione purificanda post mortem, ita ꝙ obligatio incipit in persona hæredum, & ita procedat opi. Bar. quæ est communis. Secundo modo concipiuntur ista pacta ut non respiciant aliquam obligationem personalem & fundandam in persona hæredū, sed solum respiciunt bona, puta promitto ꝙ bona mea post mortē deuenient in te, & istud pactum non ualet tanquam sit de futura successione. Et dicit hanc esse doctrinam Bar. qui est Dux cæcorum cōsilio 208. incip. promitto tibi & tu mihi, & latius hoc resumpsit ipse Curtius iunior d. cōs. 15. incip. circa premissam. Vltra quem adde d. Vitalem in trac. clausularum de renunciatione successionum futurarum. col. 2. est car. 77. vide etiam in materia Corneum li. 2. cōs. 60. inc. quanquam. Et propterea ad euitandū omnia contraria, quando fiunt similes conuentiones esset bonum ꝙ fierent tit. donationis inter uiuos cum constituto & licētia de ingrediendo tali casu adueniente. Item concipiēdo verba ita ꝙ obligatio inciperet in ꝑsona hæredū. Item vltra vsumfructum reseruare aliqua bona protestando. Item ponere iuramentum. Item si excederent quingentos aureos decretum iudicis. Item si essent feuda
4 lia reseruare consensum domini. Et sic cessarent istę amaritudines. † An autem una progenies de per se uel una parentella seu familia in ciuitate possit intra se cōsuetudinem inducere & pari ratione statutum, puta inducendo certam cōsuetudinem circa solemnitatē testamenti, disponendo ꝙ certo modo succedatur vel quod fœminę non succedant. Ias. in l. omnes populi in 2. lect. col. 10. versi. an aūt vna progenies dicit se consuluisse in oppido Chareuagij quod sic, per sing. deci. Ioā. And. post Vber. de bubio in addi. ad Spec. in tit. de instr. edi. §. compendiose ver. sed nunquid dicemus in addi. parua incip. interposuit Vbertus, est additio interlinearis, quod est singularissimum secundum eum. & Ioā. de Monteferrato ibidem in 4. col. ver. immo. non solū, & in c. 1. in 4. not. de consti. libr. 6. vbi dicit ꝙ per hoc non aufertur libera testādi facultas, licet solum restingatur quo ad certum genus personarum. Et subdit quod si fiat pactū inter aliquos de familia ꝙ filiæ fœminę nō possent hæredes institui stantibus masculis valebit tale pactum: ergo multo fortius statutum cum
5 quicquid possit fieri per pactū, multo fortius per statutum.

Et quod valeat tale statutum consuetudo seu pactum tale, tenet vltra eos do. Ioan. Camp. in suo trac. dotium in vlt. parte q. 79. inc. quia dictū est sup. Vbi format q. si sunt plures fratres qui tempore diuisionis fecerunt inuicē pactum ꝙ extātibus masculis ex eis fœminæ non succedant tā ex testamento quā ab intestato, an tale pactum ualeat, & sit sufficiēs ad exclusionem fœminarū. Et arguit prima facie non valere, quia dum dicitur ex testamento videtur sibi auferre liberam testandi facultatem quod nō licet. l. cum donationis. C. de transa. quia esset contra bonos mores. l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. obli. Et sic etiā non firmaretur iuramēto. c. non est obligatorium. de re. iur. in 6. Glo. expressa in d. l. pactum quod dotali. C. de colla. quę vult ꝙ tale pactum non impedit filiam succedere. Facit nam successio filiarū procedit ex iure sanguinis. ergo pacto tolli non potest. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Contrarium tamen ipse determinat ꝙ imò talis diuisio valeat & pariter pactū in ea cōtentū. Nam licet pactū ꝑ qđ aufertur libera testandi facultas nō ualeat, qñ quis non haberet hæredem, quem vult vt in contrariis; nihilominus tamen bene ualebit pactum ꝙ certę res non deueniant ad certū genus personarum. l. si ita quis. § ea lege. cum ibi not. ff. de verbo. obli. l. codicillis. §. matre. de leg.

de leg. 2. Sed in casu nostro nō prohibetur qs habere hæredem quem vult & etiam fœminam; sed est prohibitum quòd bona paterna & materna non transeant in filias fœminas quod est permissum. in omnibus ergo bonis aliunde quæsitis per testatorē bene erunt hæredes ipse fœminæ, non autem in illis paternis & maternis vt in dictis iuribus,. Secundo adducit quod per pactum vel per statutū fieri potest quòd filia fœmina non succedat. Dyn. in cap. indultum. de regu. iur. libr. 6. Cy. in l. sancimus. C. de nupt. vt sup. & etiam per consuetudinem hoc introduci posset. cap. 1. de fil. natu. de matr. conrtact. ad morga. Sed quod potest fieri per statutum potest etiam fieri per pactum. Glos. in Rub. C. de decre. decur. ergo &c. Tertio adducit; quia si isti fratres haberent iurisdictionem in aliquo comitatu castro uel loco deberemus dicere in eis procedere quæ dicuntur in cap. 1. de feu. March. Et sic in talibus nō procederet ius cōmune disponens filios æqualiter succedere vel debere habere legitimā. ca. imperialem. §. preterea, de prohib. feud. alie. per Fede. gl. in capi. licet, extra de vot. Vnde ad validitatem dictorum pactorum requireretur consensus principis. l. 1. C. ad l. Iul. de ambi. & in authen. vt iudi. sin. quo. suffra. §. primo & illi qui habent à tanto tempore cuius initij memoria non extat, videntur habere ex concessione principis. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quot. & æsti. Ergo in talibus non est dare successorem. Et sic mortuo patre non succederet nisi de nouo ei concederetur, licet consuetudo seruet contrarium. cap. 1. in fin. de alie. feud. & cap. primo de feud. March. Ex prædictis patet ergo quòd est rationabilis vsus quòd in dictis dignitatibus non sit successio, licet ex vsurpatione fiat contrarium. Si igitur per pactum fiat quòd non sit successor indistincte non potest dici fieri contra bonos mores vel contra rationabilem consuetudinem, vt probant dicta capitula maxime cum ipsæ filiæ de iure non sint capaces l. cum prætor. ff. de iudi. l. fœminæ. ff. de regu. iur. l. fin. ff. de arbitr. Et ibi ita residet dominus Ioannes Campezius. Et ampliat hoc etiam procedere si talem iurisdictionem haberent ita antiquam, absque quod recognoscant superiorem quòd esset standum iuri naturali vel gentium, quia adhuc talia pacta valerent ut ibi latius per eum.

Quia in suprascriptis tot Excellentissimorum virorum responsis late disputatum est de uiribus priuilegii seu rescripti disponentis circa feudalia; congruenti ordine sub numero consilii 12. subiiciuntur infrascriptæ allegationes acutissimi I. V. doc. dom. Ioan. Neuizani in quibus de eadem materia copiosissime tractatur.

CLARISSIMI IVRISCONSVLTI Asten. D. Io. Neuizani copiosæ allegationes in quæstione, an princeps possit infeudare oppidum inuitis oppidanis vel alienare subditos inuitos. Consi. XII.

SVMMARIVM.

1 *In libertate sola consistit decus & splendor: & pro libertate patriæ licet occidere patrem & filios & pugnare contra Principem & pro ea moriens martir dr̄ & à Deo cœleste præmium cōsequitur, nu. 3.*

2 *Patriam malo consilio vel animo derelinquens crudelis est & hostium numero est habendus.*

3 *Vitam corporalem tenetur quilibet pro defensione patriæ exponere.*

4 *Vasallus qui iurauit fidelitatem domino, cōtra propriam patriam cum iuuare non tenetur.*

5 *Actus agentiū vltra eorum intentionē non operanī.*

6 *Velle posse & scire in omni dispositione requiritur.*

7 *Voluntas hominis voluntati legis conformis esse præsumitur.*

8 *Voluntas principis præsumitur talis qualis esse debet, & præsumitur de integritate & illius uoluntate: & alia multa de principe.*

9 *Papa disponere non potest qđ Deus non disponeret.*

10 *Reges à Deo sunt.*

11 *Rex Franciæ est supra omnes reges, & ei omnia imperatorum nomina conueniunt & nobilior est quocunque rege, & Serenissimus appellari debet.*

12 *Regi Franciæ lilia transmissa fuere diuinitus.*

13 *Membrorum pulchritudo dispositionem bonam, bonamq; complexionem & voluntatem arguit.*

14 *Corporis turpitudo designat quem ad scelera procliuem & pulchritudo ad bonum.*

15 *Priuilegium ad quid cognoscitur.*

16 *Priuilegium obreptitium ipso iure nullum est.*

17 *Infeudatio impetrata non facta mētione de his quæ fieri debent, quæ si expressa essent non concederetur, non ualet.*

18 *Ad saluandum à surreptione non sufficit generaliter exprimere aliquid factum nisi etiam exprimatur modus per quem factum fuit.*

19 *Astensis ciuitas dominum à principio non habebat & libera erat.*

20 *Ciuitatis Astensis consiliarii quodammodo reguli dici poterant.*

21 *Mens semper in contractibus inspicitur.*

22 *Verba secundum naturam contractus super quo interponuntur debent intelligi.*

23 *Papa à Deo Demone principe & hominibus seruanda sunt, & nume. 24.*

24 *Fieri posse nō dicit̄ qđ inhoneste uel uerecundia fit.*

25 *Princeps licet sit legum dominus non est morum nec est supra legem contractus.*

26 *Princeps nec etiam de plenitudine potestatis potest contractui à se celebrato contrauenire.*

27 *Contractus initi cum principe oēs sunt bonæ fidei.*

28 *Nihil est quòd lumine clariora præfulgeat quàm recta fides in principe.*

29 *Immunitas subdito, per contractum uel quasi contractum*

tractum concessa ex causa famis seruari debet.
30 Successor principis tenetur seruare pacta antecessoris & animam eius exonerare & iuramentum obseruare.
31 Contractum suum debet princeps obseruare, maxime contrahendo cum eo qui tunc subiicitur.
32 Papa per quascunque derogatorias nunquam derogasse censetur iuri patronatus laici.
33 Papa per quascunque derogatorias generales nunquam censetur derogasse statutis super certo beneficio æditis in principio suæ fundationis.
34 Hæres animam defuncti exonerare tenetur & de re de qua defunctus tenebatur & per Episcopum cogi potest ad obseruandum defuncti iuramentum.
35 Iuramentum operatur vt contractus sui natura reuocabilis, reuocari non possit.
36 Princeps per suũ rescriptũ nõ uult statuta rescindi.
37 Confirmatio plurium antecessorum plus operatur quàm vnius solius.
38 Priuilegiis totiens corroboratis non præsumitur Papa uelle derogare.
39 Principes maiorum uestigia sequuntur.
40 Minime sunt mutanda quæ interpretationem certũ habuerunt.
41 Nouitas omnis mala est.
42 Testandi libera facultas alicui à principe concessa, seruata forma statuti intelligitur.
43 Statutum cui nunquam derogatum fuit priuilegium consequitur ut derogari non possit.
44 Statuta honesta per abusum derogata denuo confirmari debent.
45 Occasio periurii & delinquendi auferenda est.
46 Dispositio generalis ad iurata non trahitur.
47 Auctoritas superioris excipitur à iuramento.
48 Populus semper idem est.
49 Progenies infamis ex ea natura suspectum reddit & natus ex patre partiali contra regem, eodem modo contra regem præsumitur.
50 Feudum ex pacto non alienabile infeudari non põt.
51 Gratia principis capta pecunia reuocari non potest.
52 Clausula vt firmum & stabile perpetuo maneat in futurum operatur quòd non possit in contrarium dispensari.
53 Priuilegium secundum non faciens mentionem de primo nullum est ẽt si clausula derogatoria adsit.
54 Exceptio dominii repellit agentem interdicto recuperandæ propter scandalum & difficultatem recuperationis.
55 Papæ volenti infeudare magnum fortalitium potest priuatus dominus vel republica resistere, & quo ad Deum eius excommunicatio non ligat.
56 Emphiteota vendens fortalitium emphiteoticam cadit à iure suo.
57 Princeps fortalitium in limitrophis factum potest auferre facta prius debita compensatione.
58 Maior & dignior est, quanto melioribus præest.
59 Dedecus est inferiori suo seruire.
60 Subditi domicellos odio habent.
61 Reges Franciæ benignitates clementia & dignitas.
62 Principes cauere debent à peccato, & secus facientes Deus dominationem amittere facit.
63 Donatio Constantini facta Papæ Siluestro, valet & fatuum est de ea disputare.
64 Rex de iuribus regni testari non potest.
65 Reges in coronatione sua, iurare debent iura sui regni conseruare.
66 Infeudatio rei cedentis in magnam regni seu dominii diminutionem non valet.
67 Subditorum amor quantum prosit principi.
68 Regi magis proficit thesaurizare amorem subditorũ quàm aurum vel argentum.
69 Qui amatur à subditis nullis custodibus indiget.
70 Emptor cogitur uendere rem ad quam minor habuit affectionem.
71 Rex Franciæ non potest vnam uillam de Comitatu Astensi alienare.
72 Princeps ex facultate qua donat, eadẽ ponit clausulas ex certa scientia & motu proprio.
73 Vbi non præstatur homagium non est infeudatio sed donatio.
74 Verba licet in emphiteosim dicant & natura contractus in locationem ad longus tempus sonet, erit ad longum tempus locatio.
75 Rex Franciæ eius coronæ dñium alienare non põt.
76 Parlamenta prouiden quod in eorum resortu omnia bene procedant.
77 Ciuitas Astensiis an sit de Ducatu Mediolani.
78 Prouincia quæ dicatur.
79 Ciuitas consilium dominicale separatum habens prouincia dici potest.
80 Cronicæ standum est.
81 Ciuitas Astensis est in prouincia Liguriæ.
82 Astensis ciuitas quomodo Ducatui Turoniæ fuit incorporata.
83 Res infeudari solita, reddita ad ecclesiam & in aliis rebus descripta, de mensa dicitur nec amplius infeudari consueta.
84 Demanialia quæ dicantur.
85 Princeps potest unam terram de demanio facere.
86 Patrimonialia quæ dicantur.
87 Regno augumentato illa pars regni, regni constitutionibus regi debet.
88 Augmentũ eiusdẽ iuris cẽseт quo res cui adiungiт.
89 Duci habenti castra in Francia & Lombardia succedit primogenitus in totum in Francia, in Lombardia vero unà cum aliis.
90 Merces est officio contraria.
91 Benemerita debent specialiter exprimi.
92 Princeps fingere potest habere notitiam de his quæ nõ habet & sibi expressum fuisse quod no fuit pro actus substentatione.
93 Princeps potest infeudare quando locus non redigitur seruituti.
94 Seruitus alicui imponi dicitur quando sibi alius additur dominus.
95 Libertas est sub rege iusto uiuere.
96 Augmentum de principe ad Deum valet respectu terrenorum.
97 Reges constituti sunt ut bonos à malis defendant & iustitiam faciant, & nu. 98.
98 Habitandum non est ubi non fit ius.
99 Causa faciendi leges fuit quæ faciendi reges.

100 Cala-

100 *Calamitas subiectorum parui domicelli.*
101 *Subditi possunt plagis à dominis leuiter castigari & libertis æquiparantur & strictius ius habet dominus in subditum quàm patronus in libertum.*
102 *Domini excoriãt subditos vsq; ad sanguinẽ et pellẽ.*
103 *Pro nobilitate præsumitur.*
104 *Euentus malus consideratur.*
105 *Semel subiectus deficiens contumax, magis seruus quam amator libertatis ostenditur.*
106 *Melius est omne paruum nobilem bonæ ciuitatis quam magnificum & primatem paruæ.*
107 *Inuiti subditi in inferiorem alienari non possunt.*
108 *Dominus non põt alienare feudum inuito vasallo.*
109 *Dignitas non debet diminui sed augeri, & dignitatis diminutio est diminutio famæ.*
110 *Subditi alienati inuiti iurare fidelitatem non possunt cogi.*
111 *Emẽs inuitos subditos non est tutut in conscientia.*
112 *Hominum contradictio admittitur quando eos dominus alienat.*
113 *Subditi alienati inuiti domino resistere possunt.*
114 *Papa non potest abbatem inuitum de uno Episcopatu ad alium transferre.*
115 *Subditorum consensus eorum alienationi propter litteras regias meticulosus presumitur.*
116 *Iuramentum fidelitatis præstitum aliter quam more solito non uoce posteris principe in statu remanente, & nu 123.*
117 *Iusti quandoque simulant.*
118 *Alienari quomodo quis dicatur cum vniuersiate bonorum.*
119 *Res ratione litis minoris valoris dicitur.*
120 *Res ab inuoluto pluralibus debitis empta dicitur minoris ualoris.*
121 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione valet.*
122 *Census partium nihil operatur vbi adest clausula decreti.*
124 *Ciuitas potest impune iurare fidelitatem tiranno, vt euitet sacomanum.*
125 *Contractus de aliena ciuitate non ualet nec quicquam gestum tempore talis domini.*
126 *Fidelitas alteri facta no præiudicat vero domino.*
127 *Confirmatio de castro per uim occupato non valet.*
128 *Dominus subditos suos etiam cum strage hominum recuperare potest.*
129 *Dominium rei suæ per principem alicui auferri non potest.*
130 *Ius quæsitum per superiorem tolli non potest.*
131 *Priuilegium intelligitur semper saluo iure tertii.*
132 *Princeps auferendo alicui ius quæsitum tirannus appellatur.*
133 *Princeps non potest quicquam iniustum facere.*
134 *Clausula non obstante collatione alteri facta intelligitur de inualida.*
135 *Princeps concedendo priuilegium motu proprio nõ videtur tertio præiudicare.*
136 *Clausula saluo iure alterius subintelligitur in rescripto.*
137 *Rescriptum nocens tertio per importunitatem obtentum præsumitur.*
138 *Impetrans malitiose rescriptum puniri debet.*
139 *Ditans se cum alieno damno contra naturam peccat, & nume. 161.*
140 *Princeps ea quæ sunt iuris ciuilis tollere potest nisi equitatem naturalem habeat.*
141 *Plenitudo potestatis non extenditur ad iniqua nec debet exerceri nisi cum magna causa & nõ in præiudicium subditorum & raro debet uti.*
142 *Plenitudo potestatis papæ concessa intelligitur, dũmodo expresse iniquum non faciat.*
143 *Dispensatio principis facta sine causa dissipatio dicitur.*
144 *Plenitudine potestatis utens ultra debitum mortaliter peccat.*
145 *Cã non præsumitur in principe tollente ius tertii.*
146 *Infeudatio cum pacto de retractando non est pignoratio.*
147 *Pignoratio præsupponit dominium in alia persona quam in illa cui res pignoratur.*
148 *Prohibitus uendere prohibetur pignorare in materia feudalia.*
149 *Alienatio et non pignus est, quando in pignora deuenitur ad traditionem vel coniecturatur verisimiliter* ꝙ *pignorans animum redimendi nõ habet.*
150 *Iurisditio non potest pignorari nec obligari nisi in casu extremæ necessitatis.*
151 *Princeps an auferre possit citationẽ ex certa scientia & de plenitudine potestatis.*
152 *Citatio est defensio & est de iure diuino.*
153 *Qui potest se defendere & non defendit peccat.*
154 *Detentus iniustè qui potest aufugere & non facit capite punitur.*
155 *Peccat auferens citationem in rescripto.*
156 *Ardua non debet expedire princeps nisi consilio procerum qui bis vel ter dedent aduertere principem ne quid iniustum faciat, & nu. 162*
157 *Rex alienare non potest de bonis regni sine consilio maioris partis baronum.*
158 *Rex Franciæ si mandet unum & consilium Pariẽse aliud parendum est consilio.*
159 *Liberalitate vti ad principem spectat.*
160 *Tutor principis donare potest.*
161 *Plura de blanditoribus principum.*
162 *Principes fugiant adulatores.*
163 *Veritatis proditor dicitur non solum qui palã mendatium dicit sed qui libere ueritatem nõ defendit.*
164 *Insolita arguunt fraudem.*
165 *Litteris emanantibus à Cancellaria ultra solitum stilum non est credendum.*
166 *Rescriptum surreptitium præsumitur quando papa mandat contra aliquem inquiri non obstante quod fama non præcedat.*
167 *Princeps non potest auferre iura priuati nisi ex publica vtilitate facta debita compensatione.*
168 *Papa auferens beneficium de plenitudine potestatis tenetur ille de æque idoneo prouidere.*
169 *Libertas res est inestimabilis, & melius est mori liber quam in seruitutem uiuere.*
170 *Pupillorum et uiduarum specialis mentio fieri debet quando priuilegiis communitatum derogatur.*
171 *Clausula non obstante nihil operatur quando plura obstant,*

obstant, sed debet vnicuique in specie derogari.

171 *Clausula quòd tenor obstantium habeatur pro expresso an sufficiat.*

173 *Iuramentum primum præualet secundo.*

174 *Appellatur à rescripto et priuilegio ad regem melius informandum, & nu. 178.*

175 *Cautella pro primo emptore qui dubitat rem vendere secundo.*

176 *Clausula quòd fiat ius non obstante rescripto & infeudatione talibus derogatum censetur.*

177 *Verba audiat talis & iustitiã faciat qd importẽt.*

178 *Remoto præambulo necessario ad actum remouetur actus.*

179 *Vbi duo sunt necessaria vnũ iteruenire nõ sufficit.*

180 *Factum superioris secundum ius commune intelligi debet quantum fieri potest.*

181 *Libertati plus fauere debemus quam pupillo vel reipublicæ vel piæ causæ.*

182 *Franchisiæ reuocatio est odiosa.*

183 *Litteris principis confidens non debet decipi.*

184 *Arma licita sunt pro libertate patriæ.*

185 *Interest regi habere subditos pacatos.*

186 *Papæ aliquid ex certa scientia præcipienti cum scandalo non est obediendum.*

187 *Ratio scandali euitandi est sufficiens vt quis absoluatur à iuramento.*

188 *Scandalum imminens est causa concedendi & denegandi dispensationem.*

189 *Propter scandalum populi potest remoueri episcopus cum bono contracambio.*

190 *Ordinarius propter scandalum præsentatum à patrono ordinare non debet.*

191 *Nullum violentum durabile.*

192 *Disperati deteriora committunt.*

DOMINE NE AVERTAS AVREM tuam à singultu meo, & clamoribus. Tren. III.

PARTES Comederunt vuam acerbam & dentes filiorum ob stuperunt, Hiere. c. 31. circa mediũ. Ezec. ca. 18. legitur feria. 8. post primã dominicã quadragesimæ allegatur ꝑ gl. in ver. secuta. in prin. auth. vt oẽs obe. iu. ꝓuin. Bar. ĩ q. virginis Mariæ. contra Belial col. 6. Ang. consil. 63. nobilis miles col. fi. & 196. iam sunt col. 1. Calca. consi. 73. incip. ꝑsupposito. col. 3. Facit Philoteus Achillinus in proœ. sui viridarii char. 1. Cichus Esculanus libr. 3. c. 3. de iustitia circa mediũ. Quod ne posteri loco orationũ animabus nostris improperent nobisq; obiiciatur illud Bal. in l. 1. C. de ingra. lib. Subiectus esto qui liber esse nescisti. cũ doceat Apostolus. 1. ad Cori. 8. ꝓcio redempti estis nolite fie
1 ri serui homin . † Iccirco ꝓ libertate in qua sola consistit decus & splẽdor, l. edicimus, vbi Luc. de penna ad hoc not. C. de murileg. lib. 11. maxime in libertate patriæ pro qua licet occidere patrẽ & filios. l. minime. ff. de religi. & sum. fu. cũ si. vt Pet. gerardi no. 2. & Ioã. lupus in opere de do. inter. vir. & vxo. char. 84. col. 2. & patriæ potius quã patri obediẽdũ est no. in l. veluti. ff. de iusti. & iure. sanctus Tho. secũda secũdæ q. 101. arti. 1. & Mapheus veggius ꝺ educatione liberorũ li. 4. circa mediũ ꝙ patriã, parẽtib. ẽt veteres philosophiæ ꝓceptores anteposuere. Facit exẽplũ Bruti cõsulis Romani q̃ ꝓprios filios obtrũcari fecit se ꝑsente, qa agerẽt cõtra libertatẽ patriæ vt Titus liuius circa prin. lib. 2. ꝺ quo meminit Virgilius in 6. inquiẽs. Natosq; pater noua bella mouẽtes, Ad pœnã pulchra ꝓ libertate vocauit. Et subiũgit: Vincet amor patriæ laudũque immẽsa cupido. & Cicero in 4. retoricæ nouæ dicit ꝙ sapiẽs nullũ nunq̃ periculũ ꝓ republica uitabit, ꝙ sæpe fit vt q̃ ꝓ republica perire noluerit cũ rep. pereat. & inqt apud Thucididẽ li. 1. Pericles ꝙ cũ patria euertiť cui priuatim bene est, nihil tñ minus euertiť, & circa fi. li. 1. inuenit cõtra illos q̃ negligunt rẽp. dicentes hoc me nõ tãgit, facit oratio Menenii agrippæ recitãtis fabulã plebi, vt apud Li-
1 to nominatos suo & communitatis nomine ex alia, †in quo narratur consuetudo succedendi per dominum illis de villa qui decedunt sine liberis excluso etiam fratre germano, & conceditur ꝑ ipsum dominū Ioan. ipsis de villa pręsentibus & futuris, vt possint frater fratri succedere &c. Quia præsupponitur talis extare consuetudo, quam etiam probat instrumentū mihi ostensum circa prin. licet per verba enunciatiua in principio instrumenti inter contrahentes & hæredes.l.optimam.vbi Bar.& alij.C.de contrahen.& cōmit. stip. & per verba dispositiua post medium instrumenti, dum dicitur in instrumento, ꝙ si fratres non venerint moram trahendum in loco, domini succedant vel si non supersint fratres. Solum restat videre super dubio occurrenti, an possint tales homines donare in præiudicium successionis dominorum, si contingat donatorem sine liberis decedere. Et quia dubitabā alias super ipso instrumento longo iam tempore decurso cōsuluisse, licet nō bene recorder, & parte dominorū mihi pro certo dicitur quod non cōsului nisi consuluerim à diebus octo citra, pręmissa protestatione ꝙ non intendo quatenus consuluerim ab ipso consilio recedere; puto dicendum quod non possit fieri de bonis ipsis dominis in ipso loco subiectis donatio, imò nec alia spontanea alienatio per non habentē liberos nec fratres iuxta tenorem instrumēti, quia hoc esset in fraudem successionis, vt voluit Spec.in tit. de feudis. §. quoniam, 9. col. ver.19.de feudis, & Nico.de Nea. in l. in illis. C.non li.ha.met.lib.11. Et patet ex dictis Bal. in l.fi.C.de hære.decu.esset.n.per indirectū facere fraudem successioni contra gl.& not. in l.conta.ff.de legi.& not.per Bal.in l. non dubium.C.eo.cum simi.dicit tamen Spec.ibi ꝙ liceret tali homini alienare pro sua necessitate & quatenus necessitas exigit, & ita etiā trāseunt And.& Bar.& Io.de Pla.in d.l.in illis, dicentes tamen ꝙ hæc procedunt nisi adsit contraria consuetudo. Et tanto magis quia vt mihi præsupponitur ista bona sunt adeo obnoxia dominis ꝙ si vendātur debet dominis solui nona pars precij.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

CONSILIVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Subditus prohibens delationē criminis principi fieri an puniatur.*
2 *Iudex citra temporalem delictum inquisito suadere potest, vt defensionibus renunciet.*
3 *Pactum de non appellando non præiudicat superiori ad quem appellatio deuoluitur.*
4 *Lis inimicitias & discordias causat & partes ad irā prouocat.*
5 *Animus qualis fuerit à principio ex subsequentibus declaratur actibus.*
6 *Finis actus est attendendus.*
7 *Animus & propositum distinguunt maleficia.*
8 *Præsupponitur pro eo quod delictum excusat.*
9 *Probationes in meliorem partem interpretari debemus, & ne sonent in delictum.*
10 *In dubiis contra fiscum pronunciandum & interpretandum.*
11 *Nullus ex consilio tenetur.*
12 *Requisita vt eximens aliquem à iudicio delinquat.*
13 *Mitius cum lege quam cum homine agitur.*
14 *Delatorem corrumpens quando puniri debeat.*
15 *Eripiens de carcere principis detentum, an incidat in crimen læsæ maiestatis.*
16 *An puniatur iusdicens qui dicit commissario principis*

cipis volentis in loco vasalli fieri facere proclamata, quod iurisdictioni vasalli præiudicat.

17 *Delegato resisti potest quando de eius delegatione nō constat.*

18 *Vasallus vtile dominium habet & primas cognitiones quæ à principe impediri non possunt.*

19 *Causa qualibet excusat à dolo & delicto.*

20 *Consuetudo iusta vel iniusta excusat à pœna.*

21 *Illicite factum contra bonos mores non esse præsumendum.*

22 *Euentus in delictis consideratur.*

23 *Nemo in delictis in ꝓsumptionibus est condemnādus.*

24 *Testes quando magis iudicant quam deponant & quando verba interpretantur non probant.*

VISO processu inquisitionali cōtra nobilem Marcū Falopā for
1 mato, † qui de duobus principaliter inquiritur, videlicet ꝙ cōsuluerit cuidā detento per Do. Io. Malaspinā vasallum Illust. D.D. Marchionis Montisferrati & eiusdem detenti patri, quia non procederent in recursu ad curiā Marchionalem seu ad ipsum Ill. Principem &c. & ex eo ꝙ tentauit prohibere ne fierēt proclamata in loco ipsius D. Io. subdito Marchionali Excellentię, quæ proclamata de principis cōmissione fiebant; paucis expediam, quia casus videtur in fauorem Marci clarus, & quia non datur spacium temporis latius scribendi. Circa primum dum dicitur consuluisse patri & filio qui porrexerant supplicationē, & querelam, prout dicitur contra ipsum D. Io. detinentē alterum ex his in carcerem de homicidio intitulatum; non video quomodo dici possit deliquisse, quia hoc est de genere delictorum, vt patet ex tit. ff. de eo ꝑ quem factū erit, quominus quis in iud. sistat, vbi etiam contra dolosè suadentē & mediāte calumniosa persuasione ne quis sistat vel procedat in iudicio, solum prodita est actio personalis ad interesse eius cui quis ita suadet, vt ibi l. 3. §. 1. & per totum, quod fortius ꝓcedit, quia ipse recurrens Casale non habebat iussū à principe se præsentandi, sed ipse habebat literas ex opposito cōtra D. Io. & quia propter filium detentum habuit recursus Casale contra d. Io. detentorem, vt ipse & alij testes dicūt. patet quod ob causam suā recurrebat & non ob causam principis. l. delator nō est. ff. de iu. fis. vbi dicitur quod non est delator qui aliqd principi denunciat gratia tuendi causam suā. de qua causa principis etiam aliter non con. stat, vt infra, ergo dicendum est tam præsumptiuè quam necessario ꝙ solum fuerit tractatum de iure ipsius Casale accedentis, & quod illis supplicationibus & allegationibus suis
2 renunciaret, † cum possit iudex citra delictū temporale suadere inquisito vt renunciet defensionibus licet peccare posset in foro animæ, vt per Ang. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. cum concor. per Ang. Are. allega. in suo trac. male. in clausula qui iudex sta-
3 tuit terminum. † Et pactum de non appellando non dicit facere preiudicium superiori ad quem appellatio deuoluitur. l. tale pactum. §. qui prouocauit, cū ibi notatis. ff. de pac. cum principaliter concernat fauorem partis. & est tex. in l. fi. §. fi. C. de tem. appel. vbi multa dicūtur maximè per Bal. ad hoc propositum tam de pacto quam de statuto tollente appellationes quæ non refero. Et cōsiderato etiam fine de quo testes deponunt nihil fiebat illicitum per istum inquisitum, quia omnes testes deponunt ꝙ iste Marcus inquisitus ita suadebat, vt poneret pacem inter Dominum Ioannem & istum detentum quæ impediebatur acceden-
4 te isto patre inquisiti Casale, † quia natura litis est causare inimicitias, & discordias, & prouocare partes ad iram, & cōsequenter ipsum D. Io. ad rigorem iuris sequendum, cum non sit prohibitum procurare ꝙ quis habeat iudicem fauorabilem, prout suadebat iste inquisitus detento & eius patri & docuit experiētia,
5 † nā qualis fuerit à principio animus ex subsequentibus declaratur actibus, c. officij. de ele. & l. si ventri. §. pe. cū cōcor. ff. de priui. cre. Vnde stante fine bono totus actus est censendus
6 bonus, † cum finis actus sit attendendus, l. cū Sillanianū. C. ad silla. l. 1. in prin. C. de no. co. componē. & eadē sit ratio finis & eorum quæ tendunt ad finē. l. oratio. ff. de sponsa. & finis trahat ad se principium, d. c. officij. & notat glo. in l. qui sella. §. fi. in glo. fin. ff. de ser. rusti. præd. & Bar. in l. quod ait lex. §. 1. ff. de adul. cū
7 vulga. † facit quod vulgo dicimus ꝙ animus & propositum distinguunt maleficia. l. 1. C. ad leg. Cor. de Sicca. cū ibi notatis & l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniu. vult Bal. eleganter consi. 415. incip. petita venia. 2. col. 1. vol. in nouis. Et insuper nō dicitur offensus princeps quando principaliter hoc nō agitur, prout hic ubi agebatur consulere saluti detenti, vt voluerunt Bald. in l. 1. §. huius studij. 2. col. ff. de iusti. & iur. & Nellus in trac. bāni. in l. q. secundæ partis secundi tēporis, & facit quod dixit Bar. in l. cætera. §. fi. ff. de lega. 1. dum vult sufficere ꝙ actus sit in prin. licitus, Doc. maximè Moder. in l. si quis nec causam in prin. ff. si cer. pet. facit optimè l. verum la 2.
8 & l. qui iniurię. in prin. ff. de furtis. † & licet in criminalibus nemo sit ex præsumptionibus condēnandus, vt infra dicetur, tamen posito quod quis vellet arguere vel adducere cōtrarias præsumptiones, debemus præsumere pro eo quod delictum excusat, vt per Bal. in l. precibus 4. col. vers. sed quid si impubes &c. C. de impu. & ali. sub. & Bar. in l. nō solū. § sed vt ꝓbari, vbi do. meus dat multas cōcor. maximè in fi. commen. ff. de ope. no. nun. & facit. l. merito.

rito.ff.pro soci.vbi Bar.& plenius Bal. facit c.
9 estote,vbi Panor.de reg.iur.† & pariter debe-
mus interpretari ꝓbationes,videlicet in me-
liorem partem & ne sonēt in delictum secun
dum Inno.& alios in c.dudum el 2.de elec.cū
concor.de quibus per Fely. in c. cum delicti,
10 de accusa.† facit quia in dubiis contra fiscum
est pronunciandum,& contra fiscum est faciē
da interpretatio,vulgata l.non puto.vbi Bart.
ff.de iur.fis.Et ex quo palam & coram multis
dictus Marcus suasit,caret suspicione doli &
malitiæ,l.non intelligitur.§. si quis palam.ff.
de iure fis.& l.cum ipse.C.de contrahē.empt.
Alex.in l.transactionem in fi.commen. C.de
transac.Cæterum istæ Marcus solum suasit &
consuluit nec aliquem timorem intulit, vide
licet quod detētus alias decapitaretur prout
dicunt tres testes quibus est credendū propter
maiorem numerum,& quia pater illius detē-
ti ac ipse detentus qui aufugit ex carceribus
sunt personæ inimicæ D.Io.& suspectæ, vt ex
detentione & fuga,de qua ipsi attestantur col-
ligi potest, & etiam dicti Marci cum cuius cō
silio & auctoritate fatentur talia contra se fa-
cta esse,vt per Barto. in l. si quis in graui. §. si
quis moriens. ff. ad syllaianum, & quod ha-
betur in c. significasti,de adult.& c.cōueniēs,
11 de testi,& c.sicut nobis,eo.titu. † Et nullus ex
consilio tenetur vt in regula iuris in 6. vbi la
tè Io.An.& Bar.in l.non solum.§.si mandato
meo.ff.de iniur.Et insuper pater detenti dice
bat quod volebat super consilio & suasione
Marci cogitare asserendo quod non erat bo-
num consilium,& ꝙ alios consulere intende-
bat ita quod non fecerit vt complaceret Mar-
co,sed ductus veritate viuarum rationum &
causarum quas adducebat Marcus taliter qđ
volens & nō coactus fecerit cum posset alios
12 consulere.† nam vt dicitur in l.1.§.docere.ff.
ne quis eum qui in ius voc.est vi.exi.iūcto to-
to illo titulo ad hoc vt eximens aliquem à iu-
dicio delinquat,tria requiruntur, videlicet ꝙ
esset in iudicio vel iussus venire, aut quod du
ceretur per familiam. item quod vi exēptus
sit vel qđ eximens mādauerit & fecerit fieri.
Insuper & ac tertio quod constet & docendū
sit quod alias exemptus non erat facturus. Ita
patet in dicto tit.& d.§.docere,& ad hoc vt qs
incidat in edictum de eo per quem factū erit,
quominus quis in iudicio sistat ex suasione,est
necesse quod illa suasio sit falsa & erronea. d.
§.alias ver.vbi doc.ff.de eo per quem fa. erit.
& hic apparet quod non fuit falsa, sed vera &
ꝑspicua. vnde si pars seu priuata ꝑsona adiuua-
re se non posset contra suadentem nisi ex fal-
sa & dolosa suasione quo ad pęnā sibi applicā
dā,multo minus hoc esset in pœna legis & in
fisco,cū quo mitius agitur.l. præses & l. inter-
13 pretatione. ff. de pęnis,& d.l. non puto,† & qa
mitius agitur cum lege quam homine. l. cęl-
14 sus.ff.de arbi. † Vltimo placeat aduertere qđ
esto quod iste Marcus sciuisset facturum fuisse
delationem per patrem illius detenti princi-
pi contra D. Ioannem & de hoc constaret &
dissuasisset delatori ne in illa procederet per
hoc non esset puniendus, tum quia exigitur
corruptio.l.in fisci.& l.eius qui delatorem in
prin.ff.de iure fis.& l.fi.ff. de præua.& qa opor
teret constare de causis delatis, & quia pœna
corrumpentis deferentem est quod corrum
pens soluat illud quod soluere deberet dela-
tus si fuisset cōfessus, esset necesse quod super
hoc esset pronunciatum,& quod pœna ista in
quam veniret delatus puniendus esset decla-
rata & liquidata,d.l.eius qui delatorē in prin.
vbi Bar.cuius dicta sæpe ad alias plures deci-
15 siones solent recenseri.& d.l.fi.de ꝑua. † plus
est contra istos qui crimina lęsę maiestatis pas
sim credunt incurri quod etiam si quis eripe-
ret de carcere principis aliquem detentū, nō
ita passim incideret in crimen læsę maiestatis
vt per Io.Fa.& do.meum in §.penales,Insti.de
actio.& Doc.in l.sed.eximendi.§. item si quis
eum & Moderni.in l.1.§.is videtur. ff. si quis
iurisdi.nō obtē. vbi dominus meus D. Ias. in
fi.commen.cum concor.per eum allegatis.
16 † Circa secūdum articulum inquisitionis
dum dicitur ipse Marcus prohibuisse publi-
cationē proclamatum quæ Marchionalis ex-
cellentia publicari mandabat in locis territo
rii sui inferendo quod ipse Marcus voluit im
pedire Marchionalem excellentiam vti iuris-
dictione sua mediante persona commissarij
ac Marchionalis excellētiæ iurisdictionē tur
bare,dicendū est quod ipse Marcus ēt quo ad
hoc sit in casu absolutionis variis ex causis.
17 † Et primo quia non constat, nec est proba
tum quod ille commissarius ostendisset lite-
ras suæ commissionis per quas appareret qđ
indubitanter esset talis. quo casu licite pote-
rat ei resisti secundū Ang.in l.1.in princ.ff.ne
quis eum.Et Ang. Rom.& communiter scri-
bentes in d.l.sed eximendi.§.itē si quis,vbi do
minus meus.ff.eo.volentes quod tunc nō di-
catur turbari iurisdictio delegantis & quod
delegato resisti possit.
18 † Secundo quia certū est quod vasallus ha-
bet vtile dominium quod non potest sibi im
pediri per principem & primas cognitiones,
vt per Bal.in l.1.43.q.ff.de re.diui.& D.Prępo.
in c.1.in fi.cōmen.de controuer. inter vas. &
Epis.in tantum quod licet superior concurre
re possit in iurisdictione cum inferiore,tamē
hoc fallit in domino feudi seu vasallo, vt per
Fely.in cap.pastoralis,3. col.6.limita. de offi.
ord.Non licuit illi suprascripto commissario
vti tali modo proclamari faciēdo, sed debeat
mandare domino Ioanni vel potestati, vt ip-
sum proclama nomine principis publicari
faceret,vt alibi vidi seruari, ad euitādū omne
dubium.

dubium, & ad effectum quodius principis & feudatarij remaneret illęsum, propter ꝙ ipse Marcus merito poterat resistere cōmissario volente in suprascripta iurisdictione feudatarij perpetram proclamata fieri facere, & consequenter potuit iure merito protestari de iure vasalli, cum esset ibi officialis, & vt sentio cum bona voluntate principis.

Tertiò attentis prædictis & dicta ꝓtestatione saltem apparet quod ipse Marcus qui erat in loco rurali, vbi deerat copia peritorum nō resistebat ex cōtemptu, quinimo mouebatur ex causa colorata, præsupposito & non concesso, quod non admittetentur causæ prædictæ pro iustis, quo casu non veniret puniēdus
19 per illam vulgatam regulam, † quod quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo & à delicto. l. igitur. §. potest. ff. de lib. cau. l. si palagij cum ibi not. C. de palagi. iunctis his quæ dixit Ang. in l. prætor. §. hæc actio. ff. vi. bo. rap. volens quod committens delictum ex quo alias esset ingerenda pœna capitalis excusetur si motus fuit ex causa colorata quāuis iniusta.

Quartò Marcus voluit probare, licet non fuerit admissus de consuetudine quæ fuit ꝙ commissarij Marchionales quantumcunque generales non solerent accedere ad loca &
20 feuda Domini Ioannis, † quæ consuetudo, siue iusta, siue iniusta etiam habuisset ipsum Marcum prohibentem excusare à pœna, per glo. 1. in c. cum venerabilis, de consu. vbi hoc no. Panor. cum concor. de quibus per Dom. meum Do. Ias. in l. 1. in prin. 1. col. versi. secūdo limita. ff. quod quisq; iuris & alibi sæpe.

Quintò ista prohibitio huius Marci præsupposito & non concesso quod fuisset probata, erat solum verbalis & non habens admixtam aliquam prohibitionem facti quæ non erat prout experientia docuit, sufficiēs ad obuiandum, ne fierent proclamata volente cōmissario, faciunt quæ dixit Panor. in c. fina. 2. col. vers. nota singulariter, de restit. spolia. & Bart. in l. 1. §. huius. ff. vti pos. in princ. cōmen. Vnde attendi non debent illa verba, siue ea dicamus minatoria, siue principi iniuriosa, per tex. & not. per Bar. in l. 1. C. si quis impera. maledi. vbi de vtroq; Bart. loquitur, quia si dicamus causam quæ mouit Marcum ad id agendum fuisse iustam pro defensione iuris Domini Ioannis res est clara, & si dicamus processisse ex leuitate, talis leuitas non est punienda, vt ibi habetur maximè per Bald. post Bart. & insuper dicere quod verba Marci haberent iussum causare ipsi Marchionali cōmissario est alienum à verisimili, ita quod non esset credendum testibus hoc dicentibus, per not. per Bal. in l. 1. 3. col. in princ. C. de serui. fug. Ita ꝙ nec iussus nec metus possit coniecturari, qui
21 haberet inducere prohibitionem. † Quia si dicamus ipsum Marcum saltem actum temerarium fecisse & illicitum tanquam cōtra bonos mores, ex hoc non est puniendus, vt in d. l. 1. C. si quis impera. & pulchre per Alex. in l. 1. in prin. circa vers. offilius, 1. colu. post Bald. ibi pulchre de hoc tangenrem. ff. ne quis eū qui in ius voc. est vi exi. licet causa quæ ipsum mouit, tollat etiam temeritatem per prędicta & debuisset istę commissarius si prætēdebat se impediri exercere remedia iuridica quæ ponit Bart. in l. 1. §. is videtur in pe. q. ff. si quis iusdi. non obten. præcipiendo videlicet huic Marco quod illum sub pœna non impediret, quod non fecit nec fuit necesse.

Vltimò videtur decisum quòd ex quo ista prohibitio fuit verbalis, & non habuit effectum non sit tractandum de eius pœna per tex. in l. 1. §. hęc verba. ff. quod quisq; iur. & in d. l. penu. §. docere. ff. ne quis eum, vbi dicitur quod quando quis temptatur eripi de manibus iudicis, si nihilominos producatur & cōpareat cessat pœna, & in d. §. hæc autem verba dicitur quòd non nocet conatus, quando iniuria nullum habuit effectum, & vtrobique determinatur non esse curandum de prædi-
22 cta prohibitione. † Ideo iure merito dicitur quòd in delictis euentus consideratur. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis, & cum pręsumptio sit pro inquisito & pro quolibet intitulato ne videatur delinquere nec animo delinquendi facere per prædicta, cessat contraria præsum-
23 ptio, † licet in criminalibus nemo sit ex præsumptionibus condemnandus sed debeant in eis probationes esse luce merediana clariores. l. fin. C. de proba. vbi doc. Ant. de But. in c. quanto, de præsump. & Inno. & Host. in cap. quia verisimile, eo. titu. cum concord. de quibus per Alex. consi. 15. incip. viso processu 2. col. in fi. cum prin. seq. 1. vol. & proniores debeamus esse ad absoluendum quam ad cōdemnandum, l. absentem. ff. de pœnis. l. Arianus cum vulga. ff. de actio. & obliga.
24 † Possem etiam multa adducere contra testes, videlicet quòd non fuerunt legitimæ iurati parte citata vel procuratore, contra not. per Bart. in consi. 227. incip. Catherina & Bar. & alios in l. 2. ff. de in ius voc. & quòd nimis animosè deponunt, c. 2. de in integ. rest. cum ibi not. & cap. accedens el secondo, vt lit. non conte. & quòd magis iudicant quam deponant, dum voluit interpretari ꝙ illa gesta Marci magis sunt in præiudicium Marchionalis executionis quam aliter, quo casu non probant, vt per Bar. in l. qui testamento. §. fi. in fi. commen. ff. de testa. iunctis concord. traditis per Fely. in c. quotiens, de testi. sed non expedit, quia non probatur delictum, nec vere, nec pręsumptiuè, nec aliquo modo concludēter, ita ꝙ ipse Marcus non sit vlterius vexandus sed absoluendus.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

DE VNIONE ET INSVLTV FActo per homines Robellę contra dominos & eius pœna, & an communitas sit punienda.
Consilium. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Rebellis quis dicatur.*
2 *Conscij rebellionis & rebellionis notitiam habentes & non reuellantes, rebellium pęna sunt puniendi, & nume.7.*
3 *Crimen læsæ maiestatis contra quem committatur.*
4 *Rebellium pęna & qui crimen læsę maiestatis committit quæ sit.*
5 *Pœna proditionis est capitalis & de vi publica est amissionis bonorum & deportationis.*
6 *Læsæ maiestatis crimen quot modis committatur.*
7 *Vniuersitas an puniri possit.*
8 *Quod facit consilium populus facere dicitur.*
9 *Vniuersitas tenetur ex facto administratotum.*
10 *Vniuersitas ex delicto causam successiuam habente tenetur.*

NOBILIS domine iurisdicens Robellę viso processu inquisitionali formato per vos cõtra consiliarios & homines Robellę, & capitulis inquisitionalib. inuenio per eos multa fuisse ꝑpetrata delicta, videlicet rebellionis & infidelitatis proditionis & vis publicæ cum armis, insultus & percussionum ac minarum in personam dominorum, furtorum & rapinarum hostilitatis inobedientiæ & illicitarum conuenticularum ac assumptionis officij magistratus, quorũ principalia attingere placet, ne sim prolixus, & quia clemens & non rigorosus in hoc meo consilio esse proposui.
1 Rebellio autem constat dum homines dicti loci ꝓ maxima parte à subiectione suorũ dominorum, videlicet dominorũ Robelle subtrahere voluit & alieno domino se subiicere & se franchos facere ac iura dominorum extinguere & vsurpare & in alium transferre, ꝑ no. per Bar. in extrauag. ad repri. in verb. rebellis, & Bald. in l. amissione. §. qui deficiunt, vbi glo. ff. de capi. di. & secundũ Bart. vbi supra ẽt dicitur rebellis qui se hostẽ demonstrat, & q ad hostes se transferre & generaliter deuians à fide, & secundũ Panor. in ca. sanè, de offi. deleg. ille dicitur rebellis q domino eius resistit vel est inobediens, licet omnis inobediẽs nõ sit rebellis, & dicit Bar. vbi supra in prin. ꝙ de predans proprium dominũ etiam in re modica proprie est rebellis, quæ oĩa delicta vidẽtur fuisse cõmissa per ipsos homines, qui ex eo ẽt capite proditores possunt appellari, per no. ꝑ Bar. vbi supra & per tex. in l. si quis aliquid. §. 1. ff. de pœnis, & in l. proditores. ff. de re mili. & proditiones fuisse per eos factas negari nõ potest, quia ex actis & mandatis eorũ secrete factis ac ex depositionibus potest facile apparere.
2 † & in ipsam rebellionẽ nõ tñ auctores rebellionis, verum etiã scientiã habentes & illam non reuelantes dicuntur incidisse, vt no. Bart. in l. vtrum. ff. de patrici. quamuis ex forma iuramenti fidelitatis ẽt forẽt astricti cui iuramento fuit multipliciter contrauentum ꝑ ea quæ consuluit Pet. de Anch. cõsi. 440. inci. ex prædicta, 1. & 2. col. Et possunt isti homines dici cõmisisse crimen læsæ maiestatis saltem large & improprie, cõsiderata opi. illorũ doc.
3 qui dicunt ꝙ † crimen lęsæ maiestatis proprie non cõmittitur nisi contra supremũ principem vel non recognoscentem superiorem, vt per Cy. & Saly. in l. q̃squis. C. ad leg. iul. maie. & Pe. de Anch. in cle. pastoralis, 8. notabili, de re iud. & Nellũ in tract. banni. in 2. parte, 2. q. secũdi temporis, & Bal. in l. data opera 4. col. C. qui accu. non pos. & Ang. Are. in trac. malefi. in verbo, che hai tradito &c. cum addi. ibi signatis cum concor. licet multi doct. dicant ꝙ contra quemlibet dominum suum habentem supra aliquem iurisdictionem etiam ꝓprie crimen lęsæ maiestatis committatur, vt ꝑ Io. An. in c. fęlicis, vbi Gem. in 5. vel 6. q. de pęnis, in 6. & Pau. de Cast. in l. 3. C. de epi. au. qui dicit ꝙ saltem de facto ita seruatur cũ conco. traditis per Ang. ubi sup. & est de mente Ang. de Peru. in l. 1. ff. ad l. iul. maie.
4 † Horum autẽ rebellium pęna & qui tale crimen læsæ maiestatis vel quasi læsæ seu improprie indubitanter est amissionis iurium proprie patrie & bonorum confiscatio, videlicet vbi lęditur vel fit rebellio erga comitẽ baronem vel dominum suum etiam inferiorẽ à principe, per text. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. di. quam ad hoc adducit Bart. in d. extraua. ad repri. in verbo rebellando. & vult Pau. de Ca. in d. l. 3. & Saly. in d. l. quisquis post Cy. vbi etiam vult ꝙ sit capitalis, & ꝙ sit capitalis vult etiã Ang. in d. l. 1. ff. ad leg. iul. maiest. & Bald. in d. l. data opera 4. col. dum dicit ꝙ prædãtes propriũ principẽ vel iurisdictionẽ super eum habentẽ vt sunt comites barones Episcopi &c. incidũt in pœnam quasi capitalem, quia est crimen quasi læsæ maiestatis, idem dicit de concitantibus populum, & de his qui ad hostes confugiunt & secreta domini sui manifestant, vt ibi latius per eum, quæ delicta isti homines pro maxima eorum parte commiserunt, & quòd sit pœna amissionis bonorum consulit Maria. consi. 22. & Ang. de Are. in dicto verbo che hai tradito &c. cum sua addi. si bene videatur, & probatur ex tex. in l. prima. C. de seditio. iuncta glo. 2. & 3. dum ibi colligitur quod incitans plebem contra castrum pro deponendo iurisdicentem debet puniri graui pœna, quam gl. ibi dicit esse mortis aut suspẽsionis ad furchas, aut subiiciẽdi bestiis, aut deportatio-

portationis & sic amissionis proprię ciuitatis
5 & bonorũ.† Pariter & pęna proditionis est capitalis, d.l.ꝓditores.& in d.l.si quis aliquid. §. 1. Et de vi publica certum est quod est amissionis bonorũ & deportationis, vt ff.& C.ad l. iul.de vi pub.quasi per totum,& insti.de pub. iudi.Pęna autem conuenticularum illicitarũ etiam est grauis,vt per Bald.& scribentes in §. conuenticulas,de pace iur.fi.& doc. in l.conuenticulam. C. de Epis.& cle.& Cardin.in d. clem.pastoralis,7.not.vbi etiam alii cũ cõco. ita quod ex multiplici capite puniri possent isti homines seu maior pars eorum capitali pœna & in amissione ac publicatione oĩum bonorũ per prædicta, & quia vt declarat Io.de Imol.in d.cle.pastoralis. 1.col.2.no.& 4.col.
6 † Crimen læsæ maiest. multis modis committitur, videlicet ex confederatione, item ex cõspiratione in offensam. Item ex tractatu vel ordinatione ꝙ fiat rebellio. Item ex occupatione iurium vel rerum superioris. Itẽ vt aliqua in offensam vel iniuriam superioris fiat, quæ omnia & plura commissa fuerunt ꝑ istos homines quorũ aliqui verberarunt & insultarunt aliquos ex dominis,nam hæc capitula videntur etiam consideranda in crimine quasi
7 læsæ maie.per prædicta. † Quia autẽ conscij rebellionis & rebellionis notitiam habentes & non reuelantes sint pœna rebelliũ puniendi, vult Bar.in d.l.vtrum licet Roma.in singulari.794.secundum numerum meum, quod incipit nunquid &c. velit talẽ non indicantẽ rebellonem incidere in pœnam relegationis per tex.in l.modorũ.§.fi.de pęnis, & secũdum Pet.de Anch.d.consi.440.1.& 2. col. incidit si
8 sit vasallus habens feudum in felloniã.† posset etiam dici ꝙ posset tota vniuersitas & cõmunitas robellę puniri pęna rebellionis,esto quod aliqui fuerint contradicentes, & aliqui fuerint & sint innocentes, eo quia vt dicunt Bar.in l.aut facta.§.delinquunt.ff.de pęnis, & Panor.in c.dilectus lo.2.vbi latè Io.de Anan. de simo.quãdo regimina deputata delinquũt consilio sol niter congregato totus populus interpretatiuè dicitur deliquisse, nam vt dicit Ang.in l.metum.§.animaduertendũ in fi.cõ-
9 men.ff.ꝙ met.cau.† illud quod facit consiliũ dicitur populus facere,ita ꝙ secundũ Ang.&
10 Ioã. de Ana.vbi sup.† facta per regentes vniuersitatem vel populum videantur facta per vniuersitatem,taliter quod vniuersitas ex facto administratorum teneatur,licet vniuersitas posset contra administratores pro interesse habere recursum. Et alio impugnabili fundamento videtur dici posse, quod ipsa cõitas posset pęna rebellionis puniri, quia secundũ Io.de Ana.in d.c.dilectus lo.2.antepe.col.cũ quo transit Felv.in c.cũ omnes penul.char.6. declaratione,de consti.post Pe.de Anch. cõs.
11 153.incip.ex narratis. † licet delictum nõ fiat conuocato consilio, si tamen habet causam successiuam vt rebellio & guerra & similia cẽsetur propter tollerantiã delictum vniuersitatis ac communitatis quasi tacite ratificatũ. & maximè quia vt dicunt Bar.& doc.in locis ꝓximè allegatis, sufficit factum maioris partis. & non tantum singulares personæ quæ deliquerunt,vt supra,possent puniri per se imò ẽt simul vniuersitas,vt declarat Bar.in d.§.delinquunt in fi.commen.& Pan.in d.c.dilectus ẽt in fi.cõmen.vbi latius Io.de Ana.quamuis in executione quæ fieret pro pœna imponenda communitati vel vniuersitati illi qui contradixerunt & innocentes non forent exequendi ,nec ad soluendum collectam impositam pro solutione condemnationis communitatis compellendi.Plus dicunt Bar.in d.§. delinquunt,ac Io.de Ana.post Panor.in d.ca.dilectus, ꝙ propter rebellionem Bononia semel fuit submissa aratro sicut Chartago, licet ex gratia fuerit reædificata, & ꝙ Brixia quãdoq; propter rebellionem fuit ad hoc condemnata vt subiiceretur aratro, licet talis pœna ex gratia fuerit remissa. Ex ꝗbus omnibus posset concludi ꝙ posset de rigore condemnari cõmunitas, item & singulares delinquentes capitaliter & in amissione bonorum, aut saltẽ in publicatione omnium bonorum;veruntamen quia in bonis superioribus misericordia sicut & in Deo omnipotente deberet præponderare iustitia, non tamen taliter ꝙ delicta remaneant impunita,quia iustitia sine misericordia,vt apud sacros doc.habetur crudelitas est, & misericordia sine iustitia fatuitas est. item quia non soleo sequi rigorẽ nec in causa sanguinis consulere,& quia maxima pars hominum Robellę rediit ad obedientiam dominorum & submisit se bonæ gratiæ eorũ, & quia vt habetur in d.§.delinquunt propter multitudinem delinquentiũ pęna sanguinis alteratur & pœnæ iuris mitigantur, iccirco mitigata pœna redẽptoris domini nostri Iesu Christi & gloriosæ virginis Mariæ nominibus inuocatis,consulo ꝙ non condemnetis in aliquo vniuersitatem nec communitatẽ in vniuerso,& ꝙ singulares personas infra nominãdas dimissis quibusdam aliis qui nõ nominãtur bonis respectis in terminis iuris condemnetis prout infra, quam pęnã licet ita prout Deus suggessit prout in fra scribitur, taxauerim nihilominus tamen non intendo astringere dominos ne possint mitigare, sed rogo & precor dominos ꝓ ipsis hominibus vt illã dignentur mitigare,quia scriptnm est in euãgelio,Beati misericordes quoniam misericordiam consequentur, & in alio euangelio scriptum est,Serui nequam omne debitum remisi tibi, tu aũt noluisti conseruo tuo misereri.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

CONSI-

CONSILIVM XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vnio per quarterium alicuius loci facta pro iure macelli vel collectę impositione, an possit per loci dominum puniri.*
2 *Quarterium villæ an possit statuta condere.*
3 *Gentium congregationes ad bonum finem non reprobantur.*
4 *Superioris auctoritas an requiratur in constitutione sindicorum, quam singuli vt singuli faciunt.*
5 *Disciplinati collegium faciunt.*
6 *Quarterium villæ non potest creare sindicum.*
7 *Vniuersitati nouem assumi non potest sine superioris licentia.*
8 *Vnio & gentium congregatio sine superioris auctoritate fieri non potest.*
9 *Collecta imponi non potest nisi ab habentibus iurisdictionem.*
10 *Villa vniuersitatem faciēs potest pro necessitatibus suis collectam imponere.*

IN causa dominorum Garrexij contra Hieronymum & conuētos de loco pontis Tanagri occasione vnionis, videtur dicen-
1 dum ꝙ † sententia lata in fauorem dominorum contra ipsos de ponte Tanagri fuerit valida, ita ꝙ pronunciandū sit fuisse bene iudicatū & male appellatū. Et licet prima facie videatur dicendum qđ
2 non, eo † quia vnum quarterium villæ vel populi potest cōdere statuta & ordinationes super modo expediendi ea quæ pertinent ad ipsum quarterium, secundum Bar. in repe. l. omnes populi in 2. q. 1. prin. ff. de iust. & iur. & ꝑpterea Bar. in l. fi. in 2. col. 2. q. in fi. dicit reprobatas esse sectas in ciuitatibus, quando nō fiūt super his quæ habent simul tractare, quod secus fuit in proposito, quia conueniebant homines de ponte Tanagri super his quæ pertinent ad eorum commodum & ipsius populi,
3 † Et etiam ex eo quia istæ congregationes gētium quæ fiunt ad bonū finē nō sunt reprobatę, vt declarant Alua. & D. Præpo. in d. §. con-
4 uenticulas. † Nec in ista conuocatione ordinationibus eorum ac constitutione sindicorum quam singuli faciūt, & vt singuli, videtur necessaria superioris vel magistratus auctoritas, vt per Bart. in l. nulli. 1. q. ff. ꝙ cuiusq; vni. no. & per Bald. in l. 1. C. de ser. reipu. ma. Ideo Bal. in d. l. nulli. ff. quod cuiusq; vni. no. 2. col. quarto requisito, dicit ꝙ in cōcernentibus ad ministrationem possunt constituere syndicū & ordinationes facere sine magistratu, & in secundo requisito dicit ꝙ senior ad sonū cāpanæ pōt vocare singulares, & de statuto vult Bald. in l. 1. in 2. col. ff. quod cuiusque vni. no.
5 † ac etiā ex eo quia isti disciplinati faciunt licitum collegium sicut & villa seu vnio villæ vel quarterii causa faciendi, vt per Barto. & Bal. in d. l. 1. in prin. ff. quod cuiusq; vni. no. & Bart. in l. fi. 2. q. C. de colle. illi. vbi dicit in q. 3. ꝙ possunt vniri sine magistratu.

Nec obstant conuentiones quæ fierent cōtra dominos, & sic in casu à lege prohibito, vt sonāt verba prohibitionis ꝙ comprobatur ex illa clausula sub pœna à iure imposita.

6 † Item non obstat ꝙ creauerūt syndicum cū illum creare non posset sed procuratorem, vt dixit Ange. in l. 1. in prin. ff. qđ cuiusq; vni. no. quia syndicus capitur pro procuratore, vt dixit Barto. in d. l. 1. §. omnibus vbi etiam Ange.
7 † Item non obstat ꝙ assumpserunt sibi nomē vniuersitatis cum nō sit vniuersitas per se, sed simul cum loco Garrexij quod fieri nō potest sine superioris licentia, vt dixit Inn. in c. cum ab ecclesiarum, 1. col. de offi. ord. & Bart. in l. fi. 2. q. C. de colle. illi. & clarius Bal. in d. l. 1. in prin. ff. quod cuiusq; vni. no. quia non reperitur hoc punibile maximè, quia verisimiliter nesciebant quid sit vniuersitas, & in hoc domini non videntur offendi.

Non obstat etiam impositio collectę, quia de communi cōcordia ipsi sibimet imposuerunt, & fuit conuentio singularium de soluēdo quæ non reperitur prohibita, quia non per modum iurisdictionis & collectę sed cōuentionis fuit dictum de soluendo per singulares personas. 50. duc. & ꝑ vtilitate vel necessitate eorum potuit imponi secundum Alex. in l. 4. §. actor in fi. commen. ff. de reg. iur. Sed his nō obstantibus videtur dicendum ꝙ isti de pōte Tanagri ita vniti delinquerint.

8 † Et primo quia vnio & cōgregatio gentiū quę non fit auctoritate superioris videtur illicita secundum Bald. in d. §. conuenticulas, & in l. conuenticulam. C. de Epi. & cle. & Inno. in d. c. cum ab ecclesiarum.

Secundo quia se vniuerūt pro ecclesia parrochiali faciēda mediātibus duc. 50. qui actus erant præiudiciales parrochiano pontis Tanagri & simpliciter non videtur per omnia licitus, maxime quia volendo se eximere à parrochia Garrexij offendūt vniuersitatem Garrexij, & quo ad spiritualia volunt facere vniuersitatem per se, quinimo apparet ꝙ voluerunt facere vniuersitatem quę sine superioris licentia esse non potest, vt dictum fuit.

9 † Tertiò fuit imposita collecta quæ impositio. est actus iurisdictionis & non nisi ab habētibus iurisdictionem potest imponi, vt per Saly. in l. neminem. C. de sacrosan. eccl. & Ang.
10 & Imol. in l. 4. §. actor. ff. de reg. iur. † & licet Alexan. ibi velit quod villa possit sibi collectam imponere pro suis necessitatibus post Barto. in locis per eum allegatis, arbitror quod loquatur in villa quæ facit vniuersitatē, & est aduertendum, quia vt deponit Hierony-

mus maxime in secunda depositione fuit facta vna taxa pro exigendis ducatis 50. etiam ab aliis non præsentibus,& constituti fuerunt quatuor exactores,& non volentibus soluere minabantur de nō coquendo panē ad furnū, & super minis deponūt Ioan. Sardus, & Petr. Zachonus. Quarto aduerti potest,quia isti articularunt & produxerunt testes ꝙ fecerunt vniones occasione macelli, idest pro habendo macellariū. super quo puto aduertendum an in loco Garrexii cui vnitum est oppidū pōtis Tanagri domini habeant ius in macello, vel ipsa communitas, iuxta not. in c. significāte, vbi D. Phil. Franchus, col. fi. de appel. & tūc ista vnio reperiretur ad actum illicitum, & aduertatur,quia Lucas inquisitus dicit ꝙ pro macello habuerunt licentiam à dominis in prima inquisitione, alius dicit ꝙ litigarunt, videantur quatuor testes dominorum super hoc & ista vnio facta fuit sono cāpanę & mala intentione. Laus Deo.

Albertus Brunus.

CONSILIVM XXX.

SVMMARIVM.

1 *An vbi offenditur per vnum ex subditis alter ex dominis possit alij vel potestas procedere.*
2 *Dominus in criminalibus non potest sibi ius de subdito dicere.*
3 *Iudex in causa sua baro vel Comes esse nō potest nec deputatus ab eo.*
4 *Differunt esse iudex in causa propria & quod inter superiorem & subditum, iudex inferior ordinarius iudicet & cognoscat.*

1 CIRCA dubia emergentia in † causa dominorum Paucepaleæ cōtra Ioannē Mulazani opponi posset contra processum Paucepaleæ ꝙ ille potestas nō potuit iudicare in causa dominorū nec pro iniuria dominorū à quibus fuit deputatus etiam stante cōsuetudine, quia est vnū & idem tribunal, c. non putamus, de consue. in 6. iunctis notatis in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdi. om. iudi. vbi do. meus dicit hoc verum, etiam si non fuerit oppositum in causa criminali post Alex. ibi. & Pau. de Cast. ac Ant. de But. in c. postremo, de appel. ideo Nico. de Neapo. dixit in l. generali. C. de decu.
2 lib. 10. ꝙ † dominus in criminali non potest sibi ius dicere de subdito, vult Bart. in d. l. qui iurisdictioni. & est de mente Inno. & Io. And. in c. ex parte de verb. signi. item ex quo domini essent suspecti pariter, potestas eorum esse videtur suspectus, vt per D. Phil. Franchum in d. c. postremo 6. col. 12. suspicione & in 15. ac 17. cum aliis multis ibi insertis. & esto quod vnus dominorū dicatur offensus, tamē alius non potest cognoscere, vt per Bart. in d. l. qui iurisdictioni. pen. q. maximè quia pœna est communis. Item societas dominorum operatur suspicionē, vt per D. Phil. ibi 18. suspicione, & nō fuisset necessaria recusatio expressa, vl per D. meū Ias. in d. l. qui iurisdictioni in 1. limitatione ad secundam regulam, ideo Bar.
3 in d. l. qui iurisdictioni dicit, quod † sicut baro vel Comes non potest esse iudex in causa sua, ita nec deputatus ab eo, notatur latè in c. insinuante, de officio deleg. vbi Panor. 1. col. Sed ad hoc potest responderi ꝙ cum sit deputatus à multis dominis non posset pro deputato ab vno vel singulis haberi. l. adoptiuum, §. qui manumittitur. ff. in ius vo. Item vbi est consuetudo potest cognosci vt per Alex. & D. meum in d. l. qui iurisdictioni, & ideo quia est consuetudo ipse Ioannes non opposuit ꝙ nō posset esse iudex, quinimo expresse consensit in iudicem petendo ꝙ interloqueretur super loco non tuto & super non legitimo interuētu procuratoris dominorum & super condénatione expēsarum, vt in suis duabus primis cędulis continetur & in requirendo se absolui. & sic approbauit eum pro iudice cum istæ actus non potuisset fieri nisi esset iudex, facit quod dixit Pau. de Cast. in d. l. qui iurisdictioni, de eo qui conuenit aliquem coram tali iudice ꝙ sibi imputet cum par sit ratio in conuētο consentiente, & quod dicit Bart. in l. non videtur. ff. de iudi. & in l. sed & si susceperit, vbi Bal. eo. lib. latè Fely. in c. inter monasterium,
4 3. col. cū pluribus seq. de re iud. † itē differunt esse iudicē in causa propria, & quod inter superiorem & subditum iudex inferior ordinarius iudicet & cognoscat, vt per Panor. in c. 2. col. fi. vt lite non contest. & ista sententia transiuit in rem iudicatam, ergo &c.

Albertus Brunus.

CONSILIVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Dominus non recognoscit de iniuria sibi à subdito facta, sed sic eius condominum.*
2 *Potestas villa an iudicare possit in causis dominorū.*
3 *Dominus non potest se intromittere de primis causis occurrentibus in terris vasallorum.*
4 *Homines baronis tenentur baroni potius quam Regi parere.*
5 *Regulæ fauendum est nisi exceptio clara & aperta sit.*
6 *Patronus ecclesiæ ius habens præsentandi & nominandi in præsentato & electo concurrit cū episc.*
7 *Iudex tollerans vel in inquirendo negligens, vt conscius punitur.*
8 *Bona delinquentis non possunt ante delicti vel pœnæ declarationem capi vel alienari.*

9 Iudex

9 *Iudex qui extraiudicialiter processit suspectus est si iudicialiter procedere velit.*
10 *Bona subditorum si contingant confiscari, & domini non cognoscant, cuius camerę applicari debeant.*
11 *Vasalli an omnes pœnas suditorum habere debeant qualitercunq; puniantur.*
12 *Bona damnatorum confiscata illi domino applicantur in cuius sunt iurisdictione & nu. 15.*
13 *Vasalli mulctare possunt etiam vsque ad bonorum confiscationem.*
14 *Bona confiscata non veniunt in restitutione dotis quando castrum datum fuit in dotem.*
16 *Bona offendentis cardinalem applicantur fisco, vel reipublicæ offensi.*
17 *Hæreticorum bona cui applicentur.*
18 *Pœna alicuius offeasæ ratione imposita illi applicatur domino quem offensa respicit.*
19 *Pœna delicti applicatur ecclesiæ læsæ.*
20 *Pœna applicatur fisco iudicis à quo.*
21 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*

IN causa dominorum Priochę cū regia fiscali Astensi camera propter mortem Domini Benētini Damiani qui dicitur ab hominibus Priochæ interfectus, dū ipse partes contendunt quod sua sit iurisdictio vel cognitio, de tribus esset videndum, sed pro nunc de duobus tantum videre sufficit.

Et primo ad quem spectet cognitio.

Secundo posito ꝙ pœna sit pecuniaria vel confiscationem aliquorum bonorum concernens, cui spectet emolumentum quatenus domini vel potestas Priochę cognoscere non possint.

Tertium esset de pęna delicti ꝙ omittitur.

1 † Circa primum licet Bar.& alii in l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdi.om.iud. dicant quod dominus non possit cognoscere de iniuria ꝑ subditos facta sibi vel alicui de eius familia, & dicatur in l.iulianus.ff.de iudi.quod etiam ratione partis quis non debeat esse iudex in causa propria, tamen quando adsunt plures domini & iniuria fit vni, cōcluditur ꝙ alii domini cognoscere possunt, ita voluit ibi Bart. in 1.col.versi. sed nunquid si dominus castri, cum ibi sint alij nobiles qui tunc tēporis erāt absentes omni suspicione delicti carētes, qa si dicatur istos esse suspectos ratione affinitatis quam habebant cum defuncto, respondetur quod ista affinitas causat suspicionem sed non tollit iurisdictionem seu cognitionem inter eos qui non sunt de eadem familia nisi proposita per conuentum recusatione, vt per Panor.in c.postremo, in fi.commen. de appella.post Io.And.& Alber.de Ros.in d.l.qui iurisdictioni in fi.commen.vbi etiam Ful.ita tenet ac Pau.de Cast.& latè Alex.& est communis opinio quicquid dixerit Ant.de Butr.in d. c.postremo, vbi voluit istud nō procedere in causa criminali etiam parte non opponente eo quia iurisdictio in criminali causa prorogari non possit. Nā sua decisio procederet stāte identitate familiæ quo casu deficit iurisdictio, quo casu de ꝓrogatione posset tractari, secus autem stante sola affinitate quo casu nō deficit iurisdictio, sed adest solū suspicio quæ non tollit iurisdictionem saltem parte nō opponente, quo casu frustra agitur de prorogatione quæ nō cōuenit. Circa ꝙ cū cōis opi. ita se habeat non est vlterius insistēdum, ita ꝙ videatur dicendū ꝙ isti condomini habētes merum & mixtū imperiū & omnimodam iurisdictionē possint habere cognitionē parte non allegante suspicionē, quo casu dicitur consentire secundum doc.prællegatos.

2 Secundò licet Bar.in d.l. qui iurisdictioni, 1.col.ver.sed nunquid saltem dicat ꝙ ista causa committi non possit per talem dominum offensum, tamen Pau.de Cast. ibi dicit cōtrariū & facit l.1.C.si quacū.præ.pot.quibus præmissis videtur ꝙ cognitio spectet potestati dicti loci qui habet cognitionē quā habent ipsi domini & cohertionē meri imperii, cum ipse potestas ab hominibus & communitate eligatur & per dn̄os confirmetur cōitate proponēte tres ad minus & dominis alterum ex eis cōfirmantibus. Nam ratio quare domini nō possent commitere & quare eorum cōmissarius cognoscere nō posset est quia prohibetur de iure dari cōmissarius is quē pars petit dari, & fortius ipsa pars dare prohibetur, & quia cuius prohibetur postulatio & eius effectus, sed istæ potestas non eligitur nec nominatur à dominis, ergo, &c. & quia ambo concurrunt in eius deputatione videlicet cōitas & domini est par eius affectio, ita vt omnis hincinde esset suspicio. l.non solum, §.de vno. ff. de ritu nup.& notant Ang. & Alex. & Moderni in d. l.qui iurisdictioni, & tanto magis quia vt dicitur est consuetudo generaliter in loco ꝙ istæ potestas cognoscat de offensis quas faciūt homines & subditi ipsis dominis, quo casu etiā & ex hoc solo posset cognoscere, vt per Alex. in d.l.qui iurisdictioni, propè finem cōmen. ver.nono vbi consuetudo, vbi etiam Moder. post doc.in c.cum contingat. de foro comp. vult Bart. in l.2. in 2.lectu. in 2.colu.ff.si quis iusdi.non obtēpe. est tex. cū glo.in c.1.de pœnis in 6.cuius potestatis officium durabat & durat vsq; ad aduentum successoris.l. meminisse.ff.de offi. præsi.

3 † Prædicta coadiuuatur, quia regula est ꝙ superior non possit se intromittere de primis causis occurrentibus in terris vasallorū, vt ꝑ Bal.in l.1.in 44.q.ff.de acqu. rerū domi.& Modernos maximè Fely.in c.pastoralis, 3.colu.6. limitatione, de offi.ordi.& dominum Præpo.in c.1.in fi.commenti.de cōtrouersia inter vasal. & epis. Hinc secundum Spec.in tit.de feu.§.quoniā, vers.14.quæritur.

4 †homines baronis tenētur baroni potius quā Regi parere, de quo latius ꝑ Corse. in trac. de regibus q. 91. & cum istud sit ius commune vt ibi, amplectenda est interpretatio tanquam fauorabilis quæ nos reducat ad ius commune l. si vnus. §. pactus ne peteret, vbi doc. & D. Ias. ff. de pac. & Fely. in c. accedentes, 3. col. de
5 cōsti. † Et quia fauendū est regulæ nisi aperta sit exceptio & clara vt not. in l. 1. ff. de reg. iur. Et quia iura loquētia prohibitiuè in casu simplici (prout ꝙ dominus offensus nō possit cō mittere cognitionem) nō vidētur locum habere in casu mixto videlicet in officiali in cuius deputatione concurrunt offendens & offensus, per l. vim passam. §. præscriptione. ff. de adul. & no. per Bar. in l. certi. conditio. §. quoniam. ff. si cert. peta. & Ange. in l. si ita scriptū. ff. de libe. & posthu. & Alexan. in rub. C. de iu-
6 di. † facit quod dicimus de patrono ecclesiæ qui habet ius nominandi & præsentādi cum Episcopus habeat ius confirmandi vt ambo dicantur in præsentato & electo concurrere & ius habere, vt patet in c. illud & in c. cū laici, de iure patro. cum concor.

Tertiò præsupponitur ipsum delictum notorium propter quod potest cognoscere dominus & fortius condominus vel saltem talis potestas, per no. in c. ex parte. lo. 1. Inno. de ver. sign. cum concor. Alex. in d. l. qui iurisdictioni, & licet fiat distinctio an pœna sit limitata, vel arbitraria, & ꝙ in arbitraria non liceat offenso vel ei qui est de familia cognoscere, qa in arbitrando militat legis prohibitio de qua in d. l. qui iurisdictioni, ista tamen ratio cessat in dicto potestate, per prædicta, & forte in cōdomino quem non est verisimile conscientiā postponere velle, cum vt no. in d. l. fi. qualitas personæ possit admittere ꝙ quis possit in causa suorum cognoscere, & quia parte consentientie hoc licet vt dictum fuit, & his attentis oporteret præsupponere ꝙ pęna esset arbitraria & hoc sustinere posse de iure.

Quartò vltra ꝑmissa isti homines Priochæ intendunt pro eorum excusatione deducere ꝙ ipse D. Benētinus manus iniecit in sanguinem eorū, occidēdo fratrem donatum de dicto loco, verberando consiliarios pro publica vtilitate loquentes, & illi in illicitis nō obtemperantes, extorsiones nunc huic, nunc alteri faciendo, condominos & consortes opprimendo, & officiales regios letaliter vulnerando ac nuncios curiæ verberando dum per eos nomine curiæ citaretur multosque ciues vulnerando & verberando, & homines Priochæ qui deponebant in tribunali gubernij ex iudiciali compulsione præter eius intentionem morti tradere volēdo, & eos à loco Priochæ & proprio eorū domicilio propter hoc indebite exules tenendo, & infinita alia illicita perpetrādo, & deducēdo, ꝙ tollerabatur in patria & ciuitate à rectoribus & impunis non obstantibus notorietatibus delictorum suorum & quærelis quas etiā ipsi homines Priochæ porrexerunt superioribus & rectoribus super quibus nō fuit prouisum. ex hoc excludi videntur tales superiores à cognitione huius delicti in quo cōtingit de eorum facto &
7 culpa tractari, † cum iudex tollerans seu negligens in inquirendo puniatur vt conscius, vt per Bald. notabiliter in l. non solum. C. de commer. & mer. not. doc. & Bart. ac Bald. in l. mancipia. C. de ser. fugi. & Bar. in l. 1. ff. de off. præfe. vr. & l. 1. vbi Bald. C. de monopo. & l. 1. vbi Bar. & Bal. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. vbi dicitur, ꝙ potest priuari officio, ac etiam in d. l. 1. ff. de offi. præfe. vr. per Bart. & Bald. de quo etiam per Bal. in l. 1. §. ingratus. ff. de magi. conue. & in l. data opera. C. qui accu. non pos. & Alex. in l. 2. §. si publi. ff. de adul. esset n.
8 iudex in causa propria talis rector. † cæterum obiicitur ꝙ istæ rector incipit istos homines Priochę vexare indebitè & bona eorū alienare quæ solum debebant annotati, & non possint ante declarationem delicti vel pœnæ capi vel alienari, vt habetur in l. absentem. ff. de pœnis, & habetur in c. cum secundum, de hære. in 6. & in c. fęlicis, in prin. de pœnis, eo. lib.
9 alias in §. nullus. † Nam iudex qui extraiudicialiter iniustè ꝓcessit est suspectus si velit iudicialiter procedere, glo. in c. statutum, de rescri. in 6. & habetur per D. Phi. in c. postremo, de appel. & etiam est suspectus ex quo assumpsit defensionem iurisdictionis sui tribunalis contra Dominos, vt per Panor. post gl. in c. cō querente, de resti. spo. & D. Phil. in d. c. postremo. & ex quo quæsiuit impedire ꝙ homines pacem inirent cum dominis, vt per gl. & doc. in c. cum super, de offi. delega. & c. Adrianus, el secondo 83. distin. & ex quo demonstrauit se velle ipsis de Priocha nocere & multa dixit contra eos quæ iudici non conueniebant per not. per glo. & doc. in d. c. cum super.
10 † Circa secundū præsupposito ꝙ ipse Magnificus dominus Rector vel alius quam domini possit ꝓcedere & de hoc delicto cognoscere, si contingat declarari eos in pęnam pecuniariam, vel bona aliqua confiscari, cuius erūt dicta bona an camere regię, an dominorum Priochæ. breuiter videtur dicendum qđ ipsorum dominorum Priochę eo quia habēt vtile dominium cum vtilitate & effectu, vt dixit Bal. in d. l. 1. in ver. 43. ff. de rerum diui. & hoc clarius determinat ipse Bal. in l. fi. ff. đ of.
11 præfe. vigi. dicens ꝙ † si princeps qui concessit alicui castrum retinuit sibi merum imperium, pœnæ pecuniariæ applicabuntur vasallo cum sint mixti imperij, & publicatio bonorum applicabitur illi domino qui habet merum imperiū, eo quia ipsa publicatio est meri imperij, prout etiam habetur in l. imperiū, ff. de

ff. de iurisd.om.iu.vbi do.meus Iaso.in 6.col. in fi.dicens ꝙ omnes redditus causarum ciuiliũ & criminaliũ applicãtur vasallo,post Bal. in l.fi.in 2.col.versi.itẽ no.ff.de const.prin.cũ conco.ibi allegatis,& dixit Bal. in l.cum multa.C.de bo. quæ li. ꝙ concessio talis de castro videtur facta cũ plenissima iurisdictione,& determinatũ videtur etiam ꝑ do.præcep.meum tauri.in suo tract.feudo. in clausula cum mero & mixto imperio in 2.col.prope finẽ,& est de mente Alberi.de Rosa.in trac.statutorum in 3.parte.18.q.dũ dicit confiscationes nõ spectare episcopis nisi ex imperiali concessione habeant iurisdictionẽ & territoriũ, quo casu eos comites vulgo appellamus.Et quo ad bona mobilia quæ forte dicerentur publicanda etiam ex cõtumatia virtute decreti res est clara ꝙ applicari deberent vasallo:c.1.§.si qs hominem versi.si vero violator.alias est l. 2.vbi And.de Iser.Bal.Alua.& Moderni.de pace te-
12 nenda,vbi est expressum ꝙ † etiã si ipsa bona venirent publicanda ꝑ crimine lesæ maiestatis in principẽ commisso, prout ibi in violata pace ex homicidio cõtra legem principis,nihilominus applicãtur habentib. in loco imperium & iurisdictionẽ,non fisco principis,& fructus computãtur inter hæc mobilia vt per doc.ibi & Bal.in prin.tit.ulti.col.& ita de bonis mobilibus etiã concludit Ale.cons.16.incip.viso tit.quæstionis,ante fi.versi.ad hoc bene facit 1.vol.quicquid in contrariũ dicat ipse Ale.consi.31.etiã incip.viso ti.quæst.2.col. eod.vol.post Bal.in l.mercatores.C.de commer.& merca.& Ang.in addi.ad tract.malefi. in clausula & eius bona publicamus.Et idem dicunt doct.de pœna pecuniaria quam incurrit cõtẽptor maiestatis principis vt vasallo applicetur,vt per Andr.de Iser. in l.quicunq; in verbo hæreditatem.eo.titu. de pace tenen.& ibidem per Alua.in §.si quis aliquem & ꝑ do. Præpo.in prin.illius titu.in 3.col.in fin.Circa immobilia aũt in casu confiscationis ob con temptam maiestatẽ principis, cum alias regulariter non fiat confiscatio,vt per Bal.vbi sup. in prin.3.& 4.col.& notatur in auth. bona dãnatorum,an applicentur vasallis vel domino superiori offenso cuius maiestas est offensa. doct. multum intricate loquuntur, attẽto qđ de consuetudine vasalli inuestiũtur cum mero & mixto ĩperio & omnimoda iurisdictione ac pertinentiis prouẽtibus fructibus, quo casu, vt declarat Alua. in dicto §.si quis aliquẽ,ipsis vasallis pertinent omnia prouenientia ex re non aũt extra rem,iuxta no. per Inn. in c.cum ad sedẽ,de resti.spoli.& sunt iudices ordinarii ex principis concessione, vt ibi per
13 eum, † & qui possint mulctare etiã ad bonorum confiscationem,vt per And.de Iser. in d. l.quicunque in verbo hereditatẽ qui ita intelligit l.1.C.ne sine ius.prin. & per Do. Præpo. ibi in prin.in ti.in 3.& 4.col. Nã And.de Iser. & Do. Præpo.ibidẽ locis præallegatis volunt quod tunc confiscatio bonorum immobiliũ spectet baroni comiti vel tali vasallo, si comes baro vel vasallus talem subditum puniat ex contumatia in amissione bonorũ, vel quãdo principaliter amittuntur bona ex delicto, & quando bona amittuntur in cõsequentiã seu publicantur & non principaliter, secus esse,quia applicantur fisco principis & dicũtur amitti in consequẽtiam pœnæ,scđm Bald.ibi in prin.in 3.colũ.si quis deportetur,cũ perdat ciuitatẽ vel banniatur ex causa ex qua iure cõmuni deberet deportari,vt ibi latius per Bald. licet alias confiscationes spectent principi, vt in tit.quæ sint regalia,& per docto.in d.l.1.C. ne sine iul.prin.vbi Bal.Saly.& Ang. & Bal.in auth.bona damnatorũ.in prin.cõment. C.de bo.dam.& in rub.C.de priui. fi.cũ concor.de quibus per Fely.in c.cæterũ,de offi.ordi.Bart. in l.1.C.de bo.vac.lib.10.& And.de Iser.in §. illud quoq; in prin.de prohi.alie. feu. per Fede.& Ang.in addi.ad Ange.in trac. malefi.in
14 clausula & eius bona publicamus.4.col.† Et quod cõfiscationes applicentur domino castri,volunt Bal.Imo.Pau.de Cast.& Alex.in l. fi.ff.soluto matrimonio, vbi plus volũt quod applicẽtur marito cui datũ fuit castrũ in dotẽ & ꝙ non veniant in restitutione dotis. Et verum ꝙ And.de Iser.in c.1.1.col.quali.vas.iura.de.fideli.vbi etiã Do.Præpo. prope fi.comment.transiens cũ eo dixit, ꝙ bona alodialia quæ sunt in castro alicuius perueniũt ad fiscũ principis vel regium ex crimine lesæ maiestatis per clausulã formæ cõis priuilegiorũ principi reseruantem ea q̃ principi competunt ratione maioris dñi & dictus Andreas se remittit ad notata per eum in locis præallegatis.
15 † Ad prædicta facit communis opinio quę habet qđ bona dãnatorum cõfiscata applicãtur illi domino in cuius sunt iurisdictione,vt per Bar.in l.cunctos populos.in fi.cõment.C. de sum.tri.& Ant.de But.& Pan.in c.postulasti,de for.cõpe.ac Pe.& Bal.in l. ex facto proponebatur.ff.de hære.insti.vbi etiam Imo.cũ concor.de quibus per Ang.& Ang.in d.trac. malefi.in præallegata clausula & eius bona publicamus,& per Ale.in d.consi. 31.& alibi
16 in locis vulgaribus.† Et facit tex.in c. felicis, de pęnis in 6.in prin.vbi bona offendẽtis cardinalem tanquã cõmittentis crimen lesæ ma-
17 iestatis applicãtur fisco vel reipu.offensi.† Et idem dicunt doct. cõmuniter in damnato de heresi de iure cõmuni,in c.cum scđm in prin. de hære.eo.li.in 6.licet ex constitutionib. Papalibus sit statutum quod tertia pars sit ecclesiæ Romanæ tertia dominorum temporaliũ & tertia officialium vt ibi habetur.
18 †Insuper facit illa notabilis decisio q̃ dictat qđ pœna imposita rõne alicuius offensæ ap-

plicatur illi domino quem respicit offensa,& quod pœna debet cedere lucro illius qui ex delicto leditur, vt habetur in c. ad liberandū, vbi inter cæteros Io.de Ana. in 3.col.4.notabili,de Iudæis,de quo etiam habetur in ca. ad hoc,de simo.vbi Io.de Ana.in fine.cōmen.& per Bart.in auth.de sac.san.ecc.§.præ omnib. & solet etiam tradi in §. & hanc, in auth.quomodo opor. epis.& c.si quis deinceps 17.q.4.
19 † vbi pœna delicti applicatur ecclesiæ lesę.
20 † Cæterum pro pdictis facit qđ dixit Bald. in marga.in verbo iudex versi.52.incip.Iudex appellationis, vbi dixit ꝙ licet Iudex ad quē sit appellatū cognoscat de viribus sententiæ iudicis à quo,tamen si illæ sententiam confirmet ex qua pœna irrogetur, dicta pœna applicatur fisco iudicis à quo, qa hæc est lex illius iudicis,& illi remittetur executio facienda & reus criminis per primum iudicē erit in carcere detinendus vt ibi latius per eum,vbi hoc videtur clarius in casu isto in quo princeps ī inuestitura dominorū Priochę sibi reseruauit certum ius & quoddā regale salis ita qđ
21 reliqua regalia videatur remisisse,†quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l.quęsitum.§.denique.ff.de fundo instruc.nota.in l.de hiis.ff.de legi.cum concor.

Laus deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

CONSILIVM XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an possit subditis onera & taleas imponere maximè pro filia maritanda,& quid si tales subditi non subsunt immediate principi taleam imponenti, & nume.7.*
2 *Homo hominis mei an sit homo meus.*
3 *Vniuersitas vel uilla collectum imponere non potest dum in cōi facultates debito sufficientes habent.*
4 *Immunitas alicui concessa tenet in præiudicium concedentis.*
5 *Princeps actum præiudicialem successori facere non potest.*
6 *Solus supremus princeps potest immunitatem à collectis præstare.*
8 *Qui tenetur ad aliquid & dū petiī se opponit cōtrariam consuetudinē eius ad quod tenebatur inducit.*

1 OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Marię inuocato psidio † dum quæritur an homines & cōe Doliani Marsaliæ & consimiliū oppidorū teneantur ad contribuendū siue dandū summam sibi pro rata taxatam pro dotibus Illustrissimæ dominæ filiæ Illustr. D.D. Marchionis Saluciarum dñi eorum. Quia p clarissimos iuris interpretes Do.Danielem & Ioannem de Sancta Iulia fuit copiosè allegatum,paucis insistam & intrepidè loquar cum nouerim Marchionalē excellentiam optare vt locus sit ueritati & iustitiæ. Vñ videtur dicēdūm ꝙ sic,quia domini tēporales vltra cōsuetum vel cōe statutum possunt ab eorum subditis exigere taleas ī certis casib.& maxime p filia maritanda,vt dixit Alberi.de Ros.in dictionario suo in uersi.do.post Hostiē. & Ray. in locis per eū allegatis,quem refert & simpliciter sequitur Ale.in addit.ad Bar.in l.placet. C.de excu.mu.lib.10.quod etiam fuit de mēte Spe.in tit.de feu.§.quoniā in antepe. colū. ver.& nota ꝙ vasalli.Nec videtur releuare dictos homines ꝙ ex quo nō subsunt immediate pdicto Illu.Do.Marchioni non possint ab eo collectari ob causam prædictā propter illā
2 tritam doctrinam,ꝙ†homo hominis mei nō est homo meus,vt no.gl.fi.in c.legitur 81.dis. Spec.in ti.de feu.d.§.quoniā ver. 14.per l.modestinus.ff.de verb.sig.& per id quod in simili dicitur de liberto liberti mei ꝙ non sit libertus meus.l.si quis à libertis.§.liber. ff.de libe. agno.& per id quod dicimus de subditis episcopi respectu archiepiscopi 3.q.9.ca.nullus primas & ca.pastoralis,de offi.ordi.de quo ēt per Bal.in c.dilecti 3.col.de dolo & contu.& in c.1.§.rursus,de controuer.inuesti.per Old. consi.234.inci.factum tale est,quia pdicta doctrina pcederet in homine hominis mei respectu alterius rei q̃ eius de qua homo meus me recognoscit & sic ratione diuersarū rerū vt dixit Bar.in l.claudius.circa fi. ff.qui po. in pigno.ha.Et ideo dixit Bal.in tit.de pace constan.in fi.in vers.ꝙ non sunt districti facere ꝙ quādo habeo iurisdictionē generalem in territorio homo hominis mei ibi existēs est homo meus ratione generalis iurisdictionis, licet non sit homo meus tanquā vasallus, nec ex pacto nec mihi teneatur ad ea quæ includūtur in forma fidelitatis sicut ipse homo seu vasallus meus,cū nō pepigerim cum illo nec mihi aliqua lege feudi teneatur sicut nec ego dominus sibi,vt declarat Bal.in c.ceterum.in vlt.col.de iud. uersi. quæro si feudatarius. Et ita intelligitur Spec.in d.vers.14. dum dixit ꝙ homo hominis mei existēs in dominio & territorio meo licet non sit homo meus, tamen est sub ptāte & principatu meo ac iurisdictione mea generali. Nā quando homo meus in alieno dominio & principatu haberet hominē,tunc clarum esset ꝙ ille talis homo hominis mei nō esset homo meus & ita voluerunt intelligi hāc doctrinā aliqui doc.Clarum aūt esse videtur ꝙ pro causis sibi necessariis pnt domini tēporales collectare seu taleas ac charitatiuū subsidiū subditis secundū conditiones occurrentes imponere, vt solet notari in c.cū apostolus,de censi.per Alberi.in dictionario in versic.talea, vbi multa bona dicit in propo-

propoſito tam in iure fori q̃ in iure poli ſeu quo ad conſcientiã & infra adducentur plures aliæ concor. quod maxime verũ eſt poſtq̃ ipſi domini propriã burſam euacuauerũt ſecundũ Cy.& Bald.in l.neminẽ. C.de ſacr.ſan. eccl.& Bald.in ca.conquerente,de offic.ordi. Item dicit Andr.de Iſer. in ca.1. in verſi.& extraordinaria in prin.commen.in tit. quæ ſint
3 reg.† Facit glo.in ver.proconſul. in l.1.§.ꝙ ſi nemo.ff.quod cuiuſq; vni. quæ ſolet allegari ꝙ vniuerſitas vel uilla non põt imponere col tectam dum habet in cõi facultates ſufficientes debito,& ita ſæpe practicaui.
4 † Nec obſtat immunitas quæ dicitur fuiſſe cõceſſa aliquib.villis vt eſt locus Doliani, q̃a non fuit à principibus conceſſa ſed ab immediatis dominis ipſorum locorum quos certũ eſt in præiudiciũ ſuperioris concedere non potuiſſe nec voluiſſe, licet teneat in præiudiciũ concedentiũ.l.1.C.de immune. conce.& l.vacuatis cũ gl.C.de decre.decu.li.10.& no. Alberi.de Roſa.in rub.de mu.& ho. in 34.colum.nec prodeſt confirmatio Illuſtriſſimorũ dominorum Marchionũ Saluciarũ, tum q̃a per illam cõtingeret alios de dominio grauari ſi teneret cõceſſio immunitatis, propterea quia ſi ſubditi tenentur ad certũ onus & aliq̃ ſunt immunes,alii non immunes plus exburſant, quod eſſe nõ debet, vt per Abbatem & do.in ca.accedẽtes, vbi dicit poſſe appellari ꝑ grauatos,de præſc.alleg.d.l.vacuatis.cum gl. & Barto.ibi & Barto.in l.2. ff.de iure immun.
5 † Item quia princeps non põt facere actũ præiudicialẽ ſucceſſori,vt habetur in c.1.de pro-
6 ba.cum concor. † tum quia nemo niſi ſupremus princeps põt immunitatẽ à collectis præſtare & ex certis cauſis,per not.in c.2.maxime per Ioan.And.de immu.ecc.& l.placet & per totum.C.de immu.ne.conce. & in l.1.de decre.decu.lib.10.traditur in d.l.euacuatis.pulchre & clare per Bald.in l.omnium in vltimis verbis.C.de uec.& commiſ. Facit l.i.C.de his qui à prin.immuni.ac. & quod late examinat Alberi.in rub.de mu.& ho.in 31. col.& ratio eſt ſecundum eum ibi quia immunitate vni conceſſa alii grauantur,l.1.C.de cen. & l.1.C. de apo.pub.libr.10.
7 † Sed his nõ obſtantib. ſum in opinione ꝙ villis prædictis tale munus ac onus ſoluẽdi dictas dotes in totum vel in partem imponi nõ poſſit.Et primo moueor q̃a verior & cõmunior opinio ſcribentiũ eſt ꝙ princeps pro dote filiæ nõ poſſit ſubditos grauare,vt tenuerũt aliqui quos refert & tacite ſequitur Ioã.And. in addi.ad Spec.in d.§.quoniã vero. & not.in addi.incipiente ſi q̃s id quod, moti quia regulariter mater filiã & frater ſororem dotare nõ tenetur vt ibi per eũ, nec Spec.ibi loquitur in homine hominis mei ſed in vaſallo quẽ certũ eſt in plus domino teneri ꝓpter feudum ꝙ habet à domino,iuxta ea q̃ habẽtur in titulis de forma fide.& de nou. fo.fideli.& quod magis eſt in vaſallo vt non teneatur ad p̃dicta,voluerunt Bal. A alua.& Moderni in c.1.§.ſimiliter, in titu.de capi.corra.per illum tex.quia quod de vno dicitur de aliis ꝓhibetur.l.fi.C.de pac. cõuen.l.cum prætor.in prin.ff.de iudi.l.maritus cum ſimi.C.de proc.Idẽ voluerũt Moderni in p̃ludiis feud.circa fi.& vidi alios ſcribentes in materia feudali quorum aliqui fuerũt p̃ceptores mei qui idem tenent,& hãc opinionẽ in ꝓpoſito reperi clare tenuiſſe Pau.de Ca. in d.l.neminem.C.de ſacroſan. eccl.& in l.in noſtræ C.de ſta.& imagi.arg.illorũ textuũ, facit ad prædicta qđ uoluit Bald. in l.cum multa in fi.C.de bo.quæ lib. vbi dixit ꝙ dominus non poteſt ſuis vaſallis imponere angarias & collectas ꝑ text.in l.domini prædiorum.C.de agri.& cenſi.& in l.1.ff.qui & à qui.Et iccirco do.Ale.in conſ.35.inc.viſo themate,& dubiis in prin.2.vol.in conſultatione cuiuſdã comitis pro maritãda ſorore à ſubditis collectam exigentis ſumpſit fundamentũ ſuper conſuetudine,eo quia illi ſubditi eſſent cõſueti à tanto tempore cuius initiũ memoria in contrarium non extaret ſoluere tales dotes. De qua conſuetudine in propoſito nõ apparet, ſed ꝙ magis eſt apparet de contrario vſu, quia Illu. Do.Marchio.plures filias maritauit & nõ fuerunt ꝑ ſubditos ſuæ dominationis ſolutæ do-
8 tes,† nec extat ut præſupponitur memoria ꝙ fuerint ſolutæ,immo præſupponitur requiſitio de ipſis ſoluẽdis p̃ceſſiſſe & oppoſitũ fuiſſe qđ non erant ſoluẽdæ, propter ꝙ inducta fuiſſet conſuetudo indubitata q̃ haberet vincere legem contrariã, poſito ꝙ de iure communi cogi potuiſſent ſubditi ad dictã ſolutionẽ,per not.per Cy.in l.2.in 5.col.verſicu. expediti ſumus.C.quæ ſit lon.conſue.cano.in c.Ioãnes, vbi bonus tex.de cle.nõ reſi.& in ca.1.de treu. & pace.Bal.in l.de quibus in 11.col.verſi.ſed nunquid ex actibus negatiuis,& ibi ẽt Alber. in 4.col.ff.de legi.But.in rep.c.fin.in 12. colũ. alias 13.& ſeq.de conſu.Bart.in prœ.fforum §.ſed cũ antea,& in l.1.§.ſed cũ antiquitas. in fi.C.de cu.fu.& in conſi.inci. Iudex cõis Aſſiſij,bonus tex.in l.2.in prin.in verſic. inuſitato quẽ ibi no.Bal.C.de conſti.pe.Ale.in propoſito collectarũ in conſi.136.inc.in cauſa, & lit. pen.col.2.vol.cum infinitis ſimilibus q̃ ad p̃dicta adduci poſſent, ex quo ſi uera ſunt in facto quæ proponũtur reſultat ſcđm fundamẽtum in fauorem villarum prædictarũ. Tertia ratione non tenẽtur dictæ villæ ad dictas dotes, quia ſunt ſub iuriſdictione vaſallorũ quibus præſtant annuũ & ſatis egregium cenſum non aũt ſubſunt immediate iuriſdictioni Illuſtriſſimi Domini Marchionis Saluciarum, quo caſu doctores volunt tales ſubditos non poſſe à domino vaſallorũ grauari collectis &

oneribus

oneribus prout etiam fuit allegatum p clarissimos do.consultores & alias in quæstione facti allegaui vt dixit.Ioã. de Blanco in summa sua in tit.qui.mo.feu.amit.in 7.charta. Flori. in l.si filia.in princ. ff.famil.ercis.quē refert & sequitur Firmi.in tra.gabel.in 6. q.primę partis,alias cōtingeret istos homines duplici onere grauari contra l.priuatę,& ꝙ ibi no.Bar.C. de excu.mu.lib.10.Et si dicatur ꝙ istud procederet vbi domini vasalli cogerentur soluere Illustrissimo Domino Marchioni & ea occasione istæ villæ soluerent dominis vasallis, qa si pariformiter soluerent Illustrissimo Dom. Marchioni grauarentur pro eadē re duplici onere,& ita loquuntur And. de Iser.in d.c.1. in versi.extraordinaria.circa prin.comment, & ibidē Alua. in tit.quæ sint rega. respondeť ꝙ annuus census quem soluūt villæ prædictæ succedit loco istorū onerū.Præterea & quarto me multum mouet,quia istæ villæ tenentur ab illustrissimo D. Marchione Saluciarū in rectū feudum ab Illustrissimo D. Marchione Montisferrati, à cuius dominatione ipsæ villæ antequam concederent in feudum Illustrissimo D.Marcihoni Saluciarū ex conuentione nō poterant grauari propter solutionē talium dotium,unde est necesse dicere ꝙ ista concessio fuerit facta cum sua causa & quod minus teneatur Illustrissimo Domino Marchioni Saluciarum, iuxta l.lex vectigali. ff. de pigno.cum similibus.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

CONSILIVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an potestatem seu prætorem in loco ponere possit, quando subditi dicti loci statutorum suorum virtute ipsum ponere possunt.*

2 *Princeps pacta & consuetudines reuocare nō pōt.*

3 *Iuramentum transit ad hæredes & successores.*

4 *Iuramentum seruandum est quod sine interitu salutis æternæ seruari potest.*

OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Marię nominibus & præsidio inuocatis. Circa conuentiones & priuilegia loci Caliani animose dicā intentionem meam quia scio Illustrissimā ac excellentissimam D.D. Marchionissam Montisferrati mihi obseruandissimam nihil velle quod sit alienum à iustitia & honestate.

Et breuiter sum in opinione saluo meliore iudicio quod nō liceat suæ excellentiæ deputare castellanū pro potestate dicti loci, stante maxime statuto Caliani qđ habens officiū in loco non possit esse potestas, ac consideratis conuentionibus & pactis initis inter Illustrissimos quōdam Dominos Marchiones & cōmunitatem Caliani iuratis,maxime cum Illustrissimo & excellentissimo Do. Ioanne de anno 1304.die 9.Maii,& confirmationib. ac priuilegiis aliorum Illustrissimorum principum subsecutis. In qua conuētione facta de anno prædicto expresse dicitur ꝙ ipse Illustr. Do.Ioannes facit pacta & conuentiones solē
2 ni stipulatione firmata.Et certum est ꝙ † licet princeps possit reuocare de potestate absoluta priuilegiū,non tamen potest reuocare pacta & conuentiones, & ꝙ ipsa pacta ligant ēt successores vt late habetur per doct. in c.1.de proba.vbi Panor.in 1.& 2.notabili. & latissime Fely.in 1.& 2.col.quod fortius procedit, quia in antedicto instrumēto de dicto anno confecto circa finem dicitur ꝙ ipse Illus.Do. Ioannes & agentes pro communitate conuenerunt promiserunt & iurarunt per se hæredes & successores mediante solemni stipulatione contenta in ipso instrumēto perpetuo
3 tenere & obseruare.Et certum est ꝙ † licet iuramentum sit personale tamen eius effectus transit ad hæredes & successores, vt per Bald. in auth.sacramenta puberum in fin.commē-
4 ti.C.si aduer.vendi. & ꝙ † iuramentum quod seruari potest sine interitu salutis æternæ est seruandum.c.& si christus & ca.debitores, de iureiuran.cum vul.

Quibus pręmissis si admitteretur talis officialis pro potestate fieret in multis contra dictas conuētiones. Et primo quia promissum fuit ꝙ seruarentur bonæ vsantiæ & consuetudines ipsorum hominum & communitatis & sic fieret immutatio eorum quæ sunt consueta inter eos, quia non est consuetum ꝙ castellanus vel officium habens sit ibi potestas sed contrariū. Item fieret contra pacta & cōuentiones dū conuentum fuit ꝙ ipsa cōitas possit ius reddere per consules.Fieret etiā contra pacta dum fuit conuentum ꝙ communitas si vellit possit eligere ptātem, ita ꝙ alius quē cōitas non elegerit non possit esse ptās. Item fieret contra pacta dum dicitur ꝙ possit communitas facere statuta &c.& vigore statutorū talis castellanus non potest esse potestas. Et si dicatur circa hoc vltimum ꝙ fuit conuentū vt possent facere statuta saluis, & reseruatis omnibus iuribus Illust. D.D.Marchionis, respondetur ꝙ militant alia fundamenta. Item respondetur ex ipso instrumēto ꝙ ex quo ius reddendi facultas & iurisdictio ac facultas eligendi potestatem erat iam concessa cōmunitati ex tali statuto non lędebātur ius superioris. Ceterū vt dicitur in regula iuris decet, ēt priuilegiū de honestate debet esse perpetuū.

Laus deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

CON-

CONSILIVM XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo probentur prædia aliqua esse de finibus et territorio alicuius loci.*
2 *Assertio dominorum probat fines & territorium.*
3 *Instrumenta inter priuatos facta in confinibus de antiquo probant.*
4 *Confines per instrumenta super eis facta vel de illis expresse dicentia probant.*
5 *Quicquid est intra fines præsumitur de finibus.*
6 *Mutatio confinium non præsumitur.*
7 *Consuetudo magnā partē indicat eius quod quid pōt.*
8 *Exactio redditum est optima probatio confinium.*
9 *Domini inuitis subditis terminos confinium plantare possunt.*
10 *Consensus per facta declaratus plus operatur quam verba.*
11 *Cōsuetudo præscripta vim irreuocabilem habet.*
12 *Promittens de rato tenetur ad pœnam conuentione sequuta.*
13 *Per sententiam iudicum & arbitrorum probantur fines & territorium.*
14 *Iurisdictionis quasi possessio potest per vnum actum solum retineri.*
15 *Quasi possessio iurisdictionis qualiter probetur.*
16 *Locus probatur de territorio ex erectione furcarum & ex captura delinquentium.*

OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Mariæ nominibus & præsidio inuocatis. In causa & differentia finium ac nemorum riui frigidi vertēte intres illustres dominos finarii & cōmunitatem Murialbi ex vna parte & magnificos Dominos ac cōmunitatem loci Calizani ex altera, videtur mihi probatū esse & euidēter constare nemora riui frigidi esse de finibus iurisdictione & Dominio Calizani & ꝙ pleno iure spectent ipsis de Calizano.

1 † Et primo moueor ex instrumento rogato de anno 1300. die octauo Octobris cuidā Gulielmo de bortola de Murialbo confecto inter cōmune Calizani & monasteriū ferraneę tunc dominū saltem pro parte Calizani in quo continetur post mediū instrumenti in loco in quo est q̄dā crux, ꝙ homines Calizani possint bannire & desbannire fines & territoriū Calizani, boschis & pratis ac terris mōtis rotundi ꝑtinentibus ad ecclesiam ferranię dūtaxat exceptis, q̄ ad bannimentū & desbannimentū ipsius ecclesiæ pertineant pleno iure, nec non possint custodes & camparios apponere cum consensu ꝑpositi dictæ ecclesiæ eius vice gerentis in Calizano pro fructibus bladis & bonis custodiēdis & saluandis & ꝑ nemore riui frigidi saluando & custodiēdo, in quo do. ꝑpositus reseruauit sibi ius boscandi prout in ipso instrumento continetur & ꝙ homines Calizani possint ordinare & constituere ad eorū volūtatem iuxta consuetum in Calizano banna & pœnas pro frugibus bladis arboribus & confinib. saluandis & custodiendis, quorū bannorum & pœnarū quarta pars esset ipsius ecclesiæ, & reliquæ tres partes integraliter & liberaliter hominū Calizani, quorū bannorum pignora capi & exigi possent per cāparios de mandato ipsius domini ꝑpositi vel ipsius locū tenētis in Calizano, saluo iure, & excepto ꝙ ipsa ecclesia habet in aliis bonis seu rebus q̄ soluunt & offendentur pro tēporibus futuris in Calizano tam ab hominib. Calizani q̄ ab aliis extrinsecis & forēsibus. Nā ex prædicto instrumēto apparet ꝙ nemora riui frigidi dudū erant de territorio & iurisdictione Calizani per expressam dictarū partiū assertionem, vt patet in illis verbis bannire fines & territorium Calizani specificādo expresse nemora riui frigidi ad declarandum ꝙ essent de ipso territorio, & etiā patet in illis verbis apponere custodes pro custodiēdis cō-
2 finibus Calizani. † Nam certū est in iure ꝙ assertio non tantum partium sed ēt dominorū loci qui ꝓsunt iurisdictioni & de illa disponere possunt ꝓbat fines territoriū & iurisdictionem, vt est gl. in c. si papa. de priuile. in 6. & sequuntur Ant. de But. & doct. in c. fi. de suc. ab intest. & do. Barth. Soci. in consi. 146. incipiente in causa cōmunitatis castri mōtis nigri, in
3 prin. † licet instrumēta etiā inter priuatos facta in cōfinib. de antiquo ꝓbent, vt per doct. & Ale. in l. cū aliquis. C. de iure delibe. & do. Soci. vbi sup. & etiā in causa finium saltē in factis de antiquo probāt instrumēta inter alias personas facta, vt per Bald. & scribentes in d. l. cū aliquis, & Barba. in consi. 6. incip. sapienter scribitur 2. col. in fi. 2. volu. vbi in 1. & 2. colū. multa dicit q̄ suadent ꝙ prędictū instrumentum ꝓbet, sequitur Soci. d. consi. 166. in princ. quæ instrumēta non solū probant quando expræsse & dispositiue dicūt de confinib. seu aliquid esse de territorio & finibus, verū etiā qñ enunciatiue vt habetur in d. l. cū aliquis & in c. cū causam, de proba. & per Barba. ubi sup. 1. & in 2. colū. ad qđ faciunt q̄ notabiliter dixit Bal. in consi. 154. 1. vol. pc. stampa. inc. thema
4 proponitur 1. col. ꝙ † per instrumēta sup confinibus facta vel de illis expresse dicētia ꝓbentur confines. Et scđm Bald. in consi. 351. inci. verba principis Montisferrati 2. col. 3. vol. ēt secundū penu. impressionem super istis factis cōfinibus antiquis optima sunt instrumenta q̄ facta sunt de cōsensu partiū, quæ tunc erant pro tēpore in quorū loco nouelli successerūt tanquā palmites ex radice. Idem probatur dū ex ipso instrumēto poterāt homines Calizani apponere in nemoribus riui frigidi custodes, qa ex hoc demonstratur ꝙ ille locus erat de ter-

de territorio & finibus Calizani.l. in nomine domini.§.in sardinia.C.de offic.præfe.præto. aphri.& declarat Bal.d.consil. 352.1.col.in fi. & Do.Petr.de vbal. in trac. de societate alias de duobus fratrib. in 1. parte principali 28.q. circa princ.Idẽ probatur in ipso instrumento dum dicitur ꝙ homines Calizani possint pro ipsa custodia videlicet finiũ ac ĩ specie nemorum riui frigidi imponere pœnas & bãna exigenda per custodẽ per ipsos deputatũ cum auctoritate iudicis seu vicegerentis monasterii in Calizano. Nã ex eo ꝙ vicegerẽs in Calizano haberet auctorari & ipsi homines bãnum imponere super custodia ipsorum nemorũ, ex hoc ipsa nemora dicũtur de territorio Calizani vt est expressum in l.pupillus.§.territoriũ.ff.de verb.si. Et ex quo homines Calizani cũ auctoritate sui potestatis habebant facultatem exigẽdi pœnas ipsis hominib.applicãdas tã per se q̃ per campatiũ ab eis deputatum super bãnis & custodia, etiam redditur clarum ꝙ illa nemora essent de territorio & finib.Calizani, vt declarat & decidit Bal. in d.cõs.352. 2.col.in prin.& sic per prædictũ instrumentũ expresse & tacite ac verbo & facto declarãtur nemora riui frigidi esse super finibus Calizani ac per assertionẽ tunc existentium partium & vulgi expressam opinionem, ꝑ quos modos Bal.in d.consi.352.in 1.col.ac etiam in secunda dicit probari fines & territorium, & Dom. Petr.de vbal.in d.q.28.

Item per ipsum instrumentum probatur ꝙ homines Calizani erãt domini illorũ nemorum† quia quicquid est intra fines alicuius loci ꝓsumitur iure dominii pertinere illi loco seu cõmuni ac hominibus dicti loci, vt ꝑ Bal. in l.insulæ Italiæ.ff.de iudi.& in rubr.C.de cõtrahẽ.emp.22.q. cum concor. adductis ꝑ dñ. Soci.in d.consi 166.2.col.in versi.tertia conclusio, vbi ét ita tenet, & hoc expresse determinat per verba ipsius instrumẽti dũ præpositus ipsius ecclesiæ sibi reseruauit certam facultatem trũcandi de lignis in ipsis nemorib.Nam ista exceptio & reseruatio excludit dominiũ ab ipso monasterio & successoribus, & declarat illud spectare ipsis de Calizano. l. nam qđ liquide.§.fi.ff.de penu lega.l.quæsitũ. §.denique vbi Bar.ff.de fund.instru.Ale.& do.meus Iaso.in l.fi.ff.quod quisq; iur.Fely. in ca.quoniã 1.col.1.limitatione, vt lite non contest.& Ale.consi.215.inc.nec arguendi sumus versi. 10.considero 2.volu. Et quia illa facultas apponẽdi custodes pro illo nemore nihil aliud significat quam quod illa nemora essent ipsorum de Calizano.

Non obstat si dicatur quod monasterium ferraniæ amplius non habet superioritatem & qđ mutati sunt domini locorũ, quia istud non nocet finibus, vt per Host.& Ant. de But. in c. quærimoniam in fi. de iure patr.& Fely. in d.c.cum causam vlt.col.ver.secundo scias, de proba.vbi in versi.seq.dicit quod † mutatio confinium non præsumitur, facit text.in l.in finalibus, vbi Bald.ff.fini.regum. 6

Item non obstat si dicatur ꝙ illud instrumentum factũ inter cõmune Calizani & monasterium ferraniæ non fuit factũ cum participatione communis murialdi sed inter alias personas, qa vt dixi sup.instrumẽta facta inter alias personas in probatione finiũ de antiquo probant, vt per Bal.& doc. in d.l.cum aliquis, & Barba.d.consi.6.2.col.in fi.& Soci.d.cõs.166. in prin.Et tanto magis ex quo subsecuta fuerunt plura gesta & facta secundũ tenorẽ illius instrumenti vt in sequenti fundamẽto dicet.

Secundo moueor quia adsunt multi testes qui de anno 1341.fuerunt examinati & deposuerunt se vidisse teneri per illos de Calizano ipsa nemora tanquã de suis finibus & fieri actus necessario inferentes ipsa nemora esse de finibus Calizani. Tales enim testes probãt & tanto magis quãdo sunt rustici, & tãto magis quando ista sunt de antiquo, vt per Bal. in d.consi.154.1.& d.cons.352.etiam 1.col. vbi dixit quod quando testes deponunt se vidisse vnã partem possidere à tali loco versus frontem castri vel à tali monte flumine vel lapide tunc probant terminos, quia dum dicunt cõsuetũ esse sic teneri præsumitur fuisse sicut est consuetũ, † quia cõsuetudo magnam partem iudicat eius quod quid est, vt ibi per Bal.& cũ prędictis transit etiã dominus Pet.de Vbal.in d.28.q.& habetur per text.& notata in d.c.cũ causam, ꝙ fines probãtur per libros antiquos per testes, per famã & adminicula, & quod sufficiunt probationes ét alias non concludẽtes & præsumptiue, de quo etiã late habetur in d. l.cũ aliquis, vbi idem concluditur, & per dominũ Soci.in d.consi.166. 1.col.& per Alex. consi.12.incip.viso processu, prope fin. 4.vol. cum in casu isto vltra ꝓmissa apparet qđ domini Calizani exigebant & exegerunt super ipsis locis redditus & fictus, q̃ exactio est optima probatio finium, vt per Bald.d.consi.352. 1.col.& Pet.de Vbal.in d.q.28.in 1.col.& tanto magis ex quo domini ĩ ipsis locis exercuerunt actus iurisdictionales, vt per Bal. ibi col. 2.in prin.& dictum fuit in præcedenti fundamento & plene decidit Alex.in consi.23.inc. viso processu. 1.col. versi. item respondeo 5. vol.dicens ex hoc probari locum esse de territorio exercentis ibi iurisdictionem & præsumi scientiã domini ipsius loci vicini quę ei præiudicat, licet de ista scientia non sit curandum, ex quo domini expresse cõsenserunt vt in sequenti fundamento. Insuper apparet per scripturas antiquas & antiquissimas qđ communitas Calizani faciebat ordinatiões & bãna quod nullus audeat incidere de lignis in nemore riui frigidi, quæ ordinationes cõfirmaban-

7 and 8 in margin: 7 beside "consuetũ, † quia"; 8 beside "cum in casu isto".

mabantur per potestatē ferraniẹ in Calizano existentē, vt patet in instrumento longo ipsorū de Calizano & antiquiore certis confecto de anno 1267. cui est annexa talis ordinatio in fine ipsius instrumēti. Et vt mihi dicunt ipsi de Calizano habēt multas antiquas scripturas de talibus bānis, ex quib. omnib. probantur fines scdm Bald. d. cōsi. 252. cum concor. præallegatis. Et licet non appareat sententia lata secundum dicta illorum testium nihilominus probant, quia perempta instantia probationes fidem nihilominus faciunt, vt habetur in l. 2. C. de eden. & in l. properandum. in prin. & §. fina. C. de iudi. cum concor.

Tertio moueor ex compositione ac transactione facta de anno 1467. die decima quarta augusti inter illustrem Dominū Marchionē finarii dominum Merualdi, necnō Magnificos Dominos Calizani circa fines antedictos ac territoria, ꝑ quos dominos ipsorū locorū fuerunt distincti ipsi fines ac plantati ter
9 mini de eorū iussu. † Nam diuisio & appositio terminorum per eos facta qui erāt & sunt domini ipsorū locorū ac iurisdictionis & territorii tenet, cui subditi contradicere non possunt, per notata per Host. Ant. de But. & doc. in d. c. fi. de suc. ab intesta. & D. Soci. d. consi. 166. in prin. de quo etiam fuit supra dictū. qđ corroboratur, quia ipsi domini transigentes promiserūt pro ipsis cōmunitatibus & vniuersitatibus de rato, & ipsẹ vniuersitates obseruarunt saltem per certa tempora post ipsum in-
10 strumentū dictam diuisionem. † Quo casu dicuntur ratificasse. l. paulus respondit non tantum verbis. ff. rem ra. habe. & l. de quibus vbi bonus tex. in proposito vniuersitatis. ff. de legi. cum ibi notatis, vbi not. Mode. quod plus operatur consensus declaratus per facta quā per verba per illum tex. cum concor. per eos allegatis maxime in 4. notabili. in 11. col. Et vt sentio sunt ipsi de Calizano in consuetudine tanti temporis ita tenendi illa nemora secun
11 dum ipsam diuisionem † quod potest dici ita præscriptum vel consuetudo præscripta quæ habet vim irreuocabilem, vt habetur in ca. fi. de consuet. & in d. l. de quibus. & quæ diuisio, vt ex instrumēto apparet est obseruāda hincinde sub pœna mille ducatorum, ita quod ex contrauentione tam domini vel successores quam homines pro quibus fuit de rato promissum & qui inueniunt ratificasse inciderēt in ipsas pœnas, & nihilominus tenerentur ad obseruantiā transactionis seu diuisionis propter clausulam, rato manente pacto seu qua pœna soluta vel nō, nihilominus diuisio permaneat, per ea quæ late habentur in l. qui fidē
12 cum concor. ibi allegatis. ff. de transact. † Et quia promittens de rato tenetur ad pœnam cōtrauentione secuta, vt habet in l. stipulatio ista hēre licere. in prin. ff. de ver. ob. cū cōcor.

Vltimo moueor ex sententia arbitramētali lata per illustrē & Reuerendissimum D. Carolum Marchionē finarij dominum murialdi in cuius dominationem ambẹ cōitates & vniuersitates dictam causam compromiserūt per quam sententiam arbitramentalem fuit cōfirmata diuisio de qua supra in tertio fundamēto. Quæ cōfirmatio habet ligare ipsos de murialdo, tum quia facta fuit per dominū murialdi tam ratione iurisdictionis quā territorij & finium, quo casu subditi contradicere
13 non possunt vt fuit supra late probatū, † tum etiam quia per sententias iudicū & arbitrorū probantur fines & distinguuntur fines & territoria, vt consuluit Bal. in d. cons. 357. & sequit Dominus Pet. de vbal. in trac. præallegato in antedicta 28. q. per l. inter castellianum ff. de arbi. & §. fin. insti. de offic. iudi. Et quia domini & homines Calizani sunt in quasi possessione tenendi illa nemora saltem secundū diuisionē de qua supra vltra confessiones & instrumenta de quib. supra est in ipsa quasi possessione perseuerandum ne ipsi de Calizano sua possessione priuentur, per ea quæ dixit Inno. in c. cum dilectus. de capel. mona. & Ant. de But. in c. fi. de cau. pos. & proprie. & Bald. in l. nec si volens. C. de lib. cau. & patet in c. querelam. de electio. vult Barba. dicto consi. 6. 12. colum. versi. stat modo dubitatio, cum sequ. vbi in effectu vult quod si de possessione aliter constare posit quam per confessiones & instrumenta, sit quasi possessor iurium in pos-
14 sessione tuendus. † Nam iurisdictionis quasi possessio per vnum actum solum potest retineri, secundum Barto. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruct. & in l. vna est via. ff. de seruitutibus rustic. prædio. & Flor. in l. seruitute. ff. quemadmodum seruitu. amit. & Bald. in c. 1.
15 de feu. cogni. † Et probatur per exercitiū puta accusandi secundum Barto. in d. l. vna est via, aut pronunciandi vel alium actum iurisdictionalem etiam vnicum iuribus præallegatis. & per Flor. in dicta l. seruitute, & in d. l. arboribus. §. idem tractat. vbi dicit idem esse si ministri domini exerceant domino inscio, & cum istis dictis & decisionibus etiam transit Inn. in c. litteris, de restitu. spoliatorū. & in d. c. dilectus. de capellis mona. Ang. & Flo. in l. seruitutes, de seruit. vrba. prædio. & in l. si quis diuturno. ff. si seruitus uen. Bal. in tit. de pace consta. §. amplius. in prin. alias §. opizoni. Gemi. in dicto c. si papa, de priuile. in 6. & Ioan. de Imol. in dicto c. cum causam, de probationibus, & Bald. in l. data opera. circa 8. col. alias 9. ver. super situ. C. qui acc. non pos. vbi ponit modum probandi talem locū esse
16 de tali territorio, vbi dicit inter cætera † probari aliquē locū esse de alterius territorio ex erectione furcarū, ex captura delinquentium exercitio iurisdictionis. Et quia visi sunt in il-

lo loco citari comparere vel obedire, soluere collectas, & quando quis se longo tempore gereret pro domino &c. De quibus etiam per Alc.consi.43.in fi.1.vol.& dicto cons.23. prima col.5.volumine,alios modos in ꝓposito quis videre potest cumulatos sup. in primo & secundo fundamento. Vñ isti dñi Calizani vel debẽt persistere in tali possessione vel si essent spoliati prout non sunt,reintegrari.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus

CONSILIVM XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Vendito castro per ciuitatem dominãtem alicui exceptis ciuibus & eorum bonis,qui in tali exemptione comprehendantur.*

2 *Habitans in loco ubi quis merum & mixtum imperiũ habet, iuramẽtum fidelitatis præstare tenetur.*

3 *Subditi an quando contra dominum libertatem præscribant.*

4 *Præscriptio nõ currit in his q̃ sunt mere facultatis.*

5 *Dispositio non conuenit cui verba non conueniunt.*

6 *Priuilegium exemptionis à iurisditione solum eximit in eo quod exprimit & non vltra.*

7 *Priuilegium exemptionis quod in certo casu verificari non potest,non debet vniuersaliter operari.*

8 *Exc̃ptus certis articulis debet in aliis esse subiectus.*

9 *Priuilegiatus priuilegii metas excedere non debet.*

10 *In dubiis facienda est interpretatio vt contrahentium dispositiones magis conformes sint.*

11 *Contrauenientes priuilegio uidentur illi renunciare.*

12 *Præscriptio actu contrario interrumpitur.*

13 *Progenitores alicuius si fuerunt ciues non sequitur quod ille ciuis sit.*

14 *Casus impossibilis à iuramẽto exceptus intelligitur.*

15 *Iurans statuta & consuetudines seruare, in sui iuris præiudicium iurare non censetur.*

16 *Iurans non esse contra aliquem, se et iura sua excipere intelligitur.*

17 *Iuramentum secundum præcedentia & sequentia regulatur, & ne uideatur quis ius suum negligere interpretatur.*

18 *Iurans seruare statuta uel consuetudines non intelligitur de reuocatis vel sublatis.*

19 *Iurans seruare consuetudines, non obligatur ad obseruantiam consuetudinis non obligatoriȩ.*

20 *Non subditus oon gaudet priuilegiis statutorum.*

IN CAVSA † mota per spectabiles dominos conrenum & fratres dominos Calocij contra nobiles dominũ Thomam Spinotũ & alios conuentos ẽt de Rotariis super iuramento fidelitatis præstando per ipsos nobiles Thomam Spinotum & alios conuentos, in qua causa fuit per Magnificum dominum Vicarium gubernii Asten. pronunciatum debere ipsum iuramentum fidelitatis præstari,à qua pronunciatione ipsi conuenti appellarũt ad insignem curiam dalphinatus, de duobus principaliter videndum videtur;

Et primo an fundata sit intentio ipsorum dominorum Calocii in iure & in facto super iuramento fidelitatis petito.

Secundo an exceptiones ex aduerso per appellantes & cõdemnatos opposite habuerint & habeant elidere intentionem ipsorum dominorum Calocii, tam quod nunquam ipsi conuenti præstiterint iuramentum fidelitatis quam circa processum.

2 † Circa primum dicendũ arbitror intentionẽ ipsorũ dominorũ Calocij esse in iure fundatã, eo quia ius feudorũ disponit pariter ac ius cõmune,originarios vel habitantes in loco in quo aliquis habeat iurisdictionem maxime cum mero & mixto imperio seu in villa alicuius teneri ad præstandũ iuramentum fidelitatis.c.nĩmis,de iureiu.cum ibi no. iunctis his quæ post tex.late dicuntur in ca.1.qua. vas.præsta.debe.iura. fide.vbi dicitur per Bar. Alua.& cõiter doc.quod etiam frater dñi tenetur ad iuramentũ fidelitatis & familiaris q̃cunq;. Et tãto magis quia isti habent domiciliũ & bona in loco Calocij,ꝑ no.in d.c.nimis & ꝑ D.Iac.de Sancto Geor.in suo trac.feu.in clausula qui quidem inuestiti 2.col. ver.est & alia. Et quia in instrumento venditionis factæ per cõmune Ast de castro & loco Calocii antecessorib. dominorum de Rotariis,dicitur ꝙ venditũ fuit castrũ & territorrium ac locus Calocii cũ homagiis & hominib. feudatis & nõ feudatis,vt patet ĩ instrumẽto emptionis ꝓducto in actis & apud acta in prima charta instrumẽti p̃dictȩ venditionis;in facto aũt intentio ipsorũ dominorũ Calocii etiã est fundata.Primo ex instrumento dictæ vẽditionis & inuestiturarũ subsecutarũ in quib. sunt inuestiti cũ mero & mixto imperio & omnimoda iurisdictione ꝑtinentiisq; &c. Et oppositionib. ipsorũ dominorũ Calocii productis coram Magnifico domino Vicario gubernii Ast.de anno 1509.die secũda Marcii iũcta respõsione data die 24.Marcii eiusdẽ anni,iunctis etiam positionib. partis reæ productis de eodẽ anno die 25.Iunii in quibus ac respõsionibus ambȩ partes confitentur quod ipsi conuenti habitant in loco Calocii & habitarunt & quod sunt originarii de loco ac etiã quod domini fuerunt inuestiti cum mero & mixto imperio,licet pars conuenta dicat fuisse excepta certa bona,de quo infra dicetur.

Itẽ est uerificata ex actis agitatis in curia & iudicio Calocii inter nobiles.Thomã & Michelenũ patrẽ nobiliũ Spinoti & aliorũ conuentorũ productis per dominos Calocii, per quæ apparet sicut nobilis Thomas conueniebat nobilem Michelenũ, & sic vnus alium ex eis co-

eis coram potestate Calocij & per dominos Calocii deputato, & quod coram ipso potestate tanquam corã proprio iudice comparebant agendo & se defendendo ꝙ non fecisset si sub iurisdictione dominorũ Calocii & potestatis eorum non fuisset sed opposuisset declinatoriã, & etiam est verificata, quia sindici communitatis Calocij coram ipso potestate conueniebãt nobilem Spinotum alterum ex conuentis pro solutione talearum, & ipse nobilis Spinotus coram ipso potestate tanquam iudice competenti comparebat & respondebat, & adsunt acta ꝓducta in hac causa vltra prædicta per quæ apparet, aliquos ex eis etiã fuisse coram potestate Calocij conuentos in quibus apparet ipsos comparuisse & tãquam coram suo proprio iudice respondisse, ita qđ arbitrer plene constare in iure & facto de intentione partis actricis, quæ fecit in præsenti causa fieri in loco Calocij proclamata ꝙ omnes de Calocio & ibi habitantes deberent dominis præstare iuramẽtum fidelitatis & in casum oppositionis requisiuit se opponẽtes cõdemnari, quibus proclamationibus pars rea se opposuit & datis positionibus parte actorum, appellauit pars rea ad Magnificum dominum Vicarium Gubernij Asten. sub prætextu quod Domini Calocii non deberent esse iudices in causa ex opposita declinatoria q Magnificus Dominus Vicarius causam retinuit & super eisdem positionib. fuit iudiciũ continuatum coram eo & per suam magnificentiã in fauorẽ dominorũ Calocii iudicatũ.

3 † Circa secundum videlicet circa exceptiones oppositas parte reorum cõuentorum ad iuramentum antedictum præstandum, puto dicendum nihil fuisse oppositum quod habeat elidere intentionem dominorum. Nec enim obstat quod dixit pars rea nunquã fuisse iuramentum fidelitatis præstitum per eos vel eorum antecessores, quoniam ex hoc nõ possent dici præscriptionem aliquam acquisiuisse, nisi constaret quod requisiti præstare recusassent tanquam liberi & exempti ab eorum iurisdictione, & postea transissent tempora præscriptionis, per notata per Bald. in c. licet. in 2. notabili, vbi etiam Aluaro. in 2. notabili, si de feudo fuerit controuersia, vbi dicunt præsumi vasallum qui non fuit interpellatus præstiturum fuisse reuerẽtiam & obedientiam si fuisset interpellatus, & quod non præstando sine interpellatione nunquam præscribit contra dominum suum. Et ideo Panor. in ca. ad audientiam, penultima colum. versi. iuxta prædicta, de præscriptionibus, vult quod subditus non præscribat libertatem cõtra dominum ex non obedientia vel nõ præstatione seruitii vel nõ vsu iurisdictionis quãdo non occurrit occasio. Et dicit ibi Fely. in 8. columna quod etiam si occurrisset casus & vsus non fuisset quia non erat opportunũ nõ potest dici cucurrisse præscriptio. Et generaliter dixit idem Fely. in ca. cum accessissent 12. columna versi. limita secundo, de constitutionibus, quod

4 † in his quę sunt merę facultatis & dependent à nostra voluntate ex non vsu non currit præscriptio. Faciunt quæ ibidẽ dixit Fely. in prima limitatione in præcedenti columna, & glo. in l. qui luminibus. ff. de seruitutibus vrbanorum prędiorũ, de eo qui tenuit domum depressam vel murum mille annis vt non sit præscriptum aduersus eum ne possit eleuare, quamuis contra ipsos conuentos obstet ꝙ ex quo cognoscebãt potestatem dominorum Calocii pro eorum iudice vt fuit supra demonstratum, pariter & multo magis ex hoc recognouerunt dominos Calocii deputantes potestatem in eorum superiores.

Item non obstat alia exceptio, videlicet exemptionis & reseruationis factę per commune Ast quando vendidit ipsis dominis de Calocio castrum & villam Calocii &c. dum dicitur in instrumento venditionis, saluo & reseruato quod in præsenti venditione & feudali concessione non intelligatur domus & iura quæ habent ad præsens in dicto loco & finibus ciues Astenses stantes ad præsens & obedientes communi Ast prout inferius declarabitur. Hoc acto specialiter ꝙ ipsi ciues &c. iuncto alio capitulo posito in instrumento venditionis in tertia charta ibi, Item quod bona aliqua ciuium ciuitatis Ast &c. Quoniam multipliciter respondetur, videlicet quod in ista reseruatione non comprehendãtur ciues Astenses habitantes in loco Calocii sed illi qui habitant in ciuitate Ast, & ibi subeunt onera quæ possunt esse non minus personalia quam realia, vt patet ex verbis reseruationis dum dicitur, stantes in ciuitate Ast

5 ad præsens & ibi onera subeuntes &c. † Nam cui non conueniunt verba non conuenit dispositio. Barto. in l. 4. §. hoc autem iudicium. in fine commenti, vbi etiam Roma. & Alexander ff. de damno infecto, & dixit in proposito Cardinal. in clementina prima in ter-

6 tia quæstione, de officio ordinari, † quod priuilegium exemptionis à iurisdictione solum eximit in eo quod exprimit & non vltra.

Item respondetur quod ex quo verba reseruationis sunt scripta in rem, videlicet, domus iura & res & non in personam, videatur exemptio concessa rebus ciuium Ast non autem personis ciuium habitantium in Calocio, cum personæ nominẽtur propter res, puta bona ciuium &c. per notata per Barto. in in l. fina. ff. de constitutionibus principum, vbi dixit quod in priuilegio ne quis sit sub alicuius iurisdictione est considerandum an exemptio rei cõcedatur an personę an vtriq;,

& maxime quia vt dixit Gemini.in capitulo primo,de priuileg.in 6.versi. primo & secun-
7 do† priuilegium exemptionis quod potest in certo casu verificari non debet vniuersaliter
8 operari. † Et quia exẽptus certis articulis debet in aliis esse subiectus.c.si papa, circa finẽ.
9 eodem titulo de priu.in 6.†& quia priuilegiatus non debet excedere metas priuilegij, vt ꝑ Gemini.in dicto capitulo primo in princ.in secundo notabili, quod tanto fortius ꝓcedit, quia verba venditionis sunt multũ prægnantia apta comprendere personas ciuium in loco Calocij habitantium,dum dicitur cum hominibus feudatis & non feudatis integro statu & districtu &c. Et quia p̃supposito & nõ cõcesso ꝙ verba possent dici dubia,facienda eẽt interpretatio contra conuentos volẽtes se ex reseruatione iuuare,iuxta notata in l. veteribus.ff.de pactis,& in l.quicquid astringendæ. in principio,vbi bonus tex.ad hoc ff.de verbo
10 rum obligationibus.† Et quia in dubijs est facienda interpretatio vt dispositiones contrahentium sint magis cõformes iuri communi quam fieri possit.l.si stipulatus. in princ. ff. de vsuris ,capitulo causam, de rescriptis.Ale. in consi.2.in principio tertio volumine, & dispositio iuris communis stat pro dominis Ca
11 locii , † quamuis etiam dici posset ꝙ esto ꝙ habuissent exemptionem à iurisdictione dominorum , tamẽ parendo eorũ potestati & se inuicem coram illo conueniendo fuisset ex hoc à priuilegio exẽptionis recessum ꝑ actũ contrarium,vt ꝑ multa iura probat Fely.in dicto capitulo cum accessissent. in 13.colum.
12 versi.tertia regula.† cum etiam per actũ contrarium interrumpatur præscriptio, iuxta notata in capitulo illud, de præscriptionibus , & in l.naturaliter.ff.eod. titulo. Insuper ad prædicta ac ad probationes & articulata per partem ream vltra præmissas responsiones respõderi potest ꝙ quia illa reseruatio habet plures qualitates, videlicet ꝙ sint ciues Asten. & obedientes cõmuni Ast.& subeuntes ibi onera &c. forte non fuerunt probatę omnes illæ qualitates nec ꝙ bona quæ possident in loco Calocij sint illa quæ tunc erãt tempore instrumenti & reseruationis seu illo tempore registrata in catastris ciuitatis Ast.q̃ non creduntur probata , cũ domini de Rotariis domini Calocii istud scire non possint, quia dubitantes ne instantia periret noluerunt didicere testificata partis aduersę,sed qđ plus est ex instrumentis inuestiturarum per partem ream productarum apparet quod ipsa bona non sunt de exemptis dum in inuestituris dicunt se acquisiuisse illa ab illis de busca quos non constat fuisse ciues Ast.nec de exemptis. Et posito quod antecessores istorum conuentorum fuissent ciues Ast.non tamẽ sequitur quod ipsi cõuenti sint ciues,vt per Felyn. in c.quoniã
13 2.col.de offi.ordi.† vbi vult non valere consequentiam quod progenitores fuerint ciues & quod ex eo ego sim ciuis, nec ciuitas Astẽ. posset eos habere nunc pro ciuibus in præiudicium tertii & dominorum Calocii , ita vt ex prædictis omnibus articulata & probata ꝑ partem ream non possint elidere intentionẽ partis actricis . Nec obstat registrũ ꝓductum per partem ream ad effectum probãdi quod sint registrata in ciuitate Astensi , quia posita fuerunt à paucis annis citra in registro Asten si , & reseruatio loquitur de bonis quæ tunc erant tempore instrumenti venditionis registrata, & non probat hoc esse quod ab hoc cõtingit habesse.l.non hoc cum vul.C.vnde cogna.& ex ipso instrumento cauetur quod ciues pro bonis post instrumentum in loco & finibus Calocii acquirendis non sint exempti , vt patet in instrumento in 4.folio ibi , Itẽ quod bona comprehensa : vnde legem scriptam habemus in ipso instrumento.l. iurisgẽtium.§.prætor ait.ff.de pact.& etiam patet dũ solum eximuntur bona quæ tunc de præsenti habebant ciues Ast.in loco Calocii . Postremo ex quo acquisiuerunt alia bona quam ea quæ prętendunt fuisse eorum tempore instrumenti venditionis Calocii, vt patet ex instrumentis productis per partem actricem & confessione partis conuente sub die. . . . . omnino tenentur ad iuramentum fidelitatis propter ipsa bona quæ non sunt exempta per nota in d.capi.1.in princ.qui vas.præsta.debe. iura.fide. & licet isti habitarent in loco exempto & aliqui doctor.dicant quod sola possessio non obligat ad iuramentum fidelitatis, tamen in ueritate hic concurrit habitatio cum bonis non exemptis , quæ habitatio causat suspicionem qua mediante est inductum iuramentum fidelitatis ratione bonorum quæ quis habet in loco, ita vt non obstẽt sed pro dominis actoribus faciant , not.in d. cap.nimis, & in d.clausula qui quidem inuestiti.Non etiam obstant decretum Illustrissimi domi.comitis virtutum Domi. Asten.ac statuta ciuitatis Asten.per partem ream producta , inter quæ videtur esse vnum statutum qđ aliquis ciuis Ast nõ possit alteri ciui facere fidelitatẽ,& quod bona ciuiũ Ast in dominio Ast ac in villis Ast existẽtia sint libera , & aliud statutũ in quo dicitur qđ locus Calocii est subditus ciuitati , q̃ decreta & statuta dicit pars rea fuisse iurata seruari ꝑ quodã dñm genitorẽ dominorũ Calocii & ꝑ alterũ ex ipsis dñis q̃ est de consi.ciuitatis Ast. Quia rñdetur ꝙ in instrumẽto vẽditionis factę ꝑ ciuitatem fuit exp̃sse ꝓuisum vt iam pluries dictũ fuit ꝙ bona tantũ essent exẽpta,q̃ tunc tẽporis habebãt ciues Ast.habitãtes in ciuitate Ast.& pro qb.in ipsa ciuitate onera subibãt & q̃ tunc tẽporis erant in registro ciuitatis posita , ita ꝙ alia

alia acquirenda nõ essent registranda in ciuitate vel exempta ita quod per instrumentum in ea parte sit derogatum statutis. Et illud statutũ quod ciuis Ast. non possit alteri facere fidelitatẽ loquitur scd̃m illa tempora quib. ciues & ciuitas erant dñi totius dominii Astensis ita ꝙ nõ erat æquũ ꝙ par in parem vel inferior in superiorẽ haberet imperiũ. Nũc autẽ feudũ Calocii non recognoscitur à ciuitate sed à Dominis Ast. videlicet à regia francorum maiestate vt demõstrant inuestituræ ab vtraq; partiũ inde productę ita qđ feudũ & locus Calocij non subsint statutis ciuitatis nec ciuitati Ast. quod ẽt patet quia locus Calocii viuit alijs statutis & habet propria statuta diuersa à statutis Ast. & à sentẽtijs dominorum Calocij seu eorũ potestatis appellatur ad regiã maiestatem seu ad Illustrissimũ dominũ eius gubernatorẽ non aũt ad ciuitatẽ Ast. vel ad Magnificũ dominum potestatẽ ipsius ciuitatis. Et iuramentũ quod præstant consiliarij Astenses de seruandis statutis intelligi debet rebus sic stantib. prout erant tẽpore conditorũ statutorũ vt habetur in l. quod seruius, vbi
14 D. Ias. in 2. & 3. col. ff. de cond. ob cau. † Et qa à iuramẽto intelligitur exceptus casus impossibilis, vt in c. queãdmodum, vbi gl. de iureiu. & stautib. inuestituris dominorũ Calocii per quas apparet quod locum & feudũ Calocii ipsi domini immediate recognoscũt à regia maiestate & immediate iurant fidelitatem regię maiestati, est impossibile quod locus Calocij subijciatur ciuitati & statutis Asten. & ꝙ ab ea recognoscatur, ita qđ iuramentũ præstitũ de seruandis statutis Ast. intelligatur in casu possibili, videlicet quo ad loca q̃ subsunt ciuitati & eius statutis & non quo ad ea q̃ sunt ab ipsa ciuitatis iurisdictione separata vt est locus Calocij, qui immediate subiectus est re
15 gie maiestati. † Insuper qui iurat seruare statuta & consuetudines nõ censetur iurare in p̃iudiciũ iuris sui, vt vult Ioã. And. qui ad hoc solet allegari in regula inspicimus. in mercu. de re. iur. in 6. Ad ꝙ facit id ꝙ ipse Ioã. Andr. ibi incidenter dicit de eo qui vicẽ duorum tenet, vt sunt domini Calocii qui vicem ciuiũ & vasallorũ videntur excipere. Et quia in generali sermone ius & persona loquentis videtur excepta, vulgata. l. inquisitio. C. de solutio.
16 † adeo vt qui iurat nõ esse contra aliquẽ intelligatur excipere se & iura sua, vt est textus notabilis in c. petito, de iureiurando vbi Pan. in 3. col. examinando hãc materiam dicit in ef-
17 fectu ꝙ † iuramẽtum regulatur scd̃m præcedentia & sequentia, & interpretatur ne videatur quis suum ius negligere, & quod intelligitur rebus sic stantibus & quod iuramentũ generale non obligat respectu eorũ quæ de nouo acciderunt, & qđ iuramentũ generale nõ
18 trahitur ad verisimiliter non cogitata. † Insuper qui iurat seruare statuta non intelligitur de reuocatis, qa reuocato statuto iuramentũ nõ ligat, vt p Bal. ĩ plu. feu. in 6. col. vers. & ista statuta Astẽ. sunt sublata in loco Calocij per alienationẽ dicti loci ac ẽt per trãslationẽ directi & alti dominij in superiorẽ, videlicet in regiã maiestatẽ, cum ut fuit dictũ ciuitas Ast. nullã habeat amplius iurisdictionẽ nullumq; dominiũ supra locũ Calocij. Et ppea qui iurat seruare consuetudines ex hoc nõ obligat seruare illas q̃ sunt sublatę, puta pręscriptione vel q̃ nõ sunt laudabiles, vt pulchre dixit Inn.
19 in c. dilecti, ꝑpe. fi. cõmẽ. de maio. & obe. † Et dixit Bal. in c. 1. 2. col. ver. nota qđ ille. de alie. feu. qđ iuras seruare cõsuetudines nõ obligatur ad obseruantiã cõsuetudinis q̃ de se nõ est obligatoria, vt sunt statuta antedicta. Postremo ex quo ipsi dñi cõuenti ex inuestituris per eos ꝑductis dicũt se recognoscere immediate ipsa bona à regia maiestate in feudũ, licet hoc q̃rant facere in fraudẽ dominorũ Calocij & consequẽter eximunt scd̃m eorum intẽtionẽ ipsa bona à iurisdictione ciuitatis Ast. non possunt gaudere exemptione de qua instrumento p̃dicto venditionis Calocij factę p ciuitatem ad cõmodum ciuitatis, quod loqtur de bonis ciuium Ast. & de bonis supportantibus onera ciuitatis & submissis registro
20 ciuitatis. † Et quia qui non est subditus non gaudet priuilegio statutorũ, ut per Pa. de Cas. in l. omnes populi. in fi. commen. ff. de iust. & iur. post Barto. in trac. represa. in 1. q. quintæ princ. Facit consi. Ange. consil. 73. incipien. ꝙ dicta actio. & Ro. consi. 224. inc. ista captura.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus

CONSILIVM XXXVI.

C A S V S.

S V M M A R I V M.

1 *Alienatio feudi inconsortem sine consensu domini an valeat.*

2 *Agnatus proximior alienationem feudi factã in remotiorem an reuocare possit.*

3 *Feudum alienatum sine consensu domini applicatur proximioribus agnatis exclusis filiis.*

4 *In præscriptione iuris superioris tantum tempus exigitur cuius initii memoria non extat.*

5 *Consuetudo causam discontinuam habens tantũ tempus exigit cuius initii non extet memoria.*

6 *Consuetudo per legis non vsum inducitur.*

7 *Canonici non utentes facultate optandi eis concessa, consuetudinem illam non amittunt.*

8 *Consuetudo allenandi sine consensu domini qualiter probari debeat.*

9 *Testes quando magis iudicant quam deponunt non probant.*

CASVS talis est proponitur ꝙ de anno 1463. de mense Decẽbris nobilis Iacobus falletus condomi. Murrę vẽditionem fecit sine principis beneplacito Domi. Danieli etiam de fallettis de iuribus q̃ habebat ipse vẽditor in possessionib. & finib. Murrę occasione fodri ipsi D. Iacobo reddendi per commune & homines dicti loci videlicet pro 16. parte quã habebat pro indiuiso cũ dnminis dicti loci & occasione pedagii & bannorũ à 25. libris infra. Item & de p̃diis Ripaltæ q̃ tenebat qdã Odinus nomine fictus à dicto nobili Iacobo. demum de anno 1464. de mẽse Februarii idẽ Do. Daniel fecit pactũ cũ dicto nobili Iacobo ꝙ posset ĩfra sex annos proxime vẽturos dictas res seu iura redimere & recatare hoc termino pẽdẽte, sed de anno cõtento in instrumẽto idẽ nobilis Iacob. dictã 16. partẽ integrã vẽdidit nobili domino Stephano accedẽte cõsensu nobilis Rolandini filii dicti nobilis Iacobi, & cũ reseruatione beneplaciti superioris, à quo domino superiore ipse D. Stephanus demũ fuit ĩuestitus. Mortuo demũ dicto nobili Iacobo relicto dicto nobili Rolãdino eius filio ac nobili Secũdino eius fratre, dictus nobilis Secũdinus p̃dictam venditionẽ factã domino Stephano ratificauit & quãdo expediret de nouo faceret, iura sua cessit saluo principis bñplacito, pariter & ipse nobilis Rolãdinus, & subsecutum fuit principis beneplacitũ seu suorum locũtenentiũ. Nũc ipse D. Stephanus agit cõtra D. Danielem ad ipsam 16. partẽ quam tenet & possidet. Rñdet ipse Dominus Daniel ꝙ possidet seu quasi fodrũ & pedagiũ ac exactiones bannorũ à 25. libris infra. Itẽ ꝙ valuit alienatio in eũ facta sine principis consensu, eo quia ita obseruat consuetudo inter condominos Murræ à tãto tempore cuius initii memoria in contrarium non extat, ꝙ inter eos fiant alienationes absq; domini consensu.

Et quæritur quid iuris.

De duobus alienationibus factis de eadẽ rẽ duobus consortibus quæ præualeat.

Et an valeat alienatio sine domini consensu in consortem vel alium.

Et si consuetudo esse prætendatur ita alienandi vel aliter, qualiter sit probanda.

Et an proximior agnatus alienationem factam in remotiorem possit reuocare.

OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Mariæ præsi-
1 dio inuocato. † Circa præmissa dicendum est ꝙ non valuerit dicta alienatio sine domini consensu facta in dominum Danielem, vt patet in titulo de prohi. aliena. feu. per Loth. & de prohi. alie. feu. per Fede. in prin. & §. 1. notatur in ca. 1. de feu. aliena. & in cap. 1. §. aut si liuellario. quibus modis. feud. amit. & in cap. 1. de alien. feudi pater. & etiam est expressum in cap. fina. quæ fuit prima causa benefi. amittend. cum concordan. & ob talem alienationem sine domini consensu factam secundum communem sẽtẽtiam feudum non trãsit nec deuoluitur ad dominum sed ad agnatos secundum gloss. in cap. primo §. hoc quoque. in verbo partem, de succes. feud. quam sequuntur ibi Iacobus de Belui. Andre. de Isernia & communiter scribentes, & in cap. 1. §. item si fuit, in titu. quibus modis feudum amitta. cum concor. de quibus per Alexan. in consi. 30. in quarta colum. versicu. fortius tenuit. primo volumine, & est expressum in cap. 1. §. sed & tres, per quos fiat in-
2 ue. † Et posito ꝙ domini consensus interuenisset non tamen potuisset præiudicari agnatis proximioribus sicut erat frater alienantis, vt notatur in dicto ca. 1. de aliena. feud. & de alienatione feudi paterni, & in §. titius. si de feudo fuerit controue. &c. non obstante consuetudine alienandi in præiudicium agnatorum si illam præsupponamus per nota. in ca. 1. §. porro, qualiter olim feudum pote. alien. vbi agnato proximiori competit facultas infra tempus ibi expressum redimendi. Vnde alienatio facta per nobilem Iacobum in nobilem Danielem non valuit propter defectũ consensus domini superioris etiam accedente consensu nobilis Domini Rolandini filii, & acquisitum fuit ius nobili Secundino fratri dicti nobilis Iacobi à quo causam hẽt nobilis Dominus Stephanus qui emit tam ab ipso nobile Iacobo quam à nobile Rolandino eius filio cum consensu ipsius Secundini, qui iura sua cessit ipsi nobili Domino Stephano, nec obstat quòd ipse nobilis Daniel acquisiuerit cum consensu dicti nobilis Rolandini filii dicti nobilis Iacobi alienantis, quia vt dixi nulla fuit illa alienatio & consequenter fuit nullus consensus filii illi accessorius, vt in regula accessorium, de regulis iuris in 6.
3 † Præterea quando pater alienat sine domini consensu feudum applicatur proximioribus agnatis exclusis filiis, vt notatur in capitulo primo §. & si clientulus, de alienatio. feudi, & in §. hoc quoque, de successione feudi, & per Alua. in dicto capitulo primo §. fin. in 25. conclusione, quæ fuit prima causa benefic. amitten. & per Alexandrũ in consilio 30. incipien. quoniam omne datum supra allegato circa principiũ, Bal. & docto. in capitu. primo §. denique, quæ fuit prima causa benefic. amitten. Vnde ex quo ipse Domi. Stephanus habet à nobile Secũdino fratre ipsius nobilis alienantis feudum prædictum, cũ cõsensu domini illius esse debet, & ita est declarandũ, & multo magis ex quo etiam habet cõsensum filij

filij eiusdem D.Iacobi qui accessit alienationi validæ. Nec etiam obstat allegata consuetudo ex aduerso, scilicet ꝙ inter cōdominos Murrę vigeat consuetudo alienandi sine domini consensu, quia ex depositionibus testiū D.Danielis apparet de contrario maximè ex depositione spectabilis D. Ioannini Galitii q dicit ꝙ D.Daniel sibi ostendit certa instrumēta alienationum in quibus reseruabatur consensus & beneplacitum principis, item nulli testes deponunt concludenter de tali consuetudine, quia dicunt ꝙ nesciunt an beneplacitum principis interuenerit, item respondetur
4 ꝙ ipsa non fuit legitimè probata. † Nam ad præscribendū & acquirendum tale ius requiritur tempus cuius initij memoria in contrarium non existat, vt patet ex tex. cum glo. in c. 1. de cap. conra. & ibi docto. & in d. c. imperialem. §. 1. alias in principio, in titulo de prohibita aliena. feu. per Fede. quæ quidem non fuit probata cum testes deponant solum de tempore 30. vel 40. annorum & taliter qualiter &c. Quod quidem tempus non sufficit sed maius exigeretur in præscriptione iuris superioris, vt not. in l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quo. & æsti. & in tit. quæ sint rega. est tex. in c. super quibusdam. §. præterea, vers. si notatur in l. 2. in prin. ff. de aqua plu. arcen. & latè per Ale. in consi. 6. 1. volu. ex quo etiam patet ꝙ asserta consuetudo de vendendo inter consortes non fuerit probata legitimè cum agatur de iure & interesse principis, qui pfertur mero iure in alienatione consorti extraneo, ita vt tempus prædictum in præscriptione prædicta fuerit per omnia necessarium,
5 † quæ consuetudo tanquā habens causam discontinuam etiam exigit tempus prædictum, d. §. ductus aquæ no. Inno. in c. cum dilectus, in fi. glo. fi. de consue. & conco. de quibus per Alex. in cons. 136. in allegando in vers. sed ad hoc & c. licet alio ex capite asserta consuetudo etiam quo ad præiudicium agnatorum ꝓximorum non sit probata, cum de iure certū sit ꝙ alienatio facta in agnatum remotiorem non præiudicet proximiori, vt nota. in d. c. 1. de alienatione feudi paterni. & in d. §. aut si liuellario, & quamuis testes dicant fuisse consuetum vendi inter ipsos consortes seu agnatos per hoc non est probatum ꝙ ista consuetudo fuerit obseruata cōtra ius, sed ad exclusionem proximorum agnatorum. Nam dicere debuissent ꝙ agnatis etiam remotioribus & omnibus consortibus solitum erat vendi, ita ꝙ non possent agnati proximiores vēdicare feudum oblato precio nec alienationem reuocare, quia non probat hoc esse ꝙ ab hoc contingit abesse. l. nō ob hoc, C. vnde cogna. & in c. in præsentia, de probationibus, nec ēt ex eo quod non fuerint solitæ tales venditio-
6 nes reuocari, † & sic per non vsum legis inducitur consuetudo, Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consue. ver. expediti sumus, de. 1. q. prin. Bart. in proœmio ffoꝝ. §. & antea. Host. in summa, de consue. §. fi. & Alex. in cons. 156. incip. in causa & lite. in pen. col. vers. præterea si Iac. ver. item quia per non vsum, in 2. vol. cum cō cor. de quibus per Mod. in l. de quibus, ff. de legi. certum est ꝙ est in facultate proximioris agnati reuocare alienationem, nec lex ei necessitatē imponit. sed sic est ꝙ vbi facultas faciendi existit formaliter in mera voluntate, tunc si non fiat non inducitur præscriptio. gl. notabilis in c. vt priuilegia, in glo. pe. in fi. de priuil. Card. in cōs. 1. sub rub. de præscrip. Io. And. Io. de Ligna. & doct. in c. fi. de consuetu.
7 in 6. vbi concludunt ꝙ † canonici non vtētes facultate optandi eis concessa illam consuetudinem non amittunt. Sequitur Calderi. in cons. 19. incipiente in operaria. sub tit. de pb. dicens ꝙ licet canonici multo tempore non præposuerint clericum operi sed laicum, non est inducta consuetudo quominus canonici
8 possint etiam præponere clericū. †. item ex discursu dicti consi. 136. domini Alex. in penu. col. apparet ꝙ in proposito non fuit bene probata asserta consuetudo, quia testes nō deposuerunt ꝙ tales alienationes fuerint frequentate publicè ac præsentibus & scientibus omnibus consortibus, seu saltem maiore parte eorum, imò secundum Alex. tales debent cōcordare in tempore & in identitate actuum alias sunt singulares, & prædicti testes si videātur non concordant. ex cuius verbis etiā apparet ꝙ nisi constet de actu contrario à se facto in contrarium non inducitur cōsuetudo, vbi allegat Io. And. in d. c. fi. de consue. in nouel. & gl. in d. c. vt priuilegia. & Specu. in tiu. de iurisdictione omni. iudi. in verbo illud ēt no. & tradit Bar. in d. l. de quibus, 11. opp. & in l. 2. C. quę sit longa consue. & in proposito nō constat de contrario actu, & ꝙ aliquis ex consortibus aliquando tentauerit reuocare aliquam alienationem & ꝙ non potuerit. item si consideremus bene dicta ipsorum testium quotquot sint nullā rationē congruam suarum depositionum reddunt, quia dicunt consuetum esse alienari & interrogati de causa scientiæ, dicunt quia audiuerunt &c. ꝙ non
9 concludit. † item aliqui dicūt se vidisse instrumenta, & tunc magis iudicāt quam deponāt, præsupponentes ꝙ instrumenta essent vera & valida, quo casu minimè probāt vt notat Bar. in l. qui testamento. §. fi. ff. de testamen. Cano. post Inno. in c. causam quę, de testi. Spec. in ti. de teste. §. nunc tractandum, versic. officium, & versicu. quid ergo Bald. in dicta l. non ob hoc, & in l. non ignorat. in fi. commen. C. qui accu. non poss. cum simili. Vnde omnino D. Daniel debet succumbere, quia iuris disposi tio est ꝓ Domino Stephano maxime cū non sit de

sit de agnatione alienantis nec constet ꝙ sit. & D. Stephanus probauit ex responsionibus datis ad suas positiones ꝙ D. Secundinus fuit frater D. Iacobi & etiam per testes suos ꝙ ēt attestatur ipse D. Daniel in formatione suorū capitulorū, item probauit ex dictis responsionibus & testib. suis ꝙ nobilis Rolandinus fuit & est filius vnicus dicti nobilis Iacobi, item probauit de morte dicti nobilis Iacobi, item probauit per instrumenta de venditione sibi facta per Dom. Iacobum, item de consensu filij & principis beneplacito, item probauit de ipsa alienatione demum sibi facta post mortem nobilis Iacobi per ipsum nobilem Rolādinum seu ratificatione alienationis alias sibi factæ, vna cum cōsensu & ratificatione nobilis Secundini fratris dicti nobilis Iacobi, qā sua iura cessit D. Stepha. insuper quo ad partes quas non asseruit Do. Daniel se possidere, res est clara in fauorem D. Stephani, l. fi. cum materia. ff. de rei vend.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

CONSILIVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an capi possit in executionem iudicati & an mortuo agnato possint filij illud repetere.*

1 OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Marię inuocato suffragio,† dū quęritur an feudum captum in executionē iudicati sit filio vasalli defuncti contra quem facta erat executio restituendum, dicendū est ꝙ sic, secundum doc. capi enim potest feudum in executionem iudicati si condemnatus aliud non habet, & ille ad quem feudum ex dicta causa peruenit illud tantum retinere potest durante vita vasalli condemnati. Nam debet solum fieri executio in fructibus & cōmoditate rei feudalis secundum Spec. in tit. de execu. sen. §. sequitur in fi. Bart. Pau. de Cast. & Ro. in l. si finita. §. si de vectigalibus, vbi Bart. in 2. col. ff. de dam. infec. & Bal. in l. pro hærede. §. si quid tamen in fi. commen. ff. de dam. infe. & ita tenuit Iaco. de Ardi. in ti. & rub. an pignus iudiciale contrahi possit, quem refert & sequitur Iac. Alua. in c. 1. in prin. in pe. q. de prohi. alie. feu. per Frede. in lib feu. Bal. in c. 1. §. rursus in fi. commen. ibi donec debitor viuit, de contr. inuesti. & idē Alua. in tit. quæ fuit prima causa benefi. amit. in 34. conclusione, & Ro. in d. §. si de vectigalibus 2. col. & D. Præp. in d. c. imperialem in 3. col. & late in ca. 1. §. quid ergo, qualiter olim feu. pote. alie. & secundū Bart. in d. §. si de vectigalibus, cum quo ibi transeūt Docto. per istam executionem dominus feudi contra quem facta fuit adhuc tenetur ad seruitia, quia in eum cuius fauore facta fuit non transit ius vtile feudi, imo dixit Bald. in d. c. imperialem in prin. in 4. col. ver. quæro nūquid ex consuetudine, in fi. ꝙ vasallus feudū nō amittit cum iudicium reddatur in inuitū, nec debet esse melioris cōditionis fiscus quā extraneus, cum in his tātum succedat in quibus extraneus vt in proposito dixit Ro. in d. §. si de vectigalibus.

Laus deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

CONSILIVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio feudi vni fratrum facta, an in præiudiciū aliorum fratrum valeat.*

2 *Prohibitio de non alienando in extraneos, operatur vt inter agnatos alienatio possit fieri.*

3 *Feudum concessum alicui, & quibus dederit potest alienari.*

4 *Exceptio firmat & declarat regulam & de regula esset debet, & regulæ conuenire.*

5 *Factū principis talis esse p̄sumitur qualis esse debet.*

6 *Alienante in bonorum possessione permanente ille cui fit alienatio inuestituram petere non tenetur.*

7 *Hæredi non currit tempus ad petendum inuestiturā nisi postquam se hæreditati imiscuit.*

8 *Licentia æquipollet inuestituræ, vbi per breue spacium de licentia apparet.*

9 *Clericus non præsumitur nisi probetur.*

10 *Clericus primæ tonsuræ est capax feudi.*

11 *Iuramentum supplet insinuationem.*

12 *Iuramentum excludit præsumptionem simulationis.*

13 *Simulatio ex his quæ tempore contractus fiunt inducitur.*

23 *Simulatio nou inducitur possessione translata per cōstitutum licet donans stet in possessione.*

15 *Fidem non seruanti, fides seruanda non est.*

16 *Donante possidente bona donata vsq; ad eius mortē, an præscriptum sit contra donationem & illa reuocata videatur.*

17 *Diuisio quando pariat præscriptionem.*

18 *In bona fide esse non dicitur habens conscientiam rei alienæ.*

19 *Vt patientia & possessione inducatur præscriptio, de præcedenti causa obligationis apparere debet.*

20 *Iuramento interueniente nō currit præscriptio etiā bona fide minori tempore quadraginta annorum.*

OMNIPOTENTIS Dei, & gloriosæ virginis Mariæ nominibus & præsidio inuocatis, visis cōcessionibus feudorum & inuestituris factis per Illustrissimum quondā D. Thomā Marchionem Salutiarum & successiue per Illust. D. Margaritam tutorio nomine Illustrissimi quon-

quondam D.Ludouici etiam Marchionis de anno 1400. & de anno 1407. in Magnificum D.Vallerianum de Salutiis & eius descendẽtes masculos de castris & villis Mantę, Brondelli, & Gerholę. demum visa donatione facta per Magnificum quondam Do.Marchiotum alterum ex descendentibus dicti D.Valeriani & successorem pro quarta parte dictorũ feudorum in Magnificum Dominum Baldasarem eius fratrem germanum, existentibus duobus aliis fratribus, cõtingit dubitari principaliter de duobus.

Et primo an valuerit dicta donatio saltem in præiudicium aliorum fratrum.

Secundò an præsupposito ꝙ valuerit, fuerit ei renũciatum seu contra eum præscriptum, ex quo post ipsam donationem ipsi D. Baldasar, & Marchiotus tenuerũt bona pro diuisis vsq; ad eorum mortem quæ tempore donationis erant indiuisa.

1 † Circa primum dicendum puto ꝙ valuerit ipsa donatio, quia facta fuit inter agnatos & inter eos qui sunt de comprehensis in inuestitura, vt per Bal.in c.1.in prin.3.col.ver.quæro an inter agnatos, de prohi.aliena. feu. per Fede.cum concor. ibi per eum allegatis, vbi dicit Bal.ꝙ nõ dicitur proprię alienatio. Nec obstat si dicatur prædictam alienationem nõ valere quo ad partes peruẽturas in alios agnatos æquè proximos, per ea quæ habentur in c. 1.in principio. de alie. feudi pa. & in §. sed & res, in tit. per quos fiat inuesti.cum similibus. Respondetur ꝙ ex natura concessionis ipsius feudi ac primę inuestiturę potest fieri alienatio inter ipsos agnatos, quia concessa fuerunt ad habendum & possidẽdum & quidquid eisdem & eorum hæredibus perpetuo placuerit faciendum, saluo ꝙ non transeant in personã extraneã, per not.per Bal.in l.voluntas, 2.col.
2 vers.pone.C.de fideicom.vbi voluit † prohibitionem de nõ alienando in extraneos operari, vt inter agnatos possit fieri alienatio, per tex.& no.in c.1.de feudo non habente propr.
3 na.feu.† vbi dicitur ꝙ concesso feudo alicui & quibus dederit, potest tale feudũ alienari, & dixit ibi Bald.ꝙ talia verba, quibus dederit simpliciter posita, intelliguntur quomodocũq; dederit siue permuttãdo siue vẽdendo siue testãdo, & ista seu talia verba secundũ Bal. ibi sunt extendenda, eo quia pactum ampliatiuũ debet extensionem operari, subdit Bald. ibi ꝙ per pactum receditur à natura feudi, quod pactum vincit naturam taliter ꝙ alienatio possit permitti per pactum, id qđ est secũdum naturam feudorum prohibitũ, hinc secundum Alex.in consi.30. incipiente quoniam omne vlt.col.r.vol.statur tenori inuestituræ in eo in quo conuentum est contra naturam feudorũ & in reliquis statur naturæ feudi, & illa exceptio seu reseruatio ꝙ non possint in extraneã personam trãsferri expresse significat ꝙ indifferenter possit inter agnatos fieri alienatio,
4 † quia exceptio firmat & declarat regulam, l. nã quod liquide.§.fi.ff.de pe.lega.l.quæsitum §.idemq;.ff.de fundo instruc.l.in his, cum ibi not.ff.de legi.debet enim exceptio esse de regula & conuenire ad regulam, vt notatur p Bart.in l.1.ff.de regu.iur.& per Dynum in rubrica de reg. iur.in 6.& per Gemi.in c. qui ad agendum.§.1.de procura.eodem lib.& sic illa verba, quicquid perpetuo placuerit faciendum important, ꝙ possit fieri alienatio, & illa verba, saluo ꝙ non possint transferri in personam extraneam restringunt facultatẽ alienandi præcedentẽ ad personas nõ extraneas permittendo inter ipsos non extraneos alienationem, & licet in secũda inuestitura facta de anno 1407.dicatur ad habẽdũ & quicquid perpetuo placuerit faciendum, saluo ꝙ supra dictum est, quia cum in superioribus clausulis dictum esset, dummodo in nullã personã extraneam transferatur, illa superiora verba censentur repetita, eo quia relatum censetur inesse in referẽte.l.asse toto.cum vulgatibus. ff.de hæredibus instituẽdis, & maxime valuit prædicta donatio, quia interuenit consensus Illustrissimi D.Marchionis, cuius excellentia verisimiliter voluit consultè consensum suũ præstare, cum non sit verisimile ꝙ sua excellẽtia voluisset concedere licentiam in præiudicium aliorum nisi ex tenore cõcessionis præstari potuisset.l.1.§.si quis à principe, & §. merito.ff.ne quid in loco publico, cum concor. ad quem principẽ spectauit declarare ipsam cõcessionem in illa parte, præsupposito & nõ concesso ꝙ fuisset aliqua etiam re vel verbo ambiguitas.l.ex facto in priucipio, de vulg.& pupilla.cum ibi notatis, vbi Bald.Alex.& mo
5 derni notant † debere factum principis interpretari fuisse tale quale de iure esse debet, facit quia etiam iudex interpretatur mentem ambiguam, vnde multo magis princeps.l. voluntatis.C.de fideicom.

6 † Nec obstat si opponatur ꝙ non fuit secuta inuestitura prætextu dictę donationis, quia respondetur ꝙ ex quo dominus donator stabat in possessione seu tenuta bonorum nõ astringebatur D.Baldasar petere inuestiturã, vt per Bal.Saly.Pau.de Cast. & cõmuniter scribẽtes in l.solemnibus.C.de rei vendica.& Aluar.in c.1.in prin.pen.col.vbi etiam D. Præpo. quæ
7 fuit prima causa beneficii amittendi, † facit qđ dixit Bal.in c.1.in prin.de capi.cõra.ꝙ nõ currit tempus hæredi ad petendum inuestituram nisi postquam immiscuit se hęreditati, & hoc maximè procedit in ꝓposito, ex quo dominus pro ea re omnino recognoscebatur à possessore, ita ꝙ eius ius non læderetur nec esset quid imputari posset per excellentiã Marchionalem D.Baldasari ob moram in nõ petendo

tendo

tendo inuestituram, ex quo pro ea parte recognoscebatur, vt est de mente Bald. ac Pau. de Cast. in d. l. solemnibus, plus dixit Bald. in c. 1.
8 1. col. de consue. rec. feu. ꝙ † quando apparet de licentia per breue tempus, talis licentia æquipollet inuestituræ, & ex quo omnino de illa parte principes fecerunt inuestituras, post annum non est amplius de ipso tempore curandum, vt not. in c. 1. in prin. quo temp. mi. & aduertatur quia ipse D. Baldasar, indistinctè fuit inuestitus de anno 1505. de partibus quas habebat in ipsis castris & villis & requisitum fuit ipsum inuestiri de partibus eidē spectantibus in ipsis locis, nō facta aliqua expressione alicuius quotæ, & ideo de omnibus partibus eidem spectātibus ac etiam ex dicta donatione pōt dici ꝙ D. Baldasar fuisset inuestitus, tum quia ipse Do. Baldasar propter clausulam constituti appositam in instrumento donationis dicebatur possessor rerum donatarium. l. ꝙ meo. in prin. cum ibi notatis. ff. de acquirenda possessione, tum quia ipsæ res donatæ dicebantur esse in bonis ipsius D. Baldasaris. l. rem in bonis. ff. de acquirendo rerum dominio, & ꝙ habetur in l. qui actionem. ff.
9 de regu. iur. † Nec obstat si dicatur ꝙ ipse dominus donans esset clericus, & sic incapax feudi taliter ꝙ donare non potuisset ius ꝙ non habebat, quia respōdetur qđ non præsumitur fuisse clericus nisi probetur, sed præsumitur laicus. c. legū, 2. q. 1. & c. præsbyteri, 68. distin. cum ibi notatis, vbi etiā habetur ꝙ non præsumitur quis ordinatus nisi probetur. not. Io. An. in regula scienti in 6. & Lucas de penna in l. 1. 25. præsum. C. de quæst. li. 12. & in l. quęcunq; in 62. præsum. C. de apo. pu. lib. 10. † &
10 præsupposito ꝙ constaret ꝙ fuisset clericus primæ tonsuræ, nihilominus fuisset capax feudi secundum Bald. & communiter doctores in capitu. qui clericus, si de feudo fuerit controuersia, not. D. Præpo. in ca. 1. §. & quia, qui feu. da. pos. & ex quo fuit admissus ad feudū & in eo tolleratus etiam cessat hoc obiectum. c. 1. §. 1. de benefi. fęmi. Nec obstat si dicatur non valere prædictam donationē propterea quia non fuit insinuata ex quo excedit sum-
11 mam quingentorum aureorū. † quia respondetur quod illa donatio fuit iurata & quod iuramentum supplet vim seu defectum insinuationis, maxime quia dictum fuit quod ipsa donatio quāuis excederet dictam summā deberet nihilominus valere vt per Pan. in c. cū contingat, ver. prædictis potest inferri vbi etiam Imo. in 7. membro, de iureiu. cum concor. de quibus per Alex. consi. 4. 1. volu. & 12. inci. viso instrumento circa 3. col. eo. volu. &
12 alibi. † item non obstat quod ipsa donatio p̄sumatur simulata, ex eo quia post ipsam donationem donans perseuerauerit in possessione & dicitur quod fecit se inuestiri, quoniam iuramentum excludit præsumptionem simulationis, vt p Pau. de Cast. in l. emptione. C. plus vale. quod agi. Ant. de But. in c. cū contingat, in 8. casu, & ibidem Imol. in 7. membro, de iureiur. & Imo. in c. ad nostram, de emp. & ven.
13 cum concor. † item simulatio non inducitur ex his quæ fiunt post contractum sed ex his q̄ fiunt tp̄e contractus, vt per Bald. in l. 1. 10. q. C. si ser. exte. & nō nocet inuestitura facta inscio D. Baldasare vel eo non consentiente quantū sit ad præiudicium ipsius D. Baldasaris in præiudicium donationis factæ ipsi Do. Baldasari & licentiæ sibi concessæ ac iuris sibi acquisiti, per not. in c. 2. de feu. da. in vi. leg. commisso.
14 † Item ex quo possessio fuit translata per constitutū nō p̄sumitur simulatio, esto quod donans steterit in possessione nisi concurrerent aliquæ aliæ coniecturæ simul ex quibus iudex possit arbitrari simulationem, vt per Bar. in l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mo. pi. vel hypo. sol. & in l. post contractum. ver. tertius casus, ff. de dona. & Fran. de Are. consi. 65. in 3. dub. pulchre in proposito. Alex. cōsi. 28. inci. in causa 3. col. ver. modo, sic. & in cōsi. 57. ver. & hęc procedunt 5. vol. & late Soci. cons. 264. 7. & 3. col. sed hic nullæ coniecturæ concurrere possunt, & licet apparet quod D. Marchiotus esset intentionis fieri presbyter, hæc nō fuit causa finalis donandi, ex quo donatio fuit pura & nō sub ea conditione & donatio non rescinditur ex defectu talis causæ quæ non præsumitur finalis. l. 2. §. fi. cum ibi no. ff. de dona. Cęterum licentia impetrata tollit cōiecturā simulationis, & tanto magis quia adest causa verisimilis propter quam donans stetit in possessionē, videlicet vt frueretur fructibus loco alimentorum vt infra dicetur, & maxime simulatio nō præsumitur, ex quo de nullius fraude vel interesse agi poterat, attento quod ipsum feudum erat inter agnatos alienabile per no. per Alex. & Soci. in consiliis præallegatis, & Bart. vbi supra cum concor.

Vltimò non obstat quod ipse D. Baldasar promiserit alimenta ipsi D. Io. Marchioto, iuuare beneficiare & beneficiatum facere ac alimentare, quia de prouisione alimētorum nō constat gauisus fuit fructibus rerum donata-
15 rum loco alimentorum. † item ex quo ipse dominus donator non obseruabat dum retinebat fructus non erat ei obseruandum, ca. 3. de iureiu. & l. cum proponas la 2. C. de pac. itē ipse dominus donans non fuit protestatus cōtra D. Baldasarem nec ipsum interpellauit, ergo &c. per no. per Pau. de Cast. in l. peto. §. fratre. in fi. commen. ff. de leg. 1. & Fely. in c. sinautem 3. col. de rescri. & Do. Præceptorē meū dominum Ias. late in l. vniuersa. 2. & 3. col. C. de preci. impe. offe. Vnde præsumitur ꝙ actū esset inter eos ꝙ frueretur loco alimētorū & quousque esset competenter beneficiatus.

†Circa

16 †Circa secundum dū dubitatur an fuerit p̄scriptum cōtra dictā donationē vel tacite ab illa recessum, ex quo ipse Do.Io.Marchiotus post donationē stetit diuiso vsque ad tp̄s eius mortis in possessione, & sic per annos 38.vel 39. cum tempore donationis teneret ipse & D. Baldasar in cōmunione, & ex quo dicitur possedisse bona donata pro suis & recognouisse illa, se faciendo inuestiri tanquam sua & pro suis propriis. in quo passu breuiter concludendum puto qđ nō obstātibus præmissis non sit cōtra donationē præscriptū, nec illi p̄ D.Baldasarem renūciatum, nam vt dixit Bar. cum quo alij transeunt in l.cū solus 1. col. ff.
17 de vsucapi.† ad hoc vt quis præscribat prætextu diuisionis oportet quod in diuisione fuerit res assignata alicui vt sua & qđ fuerit possessa bona fide, sed in p̄senti casu apparet de contrario, qua D.Io.Marchiotus non poterat esse in bona fide, ex quo donauerat cum iuramento & promiserat non contrauenire, nec apparet quod fuerit ipsa pars assignata ipsi D. Ioā. Marchioto tanquam sua sed verisimiliter D. Baldasar permisit ipsum D.Ioā. Marchiotum frui illa parte loco alimētorum ad quę alias fuisset obligatus ipse Do.Baldasar & quilibet donatarius omniū bonorū, ad idem facit ca. possessor malę fidei, de reg.iur.in 6.& ca.fi.de præscriptionibus, vbi dicitur quod possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, & dixit
18 Panor.in d.c.fi.in penu.& vlti.notabili, φ † ille non dicitur in bona fide qui habet consciētiam rei alienæ, & quod bona fides interuenerit toto tempore præscriptionis. Nec obstat si dicatur præsumi quod ipse D. Ioā. Marchiotus possederit ex aliquo titulo forte reuocatę donationis, quia talis titulus non præsumitur per possessionem vt dicunt Bart.Bald. Pau.de Cast. & cōmuniter doctores in l.si maior.C. communi diuidun. propterea quia agitur de magno præiudicio, vt ibi dicitur maxime per Bal.quia non præsumitur aliquis ius suum iactare, hinc secundum Cy. post vltramon.ibi-
19 dem propè finem commen. † ad hoc vt per patientiam & possessionem inducatur præscriptio oportet quod apparet de aliqua præcedenti causa obligationis, ad idem facit quia cum hic subesset verisimilis causa propter q̄ ipse D.Baldasar peteret eundem D. Ioannem Marchiotum frui bonis, videlicet vt ex ipsis perciperet alimenta ad quę præstanda ipse D. Baldasar alias fuisset obligatus, nā qn̄ constat de verisimili causa p̄p quam prę sumitur quis possidere cessat præsumptio donationis, vt p̄
20 Bal.in l.si certis annis, 3.col.C.de pac.† fortificantur prædicta propter iuramentum quod operatur vt nō possit currere præscriptio etiā bona fide minori tempore 40.anorum, vt per Bar. Alex.& doc.maximè Mod. in l. nā & postea.§.si is qui.ff.de iureiur.& Fely.in d.c. fi.3. col.vers.limita secundo, de præscrip. & quod saltem in proposito fuisset necessaria præscriptio 40.annorum tenet D.Bart.Soci.in cons. 165.in fi.& quia ipse D. Marchiotus promisit dictā donationē semper & nullo tempore cōtrauenire videtur sublata omnis præscriptio, vt dicunt Ang.& Imo.in l.1.ff.de vsucap.& sequitur D.Ioā.Bart.Soci.consi.166.5.col.Non obstat si dicatur quod inter coniunctos de facili præsumatur renūciatio & quitatio interueniente longo cursu temporis, vt in l.procula.ff.de proba.cum materia quia respondetur quod ad hoc vt possit præsumi remissio per taciturnitatem & patientiam ac per lapsum lōgi temporis non sufficiunt hæc sola, sed esset necesse secundū communem doctorum sententiā, quod interuenissent hincinde redditiones rationum de his quæ habuissent inuicem agere non facta mentione donationis, quę reditiones rationū habuissent præsupponere & arguere affuisse voluntatem remittendi donationem, vt declarant Bar.Bal.& Salv.in d.l. procula. cū concor.de quibus per Alex. in l. quæ dotis 6.col.post Bar.ff.solu.mat. & idem Alex.consil.46.incip.visis & accurate consideratis in fine 1.volumi. Albertus Brunus.

CONSILIVM XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Dominus potest filiam in præiudicium agnatorum ieuestire vbi feudū est promiscuū maris & fœminæ.*
2 *Iuramentum obligat ad factum & transit ad successorem.*
3 *Succedere prohibitus ex capite alienationis ex capite successionis succedere non prohibetur.*
4 *Mulier non mutat forum vel domicilium nisi quatenus contingat eam subtrahi à seruitio viri.*
5 *Fęmina vocata cum masculo in inuestitura, ita demum admittitur si nullus superest masculus à principio.*
6 *Inuestitura derogat omni naturæ feudorum & attenditur.*
7 *Feudum pro se & hæredibus quibuscunque concessum, ad omnem hæredem extenditur.*
8 *Alienatione promissa, promissa est etiam hæredis institutio.*
9 *Feudum concessum pro se & hæredibus venit in petitione hæreditatis & in restitutione fideicommissi.*

OMNIPOTENTIS Dei, & gloriosæ virginis Mariæ eius matris nominibus & præsidio inuocatis circa antedictum casum cōtingit meo iudicio posse de infrascriptis dubitari.

Et primo an Illust.D. noster teneatur Do. Mariam & Catinā filias D.Antonij nuper defuncti quo ad sui præiudicium inuestire.

Secundo an agnati masculi hoc est nepotes

potes

potes ex fratre dicti quondam D. Antonij poſ
ſint ipſarum filiarum inueſtituram impedire
ſub prætextu ꝙ eis debeant præferri.
Tertiò an altera ex eis poſſit alteri præferri.
1 † Circa primũ nulla mihi occurrit difficul-
tas propter quam ducalis excellentia quo ad
eam poſſit recuſare dictas Do. Mariam & Ca
tinam inueſtire, attento ꝙ fœminæ ſunt in ip
ſo feudo ex tenore primæ acquiſitionis & in-
ueſtituræ ſucceſſibiles, & in primis inueſtitu-
ris nominatę, & quia etiã ipſe D. Anto. de cu
ius ſucceſſione agitur fuit pro ſe & filiis ma-
ſculis & fœminis inueſtitus per tex. in cap. 1. §.
hoc autem vbi glo. Bal. & doc. qui feu. da. poſ.
& tex. in c. 1. §. filia vero, de ſuc. feu. & in c. 1. §.
ad filias, de gra. ſuc. in feu. & in c. 1. in prin. de
na. ſuc. feu. cum concor. & tãto magis ex quo
Illu. quondam D. Ludouicus Sfortia Dux prę
deceſſor conceſſit ipſi D. Antonio cauſa co-
gnita, vt poſſet ipſi Magnificæ do. Mariæ tunc
filiæ ſuæ vnicæ feudum relinquere, quo caſu
ſaltem in domini præiudicium poteſt filiæ re
linqui & conſequenter dominus eã inueſtire
tenerur ſecundum Bal. & doc. in c. 1. §. dona-
re, vbi etiam Martinus de Lau. qua, olim feu-
dum pote. aliena. & hoc magis clarum reddi-
tur ex tenore primæ acquiſitionis & ſubſequẽ
tium inueſtiturarum, quibus cauetur ꝙ ipſi
vaſalli poſſent de ipſo feudo vẽditionem vel
alienationem facere in maſculos ſeu fœmi-
nas de ſua parentella ſubditos communi Aſt
ſine licentia domini directi, ita ꝙ tam ex capi
te ſucceſſionis legitimæ & tenorę inueſtitura
rum & pactorum appoſitorũ in acquiſitione
quam ex capite alienationis, ipſę D. Maria &
Catina ſint admiſſibiles habiles & capaces, &
eſt aduertendum ad primam inueſtiturã do-
minorum de turchis in qua poteſtas Aſtenſis
nomine communitatis prædictę, tunc directũ
dominiũ loco principis habentis iurauit ob-
2 ſeruare pacta prædicta † cum iuramentũ præ
ciſæ obliget ad factũ, vt per glo. & doc. ib l. ſi
pecuniam, in prin. ff. de condi. ob cau. cũ cõ-
cor. ibi latè adductis & per Panor. poſt Inno.
Anto. de Bu. & alios in c. veniens, de iureiur.
& effectus iuramenti tranſeat in ſucceſſores,
vt per Bal. in auth. ſacramenta puberum in fi.
commenti. C. ſi aduer. ven. & in l. fi. penul. col.
C. de pac. cum conco. maximè de quibus per
Felv. in c. cum ſit generale 5. col. de foro com
pe. quod ſi dicatur D. Mariam non eſſe inue-
ſtiendam tanquam non ſubditam propterea
quia accepit maritum non ſubditum & eſt ef
fecta de foro viri, iuxta ea quæ habentur in l.
cum quædam puella. in prin. cum concor. ff.
de iuriſdi. omni. iudicum, attẽto ꝙ in primo
inſtrumento acquiſitionis ipſius feudi & ſe-
quentibus, ad quod primum alia relationem
habẽt, dicitur ꝙ alienatio fieri debeat in ſub-
ditos ipſi communi Aſtenſi & conſequenter
in ſubditos Illuſtriſſimorum dominorũ ſuc-
ceſſorum; reſpondetur ꝙ iſta reſtrictio & qua-
litas non eſt appoſita in capite ſucceſſionis, li
cet ſit appoſita in ſucceſſores ex capite aliena
3 tionis, † cum perſonæ prohibitæ ſuccedere ex
ex capitę alienationis nõ ꝑ hoc ꝓhibeanť ſuc
cedere excapitę legitimę ſucceſſionis, l. cũ pa
ter. §. cũ inter. & qđ no. Bar. & doc. & in l. peto.
§. fratre. ff. de leg. 2. gl. & Bar. ac ſcribẽtes in l.
pater. §. iulius agrippa. ff. de leg. 3. & idẽ ſi inſti
tuatur alius ab inteſtato ſucceſſurus, vt ꝑ Bart.
in d. §. fratre, vbi alij doc. ex iuribus prælle. &
Imo. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de ver. ob. &
Alex. conſi. 23. incip. conſideratis 2. col. 2. vol.
4 † Item poteſt reſponderi ꝙ mulier nõ mutat
forum vel domiciliũ niſi quatenus continge-
ret eam ſubtrahi à ſeruitio viri, vt per Bart. in
l. fi. §. item reſcripſerunt ff. ad muni. vbi dicit
ex hoc multum accomodate in propoſito ꝙ
quo ad facultatem poſſendi acquirere non re
putatur forenſis ſtante prohibitione ꝙ foren-
ſis non poſſit acquirere. cũ quo trãſeunt Ale.
& Mod. in d. l. cũ quædã puella. & Ioan. An. &
Mod. in c. 1. de ſponſa. & ex licẽtia data per ip-
ſum quondam Illuſtriſſimum Do. Ludouicũ
poſſe relinqui ipſi D. Mariæ, res redditur ma-
gis clara, quia in ipſa licentia fit indifferenter
mentio ꝙ ſit habitura maritum, cum benefi-
cia principum ſint latè interpretanda. l. fi. cũ
ibi notatis. ff. de conſti. prin.
5 † Circa ſecundum dubium concernens con
tradictionem agnatorum prima facie videre-
tur dicendũ ꝙ poſſent impedire inueſtituram
filiarum, quia vbi ex tenore conceſſionis vel
inueſtituræ vocantur maſculi & fœminæ, ita
demum fœminæ admittuntur ſi nullus ſuper
ſit maſculus ex linea maſculina primi acquirẽ
tis, vel inueſtiti, c. 1. §. 1. epi. vel abba. & d. c. 1.
§. filia vero, cũ ibi notatis, de ſuc. feu. & d. c. 1.
§. ad filias, de grad. ſuc. in feu. & d. c. 1. in pri. de
na. ſucc. feu. & quod habetur in c. 1. de eo qui
ſibi & hære. ſuis maſ. & foe. Sed hoc non obſtã
te contrarium videtur in præſenti caſu de iu-
re dicendum, quoniam prædicta iura loquun
tur in feudo ſimpliciter conceſſo pro ſe & hæ
redibus ſuis maſculis & fœminis, & non pro-
cedunt vbi verba & tenor inueſtituræ contra-
rium ſuaderent, ſecundum Bal. in l. quotiens,
6 1. col. C. de ſuis & legi. hæredi. † nam tenor in-
ueſtituræ & conceſſionis eſt ſuper omnia attẽ
dendus qui derogat omni naturæ feudorum
vt per Bal. in prælu. feu. in 4. diuiſione iunctis
his quæ dixit in d. l. quotiens & in c. 1. §. deniq;
quæ fuit prima cau. benefi. amit. & Martin. de
Lau. in c. 2. in prin. qui feu. da. poſ. & Ioan. de
Ana. conſ. 7. volentes quod vna ſit maxima in
materia feudali, vt inſpici debeat tenor inue-
ſtiturę qui derogat naturæ feudi, qui tenor ex
inſpectione totius & coniunctione principij
cum fine ſeu cum ſequentibus nõ autem par-
tis

tis deprehenditur, vt per Bal. in l. in ciuile. ff. de legi. vnde si consideremus qualitates & cōditiones huius feudi, masculi nō pferentur in isto casu filiabus D. Antonij, quod probatur quia in prima acquisitione illorū de Scarāpis ad quā aliæ ipsorum de turchis se referunt, & in acquisitione & prima inuestit. ipsorum de turchis cōtinetur ꝙ ipsi emptores & eorū hæredes possint vēdere donare pro aīa iudicare vel quouis alio modo cuicunq; personæ voluerint &c. q̄ sit obediens cōi Ast. & ꝙ cōcessio ipsa fuit facta pro se & hæredibus masculis & fœminis & habētibus causam ab eis, q̄ verba idē sonant ac si cōcessum esset ipsum feudū pro se & heredibus & quibus dederint, quo casu vt dixit Bal. cum quo alij trāseunt in c. 1. de feu. nō haben. propri. natu. feu. licitū est de tali feudo testari, & tāto magis ex quo dicitur in cōcessione ꝙ possit quouis modo alienare vel quouis tit. & hoc ēt inferunt illa verba pro aīa iudicare, nam cum hæc verba sint inducta ad augmentum operātur extensionē, vt per Bal. in d. c. 1. de feudo nō habente propriā natu. feu. & sic ipsæ filiæ ex testamēto D. Ant. præferuntur masculis de ipsa agnatione, & sic nepotibus eius ex fratre. ideo Bald. in l. cum
7 virū, vlti. col. C. de fideicommis. dixit ꝙ † feudū concessum pro hæredibus quibuscūq; est extensiuum ad oēm hæredem, sicut est istud quod pōt in quemuis quouis tit. transferri de quo latius infra dicetur. Quæ dominæ mulieres ēt prȩferūtur ex eo quod in ipsa concessione primaq; inuestitura permittitur alienari in masculos & fœminas de parentella ipsorum de turchis sine licentia superioris, nam vt dixit Bal. in l. voluntas 2. col. ver. pone cōcessum C. de fideic. si in cōcessione feudi dicatur, dūmodo in extraneā personam non transeat, licita est alienatio ēt in remotiorē & in agnatū qui nō sit de cōprehensis in inuestitura, vnde multo magis licet in præsenti cōcessione alienare in fœminā in quam expresse hoc permittatur & quæ sit de cōprehensis in inuestitura.
8 † & hoc est generale in quauis materia vt permissa alienatione sit etiā permissa hæredis institutio, vt per Barto. in d. l. peto. §. fratre, circa prin. cōmen. ff. de leg. 2. vbi etiam alij per l. si quis priore. §. cæterū, C. de secun. nup. & l. vnū ex familia. §. si duos. ff. de leg. 2. cū suis cōcor. & prædicta fortificātur quia ex eo quod hoc feudum est concessum pro se & hæredibus in eo præferuntur nominati in inuestitura, quāuis remotiores in gradu succedendi qui sunt hæredes alij non hȩredibus, vt per Bart. in l. vt iusiurandi. §. si liberti. ff. de operis lib. & doct. in c. 1. an agna. vel filij defun. & Alex. in l. gallus. §. etiā 4. col. ff. de libe. & posth. Iac. de Bel. & Alua. in d. ca. 1. de eo qui sibi & hæredibus suis masculis & fœminis, & And. de Iser. in c. 1. §. hoc quoq; de successione feu. cum simil.

9 † & hoc feudū venit in petitione hæreditatis quando succedens est de cōprehensis in inuestitura, vt est de mente Bart. in l. si patroni. in princ. ff. ad Treb. & ibi clarius Pau. de Cast. & plenè Alex. in 4. 7. & pe. col. & cōsi. 29. incipiēte perspectis 4. col. vers. si tamen, cum seq. cōs. 19. inci. super eo 1. & 2. col. 5. volu. post Bald. in d. l. cū virum, vlti. col. volentes quod tunc comprehendatur & veniat feudum in testamento vel dispositione facta de hæreditate & iure hȩreditario, videlicet quando talis persona succedens vt hæres est de comprehensis in inuestitura, sicut sunt fœminæ in præsenti casu. Et dicunt idem Bart. & præallegati docto. & Bal. in d. l. cum virum vlti. col. quod eo casu feudū veniet in restitutione fideicommissi.

Circa tertium videtur Dominam Mariam debere insolidum admitti vel eius saltem filium, quia in eam concurrit volūtas superioris qui in illam consensit, & voluntas testatoris qui probatur per testes voluisse quod filius Dominæ Mariæ sit hæres vniuersalis & dominus feudi, super quo latius non scribo cum sint in tractatu concordiæ.

Albertus Brunus.

Collateralis qui non descendit à stipite primi inuestiti, an succedat in feudo cōcesso iure antiqui & auiti feudi. item an præscribatur iuri redimendi feudum. Et quis succedat in feudo hæreditario. Et quādo competat agnato ius redimendi.

CONSILIVM XL.

SVMMARIVM.

1 Collateralis nō descendēs à primi inuestiti stipite, an succedat ī feudo, iure antiqui et auiti feudi cōcesso

2 Iuri redimendi feudum an præscribatur.

3 In feudo hæreditario quis succedat.

4 Feudum alienatum consensu domini, viuente alienante, non reuocatur.

5 Agnati remotiores feudum alienatum reuocare non possunt extantibus proximioribus.

CONTRA D. Gabrielem videtur facere quod † istud feudum
1 non prouenerit ab eo, qui fuerit primus stipes ipsius Do. Gabrielis & alienantiū, quia sicut D. Richandonus à quo descendit D. Gabriel non potuisset succedere Dom. Ioannono & fratris suis paruis, in quorum omnium persona feudum Cortanseris cȩpit initium. cap. primo, de duobus fratribus de benefi. inuest. pariter nec debent posse succedere inuicem qui ab illis descenderūt, facit, c. 1. de gradibus succeden. in feu. vbi doctores & D. Præpo. & not. in c. 1. de natu. succe. feu. & notatur in l. si

mihi & Titio.ff.de verb.obli. Alua. in ca.1.si vassal.feudo pri. Curt.senior cōsi.49.in 9.col. & Cur. modernus in tractatu feudorum in 3. parte versic.successiuè dicendo, & D. Iacobi. in tracta.feu.in verbo præsentes 1.col.

Et si dicatur quod in feudo isto ex quo fuit concessum iure antiqui auiti & paterni succedunt collaterales, per notata per Bald. in ca.1. de alie.feu.pater.& Alex.consi.30.1.vol. repetito in consi.2.in 5.vol.iunctis concor. traditis per Dominum Curtium seniorem in dic. consil.69.versic.ad quintum vers.5.& fortius, & per Curtium seniorem in dic. tract. prima parte,7.char.cum conco. videtur responderi posse quod Episcopus non potuit hoc facere vt per Alex.consil.10.3.vol.& D.Ias.in prælu. feu.in 29.col. cum seq.nec videtur hoc tolli ex antiquitate inuestituræ, pro qua videtur esse præsumptio, videlicet ꝙ Episcopus hoc solemniter & in casu ꝑmisso fecerit, iuxta not. in c.2.de feudis,& in c.nulli,de reb. eccle. nō alie.& in cap.1. de re.permu.attento maximè quod adest quædam inuestitura in qua capitulum narrat factam fuisse per Episcopum ꝑmutationem. quia præsumitur pro tali feudo per Episcopū iure antiqui concesso, quando inuestitura est antiqua vt per Curt. iuniorem in tract.præalle.prima parte,7.char.in fi. quoniam vt dicit Alex.in d.consi.10. circa princ. vbi constat de prima inuestitura seu de origine cessat præsumptio antedicta.

Secundò facit contra D.Gabrielē, quia nō potuisset ille D.Ioannonus pro D.Richando nepote & eius successoribus stipulari, vt ꝑ Alex.in d.consi.10.2.col.3. vol. & in inuestitura vnusquisq; solum pro se & suis descendētibus fuit stipulatus.

2 † Tertiò ex quo factæ fuerunt alienationes primo in extraneos, & postea per extraneos in spectabilem D. Danielem & antecessores suos, videtur cucurrisse præscriptio, vt per Aluaro.in c.1.§.hoc quoque vltima col.de suc. feu.& tanto magis, quia cum feuda sint solita alienari in ista patria præscriptum fuit iuri redimendi per tp̄s dudum lapsum, vt vult tex.in c.1.§.porro.vbi etiā doc. maxime Bal. & Do.

3 Præpo.quali.olim feu.po.alie.†Quartò facit ꝙ dicimus in hoc feudo hæreditario nō succedere illū qui nō est hæres primi stipitis, nec etiam posse venire per ius redimendi vel auocandi, vt latè per Alex.consi.26.5.volu. & per Curt.sen.consi.1.iunctis his quæ vult Bar.in l. vt iusiurandi.§.si liberi,§.de ope.lib. cū cōco. & notatis in c.1.an agna.vel fil.defun. & non cōstat ꝙ D.Gabriel sit hæres Do.Ioannoni & fratris mediate vel immediate sed solum Richandoni,& non obst.si dicatur istud non habere locū in eo qui nō potest esse hæres, vt notatur per D.Præpo.in d.c.1.an agn.vel fil.quia hæc decisio solet improbari, vt per Curt.iuni. in suo tract.feudorū,& per Ale.cōs.19. 5.vol. & ipsa decisio loquitur in eo qui vult succedere in feudo non aūt reuocare, quia qñ adest q potest esse hæres & habere feudum ille alios excludit etiā si feudū non reuocet, vt infra dicetur,& si dicatur scd̄m tenorē primæ inuestiturę non esse hæreditariū cui est standū, vt ꝑ Bal.in l.quotiens.2.col.C.de suis legi.& Cur. iuniorem in 2.q.secundæ partis prin. respondetur secundū Bal.vbi supraq; ex cōsensu eius qui ius habebat ex prima inuestitura, potuit in præiudicium successorum prima inuestitura alterari.

4 † Quintò quo ad partē Io. Grego, & Io.secundi quatenus viuat seu filij eius videtur ꝙ non cōpetat ius reuocādi eis viuentibus quod nō cōpetit viuo alienatore, per tex. cū glo.in verbo masculo in d.c.1.§. hoc quoque,de suc.feu.& glo.in d.c.Titius in glo.1.& vult Alua.in c.1.§.fi.in 27.concl.quæ fuit prima cau.benefi.amit.Bald.& Alua. & And.de Iser.in d.§.hoc quoq;,vult glo. in verbo necfiliam in c.1.in prin.de alie.feu.pa.And. de Ise. & Alua.in cap.1.§.Titius ver. ꝙ si Titius, si de feu.fue.cōtr.& nō obst.ille tex.qa loquitur in alienatione facta iure & consuetudine refragrante, vt ibi idē volunt And.de Iser.in c. 1.§. sed & res in 1.col.& Bal.& Alua.in 3. col. per quos fiat inuesti.& est de mente Alex.cōsi.26. 1.col.5.vol.& Frā.de Are.cōs.3.& Bal. in cōs. 410.inci.ad euidentiā pen.stampa,4.vol. Ale. consi.106.circa fi.4. vol. & si dicatur ꝙ potest teneri contrarium dato precio infra etiā ad hoc obiicietur.

5 † Sextò facit, quia agnati remotiores non habent ius reuocandi extantibus ꝓximioribus, vt ꝑ Alua.in c.1.in princ.3. col.de alie.feu.pa.simile si vasal. refutet dn̄o, quia secundū communē sententiā agnati nō reuocant nisi mortuo refutante, vt ibi, & per Alua.in c.1.§.fi.37.concl.quæ fuit prima cau. benef.amit.& ꝙ nō cōpetat vlteriori agnato super existente proximiore, voluit etiā And. de Iser.post glo.in d.§.hoc quoq; 2. col.dicēs ꝙ filius consentientis vel vlterior agnatus viuo proximiore etiā consentiente nō reuocat. & Alua.in d.§.fi. 30. conclu.quali. olim feu. po.alie.quæ fuit prima cau.benefi.amitt.Nec obstare videtur cessio quamuis dicatur fieri non posse per no.in l.ad officium. C. commdi.cum concor.quoniam super existente alio proximiore, vlterior nō est capax in feudis,& non potest ius habere in reuocando, quia tenetur eius mortē expectare (vt dictū est) & ex hoc etiam non potest vlterior anteriorem in mora constituere, iuxta ea quæ dixit Pau.de Cast.in l.fin. §.1.circa fi.commen.C.de fur.& quo ad eos q consenserunt minus obstat, qa cum forent exclusi à iure reuocādi, nō potuerunt ius qđ nō habebāt cedere. Item deberet fieri capaci talis cessio hoc ē hæredi illius primi stipitis q primo acqsiuit, vt fuit dictū sup.

quarto

quarto motiuo. Septimo facit consensus expressus eorũ qui vendiderunt & iura sua cesserunt, & tacitus per lapsum 30. annorum, tex. cum gl. in d. §. Titius, & in §. porro, qua. olim feu. po. alie. & præsentia cum sciẽtia sine protestatione eorum qui poterant alienationem impedire quæ præiudicant, vt per glo. in c. 1. §. præterea in verbo regressum, vbi Bal. notat plures modos tacite consentiendi, qui. mod. feu. amit. & quod dicit in proposito Alua. in c. 1. §. sed & res, per quos fiat inue. Octauo videtur obstare ꝙ istud feudum fuerit à domino tunc episcopo & capi. tit. permutationis & sic titu. oneroso acquisitũ, quo casu fuit alienabile, vt dicunt doc. loquentes de feudo emptitio in locis vulgaribus & iam in proposito allegatis, placeat respondere istis motiuis.

CONSILIVM XLI.

SVMMARIVM.

1 *Sub annuo censu concessum quod sit propriè feudum & nu. 4. & 12.*
2 *Pacta quæcunque admittuntur in feudis.*
3 *Pacta extranea & diuersa à natura emphytheosis, in emphytheosi admittuntur.*
5 *Metus ex verbis declaratur, & à verbis non est recedendum nisi de mente contrarium constet.*
6 *Inuestituræ tenor attenditur.*
7 *Priuilegij & rescripti ac contractus verba & tenor attendenda sunt. idem in testamentis compromissis & sententijs nu. 8. 9. & 10.*
11 *Contractus denominatur ab eo quod præualet in eis.*
12 *Actus ex conuentione partium legem accipiunt.*
13 *Vtilius est ecclesiæ quod concessio sit feudum quã emphytheosis vel census vel cõtractus innominatus.*
14 *Vasallus non soluendo censum an priuetur feudo.*
15 *In pœnalibus non fit extensio de expresso ad non expressum.*
16 *Emphytheota etiam vno numo non soluto cadit à re.*
17 *Feudum non prætextu pecuniæ sed amore & honore domini præstatur, nu. 30.*
18 *Emphytheota quid minimum soluente, tunc magis corresponsiue canon est constitutus quam in recognitione domini, adeo quod si tota res pereat remissio fieri debet.*
19 *Contractus ex non implemento reuocatur.*
20 *Feudum in commissum incidit vasallo promissa circa reale beneficium exhibendum non faciente.*
21 *Vasallus amittit feudum ex causis quibus reuocatur donatio.*
22 *Quantum tempus requiratur vt vasallus non soluẽs censum cadat à feudo.*
23 *Emphytheota & vasallus in caducitate, ob non solutionem pensionis æquiparantur.*
24 *Colonus nõ expellitur à cõductione rei ecclesiasticæ, propter morã in non solueudo ante biennium.*
25 *Vasallus interpellatus adimplere seruitium & non faciens priuatur feudo.*
26 *Vasallus sciens dominum indigere se sponte offerre debet ad seruitium, alias priuatur feudo.*
27 *Dies interpellat pro homine.*
28 *Contrauenire dicitur qui est in mora faciendi.*
29 *Cessante vno ex vasallis soluere an alij cadant.*
30 *Episcopus successor an possit propter modicitatẽ precij, aduersus concessionem feudi restitui.*
32 *Dispositio l. 2. C. de rescin. vendi. locum habet in feudis & nu. 35.*
32 *Merces iusta quæ dicatur in feudis & nu. 36.*
33 *Feuda deuoluta ad Episcopũ qñ dicantur de mẽsa.*
34 *Feuda de mensa Ecclesiæ non possunt sine solemnitate infeudari.*
37 *Restitutio post quadriennium ecclesiæ non competit.*
38 *Læsio quæ dicatur magna vel modica.*
39 *Remedium l. 2. C. de rescin. vend. locum esse habet in alienatione cum decreto facta.*
40 *Princeps restituit aduersus præscriptionem.*
41 *Princeps aduersus appellationis desertionẽ restituit.*
42 *Princeps etiam sine causa iudicta à iure ciuili auferre potest.*
43 *Restitutio minori pro damno minime non compet.*
44 *Dominus an & quomodo agere debeat cõtra vasallũ qui à iure suo propter censum non solutum cecidit.*
45 *Cessans à solutione canonis, cadit ab emphytheosi domino volente.*
46 *Alienans feudum irrequisito domino, ipso iure cadit a iure suo.*
47 *Vasallus effectus demẽs an priuetur feudo ipso iure.*
48 *Sententia non est ferenda quando quis prodit bona ipso iure.*
49 *Sententia priuandus est feudatarius non soluens pensionem seu seruitium non præstans.*

IN nomine omnipotentis Dei, & almæ Virginis Mariæ, viso instrumento inuestituræ & concessionis feudi factæ per bonæ memoriæ quõdam Reuerendissimũ D. Episcopum, de parte castri iurisdictionis, ac territorij loci G. nobili quõdam Georgio, de pluribus contingit dubitari tam circa ipsam concessionem quam circa ea quæ inter dicti nobilis Georgij successores occurrerũt.

Et primò an dicta cõcessio fuerit feudalis.

Secundò an per cessationem census feudatarius ciciderit à feudo.

Tertiò quantum tempus exigatur in non soluendo vt cadat.

Quartò an vno ex vasallis cessante alli ceciderint.

Quintò an propter modicitatem canonis vel pensionis competat Episcopo successori restitutio.

Sextò quomodo sit agendum contra ipsos vasallos.

1 † Circa primum dum dubitatur de natura prædictæ concessionis, an sit contractus feudalis, attẽto ꝙ dicta cõcessio facta fuit sub certa annua & nõ modica pensione & præstatione

census, ita & taliter ꝙ dictus nobilis Georg. vel eius successores possent dare dicto concedenti vel successoribus prædium ex quo verisimiliter possent percipi fructus annui dictæ annuæ pensioni æquiualentes & eo modo se à dicto censu liberare. breuibus concludo ipsam concessionem esse feudalē per tex. in ca. ad apostolicæ, ver. præter hæc cum seq. in ver. feudum, & in ver. annuam pensionem, de appel. in 6. vbi Papa appellat feudum regnū Siciliæ propter ꝙ Imperator Federicus ei pensionem annuam mille fartorum præstare tenebatur, attento ꝙ pro ipso regno ad iuramentum fidelitatis erat astrictus, & hoc in terminis tenuit Spec. in tit. de loca. in §. nūc aliqua, ver. 35. & Ale. in cōsi. 79. in 4. col. ver. & licet, in 1. vol. & in consi. 9. incip. pōderatis his q̄ in thematę in 2. & 3. col. ī 5. vol. vbi dicūt ipsum tale feudū appellari feudū cōditionale seu cōditionatum plus dixit Ludo. Roma. in cons. 70. incip. visis themate & quæstione, ꝙ vbi esset ambiguitas an castrum sub certo censu & pensione concessum, intelligeretur concessum in emphytheosim vel feudum, si in instrumento concessionis facta esset mentio feudi dicetur feudum. Et erit feudum conditionatum habens conditionem census soluendi & feudi naturam assumens, quod iisdem modis amittetur quibus verum feudum, & hoc apparet per tex. in c. i. de feu. non ha. propri. na. feu. & c. feudum ea lege, si de feudo. fuerit cōtrouer. inter dominum & agna. in vsi. feu. cū vtrobiq; notatis, & in casu prædictæ concessionis liquido apparet tam per denominationem & nuncupationem expressam feudi, quā per iuramentum fidelitatis iuxta formam antiquæ & nouæ formæ fidelitatis præstitū, quā per alias clausulas & promissiones quod actū fuit vt dicta concessio esset feudalis, adeo vt nulla dubitatio circa hoc supersit.

2 † Prædicta maxime comprobātur, quia in contractu feudali possunt adhiberi pacta extranea & contra naturalia ac propriam & cōmunem naturam feudi dūmodo contra substantialia non opponantur vt declarat Pau. de Cast. in cons. 162. incipiēte circa id quod primo quæritur, & Iaco. de Bel. post gl. in c. 1. per illum tex. in secūdo notabili, de frā. de nouo beneficio inuesti. & in c. 1. de gradi. succe. in feu. & latius in c. 1. de vasallo decr. æta. & Iac. de Ard. in summa sua feu. in tit. nouum non paternum. Bal. in c. 1. §. hoc quoq; de suc. feu. & in præludiis feu. in 4. diui. Iaco. Alua. in ca. feudum, si de feudo fue. contro. & in c. 1. §. fi. per illum tex. quid sit inuest. Barba. in consil. 50. posito inter consilia Alex. in 4. vol. in vltima col. & traditur in tit. de feu. non habente propr. na. & in d. c. feu. ea lege, ad quod infinita iura adduci possent, † & simile videmus in emphytheosi in qua admittūtur pacta extranea & diuersa à natura ipsius emphyteosis. §. adeo. insti. loca. l. 1. cum gl. in vers. omnibus, & ibi Bal. & l. 3. cum gl. in ver. repellere, & ibi plenius Bal. & scribētes, C. de iure emphy. vbi dicit Bal. quod pactum potest trahere cōtractū ad aliā naturā, pro quo facit. l. fi. C. eo. tit. & quod not. Io. And. in addi. spec. in d. §. nunc aliqua. vers. 89. & Host. in summa, tit. de loca. §. quid sit de natura huius contractus vers. qd si pactum, facit l. 1. §. si rem. ff. depo. l. aristo. ff. de dona. & quod not anter dixit Bart. in cons. 171. incip. in nomine &c. proponitur quod syndicus in 2. col. & quod no. Roma. in cons. 293. incip. in Christi &c. pro decisione cum pluribus concor. quæ adduci possent.

4 † Nec obstat si dicatur quod feuda data pro certa annua pensione non sunt propriȩ feuda sed magis emphytheoticæ concessiones, vel contractus locationis, vel innominati iuxta l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscrip. vers. & quod dixit Bal. in tit. de pace constan. in versi. liuellarium & in l. liberti libertæq; in vlti. col. C. de ope. lib. post notata per Cy. in authē. ingressi. in antepe. q. C. de sacrosanct. eccle. iunctis his quæ dicunt ipse Bal. Iac. de Belui. & Alua. in tit. Episcopum vel Abba. §. quin etiam & idem Bal. in addi. Spec. in tit. de loca. in 3. colū. vers. 2. & in c. si cautio in fi. commen. de fi. instrum iunctis, c. fi. cum ibi notatis de capi. qui cu. ven. & c. si cui militi, in tit. de extraordinariis capitulis conra. quia respondetur quod decisiones & iura prædicta non loquūtur vbi pro re concessa foret præstandum seruitium personale ac iuramentum fidelitatis, sed tantummodo seruitiū reale & annua pensio: iccirco non mirum si talis concessio non sit feudum & si in eius successione ita admittatur mulier sicut masculus vt in iuribus prædictis. Nam ita loquuntur Cy. Bal. & docto. in locis præall. & hæc solutio est de mente Ale. in d. consi. 9. in 2. col. in 5. volum. ex cuius verbis istæ articulus in casu isto redditur clarus, & clarior considerando quod non tantum iuramentum de quo in titu. de noua for. fide. & in titu. de for. fidel. fuit præstitum, verumetiā fuit dictum expresse quod concessio fiebat in feudum antiquum & paternum & secundum naturam feudi antiqui & paterni &c. quo fit vt ipsa verba contrahentium nō prę se ferant ꝙ ipsa cōcessio sit alius cōtractus q̄ feudalis,
5 † l. non aliter. ff. de leg. 1. l. Labeo cum simi. ff. de sup. leg. vbi appareat quod verba declarant mentem, & ꝙ in dubio à verbis non est recedendum nisi constet de mente in cōtrarium, de quo feudo antiquo auito & paterno traditur in c. 1. de na. suc. feu. & in c. 1. §. his vero deficiētibus, de suc. fra. & de gradi. suc. in feu. & in c. 1. §. hoc quoque, de succe. feu. & in c. 1. §. cum vero, qui feu. da. pos. Bal. in prælu. feu. in 3. diui. Andr. de Iser. Aluar. & Marti. de Lau. in c. 1.

in c.1.in prin.in 3.diui.qui feu.da.pos.& Moderni in prælu.feu.in 6. diui. & alibi sæpe per scribentes,& quod attendendus sit præ omnibus tenor concessionis & inuestituræ qui habet potestatem derogãdi naturæ feudi & vim contractus ostendit,patet ex notatis per Bald. in prealleg.prælu. feu.in 4.diui.per d.c.si. cui militi. de extraor. cã.cõra.in quo tex. dicitur
6 quod † in feudis pro regula tradi solet,vt sermonem inuestituræ nec non vim verborum inspiciamus ac sensum cõtrahentium intuea mur,facit quod dixit Bal. in l.fi.per illum tex. C.de suis & legi.vbi dicit tenorem inuestituræ & qualitatem verborum spectandã esse,quoniam verba contractus sunt forma , & forma dat esse rei.facit quod dicit Bal.in auth.cessan te vers.item no.C.de legi.hær.& in c.1.§. deniq;,quæ fuit prima cau.benefi.amit.& in l.ex hoc iure,in 2.col.ff.de iust.& iu.& in l.1.§.sed & si quis.C.de la.lib.tol.& in c.1.in pe.col.an agna.vel fil.defun.repu.hære.pos.feu. re.& in c.1.§.decedente in 3. col. ver. deinde dicitur hic,qui feu.da pos. & in consi. 70. post casum per vnam col.in 2.parte,Marti. de Lau. in c. 1.in prin.in 1.col.qui feu.da.pos.Io. de Ana. in consi.7.& in consi.74.in prin. Iac. Alua.in c.1.de vas.decre.æta.Pau.de Ca.in cons.135. alias 137.incip.viso puncto in princi. Petr.de Anch.in consi.170.incip.quidam Ricolinus Rom.in cons.1.& in cons.34.inci.viso inuesti turæ tenore,& in consi.494.inci.in casu ꝓpo-
7 sitæ consultationis , † facit quod dicimus in simili in priuilegiis rescriptis & generaliter in contractibus in c.porro,& c.accepimus,de priui.Inno.Anto.de But.& Panor.in c.per venerabilem,qui fi.sint legi.Pau.de Cast. in cõs. 161.incip.in præsenti causa in 2.col.& in cõs. 225.inci.super primo dubio,per tex.in l.si ita stipulatus.§.grisogonus in fi.& in l. si quis stipulatus sit Stichum aut Pamphilum,ibi,quærentibus inspiciẽdus erit sermo stipulationis, ff.de verb.obl.& l.fideiussores magistratuum. §.cum pro Aurelio ibi lecta scriptione. ff.de
8 fideius.† facit quod in simili dicimus in testamentis,vt in §.nos igitur,in authen. de resti.fi deicõ.de quo tex.meminit Bal.in c. 1. de feu. guar.& ꝙ dixit Bal.in l.si cum dotem.§. patet
9 circa fi.ff.solu.ma. † facit quod in simili dicimus in compromisso c.Raynaldus ibi prout forma compromissis , de testa.& in l. non distinguemus,§.de off.de arbi.& l. arboribus.§. de vestibulo.ff.commu.di.Bar. in l.cum aqui liana,& Ang.in l.de his.ff.de transact.Pan.in
10 ca.vno delegatorum, de off.deleg.†facit qđ in simili dicimus in libello,l.2. ibi,ex his quæ in libello complexa est,vbi per Mod.C.de in- sti.& substi.l.gallus.§.1.per illum text. ibi,qui ex verbis concipi possit.ff.de lib.& posth.facit tandem quod dicimus in simili , in sententia, vt dixit Bal.in l.ab executione,C.quo.ap.non reci.Sic ergo ex verbis & tenore concessionis quæ sunt attendenda,dicẽdum erit , quod ista
11 concessio est feudalis per prædicta,† & sic nõ obstat si diceretur quod ipsa pẽsio præualeat, & sit magis proficua episcopo quam persona lia seruitia, quo casu quo ad censendum quis contractus dicatur non erunt personalia seruitia habenda in consideratione cum contractus denominentur ab eo ꝙ præualet in eis iuxta notata per Bar.in l.aristo.ff. de dona.& Cano.in c.ad quæstiones,de re.permu. & tex. in l.fundi partem.ff.de contrahen. emp. iunctis his quæ dixit Bart.in l. cum te. & post eũ Bal.& Ang.C.de pac.inter emp.& vend.Glo. & doct.in l.ea conditione.C.de rescin.vendi. Glo.in l.fi.& ibi Bar. in pe.col.ff. de cond. ob
12 cau.Sal.& Alex.in l.petẽs.C.de pactis.† actus enim ex conuentione partium legem accipiunt.l.1.§.si conuenerit.ff.depo.l.contractus ff.de reg.iur.dico ergo quod non tantum ex denominatione , verum etiã ex qualitatibus & clausulis ipsius concessionis apparet ipsam concessionem esse feudalem,pro quo facit l. si vno in prin.ff. loca. & probatur in l. 1. & ibi notat Bald.C.de re.permu.& Bar.in dispu.pu blicanus quidam, Bart. & alii in l. 1.C.de iur. emphy.& Barto.in l.si finita.§. si de vectigalibus,ff.de dam.infec.Spec.in titu.de feudis. §. 2.vers.40.ad fi.Bal.in c. si clientulus in princ. de alie.feu.& ĩ c.1.§.si liuellario,qui.mo. feu. amit.iunctis his quæ notantur in simili , in c.
13 potuit,locati,†Et quidem est vtilius ipsi ecclesiæ quod ista concessio sit potuit feudũ q̃ emphytheosis vel cõtractus innominatus aut cẽsus , per ea quæ consuluit Pau.de Ca.in cons. 138.inci.dubiũ facit &c.quæ hic non curo referre,cum alio ex capite nullatenus possit ipsa concessio dici cõtractus censualis propter retentionẽ directi dominij quam sibi fecit cõcedens,quod directũ dominium in contractu censuali transfertur in accipientẽ ad cẽsum, vt est glo.cum ibi notatis per alios in c.consti tutus,de reli.domi. Sed in feudo bene est clarum quod retinetur directum dominium & vtile tantum transfertur,vt vult glo.magna in c.1.§.præterea,in tit.de capi.conra.traditur late per Iaco.Alua.& alios in cap.1.§.1.de inue. de re alie. fa. ergo &c.& ex prædictis concludendo quod hæc concessio sit merè feudalis, soluta est prima dubitatio.

14 † Secundò videndum est , an per cessationẽ solutionis dicti census seu annuæ pensionis feudatarius priuetur feudo, & quidem in isto articulo inuenio doc.multum variasse,& par tem negatiuam tenuit Gem. in d.c.ad aposto licæ.§.sed licet,de re iud.in 6.vbi dixit quod li cet emphytheota per cessationẽ canonis priuetur emphytheosi, tamen aliud in feudo in quo hoc non reperitur expressum,mouetur,
15 † quia in pęnalibus non debet fieri extensio

N 3 de casu

de casu expresso ad non expressum, c. statutũ de elec.in 6.cum concor.idem tenuit Spec.in d.§.nunc aliqua ver.85.dicens quod per cessationem triennalem non debet priuari vasallus feudo,& pro hac parte consuluit Fran. Zaba.prout ipse dicit in ca.potuit,de loca.idem tenuit Bald.in c.fi.propè fi.commen.de re iu. & Cuma.in consi.164.in 2.col.incip prelatus certæ ecclesiæ,& Marti.de Lau.in c.1.in 3.co. qui feu.da.pos.Iac.Alu.in c.j.§.sed nec alia in pe.col.quæ fuit prima cau.benefi.amit.vbi dicit se consuluisse pro ista parte simul cũ Pau. de Ca.vbi concludit post Zabarel. vbi supra, quod quando soluitur census tantũ bene caderet capiens castrum sub annua pensione illã nõ soluendo,secus quando vltra censum p̃statur iuramentum fidelitatis, prout in casu isto, quia tunc feudum non dicitur datũ propter pensionem,sed pensio est quædam causa impulsiua,qua cessante non rescinditur concessio,iuxta l.2.§.fi.ff.de dona.& notata plenè in l.fi.ff.de cond.ob.cau. eandem opi. tenuit Hostien.in summa in tit.de loca. in fi. & Ro. in l.1.§.1.ff.de publica.Io.de Imo.in c.2.in 10. col.de feu.vbi dicit quod per negligentiã vasalli non requisiti soluere censum non amittitur feudũ etiam si steterit per triennium quo non soluerit, idem voluit ipsemet in l. quod dicitur.ff.de verb.ob.eãdem opi. tenuit Ale. in d.consi.9.in 3.colu.& in cons.5.in 1.col.in 5.vol.& pro hac sententia quidã dicunt cõsuluisse collegium Mediolani,& cum hac sentẽtia trãseunt Io.Fab.& Mod.in l.2.in 59.col.C. de iure emphi.& pro ista sententia adducitur tex. in c.licet vasallus si de feu.fue. controue. inter domi.& agna.vbi quantòcunq; tempore steterit vasallus,quod non præstiterit seruitium non interpellatus non priuatur feudo.

Contrariam autem partem. s.affirmatiuã quod vasallus non soluendo censum priuetur feudo,sentit glo.in d.c. ad apostolicæ ver. præter hæc in glo.in vers.nouem cũ gl. seq.& Hosti.in summa,de feu.§. qbus modis & causis ver.quid si quis facit censum.Inno.& Ioan. And.in glosis suis in d.c.ad apostolicæ, Bald. pulchre in c.que in ecclesiarum in 4.col.uer. & nota quod si feudum,de const.& in c. si cautio in pe.col.ver.item fallit in feudo,de fi. instru.& Fulg.in consi.vlti.ante fi.vbi allegat nota. per Inno.Host.& Ioan.An.in c.constitute, de reli.do.& dicit Bal.in d. c. quæ in ecclesiarum quod de hoc est tex.in d.cap.1.§.sed nec alia,quæ fuit prima cau.benefi.amit. subdens quod illi tex.non responderet apollo.& Bald. in specie in l.ædem in 3.col.ver. sed nunquid
16 quod vno nummo. C. loca. vbi dicit † quod pro vno nummo non soluto vasallus & emphytheota cadunt à re,eo quia in eo represen tatur honor domini, subdens ꝙ ea quæ sunt paruæ quantitatis quandoq; sunt magnę considerationis, eo quia sunt magnæ qualitatis & in hanc opi.videtur inclinare magis quam in aliam Alex.in consi.11.in vlt.col.in 5.vol. idem dicitur teuuisse Bal.in c.fi.ante fi. cõm. de re iud.cuius dictum retuli in præcedẽti & contraria opinione, quia eo modo dicit in libro meo,licet aliqui in contrarium eum referant,& licet in hoc articulo inueniam antiquos doc. variasse & Moder. fore ambiguos, tamẽ in casu isto veritas esse mihi videtur qđ per cessationem census, de quo in concessione & inuestitura possint vasalli feudo priuari. moueor primo quia vt dixit Bal. in tit. de pace constan.in ver.liuellariæ ecclesiæ Lombardiæ magis curant de redditibus bursalibus q̃ de redditibus armorum; de sacrosancta autẽ Romana Ecclesia quid in hoc sit nemo ignorat.Iccirco ipsa bursalis cõmoditatis videtur fore principalior & potentior quam personalia seruitia in inuestitura deducta,& ex dispositionibus iurium feudalium debita.moueor secundo ex his quæ dixit Marti.de Lau.in d.c. 1.in 4. col. ita demum vasallus non præstãdo censum etiam per longum tempus non cadit à feudo quando ille census præstabatur in signũ honoris & præeminentiæ ac subiectionis magis q̃ ratione cõmodi pecuniarij,puta si p̃staretur ensis libra piperis brauium vel bãderia aut quid simile honorificum, iuxta notata per Ant.Bu.in c.literis, de resti.spol.& text.in c.1.in prin.de feu.da.in vi.leg.con.vbi dicitur
17 quod † feudũ non prætextu pecuniæ sed amore & honore domini pręstatur,hoc casu cum hęc cędant saltẽ principaliter in augmentum honoris domini & accedant naturæ feudorũ non mirũ si attemptari possit quod tale seruitium debeat secũdum regulas iuris feudorũ regulari & de eo dici prout de aliis seruitiis, iuxta c.licet vasallus,si de feu.fue. controuer. inter do.& agna.quasi hoc reperiatur per iura feudorum decisum,quo casu cessat oppositio quæ fit de emphytheosi cuius canon solet in signum honoris & dignitatis pręstari,vt dixit Bal.in l.item si verberatum. §. si quis rẽ in 2.notabili.ff.de rei vend.& doc.in auth.qui rẽ C.de sacrosan.eccl.& tamen per cessationem biennalẽ vel triẽnalem quis cadit ab emphytheosi,quia hoc est aliter & per iura communia expressum in ipsa emphytheosi & aliter in feudis per ipsa iura feudalia,& hanc sententiã etiam firmat D.Præpo.in prælu.feu. in 8. col. pro qua opi.facit, quia non foret iuri consonum quod propter rem exiguam deberet vasallus feudo priuari,vt dixit Spec.in ti.de feu. §.quando versi.22.quem refert Io. de Ana. in consi.7.in 2.colu. licet in emphytheosi secus inueniatur prouisum, eo qa principaliter ad finem ipsius p̃stationis conceditur vt alias dixit.Sed in casu nostro pẽsio seu cẽsus fuit merè pecuniaria nihil habẽs annexũ præeminentiæ,

tiæ sed ad meram cōmoditatem pecuniariā & vtilitatem concedentis principaliter constituta. qđ probatur tripliciter. Primo ratione concedentis. s. episcopi, quia facultates redditus & prouentus ipsius episcopatus erant tenues, iuxta ea quæ dicit glos. in l. sed si ego. ff. ad velleia. & in l. quæ dotis cū ibi notatis per alios. ff. sol. matr. & Ang. in l. obligatione generali. ff. de pigno. Secundo ratione quantitatis ipsius censu quæ est plurium ducatorum. arg. eius quod consuluit Ale. in consi. 111. incip. redemptoris &c. videtur in præsenti consultatione in 1. col. ver. secundo principaliter & in 2. col. in versi. quinto probatur cum seq.
18 in 1. volu. vbi vult quod † quādo soluitur ꝓ emphiteosi aliquid non minimū quod tunc magis correspondiue ad fructus canon sit constitutus quam in recognitionē dominii, adeo vt etiam si tota res emphiteotica non pereat debeat fieri remissio mercedis, faciunt notata in l. 1. C. de iure emphi. & in d. auth. qui rem scilicet quod in signū præeminentiæ videatur constitui pensio quæ est modica. Tertio quia verba inuestituræ denotāt expresse ꝙ nullatenus dicta pēsio in signū honoris & subiectionis ac præeminētiæ fuit constituta sed gratia cōmodi pecuniarii, qđ patet ex eo, quia actū fuit in ipso instrumēto quod possent vasalli se à dicto censu liberare dādo fundū seu prædium ex quo verisimiliter percipi possent redditus ęquiualentes dictæ pensioni, qđ pactum tendit ad liberandū vasallos à subiectione dicti census & ad elidendā pręeminentiā & honorem qui alias posset subesse in tali constitutione cēsus. Et vt ample probaui in primo articulo recurrendū est ad tenorem inuestituræ & contractus qui nobis censum qualitates & naturā actuum demonstrat. Cum itaq; iste census nō ad præeminentiā honorem seu subiectionē sed ob pecuniariū commodum, & ad hanc causam finalē fuerit cōstitutus pręter & contra naturā feudorum, de eius præstatione aliter iudicandū erit quam scđm regulas iuris feudorum habito recursus ad ius cōmune, attēto ꝙ in specie per iura feudalia nō reperitur prouisum. Et concludendū est ꝓut dicunt Marti. de lau. Et do. præposi. vbi supra ꝙ non soluēs cadat à feudo per illā maxime regulā quæ vult, quod nō seruanti nō sit ser-
19 uandum, † & ꝙ ex nō implemēto reuocetur concessio seu contractus per tex. ad hoc aureum in l. fi. C. de re. do. cum ibi notatis, & in l. 1. C. de dona. quę sub mō cum ibi notatis, & in l. 2. cū ibi notatis. C. de cond. ob cau. & per ea quę plene in materia inobseruantię tradūt Bar. & scribentes in l. fi. §. illo, eo. tit. & in l. si vt proponis la 2. C. de pac. & per Pau. de Cast. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. per Can. in c. propter eius. vbi plene Imol. & Do. And. sicu. de dona. Et qđ dixit Aluar. in d. §. sed nec alia in prædicta q. sentiēs ꝙ si census esset causa impulsiua nō caderet nō soluēs, secus si esset cā finalis. Pro quo facit l. 2. §. fi. ff. de dona. cū materia. Certū. n. & in materia feudali expressum ꝙ ex defectu causæ finalis amittitur feudū, vt dixit Bald. in c. 1. §. inuitus, in tit. epi-
20 scopum vel Abba. † Facit quod pulchre dixit Bal. in consi. 191. inci. inter cętera pacta in prima parte, vbi dixit ꝙ ex eo ꝙ vasallus episcopo domino suo nō seruauit ꝓmissa circa realē beneficium exhibendū feudum ex toto in-
21 cidit in cōmissum. † Facit tex. in §. prædictis, q̄ fue. prima cau. benefi. am. vbi habetur quod ex quibus causis reuocatur do. ex his feudum amittitur, sed ob conuentionem non seruatam reuocatur donatio. l. fi. C. de re. do. cum concor. sup. allegatis. ergo & feudū amitten.
22 † Tertio iuxta p̄dicta est discutiendū, an stāte conclusione prædicta quod ob nō solutionē dicti census seu pēsionis vasalli potuerint cadere à feudo hoc ita demū verum sit si steterint per bienniū quod nō soluerint. Et quidē iste passus dependet a p̄cedētibus & est prima facie multū dubius & in eo doc. varij fuerunt. Et dubiū facit, quia videmus in locatione amitti p̄ trienniū quādo sumus in locatione ad lōgū tēpus q̄ tribuit cōductori ius in re & vtile dominū trāsfert in eū. l. 1. §. 1. ff. si ager. vectigal. & l. 1. §. quod autem, vbi Glo. & Bart. ff. de superfi. vt dixit Bald. in l. ędem in 2. colū. C. loca. & hoc in terris imperii, & in terris ecclesiæ, prout in casu nostro biēnium. c. potuit cum ibi notatis, loca. volens quod ad perdendum vtile dominiū tantum temporis requiratur, sequitur Ange. in §. scire, in auth. de nō alie. &c. per eammet rationem Bal. & Fulg. in d. auth. qui rem, & Panor. in c. propter sterilitatem in vltimo notabili, loca. & sentit Bald. l. vectigalia. §. 1. ff. de publ. moti, quia cū in tali locatore non reperiatur expressum, idem
23 sit dicendum quod de emphiteota. † Facit qa videmus quod emphiteota & vasallus in caducitate ob non solutionem pensionis æquiparantur, vt dixit Bald. in d. l. ędem in 3. colū.
24 versi. sed nunquid pro uno. † Quinimmo etiā simplex colonus non potest expelli à conductione rei ecclesiasticę propter morā in soluēdo ante biennium, vt est tex. in d. auth. qui rē. in d. c. propter sterilitatem, & ibi Cano. multo ergo magis in feudo ecclesiæ. Nec obstat ꝙ ista pensio sit soluenda in tribus terminis singuli anni, quia tales termini non alterant tempus biennii, vt dixit Bal. in d. l. ædem in 2. col. versi. & quæro quomodo accipiatur triēnium vel bienniū, & Io. And. in addi. spec. in d. §. nunc aliqua in ver. 87. & sequitur do. pręceptor meus Do. Ias. in l. 2. in 63. col. in 14. q. C. de iure emphi. quicquid dicant Io. fa. ibi in vlti. col. & Spec. in versi. præalleg. & hoc probatur per iura per eos allegata. Pro quib. adduco,

duco, quia istud bieniũ indultũ fauore solue re debẽtis nõ debet alterari ex pacto de soluẽ do in tribus terminis singuli anni qđ ob cõmoditatem & in fauorem ipsius soluere debẽtis inducitur, per l. quãuis cũ ibi notatis per Bar. & doc. ff. de pign. actio. & l. quod fauore cum materia C. de legi. Bal. autem in d. cap. si cautio, dicit ꝙ vasallus cessando per annum soluere cẽsum priuatur feudo. Rom. autem, in d. l. 1. §. 1. ff. de publi. dicit quod hoc est arbitrariũ iudici. & Bal. in cons. sup. allegato, scilicet 191. incip. inter cætera pacta. 1. parte. sentit ꝙ statim cũ cedit dies solutionis ea nõ interueniẽte vasallus priuet feudo, ꝓ quo faciũt iura sup. ad idem allegata. Et sic apparet ꝙ articulus iste ob hoc redditur dubitabilis. Verũ tamẽ quia in casu mihi ꝓsupposito dicitur ꝙ isti vasalli fuerũt interpellati soluere, articulus iste redditur clarus per ea q̃ dixit in terminis Bal. in d. c. si cautio. & Io. de Imo. in d. c. 2. in 10. col vers. vnum restat dubium, de feudis. And. de Iser. & Aluar. in d. §. sed nec alia. Cu. in consi. prælle. 164. incip. prælatus in 2. col. & do. Præpo. in prælu. feu. in 8. col. Et iccirco Imol. vbi sup. notat differentiã inter feudatariũ & emphytheotã, qa vasallus etiam semel interpellatus si non ꝓstat ipsum seruitiũ reale perdit feudum statim, licet secus sit in emphytheota qui nõ perdit nisi lapso biennio in terris ecclesiæ per d. c. potuit.

25 † Et ꝙ vasallus inpellatus adimplere seruitium & nõ faciens statim priuetur feudo patet in c. licet, si de feud. fue. cõtroue. & in c. licet §. firmiter, de prohi. feu. alie. per Fede. & in tit. an ille qui inter fe. fra. c. fi. & in c. 1. §. 1. in tit. hic finitur lex, faciũt q̃ habentur in c. breui. de iureiur. & ca. domino guerram, in tit. hic finitur lex, & inci. consue. re. vbi per Iac. de Belui. & in c. 1. vbi Bald. de no. for. fideli. Subdit Iaco. Aluar. in d. §. sed

26 nec alia ꝙ † si vasallus sciret dominum indigere, nõ deberet expectare interpellationem, iuxta tex. in c. præterea, q̃ fuit prima cau. bene fic. amit. Et gl. in tit. hic fini. lex, & c. quoniam secundũ eundem Alua. post And. de Iser. qui scit cerciorari non debet. l. 1. in fi. ff. de actio. emp. sed debet tunc vasallus se sponte offerre secundum eundẽ Alua. in tit. de no. for. fi. in antepe. notabili, alias priuatur feudo d. c.

27 licet, si de feu. fue. controuer. † Subdit fortius idem Alua. post Andr. de Iser. vbi supra quod quando est certa dies præfixa solutioni sicut in casu nostro ad seruitiũ præstãdum ꝙ non est necessaria interpellatio, quia dies interpellat pro homine, vulgata l. magnam. C. de contrahen. & commit. stip. cum his q̃ ibi notãtur & in l. si mora ff. sol. mat. Idem uoluit Bald. in

28 d. c. si cautio. † Et est uerum ꝙ contrauenire dicitur ille qui est in mora faciendi, vt habet in l. quod te. ff. si cer. pe. Et hoc firmat Pau. de Cast. in consi. 10. in 1. colũ. per l. si duo. §. hæc autem verba, cũ ibi notatis per Bar. ff. de cõst. pec. Et cõtraueniens conuenienti ac illã non obseruans priuatur feudo, vt dixit tex. & doc. in d. §. sed nec alia. Et ꝙ vbi est apposita dies teneatur vasallus seruitium domino offerre, tenuit idẽ Alua. in d. c. licet in 1. col. post Bal. ibi, si de feu. fue. controuer. alias priuatur feudo, allegat l. item illa in prin. ff. de constit. pe. Subdunt quod nõ sufficit verbis; quia realis oblatio est necessaria si res est talis q̃ realiter possit offerri. l. acceptam cum ibi notatis. C. đ vsur. Nec possunt excusari vasalli in casu mihi præsupposito qui post multũ tempus à die interpellationis expresse non soluerũt, per ea quæ notant Alua. & Moder. in d. c. licet. dum dicunt quanto tempore post interpellationẽ quis sit expectandus, & concludũt hoc esse iudici arbitrariũ ex qualitate personarum seruitiorũ & locorũ. l. Męuia in fi. ff. de annu. leg. & c. 1. §. 1. in tit. hic finitur lex. Verum quia fuit dies præfixa cessat hoc arbitrium iudicis, licet infra modicum tẽpus potuisset mora purgari per text. cum gl. & ibi notatis per doct. in d. c. potuit. Concludendum ergo videtur ꝙ tam per diei & termini appositionem quam per interpellationem, vasalli qui non soluerunt indubitanter ceciderunt à feudo.

29 † Quarto vidẽdũ est, an per cessationem in soluendo vnius ex vasallis alij ceciderint à iure suo. & breuibus inuenio quod hãc quęstionem in indiuiduo, tangit Hostien. in summa de feudis. §. quibus modis vers. quid si quis facit censum, vbi cõcludit quod ꝓ ea parte pro qua respectiuè cessatur pro ea vasallus cadit, allegat d. c. constitutus in fi. de reli. do. & cap. propter sterillitatem. §. verũ loca. & c. Raynaldus. §. cæterũ cum præce. de testa. & qđ in simili dicimus in vasallo alienãte feudum contra constitutionẽ Federici Cõradi vel Lotharii vt pro ea tantum parte cadat pro qua alienauit c. 1. de capi. Cõra. c. imperialem §. 1. cũ ibi notatis, de prohibi. alie. feu. per Fede. ca. 1. de ꝓhi. alie. feu. per Loth. qa non habet pœna excedere delictũ, l. sancimus. C. de pœnis, & l. rescriptum cum similibus. ff. de his qui. vt indi. quod omissis argumentis q̃ vrgenter adduci possent in partẽ contrariam, verũ est indubitãter, quia de iure Canonico & in terris ecclesiæ per cessationem vnius ex sociis alij soluentes non cadũt, nec per cessationem partis quis cadit à toto. Ita dixit Imol. in d. c. potuit in 39. col. dum examinat quęstionẽ similẽ de emphytheota, eo qa ius Can. nõ sic subtiliter considerat materiam diuidui & indiuidui sicut ius ciuile, vt dicũt gl. & doc. in ca. suã de pœnis, traditur per doct. maxime Modernos & Alex. in l. eandem §. cato. ff. de ver. obl. Concludẽdum ergo videtur quod pro ea parte qua cessatum fuit in solutione pro ea respectiue ceciderit non soluens, & quod propter non so-

non solutionem vnius alii soluētes à sua portione cecidisse non dicantur.

30 † Quinto uidendū est, an prætextu lesionis in modicitate dicti census competat Reuerēdissimo moderno domino Episcopo successori restitutio aduersus cōcessionem dicti feudi. Et videtur quod nō duplici aut triplici ratione. Primo quia in tali casu non pōt prætextu modicitatis census contingere læsio, propterea quia feudū principaliter nō debet dari propter pecuniam sed ꝓpter amorē & honorē domini concedentis, vt habetur in ca. 1. de feu. da. in vi. leg. commis. & sic non debet attendi modicitas census seu annuæ pensionis, eo qa in his quæ principaliter dantur ob honorem nō attēditur talis læsio, vt videmus in emphytheosi per ea q̄ habētur in auth. qui rem. C. de sac. san. cum concor. sup. allegatis. vbi sufficit modicus canō in cōcessione emphytheosis. Et ita cōsuluit Ale. in cons. 79. incip. Redemptoris nostri. &c. Circa primū de quo quæritur in 1. vol. in 4. col. vers. hoc probo, allegat notata per Io. de Imol. in c. ad nostram, de reb. ecclesi. non alie. vbi plus dicit ꝙ licet quis probaret tale feudum potuisse sub maiore pēsione concedi, tñ propter hoc non dicetur ꝓbatum ꝙ pro competenti pensione nō fuerit facta concessio, eo quia rei qualitas & natura suadent ꝙ sit competens, & secundum cōmunem accidentiā talis pensio in feudo ꝙ principaliter ob amorem & honorem conceditut, dicetur cōpetens per l. prætia rerum cū materia. ff. ad leg. fal. Est. n. secundum eum pars pensionis personalis obligatio quæ continetur in iuramento fidelitatis secūdum formam nouæ & antiquæ formæ fidelitatis, iuxta titulum de for. fideli. & de no. for. fideli. argu. l. fundi partem. ff. de contrahē. emp. quæ lex multum stringit ad istud propositum.

31 † Secundo quia vt dixit Spec. in tit. de emp. & vendi. §. nūc dicēdū. in versi. sed nunqd, quē sequitur Bal. in l. 2. in 5. col. ver. sed an habeat locū hæc l. C. de rescin. vendi. in feudis cessat remedium d. l. 2. eo qa est remuneratio inęstimabilis fidei quā debet vasallus domino,

32 cuius salutem tueri tenetur. † Secunda ratione non pōt concedi restitutio, quia si considere tur redditus qui ex ipsa re percipitur, videtur concessum ipsum feudum sub iusta mercede, qa de iure cōmuni illa dicitur iusta merces, q̄ ascendit ad redditum qui percipitur ex re ipsa, facta diminutione sextæ partis cōsiderando tēpus cōcessionis, vt in auth. perpetua. C. de sac. san. eccl. vbi glo. in versi. iusta. cū ibi notatis per doc. Spec. in ti. de loca. §. nunc aliqua versi. vt autē, cum seq. & notatur in auth. de alie. & emph. §. 1. & in §. quia vero. in auth.

33 de nō alie. † Nec dicatur ꝙ tale feudum esset de mensa, cum secundū aliquos feuda descripta per officiales ad hoc deputatos inter res quæ sunt de mensa, & feuda q̄ deuoluta sunt ad episcopum scd̄m aliquos post annum; secundum aliquos post 40. annos dicātur effecta de mensa ꝑlati, vt per Inno. Imo. & scribentes in ca. ut super, de re. eccles. non alie. & per Imol. in c. 2. in pen. & antepenul. col. de feud.

34 † adeo vt libere infeudari non possint sine consensu capituli & non præcedēte solemnitate requisita regulariter in alienationib. rerū ecclesiæ, de qua in c. tua, & in ca. cum apostolica, de his quæ fiūt à præla. & in c. nulli. cū ibi notatis, de reb. eccle. non alie. c. abbatibus & c. sane, 12. q. 2. & c. 1. de reb. ecc. non alie. in 6. Quia confirmatio Pontificis & licētia papę permissiua talis infeudationis tollit hāc obiectionem, vt patet ex notatis per glo. in ca. 1. in versi. defensores, de reb. eccl. non alie. in 6. & per Host. & doc. in c. 1. de his quæ fiunt à ꝑla. sine consen. ca. per Inn. in c. 1. de transa. & per glo. in c. quibuscunq; 12. q. 2. & per gl. in vers. ordinatur. in auth. ꝑpetua. C. de sacrosan. ecc.

Et licet hunc casum habeā pro dubitabili, tamen dici potest ꝙ his non obstātibus sit cōcedenda restitutio aduersus dictā concessionem per tex. expressum in c. ad nostrā, de reb. eccle. non alie. vbi patet ꝙ papa mandat restitui in integrum concessionē feudi, ex qua fuerat ecclesia enormiter læsa, licet ꝓ eo fuisset certa pecunia ecclesiæ promissa & soluta. Et sic apparet ꝙ in feudo ecclesiæ nō attenditur illud fundamentū ꝙ feuda non soleant concedi ob pecuniā sed principaliter & ob amorem ac honorē domini, facit quod alias dixi secundū Bald. in ti. de pace constan. in ver. libellario ꝙ ecclesiæ Lombardię magis curant de redditibus bursalibus quā de seruitiis personalibus, & coniecturæ quas ibi addidi suadent ꝙ ecclesia effecta pauperior ob talē concessionem sit restituēda, prout in casu nostro accidit, quinimmo illud feudū uidetur necessarium episcopatui Asten. ita vt ipsum recedere oporteret. Nec est per omnia bonū fundamentum ꝙ in feudo non debeat attendi lęsio quæ consistit in modicitate pensionis, eo quia feudū non propter pecuniā principaliter sed ob amorē & honorē domini conceditur. d. c. 1. de feu. da. in 6. leg. commis. quia immo sæpenumero feudū cōceditur cum pecunia, vt est Gl. & ibi doc. in d. c. 1. & in c. 1. de inuesti. in mari. fa. & in c. titius, si de feu. fue. controuer. & in c. 1. de natura feu. & in c. 1. de bene. fra. & ibi per And. de Iser. Et vt dixi text. in d. c. ad nostram expresse probat quod cessante prædicta ratione, nihilominus ecclesia læ-

35 sa restituatur. † Et ideo Roma. in l. si quis cū aliter in 10. fallen. ff. de ver. obli. dixit quod in d. c. ad nostram cum glo. est casus ꝙ in feudo habeat locum remediū l. 2. C. de rescin. vēdi. Et si dicatur ꝙ ibi non tenebatur vasallus ad ea q̄ sunt de natura feudi, & quæ veniūt in iuramento

ramento fidelitatis, sed ex præstatione pecuniaria acquisiuerat sibi feudũ sine seruitio personali. Respondetur ꝙ verba tex. innuunt cõtrarium, dicitur.n. ibi quod Abbas concesserat in feudũ tali conditione apposita, ꝙ idem 80. libras persolueret. Et sic fuit vera concessio feudi, & conditio apposita fecit ipsum dici conditionatum, per ea q̃ dixi in primo articulo prin. Nec est possibile aliter dicere, quia ex quo interuenit ibi læsio vltra dimidiã iusti præcij dixisset papa cõpetere remediũ ordinariũ & de iure cõmuni, de quo in l. 2. C. de rescin. vendi. & c. cum dilecti. de emp. & vendi. & in l. si quis cũ aliter cũ ibi notatis. ff. de ver. obli. Et audeo dicere ꝙ si feudũ cõcederetur ob pensionẽ quę magis concerneret honorẽ domini & præeminentiã quam cõmmodum pecuniariũ, iuxta ea q̃ dixi in 2. arti. prin. vt si esset præstandus accipiter aut ensis aut brauiũ in certo festo anni, quod eo casu nõ foret cõsideranda ita de facili læsio, sed quando pensio tendit æque principaliter ad cõmodũ pecuniarium apparet quod contrahentes non intendebant feudũ concedi gratis ac magis principaliter ob amorẽ & honorem domini quã ob ipsum commodum, vnde si ex mente contrahentiũ de pecuniario cõmodo tractabatur, & in eo interuenit lęsio certe, cui dubium ꝙ competat restitutio, & ita videtur loqui tex. in d. c. ad nostram, quæ læsio secũdum Imol. ibi in 2. col. consideratur an reperti fuissent alli plus pręstaturi, dummodo nõ sit modica læsio, quia pro ea nõ competeret restitutio, vt per gl. & docto. in d. c. ad nostrã, & in l. scio. ff. de in integ. resti. Et clarũ est quod feuda regulantur ex conuentionib. & qualitatib. adiectis per contrahentes & ex tenore inuestituræ ac mente cõtrahentiũ magis quam ex natura feudi, vt habetur in c. 1. de feu. non ha. propri. natu. feud. iunctis his quæ copiosè ad hoc adducta fuerũt in 1. arti. princi. Quia aũt in casu nostro, de cõmodo pecuniario necessario tractaretur satis ample probaui in 2. arti. prin. tam ex verbis & mente contrahentiũ quam ex coniecturis & euidẽtissimis præsum-
36 ptionib. † Et in casu nostro dicitur iusta merces quæ collecta in 20 annis continet iustam rei æstimationem. §. si uero alicuius ecclesiastici, in auth. de nõ alie. & not. gl. in auth. perpetua in uerb. iustam. C. de sac. san. ecc. & ibidem per doct. Sunt.n. feuda castra & iurisdictiones maiore digna precio quam reddant pensiones per d. §. si vero. Et attenta prædicta consideratione si colligeretur merces promissa pro feudo de quo agimus non ascenderet ad summã quæ posset æquiualere sextæ parti
37 ipsius feudi. † Nec dicatur quod hæc restitutio competere non possit, eo quia à tempore concessionis dicti feudi fluxerũt anni 34. vel circa, quoniam post quadriennium ecclesiæ non competit restitutio etiam ratione enormis læsionis. c. 1. de in integ. resti. in 6. & nota in c. 1. e. ti. in antiquis, & in d. c. ad nostram per Roma. plene in consi. 407. in fi. incip. cũ præsupponatur, quia prout dixit text. in d. c. de in integ. resti. in 6. ex rationabili causa potest superior moueri ad concedendam restitutionẽ in integrũ ecclesiæ, etiam lapso quadriennio, inter quas legitimas causas glos. ibi duas adducit quæ stringunt ad propositum. s. si ecclesia fuerit passa varias mutationes prælatorũ, vt i casu nostro vel si ecclesia passa fuerit eminentissimum damnũ, respectu.n. talis enormissimæ læsionis competit restitutio ecclesiæ etiam vltra quadriennium, vt ẽt voluit Pano. in c. 1. in secundo notabili, de in integ. resti. & in d. c. ad nostram. Rom. in consi. 123. in pen. col. & 407. in fi. Imo. in cle. 1. in glo. in versi. finiri, de in integ. resti. Ant. de But. in c. cum ex litteris, eo. tit. in antiquis. But. & Imol. in d. c. ad nostram, & Roma. in consi. 369. in 7. colũ.
38 † Et læsio quidem est enormissima considerata conditione reddituum episcopatus Asten. qui erant multum tenues, & adhuc sunt iuxta ea quæ dixit Panor. in d. c. 1. de in inte. resti. in antiquis in 3. col. post glo. in uersi. illustriũ in c. fi. de re iudic. in 6. & notata in authẽ. nisi breuiores. C. de sen. ex peri. re. & licet nõ posset forsan dici enormissima læsio rõne vnius anni vel duorũ, tamen ex quo ista pensio est singulis annis in perpetuum cõcedenda, dicerem ipsam læsionẽ, licet modica foret, eo quia multotiẽs cõtingit & perpetuo duratura est, fore ea rõne enormissimã, p ea q̃ dixit Pan. i d. c. 1. in 3. col. de in integ. rest. post gl. ibi nec tollit hãc petitionẽ restitutionis i integ. confirmatio pontificis si qua interuenit ut est tex. & ibi Pan. & scribentes in c. cũ ex litteris & seq.
39 de in integ. rest. † Facit quod in simili dicitur de alienatione facta cũ decreto, vt in ea nihilominus habeat locũ remediũ d. l. 2. C. de rescin. vendi. vt dicunt Ro. Imol. & Ale. in d. l. si quis cũ aliter. ff. de verb. obl. Et vt habetur secundum unã lec. in d. c. cum ex litteris, ecclesiæ bene potest cõpetere restitutio, papa mandante etiã post quadrienniũ. Facit quod dixit
40 Ang. in l. omnes. C. de præscrip. tri. an. † Vbi voluit ꝙ princeps possit restituere aduersus pscriptionem de benignitate. Et ꝙ dixit Bal. in in l. fi. circa fi. commen. C. sen. rescin. nõ pos.
41 † ꝙ princeps cũ clausula, non obstante possit restituere aduersus desertionem appellationis, & quod dixit Inn. in c. quæ in ecclesiarũ, de const. Et Bar. in l. fi. post gl. C. si contra ius,
42 quod † Princeps etiam sine causa possit auferre ea quę sunt inducta a iure ciuili, super quo licet plura dici possent ulterius non insisto. Cũ ergo appareat quod papa mandat nõ obstante quocunq; lapsu temporis, Reuerendissimum D. D. episcopum restitui aduersus pdictam

ctam lęsionē quatenus sit enormis, non est curandum, an sit enormissima, licet per ea quæ superius deduxi posset dici ista læsio enormissima. Et considero circa hoc & pdicta pro vltimis verbis ea quę dixit Pau. de Cast. in l. 1. C.
43 si aduer. vend. pig. † Vbi voluit ꝙ minori pro minimo damno nō competat restitutio d. l. scio, sed pro modico, sic nisi interueniat iudicis auctoritas in venditione pignoris, qa auctoritas iudicis operatur, vt pro modico non cōpetat restitutio sed pro magno damno vel enormi læsione, quoniā ex eius verbis concipitur q̄ dicatur in restitutione minoris tertia species & maior ac superlatiua species læsionis, quia est illa q̄ est vltra modicam quæ appellatur magna & immoderata q̄ consistit in iudicis arbitrio, vt ibi traditur per Bal. Albe. & Saly. & per Panor. in d. c. 1. de in integ. resti. in 3. col. Et gl. insti. de contrahen. empt. §. prætium, & in auth. de hæred. & fal. §. si vero absunt, & Bal. ac alios ī c. quintaualli s, de iureiu. licet in alijs terminis aliter capiatur, vt patet ex notatis plene p Ale. ī l. si qs arbitratu in fi.
44 cōmē. ff. de verb. ob. † Sexto uidendū est, an & q̄uo agēdū sit cōtra dictos vasallos, in quo articulo est distinguendū, qa aut agēdū putabitur eo ptextu, quia cēsus nō fuerit solutus, aut ex capite restitutionis in integrū prætextu læsionis q̄ interuenit in ipso cōtractu. Primo casu inuenio Fulg. in consi. vlti. in vlti. col. consuluisse ꝙ vasallus nō soluens censum domino directo cadit à feudo ipso iure per no. per Inn. Hosti. & Io. And. in c. constitutus, de reli.
45 do. inducendo vt ibi per eū. † Pro quo adduci posset qđ in simili dicitur de emphytheota vt domino volente propter non solutionem canonis cadat ipso iure ab emphytheosi, de quo per Bar. & scribentes in l. 2. C. de iure emphy. & Bal. in addi. Spec. in titu. de loca. in 12. col. fi. & Pau. de Cast. in cons. 160. inc. in Chri-
46 sti nomine in casu præsenti &c. † Et quod dicitur de alienante feudū irrequisito domino vt ipso iure cadat à feudo secundū cōmuniorē opi. & patet in c. 1. in tit. quis iuris, de quo per Bal. & alios post gl. in c. 1. §. callidis, de prohi. alie. feu. per Fede. & c. 1. §. item si fidelis, quib. mo. feu. ami. per Bal. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & in d. c. 1. §. deniq;, quæ fuit prima cau. benefi. amit. Ang. & Imol. in l. item eorū
47 ff. de da. infe. cum concor. ibi allegatis. † Facit qđ in simili dicimus de vasallo qui efficitur demēs vel alias incapax vt priuetur ipo iure, vt est text. in c. qui clericus, & ibi Bald. si de feu. fue. cōtrouer. inter dominum & agna. Facit qđ dixit Bald. in ca. 1. §. 1. qui. mo. feu. amit.
48 vbi dixit quod quando † quis à iure priuatur de rebus suis non est ferenda sentētia nisi declaratoria. Sed Cu. in d. consi. 164. incip. prælatus ecclesiæ in 2. col. in fi. cum princ. seq. tenet ꝙ per non solutionem census vasallus nō priuetur ipso iure, ea ratione, qa feudatarius ratione culpæ committitur in faciendo & q̄ maior est quam illa quæ cōsistit in omittēdo non priuatur ipso iure sed per sententiā, vt est casus in c. 1. in tit. de feu. sine cul. non amit. & c. 1. quo temp. mil. & habetur plene in d. §. callidis, vbi doc. assignāt rationē differētiæ inter amittētē feudum ex alienatione & ex culpa, quia in primo casu amittatur ipso iure & nō in secundo. s. quia alienās & tradens videtur habere feudū pro derelicto abdicando illud
49 à se, secus in committente culpā vel felloniā. † Et ꝙ talis feudatarius propter nō solutionem pēsionis seu nō præstationē seruitii sit p sententiā & ipso iure priuandus, tenuit Iaco. Alua. in d. c. 1. §. sed nec alia in 1. & 3. col. in ti. quę fuit prima cau. benefi. amit. Et licet And. de Iser. in d. §. calidis, dicat ꝙ ista inuestigatio non sit vtilis, quia in omnē casum requiritur sententia saltē declaratoria, vt in prædictis locis traditur & per Bart. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisc. tamē ista inuestigatio pōt esse vtilis ratione fructuum medii temporis, vt in auth. de inces. nup. in prin. sicut dicimus quando disputatur de dominio rei dotalis p l. in rebus. C. de iure do. Item est necessaria pter modū agēdi qui est diuersus, vt declarat Alua. in d. §. sed nec alia in 2. & 3. col. vbi dat modū agēdi in proposito nostro, ad cuius copiosę dicta me remitto, vbi dat remissiue modum formandi libellū cōtra talē vasallū post Spe. in tit. de feu. §. fi. & in titu. de offic. ord. versi. eodem mō. Et huic vltimæ opinioni ꝙ vasalli prædicti nō ceciderint ipso iure à feudo propter nō solutionē canonis acquiescerem, nisi detur mihi tempus plenius cogitandi per rationes & iura per Cuma. & Alua. allegata per quæ apparet responsum ad iura & rationes in contrarium adductas, si autem putetur agendum prætextu læsionis quę interuenit in ipso contractu, quomodo agendum sit elicitur ex deductis per me in articulo proxime præcedēti, iuxta materiam c. ad nostram, de reb. eccle. non alie. cum ibi notatis p Imo. Potest. n. ex capite læsionis attentari remediū l. 2. C. de rescin. vend. quando interuenisset læsio vltra dimidiam iusti prætij, sed in nostro proposito, an de tali curare debeamus est q̄stio facti. s. an alius fuisset præstiturus plus dimidia quam ipse nobilis Georgius promiserit habita etiam ratione seruitiorum personalium, alias autem competit saltem remedium restitutionis in integrum ratione enormis vel enormissimæ læsionis, iuxta deducta & allegata in præcedenti arti. Q̄uo autem formandus sit libellus non est meum hic attingere. Ex his cum laude Dei expedita sunt potiora dubia in casu mihi pposito emergētia.

Et ita de iure videtur mihi Alb. Bruno saluo semp iudicio cuiuslibet rectius sentiētis.

INVE-

INVESTITVRA IN QVOVIS feudo infra quantum tempus sit petenda. Consi. XLII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus infra quantum tempus inuestituram petere debet.*
2 *Vasallus alienans feudum sine licentia domini & sine sui consensus reseruatione, an & quando illud amittitur.*
3 *Alienans feudũ si placuerit domino an cadat ab eo.*

1 DVM queritur, † an quis teneatur infra annum & diem petere inuestiturarum, iuxta text.& not.in c.1.in prin.quæ fuit prima cau.benefi.amit.& in c.1.§. præterea si quis, de prohi.alie.feud.per Fede. duplex fit consideratio, An petatur inuestitura de feudo antiquo, quo casu non est ꝓpria inuestitura sed confirmatio concessionis ab antecessoribus facta, vt per Aluar.in cap.1.in prin. 1.col.per quos fiat inuestit. Et ista debet necessario peti infra annũ & diem à pagano, alias feudũ amitteretur iuribus præallegatis, vel infra annum & mensem à milite, vt in c.1. quo temp.mi.in vsi.feu.Fallit in multis casib. qui notantur in d.c.1.in prin.quę fuit pri.cau. benefi.amit. Et iste non est casus noster.

Alia consideratio fit in feudo nouo, & tũc si quis illud acquirat à principe vel ex eius ꝑmissione, regula est ꝙ nullum tẽpus sit limitatum in petenda inuestitura, vt per Bal.in d.c. 1.quo temp.mili.quod scđm Alua.in c.1.§.fi. pe.col.ver.sed aduerte &c. per quos fiat inue. ꝓcedit nisi dominus offerret possessionem ei cui feudũ nouũ conceditur, & ꝙ veniret ad se inuestiendũ, quia tunc statim venire tenetur alias feudũ amitteret, de quo ẽt notatur ĩ tex. & glo.& ꝑ doc.in d.ca.1.§.est & alia, quæ fuit prima cau.benefi.amit. vbi tãgitur, an domino requirente & ita se offerente possit dicere vasallus ꝙ vult expectare annum & diẽ. Et ad ibi dicta me remitto, quia nõ est casus noster, licet secũdum Andr. de Iser.& Modernos ibi & in prin. ac communiter scribentes sit generale ꝙ siue in veteri, siue in nouo feudo habẽs possessionẽ teneatur infra annũ & diem petere inuestiturã. Et ideo Bald. caute dixit ibi ꝙ nullum tẽpus currit in petenda inuestitura, videlicet reali hoc est per quã transferatur possessio in petentẽ, licet secus in verbali quæ fieri solet habẽti possessionem, ita ꝙ non sit necessaria translatio possessionis. Et iste etiam non est casus noster seu præsens. Nam casus noster est quando quis acquirit à vasallo. Et hic sunt faciẽdi tres casus, nam aut quis acqrit sine licẽtia domini & sine reseruatione sui consensus, & eo casu frustra quærimus de in-

2 uestitura ratione talis alienationis, † quia vasallus feudũ amittit per talem alienationem, vt in c.1.in prin. de prohi.feu. alie. per Fed.cũ simili.ꝙ ꝓcedit interueniente traditione possessionis, vt infra dicetur vel si apponatur in instrumento constitutum, vt per Alua. in ca. 1.versi.quid autem si traditio, vbi etiam Moderni, quid iu.si post alie.feu.vasal.illud recu. in vsi.feu.facit consilium Ant. de Butr.33.qđ incip.de iure.alias sine translatione possessionis & licentia alienatio est nulla, vt in locis prædictis habetur, & infra dicetur. Aut qs primo impetrat licentiam, & postea acquirit titulum, & tunc si adest constitutum vel traditur actualiter possessio est necessaria petitio inuestituræ infra tempus anni & diei per ea q̃ sunt sup.proxime, ꝙ illud tempus currat possessori siue in antiquo feudo siue nouo, quia tunc nil aliud restat cum adsit uoluntas domini titulus & possessionis acquisitio, ita ꝙ ius alienantis penitus sit transfusum & extinctum. Si uero impetrata licentia nõ adest cõstitutum nec traditur possessio actualis, tunc sto in antiqua regula ꝙ nullum currat tempus ad petendum inuestituram, ratio q̃a istud tempus præfigitur possessori & habenti ius in re, quod patet, quia dicunt doc. de quibus supra ꝙ in petenda reali inuestitura, & per quã possessio traditur non est statutum tẽpus (ut dictum fuit) Alia ratio est, quia cum nudo titulo dominium non transferatur ante traditam possessionem alienans, & primus vasallus remanet dominus, adeo ꝙ etiam sine licentia sic alienando non amittit primus vasallus feudum sed durat dominus, vt per Bal. in c.1.§.aut si libellario, iuxta fin.cõmen.qui. mo.feu.amit. & in ca.1.§.deniq;, quæ fuit prima cau.benefi.amit.& in d.c.1.in princ.circa prin.commen.ubi Moderni in 5.col. de ꝓhi. alie.feu.per Fede. Item non conueniunt verba iuris ꝙ debeat non petens feudo priuari, cum ius nondum habeat, ergo nec dispositio per not.per Bar.in l.dies.§.prætor in fi.commen.ff.de dam.infect. Sed adhuc iste non est casus noster indiuidualis.

3 † Tertius casus est & noster quando quis acquirit à vasallo sine licentia, saluo tamẽ beneplacito seu cõsensu domini adiectis maxime illius verbis & non aliter nec alio modo & cum clausula constituti ac facultate capiẽdi possessionẽ saluo dicto consensu, non procedendo ad actualem possessionis traditionẽ prout in proposito, quia alienans semper stetit in actuali possessione. Et tunc adhuc persistendum est in antiqua regula ꝙ ad petẽdum inuestituram feudi noui nullum currat tempus & ꝙ etiam post annum & diem licet illã petere sine periculo amissionis, ratio est quia omnis effectus alienationis & tam tituli quã translationis possessionis confertur in voluntatem

tatem & arbitrium domini, ita ꝙ nolente vel contradicēte domino nō videatur facta alienatio, vt per Bald. in d.c.1.§.fi. prope fi. commen. quæ fuit pri.cau.benefi. amit. vbi etiam Alua.& Moderni, & per Panor. in d.c.2. prope fin. commen. vbi etiam Cardi. de feudis, iunctis quæstionibus quas in proposito tāgit dominus Præpo. in d.c.1. in prin. 5.col. cum princ. seq. de prohi. alie. feu. per Fede. cū concor. Facit quia illa clausula, saluo beneplacito &c. facit contractū & actum conditionalem per vulgatam glos. in l. item labeo. §.1. in uerbo pure. ff. famil. ercis. Pro quo facit ēt, quia alienatio facta sub conditione, si domino placuerit, est in feudis permissa, vt per Bal. in c.1.§. hoc quoq; circa fin. commen. de suc. feu. & Alua. in d.c.1. in princ. pe. vel vlti. col. vbi etiam do. Præpo. in 5.& 6. colū. de prohi. alie. feu. per Fede. Et est aduertendum ad id quod dictum fuit sup. de adiectione illorum verborum, & non aliter nec alio modo, quia multi docto. tenuerunt ꝙ procedendo ad traditionem vasallus priuetur feudo etiam apposita illa clausula, saluo beneplacito sine illis verbis, & non aliter nec alio modo, vt per Bald. Panor. Alua. & Præpo. in locis proxi. allegatis. Item dictum fuit non procedendo ad actualem traditionem, propterea quia aliqui volunt ꝙ alienans cum traditione actualis possessionis etiam adiectis omnibus antedictis verbis cadat à iure suo, vt per Fely. in cap. quæ in ecclesiarū in 33.col. cum seq. de constit. maxime si recuperatio possessionis est domino difficilis, vt ibi, & per Præpo. in d.c.1. in prin. 5.col. circa fi. de prohi. alie. feud. per Fede. quæ dubia cessant in isto casu.

An valeat testamentum vel donatio facta per subditum cuius bona sunt dominis obligata ad successionem, & tertiam donationē, etiā si fiat in descendentes & coniunctos alienantis. Et an sit soluendum laudemium, & quando domini veniant ad successionē talis.

CONSILIVM XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Subditus an donare & testari possit de bonis subiectis dominis ad successionem & tertiam venditionem & nume. 7*

2 *Testamentum coram septem testibus fieri debet.*

3 *Testamentum inter liberos valet cum duobus testibus.*

4 *Donatio inter parentes & liberos morte confirmatur.*

5 *Testamētū an vicietur ex contractu in eo apposito.*

6 *Testamentum etiam inter liberos non valet vbi adest defectus uoluntatis.*

7 *Homo meus inter suos testari potest.*

8 *Coloni qui & de quibus bonis testari possunt.*

9 *Res concessa in homagium cum fictu non dicitur proprie feudum.*

10 *Sui qui appellentur.*

11 *Diuisio facta sub nomine quotæ per patrem inter filios vim habet testamenti aut dispositionis abintestato si facta fuerit sub nomine certæ rei.*

12 *Donatio facta inter auum et nepotem reuocatur per generalem clausulam, in omnibus autem aliis bonis meis talem hæredem instituo.*

13 *Diuisio hodie an tollat præcedens testamentum.*

14 *Testamento irritato & contractus in eo appositus irritatus intelligitur & est contra.*

15 *Laudemium an sit de donatione soluendum.*

16 *Gabella non soluitur de contractu inter patrem & filium.*

17 *Homagii constitutio de consuetudine introducta.*

18 *Homagium contractus nominatus dicitur nominatione specifica consuetudinis.*

19 *Venditionis appellatione venit contractus quilibet per quem dominium transfertur.*

20 *Consuetudo quæ contra ius diuinum vel gentium est, seruari non debet.*

21 *Domini quando veniant ad successionem subditi cui succedere possunt.*

22 *Ius accrescendi locum habet in vltimis uoluntatib.*

OMNIPOTENTIS Dei & Almæ Virginis inuocato presidio.
1 † Circa casum mihi præsuppositum videndum est de pluribus. Et primo an valeat testamentum Oberti cuius bona sunt obligata condominis Monalis iure successionis, & tertiæ venditionis ac ad certas rodias &c.

2 † Et primo videretur dicēdū ꝙ nō, ratione formæ deficiētis, eo qa non adsunt nisi sex testas & tñ in testamantis ēt nuncupatiuis exiguntur septem l. hac cōsultissima. §. per nuncupationē. C. de testa. §. fi. inst. eo. cū cōco. sed
3 hoc nō obstāte † valet testamentū, eo qa factū fuit inter liberos ēt si nō affuissent nisi duo testes, dicta l. hac consultissima. §. ex imperfecto & in authentico de testa. imper. in princ.
Secūdo videret dicendū, ꝙ nō valeat saltē rōne volūtatis deficientis pp donationē factā
4 in ipso testamēto, clarū est aūt ꝙ † donatio ēt inter parētes & liberos, dicitur actus inter viuos q̃uis morte cōfirmetur, vt patet ī l. ex verbis, & ibi notatur & in l. donationis. C. de do-
5 nationi. inter vi. & vxo. † Sed sic ē ꝙ cōtractus factus in testō vitiat testamentū ratione volūtatis q̃ non præsumitur deliberata pp actum inter uiuos inter medium vt ex text. in l. cum antiquitas. C. de testam. & in l. hæredes palam
6 §. finali. ff. eodem titulo. † Et ubi est defectus voluntatis non valet testamentum etiā inter liberos vt notat Bar. & alii in dicto §. ex imperfecto vbi plene de materia ergo &c.
Sed hoc nō obstante valet testamentū, quia

secundũ Baldum Paulũ & Imolam, & Franciscũ de Aretio in d. §. fi. & Alexandrum & Moder. nos in dicta l. cum antiquitas & Romanũ in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obl. quam opinio. docto. dicunt esse communem praedicta forent uera quando contractus nullatenus foret pertinens ad testamentum, alias autem secus, puta si quis diceret in testamento, lego dimidiam fundi vel bonorũ tali, & aliam dimidiam dono inter viuos, vel si testator diceret se velle & ꝙ ex nunc vendit vel don. vel si dicat testator si non valeat mea dispositio vt testamentum uolo ꝙ valeat vt donatio inter viuos, sed sic est ꝙ in casũ nostro pertinebat ad testamentum dicta donatio perinde ac si testator dixisset alia bona mea volo donare nepotib. meis, ergo ex hoc capite non potest impugnari testamentũ. possem pro praedicta sentẽtia adducere ꝙ voluit Romanus in consilio 283. incipiente praesupposito ꝙ dictum legatum, & plura alia quae breuitatis gratia omitto.

7 † Sed pulchrius est videre & attingere, an licuerit ipsi Oberto testari de talibus bonis subiectis successioni & tertiae vẽditioni vt supra dixi, & videtur dicendum ꝙ non cum teneret illa in homagium seu feudum non ligium à condominis loci monalis, vt praesupponitur, quo casu non est licitum testari. c. 1. in princip. de successio. feud. & c. 1. §. donare, qua. olim feud. po. ali. Contrariam tamen sententiam puto de iure veriorem & moueor ꝑ ea quae voluit Spec. in titulo de feudis. §. quoniam super homagiis versic. 19. quaeritur, ubi disputat late an homo meus possit testari, & demum concludit quod sic inter suos cum sit liber. l. testandi. C. de testamẽtis, & l. si non §. fi. ff. de bon. liber. Idem sequitur ibi Ioãnes Andreae, facit l. nemo. C. de iude. & l. dudum, de contrahen. emptio. & ita dixit Nicolaus de neapo. & Ioan. de plat. in l. in illis. C. non licere metro. ha. lib. 11. sequitur Bald. in l. fi. C. de haeredi. decu. facit d. l. in illis, vbi non licet bona assignata in extraneum non subditum transferre alias secus quamuis bona eorum

8 non sint qui alienant, † & pro praedicta opinione est pulchra & notabilis glosa in l. coloni. C. in quibus cau. colo. cen. libr. 11. in verbo alienare, quam glosam, ibi sequitur Nicolaus de neapo. quae glo. loquitur in colonis q̃ sunt liberi, & recognoscunt dominum de aliqua re sibi ad coloniam concessa ei certum censum pro re praestando. eandem opinionẽ tenet glosa. in l. cum satis §. cum autem Anastasiana. C. de agricol. & cen. eodem libro in verbo permanere. Eandem sententiam in ascriptitio & censito homine tenuit Io. fa. in institu. de iure perso. §. seruitus in principio cõmen. post Specul. in titulo de instrumen. edi. §. compendiose in principio commenti versicu. quid de ascriptitio & dicit dicta l. coloni ꝙ coloni censiti bona dominorum quorum etiam ipsi sunt alienare possunt, & gloss. ibi ac docto. praedicti intelligunt de alienatione inter viuos non autem de alienatione quae fieret in ultima volũtate & inter suos. eandem opinionem tenuit Ioannes de pla. in d. l. cum satis. §. cum autem. Siue ergo aequiparemus homagium in quo superiores habent successionem & tertiam venditionem ascriptitio & censito in quibus dominus post suos succedit vt est textus in l. si quis presbyter. C. de episcopis & cler. & non possunt sine domini licentia alienare. d. l. coloni & ipsi & eorũ bona sunt dominorum vt ibidem poterunt tales homines sicut & isti testari inter suos. Siue eos aequiparemus libertis vt sensit Specul. in dicto. §. quoniam de homagiis versicu. 19. & Nicolaus de neapol. vbi supra & per Barto. in l. liberti, libertaeque. C. de oper. libr. multo magis testari poterunt, vt patet institu. de successo. libr. & in l. licet quae est l. 1. C. de bonor. posses. contra tabu. libe. quorum libertorum cõditio est melior cõditione ascriptitiorum & censitorum, vt patet ex notatis per gl. in d. l. coloni & in d. l. cum satis. §. cum autem.

Non obstat quod dicitur de feudo vt scilicet non possit quis de eo testari, † quia res cõ-
9 cessa pro homagio & fictu certo sub pactis tertiae venditionis ac aliis non dicitur feudum, ca. i. de feudis, non ha. propri. na. feud, & feudum est concessio gratuita &c. §. fin. cum ibi plene notatis, in quib. cau. feud. alie. poss. nec isti homines sunt inuestiti de bonis iuxta concessiones traditas in materia feudali. Ex his itaq; est concludendum quod tã ratione personae quam ratione bonorum possunt tales homines testari, & credo ꝙ secundum nominationem feudorum homines loci monalis dicantur principaliter homines de mansata, qui habitis certis possessionibus seu praediis sub certo seruitio à dominis iurant eis fidelitatem & hoc faciunt ratione ipsorum ꝑdiorum de quo homagio tradit Spec. in d. §. quoniam versi. 19. & pulchre Alua. in praelu. feu. in 7. q. in 3. col. dicens quod isti quasi pro seruis habentur, intelligo secundum ꝑdicta hoc est pro ascriptitiis & censitis iuxta notata in d. §. cum autem in d. l. coloni per Ioãnem de platea de quo etiam per Bal. in praelu. feud. in secunda diuisione. Sed an iste Obertus potuerit donare nepotibus suis hoc est filiis filiorũ. Nicola, de neapo. & Ioãnes de plate. post Andre. de Baru. in d. l. in illis quae est l. vnica, tenuerunt quod sic, quia alienatio intelligitur prohibita in extraneos. & est gl. in d. §. cum au
10 tem in uerbo permanere. † Et appellãtur sui illi qui ab intestato sunt successuri alii autem appellantur extranei, vt in dicta glos. & per Ioannem de plate. in d. l. coloni. & glo. in l. si foemina.

fœmina.C.ad tertul.Dy.in l.secunda & tertia ff.de accu.Ale.plene & modernos in l.gallus §.etiam in 2.& 3.col.ff.de libe.& posth.

11 † His sic præsuppositis secundum videndũ est,an tenuerit donatio facta per ipsum Obertum suis nepotibus ex Mathæo? & oportet dicere quod à principio non tenuit per casum in l.donationes. C.de donationibus inter uirũ,& vxorem; sed an morte fuerit confirmata videtur quod non quia ipse Obertus postmodum diuisit bona donata nepotib.& titulo diuisionis assignauit suis filiis,quę diuisio habet vim dispositionis ex testamento si fuerit facta sub nomine quottę,aut dispositionis ab intestato si fuerit facta sub nomine certę rei,vt est tex.glo.Bal.& doc.in l.quotiens.C.famil.erc.

12 Et dixit Saly.in l.filiæ.C.eo.tit.ꝙ † talis donatio reuocatur per generalẽ clausulã,in omnibus autem aliis bonis meis talem hæredẽ instituo,ergo & per diuisionem credo de iure veriorem,& moueor qa in testamento in quo fuit facta dicta donatio dictis nepotib. adest clausula derogatoria quod si cõtingat ipsum mutare illud testamẽtum non vult mutationem valere nisi fiat expressa mentio de ipso testamento in quo continetur legatum & donatio nepotibus facta, quo casu non poterit valere diuisio in vim alicuius vltimę voluntatis non facta dicta mentione.l.si quis in principio testamenti cum ibi plene notatis.ff.de lega.3.& est expressum de testamento inter liberos in auth.hoc inter liberos & ibi notatur

13 C.de test. † Præterea licet diuisio habeat vim si fiat per modum quottę testamẽti & si secus fiat codicillorum & voluntatis ab intestato, tamen hodie non tollit præcedens testamentum nisi assignatio partium diuisionis fiat titulo institutionis.§.aliud quoque capitulum in authentico vt cũ de ap.cog.Moderni in authen nouissima.C.de inoffi. te. Imo. & Barb. in c.Raynutius, de testa. Salyc.& Ale. in l.humanitatis.C.de impub.& aliis sub. Mathæ.in notabili.158.& Ale.in consi.7.inc.viso consilio alias per me reddito & hoc tenuit Pau. de Cast.in patre volente diuidere in d.l.quotiẽs prope.fi.commen. vt scilicet necessaria sit hæredis institutio honorabili titulo institutionis,nec ipsa diuisio tãquam dispositio ab intestato potest tollere causam testati.l.si iure cum materia.ff.de lega.3.& ista donatio facta in testamento non potest dici esse quid diuersum ab ipso testõ, eo quia in clausula derogatoria dicitur si contingat mutari testamentũ non autem donationem in testamento contentam quoniam vt dixit Bar.in l. cũ quis decedẽs.§.codicillis.ff.de lega 3.& Bald.in l.fi.ꝑ illum tex.ff.de re.eo.& est text. in l.1.§.si quis

14 sub cõditione.ff.vt leg. no.cau.† quo ad ptãtẽ reuocationis & irritationis cõtractus facti in vltima uoluntate sapit eius naturam,ita ut irritato testõ intelligatur & cõtractus irritatus & consequenter est contra.Ex his est concludendum ꝙ donatio facta nepotib. per Obertum in suo testamento tenuerit nec per diuisionem in qua non sit institutio filiorũ & mẽtio clausulæ derogatoriæ sit reuocata.

15 † Tertio videndum foret,an de dicta donatione foret soluẽdum laudemium dominis, quod eisdem præstatur occasione vẽditionis, quod appellatur tertia venditio. Et nisi consuetudo adsit in oppositum dicerem ꝙ non, duplici ratione,primo quia talis alienatio in descendentes ac suos est indistinctè permissa, vt dixi supra in primo articulo principali cir

16 ca fi.† & facit quia vbi alias de contractu deberet soli gabella,tamen si inter patrem & filium fiat contractus donationis non erit de eo soluenda,vt dixit Bar.in l.1.C.de impo.lucra.descri.lib.10.& Ro.in l.1.in 2.col.ff.de in

17 ius voc.vt caueant aut satisdẽt.†Insuꝑ cũ talis cõstitutio homagii ad mãsatã vel aliter sit introducta de cõsuetudine,vt dixit Spec.in d.§. qm̃ vers.2.& Cardi.in cle.pastoralis.§.rursus, de re iudi. & habetur in ca.recolentes,de stat. mona.& in c.ex diligenti, de simo. per Alua. in prælu.feu.in 7.qõne,ita vt secundũ Bald.in c.q̃ in ecclesiarum in 6.col.de const. post Spe

18 cul.in d.§ quoniam versic. 28.† homagium dicatur contractus nominatus nominatione specifica cõsuetudinis,item cum hæc homagia sint odiosa vna cum suis pactis, qa sunt ꝑter naturam libertatis,sunt restringenda & cõsequẽter nõ cõprehẽditur donatio in eis sub

19 noĩe vẽditionis, † licet alias appellatione vẽditionis veniat quisuis cõtractus ꝑ quẽ dominium transfertur.l.sicut.§.venditionis.ff.qui.mo.pi.vel hy.sol & ibi notatur per Barto.in l.alio in 3.col.ff.de ali. & ci.leg. & in l.fin.§.in computatione.C.de iure deli.est text.in l.statu liberã cęteris.§.quintus.ff.de statu li.Bald. in l.emptorẽ.§.sciendum. ff.de edi.& in l.voluntas in vlt.col.C.de fideic. & Pau. de castr. in consi.15.facit ad p̃dictã restrictionẽ c.odia, de reg.iur. in 6.l.cum quidã.ff.de lib.& posthu.& ad propositũ statuti & consuetudinis l. 3.§.hæc verba ff.de neg. ge. & l.de quib.& ibi notatur.ff.de legi.text.cum ibi notatis in c.fi. de offi.Archi.& ad propositum donationis vt non veniat appellatione venditionis in odiosis videatur Bal.in d.l.volũtas in vlti. col.Bar. & Bal.in l.2.C.pro emp.Bald. in l.dudũ.C.de contrahen.emp.& in ca.1.in fi.de feu.& in c.1.vlti.col.per.quos fiat Inue.& in l.fi.C.de re. alie.non alie.cum concor. ibidem allegatis.

Quarto est videndum, an quia dicti nepotes donatarii mortui fuerunt, dñs an uero agnati seu patrui illius succedere debeãt.quod quo ad illũ q superuixit auo donãti res est clara qa p̃supponit ꝙ extet cõsuetudo ꝙ dominus succedat subdito q decesserit sine liberis

etiã si fratres extarẽt aut alii ulteriores agna-
20 ti,†q̃ consuetudo cũ non sit cõtra ius diuinũ vel gentiũ debet seruari.l. de quib. & ibi notatur.ff.de legi.Cy.Bar. & Albe. in l.2.C.q̃ sit lõgi.consue.cũ vul.& prædicta cõsuetudine cessante videretur ꝙ adhuc dñs succedere deberet exclusis agnatis vt per Bald. in d.l.fi.C.de hær.decu.licet in proposito viderim allegari & decidi contrariũ ꝑ quẽdam modernum allegantẽ l.1. C.vnde uir & vxor & l. affinitatis. C.cõm.de suc.& notata per Bar.& Ang.in l.1. C.de bo.vac. libr. 10.in qua materia nõ curo vberius seu pinguius dicere stãte dicta cõsue.

21 †Quo aũt ad illum nepotem qui mortuus fuit in vita aui donãtis superstite alio nepote condonatario,an domini veniãt ad successione, & concludendum est ꝙ ex persona ipsius nepotis mortui in vita aui non veniant,eo qa cum illa donatio nõ valeret & oporteret illã confirmari adhoc vt ualeret morte aui donatarii, d.l.donatiões, effecta fuit quasi caduca, sed an dicta pars iure accrescendi peruenerit ad nepotẽ superstitẽ posset considerari an dici possit ꝙ sic,per ea q̃ voluit Bart. in l.si mihi & titio in 1.2.q.ff.de verb.oblig.& per ea quæ supra deduxi circa hoc,ꝙ ista donatio,ex quo facta fuit in testamẽto debeat regulari secun
22 dum naturã vltimarũ voluntatũ, in † quibus regulariter hẽt locũ ius accrescendi, vt plene traditur ꝑ Bar. in l.re coniuncti. ff.de leg.3.& per Bald.in l.1.C.quando non pete. par.cum concor.ibi adductis, quo casu etiam pro parte quæ contigisset ipsi nepoti præmortuo in vita aui successio dominis pertineret.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

Si Do.habeat bona subditorum vti emphytheotica, an in alienatione quam faciunt subditi debeat requiri domini cõsensus, item an petitio inuestituræ sit necessaria, item an pro quolibet cõtractu debeat solui laudemium.

Consilium. XLIIII.

SUMMARIUM.

1 *Domini consensus an requiratur in alienatione facta à subdito de bonis uti emphytheoticis à domino habitis & inuestituræ petitio sit necessaria nu.4.*
2 *Animus qualis fuerit posterior declarat euentus.*
3 *Factis animus declaratur sicut ex pacto.*
5 *Pro dictio modum importat.*
6 *Participium futuri temporis cõditionem importat.*
7 *Quod est in conditione non est in dispositione.*
8 *Reseruatio cessat vbi reseruationis verba conueniri non possunt.*
9 *Laudemũ an pro quolibet contractu solui debeat.*
10 *Interpretatio debet fieri vt contrahentium dispositiones sint iuri conformes.*
11 *Laudemium non soluitur de alienationibus.*
12 *Laudemium solui non debet in casibus in quibus domini consensus non requiritur.*
13 *Feudum antiquum potest in agnatos sine consensu domini alienari.*

OMNIPOTENTIS Dei & Gloriosæ Virginis Mariæ nominibus & prẽsidio inuocatis. In casu istorũ emphytheotarũ Ozasii visis instrumẽtis in emphytheosim factis ꝑ Ill.quondã Do.Ludouicũ,& transactionib. subsecutis super laudemio soluẽdo, plures occurunt dubi
1 tationes.† Et primo an debeat requiri cõsensus domini in alienatione ipsarum rerũ emphytheoticarum,iuxta l.fi.cum materia sua. C.de iure. emphy. & puto dicendum ꝙ non, qa valet quodcunq; pactum in emphyteosi appositũ.l.1.C.illo eo.titu.& §.adeo,insti. loca. & in instrumẽto transactionis dicitur ꝙ ipse Illus.dominus & eius hæredes ac successores non possint ab hominibus & incolis seu emphytheotis prædictis præsentibus & futuris ꝑ venditione aut alienatione ipsorum bonorũ quicquam aliud exigere vel exquirere nisi trigessimã rationẽ laudemii, & consequẽter nõ est exquirendus consensus, & hoc est expressum in d.l.fi.in prin.vbi dicitur ꝙ non potest emphytheota iura sua alienare sine domini consensu nisi aliter sit conuentũ,quæ conuentio erit seruanda, & ꝙ hoc sonent illa verba, patet,quia verbum exigere & exquirere coniuncta cum illis verbis quicquam aliud, sunt generalia,& nõ pñt, vt patet ad sensum, aliud importare & verbum exigere sonat ꝙ vltra trigesimam aliud exigi non possit & verbum exquirere sonat ꝙ extra hoc laudemiũ quicquam aliud quæri non possit, & verbum quicquam aliud,excludit omnia alia præter laudemium eo modo taxatũ, & aliter intelligendo ipsa verba redderentur superflua & sine effectu,quod non est dicendum secũdum Bal. in rubr.C.de contrahen.emptio.9.quæstione & Alexan.consi.9.& 158.in 3.colum. 2.volu. & vltra hoc est consuetudo non requirendi cõsensum quæ est optima interpres.l. si de interpretatione.ff.de leg.vbi quando dubitatur de intellectu dispotionis debemus recurrere qualiter fuerit retro vsum,facit l.diuturna,eo
2 dem titulo,†& qualis fuerit animus posterior declarat euentus.c.officii, de elect.l.si ventri. §.penultima cum aliis similibus. ff.de priuilegiis, quæ solent allegari ꝙ ex subsequentibus actibus præcedens declaratur animus,& propterea dicebat Bald.in l.si certis annis 3. columna C.de pactis vbi etiam Ang. in proposito emphytheosis, quòd si dubitatur qualis fuerit causa vel eius concessio debemus re-
3 currere ad effectum seu quid sit vsitatũ.†nam factis animus declaratur sicut & pacto.l.đ qb. ff.de

ff.de legi. cum concor. Ita q̄ non liceat alio mō intelligere verba trāsactionis quā fuerint per ipsos transigentes obseruata qui scientiā habebant suæ intentionis & mētis. Et in alienationib. inter eos, res esset magis clara vt in-
4 fra proximo dubio dicetur.† Secundo quæritur, an inuestituræ petitio sit necessaria, & teneo q̄ non per ea q̄ dicta sunt in præcedenti articulo propter illa verba, quicquā aliud exigere & exquirere nō possint nisi laudemiū, & etiā quia adest consuetudo seu obseruātia illam nō petendi, nisi pro venditionib. non habentib. pactū resolutiuū, quæ fuit ab ipsis cōtrahentibus obseruata quæ arguit q̄ talis fuit intētio contrahētium. Item ēt quia cū per trāsactionē vniuersitati & incolis illius loci facta sit cōcessio seu confirmatio, dicere oportet q̄ tota vniuersitas & incolæ p̄sentes & futuri in concessione vel confirmatione cōprehendatur, quo casu ex alienatione inter eos facta nō potest noua persona succedere venire, ita vt reuocatio vel inuestitura nō sit necessaria, per ea quæ vult gl. 2. in verbo dentur prope fi. in auth. si quas ruinas. C. de sac. san. ecc. & Saly. in l. fi. 3. col. in fi. vbi ex verbo ne auaritia &c. C. de iure emphy. vbi ēt d. præce. meus in 18. col. ver. secundo iuxta proximā, dū volunt q̄ ille nō dicitur nouus emphytheota q cōprehenditur sub verbis cōcessionis vel cōfirmationis & q̄ talis nō tenetur petere nouā inuestiturā de emphytheosi, quia nō est noua persona, vnde ex quo omnes de loco tā præsentes quā futuri & syndici nomine vniuersitatis sunt in instrumēto trāsactionis cōprehensi, nō est necessaria in eis renouatio inuestituræ, & licet hoc fundamētum inter eos de loco solū militet, tn̄ alia duo fundamēta militant ēt quo; ad extraneos valet q̄ nihil aliud occasione alienationis sit quęrendū nisi trigesima ratione Laudemii propter transactionē
5 ita cōceptā.† Et nō obstat si dicatur q̄ in transactione expresse cauetur q̄ illa trigesima detur pro laudemio & inuestitura fiendis de his quæ alienabuntur, quoniam respondetur q̄ illa verba pro inuestitura fienda nō astringūt homines ad illam petēdū si nolunt, qđ demōstratur quia illa verba importāt modum vt p̄ Bar. in l. quibus diebus. §. termilius. 3. colum. versi. quid de dictione ꝓ. ff. de cōd. & de, quasi dicat dandis vt fiat inuestitura ipsis dantibus per do. sed sic est q̄ istud onus tēdit ad grauādum do. erga homines dantes laudemiū non econtra, quia homines non sunt illi qui dēnt facere inuestituram & ideo non astringit nec necessitat homines, sed do. ipsis petentib. dimittit homines in libertate an velint petere vt pater, & probatur ex text. in l. titio centū in prin. vbi docto. & clare Pau. de Castr. ff. de
6 condi. & de.† & si dicamus istud participium fienda vel fiēdis cū sit participiū futuri temporis importare cōditionē, vt notat Bar. in l. si tu ex parte. ff. de acq. hære. in fi. cōment. & in l. 1. 7. q. ff. de condi. & demon. ēt ex hoc capite nō astringūtur hoīes, quia cōditionalia verba nō
7 disponūt,† cū ea q̄ sunt in conditione nō sint in dispositione. l. si quis sub cōditione dādorū decē. ff. si qs omis. cā testa. cū ibi notatis, & est bonus text. in l. si qs ita hæres instituatur si legitimus. ff. de hæred. insti. & hāc interpretationē ēt suadet cōsuetudo & obseruantia facta inter ipsosmet contrahentes qui erāt certi de sensu & imporrantia illorū verborum, cui obseruātiæ standum est pro intelligentia transactionis vt fuit sup. probatū, & si aliquo casu petierūt fuit ex vrbanitate petita. Cæterum placeat aduertere q̄ propter illā clausulam quicquā aliud exigere vel exquirere do. nō possit, inuestitura facienda nō intelligitur reseruata, q̄ patet ad sensum quia reseruatio inuestituræ fiendæ prout fuit expressa se compati nō pōt cum illis verbis sicut Laudemiū, nā ineptū esset dicere hoc modo do. quicquā aliud exigere vel exquirere nō possit q̄ laudemium & inuestiturā fiendā, cū illa verba exigere & exquirere referātur ad homines hoc mō exigere & exiq̄rere ab hominib. & actus inuestiendi seu inuestituræ fiendæ vel inuestiturā faciēdi referat̄ ad do. itē sequeret̄ aliud incōueniēs q̄ do. à se ipso exquirere deberet inuestiturā fieri & sibi ipsi iubere, cōtra l. pen. ff. de arb. si igitur noluissent intelligi reseruatā dixissent ꝓ inuestitura simpliciter nō adiecto verbo fienda vel ꝓ habenda vel petenda,
8 quia non dixerunt &† verba reseruationis nō possunt conuenire cessat eius reseruatio per nota. per Bald. in l. dies cautioni. §. prætor ait in fi. cōmē. vbi ēt alii. ff. de da. infe. facit. §. his itaq; C. de cadu. tollē. & §. sciendum. C. de rei vxo. act. & verbis est tenaciter inhærendum. l. non aliter. ff. de legi. 3. & multo magis hoc esse debet stante obseruātia pro isto sensu & intellectu ac ꝓ ista interpretatione vt dictū fuit.
9 †Tertio q̄ritur an laudemiū debeatur pro quolibet cōtractu vel qualibet alienatione, cōsiderato q̄ in trāsactione dicitur soluendū eē laudemiū si cōtingat aliquē ex emphytheotis seu hominib. vēdere aut alias quouismō alienare. breuib. tenēdū puto q̄ solū debeat solui laudemiū ex alienationib. volūtariis & nō necessariis, & ꝓ aliis ꝓ qb. de iure cōi solui dēt, qđ qualiter ꝓcedat infra declarabitur.
10 † Et primo moueor quia facienda est interpretatio vt dispositio contrahentiū sit conformis iuri communi. l. si stipulatus in prin. ff. de vsur. c. causam, de rescri. Bart. & docto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Ale. in l. gallus §. 1. ī primo notabili. ff. de libe. & posthu. & in consi. 2. in princ. 3. volum. & illa verba quouismodo alienari intelligētur quouis titulo ꝓ quo de iure debeat solui laudemiū.

O 3 †Secun-

11 †Secundo quia etiam l. fi. C. de iure emph. vult de venditione & omni alienatione solui debere laudemium sicut & ipsa trāsactio, & tamen recipit intellectum vt ad alienationes necessarias nō trahatur prout sunt diuisiones vt p Bar. in l. & iō in principio. ff. de cō di. fur. & d. præce. meū in d. l. fi. 2. col. vers. 7. q. ro. C. de iure emphy. & dotes q̄ dantur personis nō extraneis maxime inestimatæ scd̄m d. Præce. meū ibi in col. seq. vers. 9. q̄ro col. 221. ver. extra glo. post Saly. ibi. 2. col. & Ale. consi. 173. 2. volu. & successionis ac institutiones & relicta personis alias successuris, & in concessione vocatis, seu nominatis & cōprehensis vt per Saly. in d. l. fin. 2. col. in fi. cum seq. & infra dicetur ver. cæterum & prout est in alienatione cum pacto resolutiuo iuxta no. per Alber. & Pau. de Cast. in l. ab emptione. ff. de pactis.

Tertio vt dictum fuit in primo dubio qualis fueris mens & intentio contrahentiū declarat obseruantia quam fecerunt ipsi contrahentes, ac actus inter eos subsecuti, sed sic est quod pro prædictis alienationibus non solet solui laudemiū p eos ergo ita est obseruādū.

12 †Cæterum fortius posset attemptari quod pro alienationibus inter eos fiendis non debeat generaliter & īdistinctè solui laudemiū, eo quia cum ipa tota vniuersitas & incolę de loco sint comprehensi in inuestitura nō tenētur nouā inuestiturā petere nec laudemiū soluere vt per dominū Præcep. meum Do. Ias. in d. l. fin. in 17. col. versic. 2. iuxta proximam. C. de iure emphyt. post Saly. ibi. 3. colum. in fin.

13 † facit quod in simili dicimus de feudo antiquo qđ pōt indistinctè & dño nō reqsito seu sine eius cōsensu in agnatos alienari vt p Bal. in c. Imperialē in prin. 3. col. ver. quęro, an inter agnatos, de prohi. alie. feu. p Fre. cum sint de comprehensis in inuestitura, vult Saly. in d. l. fi. in 2. colum. in fi. in illa quęstione, an res emphy. possit legari, distinguendo, an fiat legatum in eos qui ex concessione vocantur, an in alios & paulo ante in quæstione, an solui debeat pro dotibus, vbi vult quod his casibus quibus dñi consensus non exigitur laudemium non sit soluendū. Albertus Brunus.

CONSILIVM XLV.

SVMMARIVM.

1 *Dominus omnes feudi alienationes sine eius licentia factas reuocat nulla obstante præscriptione.*
2 *Præscriptio non currit quando verus dominus non recognoscitur.*
3 *Præscriptio contra minorē seu pupillum nō currit.*
4 *Præscriptio non currit contra impeditum propter bella carceres vel hostilitates.*
5 *Præscriptio per principis rescriptum tollitur.*
6 *Præscriptio minor c. anuis nō currit cōtra principē.*
7 *Princeps est sup. legē nec ligat̄ lege nisi q̄tum vult.*
8 *Iudex quis esse debeat quando contenditur quis sit feudi dominus.*
9 *Iudex ordinarius adeundus est vbi de feudo contenditur inter duos recognoscentes diuersos dominos.*
10 *Habens domicilium alibi quam in loco rei sitæ in loco domicilii conuenitur.*
11 *Ordinarius uel arbiter cognoscit de feudo inter producentes diuersos inuestitores.*
12 *Dominus potest in causa feudi constituere Vicariū qui super ea cognoscat.*
13 *Iudex in cā ppria esse pōt q dominū nō recognoscit.*
14 *Rex in regno suo Imperatori ęquiparatur & tātam habet potestatem, quam imperator in imperio.*
15 *Rex in regno suo supremam habet potestatem & plus potest quam lex communis vel consuetudo.*
16 *Rex corporalis deus dicitur.*
17 *Rex est monarcha in regno suo.*
18 *Rex in regno in feudū tento plenitudinē ptātis hēt.*
19 *Dux Mediolani in Ducatu suo plenitudinem habet potestatis & ea potest quæ potest Imperator.*
20 *Comes in comitatu suo magis assimilatur principi quam præsidi.*
21 *Duces & Marchiones eorū legib. nō ligātur et eorū contractus vim legis habent, ęquiparantur quod imperatori & regibus & possunt niuersalem legem in eorum dominio concedere, legi superioris derogare, & eorum decreta ius ciuile dicuntur.*
22 *Iudex cognoscit super quæstione iurisdictionis on sua sit iurisdictio.*

OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Marię inuocato suffragio. In causa castri & loci Vesmarum vertente inter nobiles de Vetulis actores ex una & Specta. Do. Io. Iaco. Scarampum reum ex alia parte, & quæ causa vertebatur coram spectabili Domino Vicario Magnifici Domini Gubernatoris Asten. dudum allegaui oretenus & in scriptis. Et quia in sententia lata per ipsum Spectabilem Do. Vicarium in fauorem ipsorum nobilium de Vetulis substātialiter inserta sunt iura q̄ alias pro ipsis N. de Vetulis adduxi breuib. & sine illorū iuriū transcriptione loquar. in qua causa de duob. cōtingebat dubitari.

Primo an ipse Do. Io. Iacob. posset se tueri aduersus ipsos de Vetulis ex longissimi temporis præscriptione.

Secundo an cognitio huiusmodi causæ spectaret ipsi Do. Vicario attenta declinatoria opposita, & considerato quod ipse Do. Io. Iac. & prædecessores eius ipsum Castrum recognouerunt ab Illustrissimo Domino Marchione Montisferrati.

Circa primū est p̄mittendū q̄ ex instrumentis per ipsos N. de Vetulis productis apparet sicuti ipum castrū recognoscebat ciuitatē Astē. in dominā, & cū ipsa ciuitas se submisisset dominio

dominio Mediolani, recognouit dominos Mediolani, & demum cũ ciuitas Astẽ. vna cũ eius territorio & districtu data fuisset in dotẽ Illustrissimæ quondã D. Valentinæ Illustrissi. quondã Duci Turoniæ auo paterno Christianissimi & inuictissimi Regis nostri, & in instumento dotali nominatum comprehendetur castrum & locus Vesmarum, fuit pro ipso castro pstita fidelitas cõmissarijs accipiẽtibus nomine prædicti Illust. D. Ducis Turoniæ. itẽ est pręmittendũ cõstare ex instrumẽto acquisitionis dicti castri producto per ipsum D. Io. Iacobũ sicuti per auum ipsius Do. Io. Iacobi Scarampi emptum fuit ipsum castrum & locus tanquam allodialium, & liberum, & sine aliqua superioris licentia, quamuis idẽ D. Io. Iaco. dixerit illud tenuisse in feudum ab Illu. Marchione Montisferrati, dixeritq; eorũ prædecessores post dictam acquisitionem fuisse ab ipso D. Marchione inuestitos, de quorũ inuestituris fidẽ non fecit, sed tantummodo pduxit instrumentũ vnius inuestituræ confectũ annis quinq; vel sex proximè decursis, persuadendo sibi ꝙ foret tutus præscriptione ex cursu temporis fluxi à tempore dictæ acquisitionis dicti aui sui quæ fuit facta de anno millesimo quadringentesimo decimo tertio p D. Io. Scarampũ auum paternũ dicti D. Io. Iac. pcepit enim ipse D. Io. Ia. ꝙ cũ tale feudũ spectet Regiæ maiestati nepoti ex filio dicta quõdam Illu. D. Valentinæ, à qua non habet inuestituram sibi vltimum fore subsidium allegationem præscriptionis.

1 † Quæ præscriptionis allegatio non potest ipsi D. Io. Ia. prodesse per tex. in c. 1. in prin. de capi. conr. in li. feu. vbi dicitur licere dominis omnes alienationes feudi sine eorum licẽtia factas reuocare nulla obstante præscriptione & per tex. in c. 1. in prin. in titu. de prohi. alie. feu. p Fre. vbi dicitur alienationes futuras & factas de feudis insciis dominis & sine eorum licentia non valere, nulla temporis præscriptione obstante, quia qđ ab initio de iure nõ valet tractu temporis cõualescere non debet, subdit tex. ꝙ si talis emptor fuerit in bona fide succurretur ei agendo de precio contra vẽditorem, & sic nõ sufficeret dicere ꝙ quis fuerit in bona fide emendi volẽte do. tale feudũ sine licentia alienatum vendicare. Nec obstat tex. in c. 1. §. si quis per 30. si de feu. fue. contro. vbi videtur expressum ꝙ ille qui tenuit feudũ per 30. annos etiam si non cõstet de legitimo titulo & inuestitura sit tutus pręscriptione, qa ille text. duo requirit scilicet ꝙ quis tenuerit feudum 30. annis & ꝙ seruitium domino exhibuerit ac dominũ recognouerit, vt est ibi expressum & ibi notatur maxime per Moder. & sic ex speciali prouisione in materia feudorum facta talis præscriptio non prodest nisi verus dominus recognoscatur & ita tenuit Bal. in c. 1. §. porro, in tit. qua. olim feu. pote. alie. & ita consuluit Alex. in consil. 169. incip. viso Thematę maximè in 2. col. ibi, istis duobus sic præsuppositо, 2. vol. sequuntur Moderni in c. ad audientiam, de præscrip. ad l. omnes. C. de præscri. tri. an. & no. per glo. in d. c. 1. de capi. Conra. & in d. c. 1. de prohi. alie. feu. per Fredum dicũt præscriptionẽ 30. annorũ cõtra dominũ currere cum cõcor. alias alleg. ex prædictis patet responsio & ex his quæ latius dicuntur in sententia lata in fauorem nobilium de Vetulis, & dixit Panor. in d. c. ad audiẽtiam in pe. col. vers. sed quæro & reuoco in dubium, in fi. illius quæstionis posse admitti ꝙ etiã vbi recognoscitur verus dominus non currat pręscriptio in eius præiudicium minor centenaria propter tex. supra allegatos, qđ præiudiciũ potest consistere in mutatione vasalli, qui nõ sit forte ita domino vtilis vel paris conditionis primo, quo casu secundũ Pan. ibid. in q. præc. daretur saltem domino directo ignorãti in integrum restitutio, ne cogeretur habere vasallum quem nollet. circa quẽ passum memini me in hoc casu plenius allegasse & idcirco vlterius non insistam vbi dixi versari interesse, qa Regia maiestas directo dominio fraudatur, & hactenus fraudata fuit per D. Io. Ia. Alio etiam ex capite nõ cucurrit præscriptio contra Regiam maiestatẽ, & eiusdẽ Ill. dominos antecessores in vtilitatem ipsorũ de Scarãpis. s. propter vitium reale, nam ex instrumẽto acquisitionis ipsorum de Scarampis apparet sicuti emerunt ipsum locum & Castrum Vesmarũ iure allodij, & sine cuiuspiam superioris licentia cum esset eo tempore & ante feudale vt patet ex instrumẽtis nobiliũ de Vetulis productis & hoc confessus est D. Io. Iac. in suis positionibus, ex quo ẽt arguitur mala fides ipsius emptoris secundũ Pano. in d. c. ad audientiã vlti. col. vers. aduertendum tamen, qui ita tenuit ꝙ † non currat. præscriptio vbi 2 dicit tale vitium subesse quando dominus verus nõ recognoscitur, facit aut. malæ fidei. C. de præscr. lõ. tem. cũ ibi notatis & regula possessor malæ fidei de reg. iur. vbi habetur ꝙ ẽt spacio mille annorũ non præscribitur per talem possessorẽ, ꝙ vitium auctoris nocet hæredi & successori. l. vitia. C. de acqui. pos. l. cum hęres in princ. ff. de di. & tem. præscri. cum simil. & ita communiter tenetur in d. §. si quis per 30. maxime quia in materia præscriptionis vbi agitur de peccato & mala fide stamus iuri canonico vt dicitur in d. regula possessor cum concor. † Item alia ratione non prodest 3 præscriptio allegata, quia certum est ꝙ Regia maiestas post mortem Illust. D. D. eius Genitoris stetit in minori seu pupillari ętate, quo casu non currit præscriptio mero iure. l. sicut. C. de præscrip. tri. an. & l. fi. C. in qui. cau. in inte. resti. non est ne. quod notatur in d. §. porro,

†Item

4 † Item adfuerunt alia impedimenta Illu. Do.
progenitori Regiæ maiestatis bellorum scili-
cet & carcerũ apud anglos seu hostilitatum
quorum impedimentorum etiã Regia maie-
stas fuit particeps, quo casu nõ currit præscri-
ptio, c. quia diuersitatem, de cõces. preben. &
c. ex transmissa cum ibi plenè traditis, de præ-
scriptio. notat Bar. in l. senatus. ff. de offi. presi.
& in l. 1. §. si quis autem. ff. de iti. actuq; priua.
volens ꝙ saltem competat in integrum resti-
tutio. Bal. in l. genero. ff. de his qui no. infa. &
in l. annus. ff. de calumnia. & in l. scire opor-
tet. §. oportet. ff. de excusa. tuto. cum concor.
imo secundũ Bar. in d. §. si quis autem & Pan.
in c. 1. de præscriptio. quorũ opinio est cõis, vt
notant latè Moderni in c. ex trãsmissa, de ꝑsc.
etiã ignorãti datur in integrũ restitutio licet
currat præscriptio, insuper satis notorium est,
an valerent Regia maiestas & Illu. Progenito
res castra occupata etiam propter locorũ di-
stantiã prosequi, & certũ est ꝙ non, ita vt non
liceat tãtũ de ista præscriptione dubitare seu
vim facere super ea, & hanc restitutionẽ non
fuit necesse Regiæ maiestati petere, quia vt
infra dicã potest in propria causa sibi ius dice
re. Quarta ratione nõ prodest allegatio talis
5 præscriptionis, † qa secundũ Odof. & Alberi.
de Rosa. in l. quotiens in 7. col. ver. item quæ-
rit Odofre. C. de prcei. imper. offe. & Ange. in
l. Lucius. ff. de euict. per rescriptũ principis po
test tolli præscriptio completa, ita vt non ob-
stet ei cõtra quẽ est præscriptũ. qđ dictũ posset
pluribus fundamentis & auctoritatibus com
probari quæ gratia breuitatis omittuntur, sed
sic est ꝙ Regia maiestas mandauit iustitiã mi-
nistrari nobilibus de Vetulis quacunq; præ-
6 scriptione non obstante ergo &c. † posset etiã
adduci ꝙ contra Regiã maiestatem non cur-
rat præscriptio minor c. annis, per l. 1. cum ibi
notatis per Ange. C. ne rei domi. vel templ. &
7 maximè quia † est supra legem & nõ ligatur
lege nisi quantũ vult. l. digna vox. C. de legi.
& quod traditur in c. per venerabilem, qui fi-
lij sint legi. cum materia sua. Cum igitur con
stet feudum loci & castri Vesmarum spectare
Regiæ maiestati & dominũ Io. Iaco. Scaram-
pum ac eius prædecessores non fuisse inuesti-
tos ab ea, nec eam nec Ill. Prædecessores suos
recognouisse, non potest ipse D. Ioan. Iac. op-
ponere se restitutioni, ꝙ feudũ per alienatio-
nem sine superioris licentia in ipsos de Scarã
pis factam, ipso iure apertum fuit superiori di
recto domino, ca. 1. §. fi. quæ fuit prima causa
benefi. amit. & in c. 1. §. fi. de prohi. alien. feu. ꝑ
Loth. cũ concor. allega. & consequenter de-
clarandũ est ipsum feudũ spectare nobilibus
Vetulis quibus Regia maiestas concessit, ap-
probandaq; est sententia in eorũ fauorẽ lata.
8 † Venio nunc ad secundum dubitationis
articulũ. s. an potuerit spectabilis D. Vicarius
Magnifici D. Gubernatoris Asten. de quæstio
ne huius feudi cognoscere quod D. Io. Iac. ab
Illust. D. Marchione Montisferrati recogno-
uit & recognoscere se dixit, negando Regiã
maiestatẽ esse dominam feudi de quo agitur.
Et postposito illo articulo quod ɋ̃stio feudi
debeat coram domino terminari, iuxta c. cæ-
terum, de iudi. & ca. verum, de foro compe. &
c. 1. §. præterea, de prohi. ali. feu. per Fre. & c. 1.
de inue. in mari. fa. cũ vul. Quia in proposito
nostro dubitabatur inter partes quis esset do-
minus feudi, an Regia maiestas, an vero Illu.
D. Marchio. videretur dicendũ quod vel adeũ
dus fuisset Papa in defectũ superioris secularis
tanquam cõis iudex, iuxta c. nouit, de iudi. vel
quod adeũdi fuissent ambo domini. s. Regia
maiestas & Excellentia Marchionalis vt am-
bo cognoscerent, ar. c. cũ illorũ. §. si vero sen-
tentia claustralis, de sen. excom. vel vt ambo
cãm cõmitterẽt ꝑ not. per Host. Io. An. Ant.
de But. Pet. de Ancha. & moder. in c. sanè, de
foro compe. & Alex. in consi. 1. 3. col. 1. volu.
ne contingeret per alterũ in causa propria iu
dicari, contra totum titulũ ne quis in causa
propri. Imo quod fortius est videtur dicendũ,
quod vbi versatur tale dubiũ ad quem duorũ
dominorũ seu principũ spectet feudũ seu res,
cognitio spectet illi domino qui est in posses
sione, ar. c. cum ecclesia Suthrina, de cau. pos.
& propri. & no. D. And. sicu. in d. c. sanè in pe.
col. & sic Illu. Do. Marchioni qui fuit & est in
quasi pos. superioritatis dicti loci & Castri Ve
smarũ. Sed his non obstantibus sum in cõtra-
ria sententia. s. quod potuerit spectabilis D. Vi
carius Magnifici D. Gubernatoris Asten. co-
gnoscere etiam ex eo capite quia fuerit ordi-
9 narius. † nam vbi est contentio de feudo in-
ter duos recognoscentes diuersos dominos
adeundus est iudex ordinarius rei, c. 1. §. si ve-
ro cum seq. de pa. tenen. & notatur in ca. 1. §.
præterea, de prohib. alie. feu. per Feder. & per
Io. An. But. Inn. Pano. & Cano. in d. c. cæterũ,
de iudi. Bald. in c. 1. pen. col. de inue. in mari.
fa. Mod. in c. ex transmissa, de foro comp. &
est certum quod spectabilis D. Vicarius predi
ctus est ordinarius iudex ipsius D. Io. Iaco. rei
quia habet plura domicilia & bona & feuda
in territorio Astensi & est de patria Astẽ. licet
etiã habeat domicilia & bona, ac feuda sub
Dominio Montisferrati per no. in c. ex parte,
b. & c. proposuisti & in c. fi. de foro compet. &
l. assumptio. §. pe. ff. ad muni. & quod notatur
in c. omnes, de maio. & obedient. cum conc.
10 † potest enim quis habens alibi domicilium
conueniri alibi quam in loco domicilij, vt pa
tet in l. 2. C. vbi in rem act. ita quod sit in ele-
ctione actoris quando reus habet plures iudi
ces illum conuenire vbi malit vt not. Io. An.
in c. 1. de priuil. in 6. & notatur in c. cum sit ge
nerale, de foro compe. & dixit Bal. in d. c. 1. in
pen.

11 pe.col.de inue.in mari.fa.quod † si est contentio de feudo inter eos qui producūt diuersos īuestitores cognoscet ordinarius vel arbiter. c.2.de leg.Conra.in prin.subdit quod si cōstet alterū non esse vasallū etiā ordinarius cognoscet.c.1.de controuer. inter vasal. & alium de benefi.sed certum est ꝙ D.Io.Iaco.non est vasallus quia constat feudum Vesmarū spectare Regiæ maiestati à qua ipse D. Io. Iaco. nec ab eius Illustrissimis Prædecessoribus habuit titu
12 lum vel inuestituram.† Item ipse D. Vicarius potuit tanquā ordinarius de illo feudo cognoscere etiam ex alio capite, quia licet vbi agitur de quæstione feudi si immineat cōmodū vel incommodū domini soleat dubitari, an possit ipse dominus cognoscere secundū Inno.Butr. & doc.in d.§.cæterum & Hostiē. in summa de iudi.§.fi.& modernos in d.c. ex transmissa vbi Mari.in 6.col.ver.3.limitatur.tamen potest superior cōstituere orstinariū qui de causis suis cognoscat secundum Bal.in d.c. 1.in 2.col.de inuest. in mari.fa.sed sic est quod in dominio Asten.Magnificus D.Gubernator, & Do.eius Vicarius sunt iudices etiam in causis, camerā feuda ac commoda & incommoda Regia tangētibus, ergo potuit ipse D.Vica. cognoscere.

Secundo potuit ipse D. Vicarius cagnoscere virtute Regij mandati, quia Regia maiestas eidē mandauit vt de ipsa causa cognosceret & ipse D.Vicarius expressit quod tam virtute suę ordinariæ iurisdictionis quam virtute Regiæ commissionis prout melius de iure liceat intendebat procedere, sed sic est quod Regia maiestas poterat cognoscere ergo multo magis cōmittere cognoscendam, quod aūt posset cognoscere voluit Hostien.in d.c. sanè cum quo ibi transit D.And.sic volentes quod vbi est dubium ad quem duorū dominorū seu principū res spectet, si sit contentio inter priuatos de ea possit quilibet dominorū per se cognoscere,
13 vt ibi per eos.† item potuit Regia maiestas cognoscere non obstante quod de eius cōmodo ageretur propterea quia neminē recognoscit, d.c.per venerabilem cum solitis concordā.& ita in ꝓposito de Regia maiestate decidit Bal. in d.c.1.de inue.in mari.fa.in pen.col.& in nō recognoscentibus superiorē, vt possint in causa propria ius dicere, notant Bart.& doct.in d. l.1.C.ne quis in causa propri.facit ad hoc in ꝓposito Regiæ maiestatis quod dixerunt Guili. de Cu.in l.1.§.qui magistratum.ff. quod quis. iuris, & Bald.in procemio.fforum in 3. col. ꝙ
14 † Rex in suo regno æquiparatur Imperatori, & quod dixit Spec.in tit.de feu.§.quoniam de homagiis versi.34.& secundum Inno.in ca.cū p.tabellio, de fi. instru. & Bald. in l.2. ff.de ori. iur.à sentētia Regis nō licet appellare, quia in suo regno habetur pro lege, & cum habeat supremā potestatem & iurisdictionē nemo posset in melius reformare, & dixit And.de Iser. in c.1.in 3.colu. de vas.decre.ęta.quod Rex in suo regno habet tantam vel maiorem potestatem quam Imperator in Imperio qui non trāsmittit Imperium ad hæredes sicut Rex.c.licet, de voto, & secūdū Bal.in l.exemplo.C.de ꝓba. & in d.procemio fforum. & in l.ea lege.C.de
15 condi. ob cau.† Rex in suo regno dicitur Imperator regni & potest iudicare & scripturam suo sigillo roborare cum in suo regno habeat supremam potestatem & secundum Bald. in auth.hæc amplius versic.quæro an filius regis. C.de fideicō. Rex in suo regno dicitur lex animata, quia plus potest quam lex cōmunis, vel consuetudo, & iccirco Bal.in l.pe.C.de dona. inter vi.& vxo.extēdit dispositionē illius l.quæ loquitur de Imperatore, ad Regem, facit quod not.Bal.in d.c.1.§.fi.de prohi.alie.feu.per Fre.
16 est enim † Rex in suo regno corporalis Deus & dixit Bal. in c. cum venissent, de eo qui mit.
17 in pos.quod † Rex in regno suo est monarcha. hinc secundū And.de Iser.in c.1.in 3. col. qui feu.da.pos.dispositio l.cum multa.C.de bonis quę libe.quæ loquitur de donatione facta per Imperatorē alicui filiofami. habet locū in do-
18 natione per Regem facta. † Verū si diceretur forsitan quod in his quę Regia maiestas habet in Italia non habeat tantā potestatem sicut in suo regno, omissa subtiliore inuestigatione dico breuibus, quod adhuc in eis habeat potestatem quam habet Imperator in imperio secundū Bal.in d.procemio fforum.in 3.col. & An. de Iser.in d.c.1.in 7.col.de prohi.ali.feud. per Fre. volentes quod licet Rex teneat regnum vel principatum in feudū, seu superiorē recognoscat tamē habeat plenitudinē potestatis, & possit ea quæ potest supremus princeps nā licet respectu totius talis feudi seu Regni sit vtilis tantū dominus & directū dominiū exista pœnes eū qui recognoscitur, c.1.per quos fiat inuesti.cap.1.§.rei autem, de inuesti.de re alie.fa.& dicto c.1.§.præterea, de capi.Conra. tamen respectu singulorū hominū talis regni ac iurium talis regni singulariter consideratorū seu quo ad singula generum habet plenitudinem potestatis & directam iurisdictionē quam suo nomine exercere & commoda iuriisdictionis pleno iure acquirit, qui enim habent dignitates, & principatus perpetuos seu perpetuas & transituros seu transituras ad hæredes sicut cōiter Duces Marchiones & comites cum dicātur habere iure proprio & nō tanquam commissas in eorū territorio cēsentur sicut Imperator in vniuerso Imperio, secūdum Ang.in consi.139.inci.in causa accusa-
19 tionis, † vbi loquitur de comite virtutum D. quōdā Mediolani patruo magno Regiæ maiestatis, & in l.1.C.ne lice.sine ius.prin.& Pau. de Cast.in consi.225.inci. super primo dubio in 3.col.& fina. qui loquitur de Duce Mediolani quem sequitur Alex.in cons. 2. in 3. col. 1.volu.

1.volu.& in cons.87, ver. quinimmo plus reperio, 2.vol.& in consi.155.vol.& D. And.sic in consi.24.in pe.col.2. vol. & ita vidimus ab initio obseruatum, quia Duces Mediolani in ipso Ducatu faciebāt & fecerunt prout Imperator in vniuerso eius Imperio, facit ꝙ voluit Bal.in l.receptitia 1.col.C.de const. pecu.dū
20 voluit † ꝙ Comes in suo comitatu magis assimiletur principi quā præsidi, ad idē facit qđ voluit in l.programma . C.commi. vel epi.& in l.more.ff.de iuris.omni.iudi. & Ange. in l. venditor.§.si constat.ff.commu.præd.& Imo. in c.2.de transla.& dixit Bal.d.l.pen.de dona.
21 inter vi.& vxo.ꝙ † Duces & Marchiones nō ligantur eorū legibus & ꝙ eorum contractus habēt vim legis sicut principis, subdēs ꝙ Bar. idem consuluit inter duos barones & ꝙ tales æquiparentur Imperatori & Regibus & possint vniuersalē legem condere in eorū dominio & derogare legi Imperatoris, seu superioris, faciūt no.in d.§.qui magistratū & per glo. in l.neq; pignus.ff.de reg.iur.& eorū decreta dicuntur ius ciuile secundū Ang. Cu.Imo. & communiter doc. in l. stipulationū in princ. ff.de verb.obli.ex quibus patet ꝙ licuit Regię miestati ex quouis capite cognoscere de hac quæstione feudi & cōsequenter cōmittere, vt cognosceretur . ꝑ prædicta quæ dixi de potestate Ducū & principū recognoscentiū superiorē sentio non procedere in subditis Regię maiestati, quia ipsi Duces seu Principes habēt
22 potestatē multū limitatam, † Ad idem ꝙ Do. Vicarius potuerit cognoscere potest adduci qđ dixit Inno.in c.ex parte, de verb.sig.vbi voluit ꝙ si est q̄stio iurisdictionis inter partes, cognoscit iudex an sit sua iurisdictio , sequitur Ant.de But.Panor.& Moder.in c.super literis de rescri.faciūt no.per Bar.Alex. & scribentes in l.2.ff.si quis in ius voc.non ie. Circa quam declinatoriam & iudicis incompetentiā non liceret etiam alio ex capite dicto D. Io. Iac.se fundare, propterea quia cōsensit in ipsum D. Vicariū per processum ad vlteriora & in Regiam maiestatem, prouocando, ac appellādo ad Regiam maiestatem.

Laus Deo & Virgini. Et ita de iure dicendū videtur mihi Alberto Bruno Astensi.I.V.Doctori minimo, saluo iudicio rectius sentiētis.

EPISCOPVS IDEMQVE COMES, an possit concedere inducias super debito iurato. Cons. XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Periurus priuatur quocunque commodo ex pacto iurato proueniente.*

2 *Qui iurauit aliquid in tribus terminis soluere & in primo termino non adimpleuit, totum soluere cogi potest.*

3 *Absolutio à iuramēto concedi non potest ei qui prius contra iuramentū venit quā petierit absolutionem.*

4 *Frustra legis auxiliū inuocat qui in legem committit.*

5 *Princeps seculares non possunt iuramentum tollere.*

6 *Princeps seculares non possunt inducias super contractu iurato concedere.*

7 *Papa solus & cū causa potest iuramentū remittere.*

8 *Episcopus non potest nisi in certis casibus super iuramento dispensare.*

9 *Absolutio non conceditur à iuramento ex omni parte licito.*

10 *Priuilegium contra causam lite pendente impetrari non potest.*

OMNIPOTENTIS Dei inuocato suffragio, ad allegata pro illa parte quod Reueren. D.Asten. Episcopus & Comes potuerit concedere nobili Stādardo inducias super cōtractu iurato & in iudicium deducto, lite pendente super eo.breuibus respondebo concludendo quod non potuerit concedi.

1 † Et primo moueor quia iurās facere si cōtrauenit vel est in mora faciendi vel supplicat contra tenorem promissionis est periurus.ita habetur in l.si quis maior.C.de transa.& tenetur statim soluere & priuatur quocunq; commodo quod ex pacto iurato consequebatur, vt habetur in d.l.si quis maior,& ideo Mates.
2 in 12 notabili dixit ꝙ † ille qui tenetur sub vinculo iur.ad solutionē alicuius rei vel pecunię in tribus terminis, si non adimpleat in primo potest cogi statim totū soluere. si igitur habuisset alias dilationes & propter iuramentum ac eius inobseruantiā de medio tollerētur ex dispositione iuris à fortiori non habēti nō sunt concedendę ne simus nutritores peccati & legis dispositionē violemus, & in præiudicium partis seu tertii non est concedendum beneficium, l.2.C.de preci.impe.off.per illam regulam quia offendens legem prout facit veniēs contra iuramentū non meretur legis beneficiū & aliud frustra implorat prout infra dicā.
3 † Secundo non potest dici per Reuerendū D.Episcopū potuisse N. Standardus à iuramēto absolui & sibi concedi literæ iudiciales q̄a secundū magis cōmunem opin. quam refert Alex.in cons. 17. incip. ponderatis his quæ in themate in 2.col.ver.& dubitat in 3. vol. post Panor.in c.1.de iureiu.& Io.de Imol.in c.debitores & in c. cum contingat, eo.tit. & alios ibi per eum allegatos, non potest concedi absolutio à iuramento illi qui venit contra iuramētum priusquam petierit absolutionē, quia
4 † frustra legis auxilium inuocat qui committit in legem.c. quia frustra, de vsu. l.auxilium. ff.de mi.cū concor.sed N.Stendardus iam venerat cōtra iuramentum, vt patet ex actis, itē supplicando & petendo dilationē etiā veniebat.d.

bat d. l. si quis maior ergo &c. debebat ergo ante euentũ termini petere absolutionẽ à iuramento,& ea petita & obtẽta petere dilationẽ,posito quod absolutio cõcedi potuisset,de
5 quo infra dicam.† Tertio Cy.& Sali.in l.fi.C. si contra ius vel vti.pu.& Alber.de Rosi.in d.l. 2.C.de preci.imper.off.in 1.col. & Alexan. in consi.38.incip.visa petitione Ant. de Roma. in 3.volu.tangunt istã quæstionẽ an in contractu iurato possint induciæ peti & petitæ non obstãte iuramẽto cõcedi,& cõcludunt ꝙ prin
6 cipes seculares hoc facere non possunt† quia non possunt tollere iuramentũ, c. venerabilẽ & c.nouit,de iudi.& no.Hosti.in c.quẽadmodũ super glo.de iureiur.& per hæc iura ita dicit Alex.in d.cõsi.38.in 2.& 3.col.iudices autem ecclesiastici seu domini nõ possunt exce
7 pto solo Papa,† quia iuramentũ nõ põt nisi ꝑ Papam remitti & cum causa.c.si vero.& d.ca. quẽadmodũ & c.quãto,de iureiur.& ita trãsit Alex.in d.consi.in 2.& 3.col.vers.præterea ad Principẽ & vers.item.Nec ob.ꝙ princeps &c.
8 † regulariter aũt Episcopus nõ põt remittere seu dispensare super iuramẽto nisi in casibus notatis per Pano. in c.cũ contingat supra all. vers.ego autẽ in pe.char.cũ seq.& in dispu.incip.stante statuto ante fi. & secundũ Pan. in d. c.cum contingat in 19.colu. ver. ego autem,
9 † vbicunq; iuramentũ omni ex parte est licitũ tam ex parte iurantis quam recipientis quam rei super qua præstatur absolutio,non est cõcedenda sed cõpellendus est iurans ad obseruãtiã.c.ad nostrã.el 1.& c. & si Christus, eo. titu. subdit hæc verba, quinimmo nulla causa intrinseca apparente ẽt Papa absoluere non posset,ex quo patet ꝙ in casu nostro etiã Papa cõcedente tales inducias quia non subest causa legitima nõ teneret concessio,de quo non est pro nũc disputandũ, nec an causa sit legitima vel non,quam legitimam putarem vbi N.Stãdardus foret in extrema paupertate & intollerabili.stat ergo cõclusio ꝙ solus Papa dispẽsare posset in hoc casu super iuramento.
10 † Quarto nõ cõpetit beneficiũ induciarum dicto nobili Standardo nec ei prodest, quia prout dixit Bart.in auth.supplicante. C. vt li. pen.qui pulchre loquitur ad propositũ circa causam quæ agitatur seu in iudiciũ deducta fuit non licet priuilegiũ impetrare per tex. in auth.vt in medio litis in principio cum aliis iuribus per eum adductis, ad iura in contrarium allegata ex prædictis patet respõsio nec volo Reuerẽdissimi D. Episcopi potestatem in temporalibus quærere restringere, quæ in spiritualibus sibi est limitata,possem etiam dicere ꝙ ratione excommunicationis & debiti negati non potuerit N. Standardus inducias obtinere sed omitto quia prædicta videntur sufficere. Laus Deo.

Albertus Brunus.

PRINCEPS QVI CONCESSIT CIuitati merum & mixtum imperium an possit se intromittere de primis causis. Cons. XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Regiæ ciuitates solum merum imperium habebant.*
2 *Omnis iurisdictio deuoluta est in principẽ quam postea diuersimode communicauit.*
3 *Albensis ciuitas quãdo merum imperium habuerit.*
4 *Iurisdictio in dubio cumulatiuè & non priuatiuè cõcessa videtur.*
5 *Imperator concurrit in iurisdictione cum quocunq; suo subdito.*
6 *Principes alterãdo iurisdictionem eorum ordinariis dicuntur delegare.*
7 *Princeps in primis causis non concurrit in iurisdictione cum vasallo.*
8 *Princeps intromittendo se de causa illam ad se auocare videtur.*
9 *Imperator nõ dicitˀ iudex ordinarius vel delegatus.*
10 *In generali sermone loquentis persona intelligitur excepta.*
11 *In statutis casus omissus pro omisso habetur.*

OMNIPOTENTIS Dei, & Gloriosę virginis Mariæ & præsidio inuocatis, Visis dubiis ad me transmissis super eo, an literæ Excellẽtię Marchionalis,de quibus in copia transmissa præiudicent priuilegiis & statutis dicitorum Comitatus & ciuitatis Albæ.

Pro decisione præmitto & assumo verba Bal.in l.illicitas.§.qui vniuersas.ff.de offi.ꝓsi.
1 quod † olim non omnes ciuitates habebant forum causarum sed solum ciuitates Regiæ ꝗ alteri non subalternabantur,seu maiores quę habebant præsidem , & saltem merũ imperiũ ex priuilegio concedebatur,vt per Bar.in l.1. in prin.commen.ff. de offic. eius cui man.est iuris.nam vt dicit ibi Alex.etiã in princ.cõm. post Bar.in l.imperium 2.col.vers. videamus
2 ergo de mero.ff.de iuris. omni. iudi.† omnis iurisdictio deuoluta est in principem qui postea illam diuersimode communicauit , & licet ex pace constantiæ,vt dixit Bald.in loco ꝑallegato &Bar.in l.in causæ la seconda.§.fin. ff.de mino.cũ concor. ciuitates Italiæ habeãt iurisdictionem & suũ præsidem quem multi potestatem apbellant quæ pax fuit facta cum Federico Imperatore & Henrico eius filio de anno 1180.& sequenti , vt habemus in libris
3 iuris ciuilis † tamen ciuitas Albę,vt concipio de anno 1222.voluit sibi tutius prouidere ꝓpter quod obtinuit à Federico secundo tunc Imperatore merum imperium & quæcunq; ad ordinariam iurisdictionem spectantia. ita quod nulli iudici habenti ordinariam vel delegatam

legatam iurisdictionem liceret singularē personam eiusdē ciuitatis vel districtus ad aliud examen trahere, cū cōmune ipsius ciuitatis esset paratum plenariam iustitiam se se cōquerentibus exhibere.

Et considerato hoc priuilegio puto quod per ipsas literas Marchionales non præiudicetur ipsi priuilegio, nam non fuit cōcessa iurisdictio cōmunitati Albæ ad effectū vt superior non posset se de primis causis intromittere, sed, vt ipsa ciuitas ordinariam iurisdictionem haberet maxime quo ad merū imperiū
4 quod prius erat in principe. † Ad quod etiam facit quia in dubio & regulariter iurisdictio videtur concessa accumulatiuè, & non priuatiuè, hoc est quod per concessionem non videatur sublata illi qui prius illā habebat, sed vt vtriq; competat, vt per multa iura probat Fely. post alios in c. pastoralis, de offi. ordi. qđ
5 tanto magis procedit in † Imperatore qui cōcurrit in iurisdictione cū quocunq; suo subdito, vt per Bal. in c. 1. in prin. in tit. quis di. Dux Mar. vel Co. &c. in c. 1. in prin. qui feu. da. pos.
6 vbi etiam loquitur de Papa. † hinc videmus ꝙ principes per suas literas quas dirigunt ordinarijs alterant eorū iurisdictionē, ita vt fiāt ex ordinariis delegati addendo vel minuendo aut immutando ad ordinariā iurisdictionem, vt late habetur in c. licet in corrigendis, de offi. dele. & in c. cum ex offi. de præscriptionibus & in l. ius ciuile vbi fere omnes. ff. de iusti. & iu. & in l. & si prætor. ff. de offi. eius & in l. more. ff. de iuris. omn. iud. cū vul. & propterea secundum Panor. in c. cæterū 2. col. de iu.
7 speciale est † in inuestito de feudo vt princeps non possit cōcurrere in primis causis in iurisdictione cū vasallo. & est ratio secūdum Bal. in l. 1. in 44. col. ff. de re. di. quia vasallus habet ius vtile in iurisdictione & territorio cū vtilitate & effectu, circa qđ multa alia adduci pos-
8 sent quæ omitto. † hinc dicimus quod si princeps se de causa intromittat illam ad se vel de rogatum trahendo nullus amplius sine licentia sua se potest intromittere, quasi talis causa sit exempta ab ordinaria iurisdictione, vt patet in c. vt nostrū, de appel. & in c. significasti, de offi. leg. & in d. c. pastoralis, facit. l. iudiciū soluitur. ff. de iudi. insuper ponderādo verba priuilegij Federici secūdi prædicta clarius ꝓcedunt dū dicit quod nulli iudici qui habeat iurisdictionem ordinariā vel delegatam &c,
9 † Nam dominus Imperator nō potest dici iudex ordinarius vel delegatus cū ipse sit ille q facit iudices ordinarios & à quo ordinariæ & delegatæ iurisdictiones immediate vel mediate emanant. l. 1. ff. ad leg. iul. de amb. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfe. vr. & notatur in d. l. more. ff. de iuris. omni. iudi. & in c. cum ab
10 ecclesiarum, de offi. deleg. facit quia † in generali sermone persona loquentis excepta intelligitur vulgata. l. inquisitio. C. de solu. cuius regulæ prætextu possem multa hic adducere quadrantia ad propositum.

Postremo prædicta confirmantur quia causa non committitur extra locum sed ipsis iudicibus, cum etiam si committeretur alicui de ciuitate & auferetur habentibus cognitionem non diceretur illi priuilegio præiudicari per notabilē decisionē Bar. in l. tam collatores ad fi. C. de re mili. lib. 12. ex quo concludēdum puto quod per literas ꝑdictas Marchionales non præiudicetur priuilegio à Serenissimo Domino Federico Imperatore cōcesso.

Nec etiam puto præiudicari confirmationi factæ per Illustrissimum D. Bonifacium, tū quia refert se ad concessionem & priuilegiū Serenissimi D. Federici secundi, tum quia in ipsa confirmatione adest clausula, saluo in ꝓmissis & quolibet præmissorum iure ipsi Illustrissimo D. Marchioni quomodolibet pertinente, quo casu videtur sibi præseruasse facultatem se intromittere possendi in causis & de iudicibus prouidendi ac iurisditionem ordinariam alterandi iuxta prædicta, & quia in generali sermone persona loquētis videtur excepta, vt prædixi, & etiam ex eo quia causa in loco committitur iuxta prædictam notabilē decisionem Bart. in d. l. tam collatores ad fi. & etiam ex eo quia ipsum instrumentū cōfirmationis loquitur de causa quæ esset per dominum Potestatem seu D. Vicariū vel Collateralem tractanda & ab eis ex delegatione vel cōmissione tolleretur aut vbi ordinarius vel delegatus aliquis illam ad se aduocaret, & iste casus non est de comprehensis in ipsa clausula, quia princeps eisdemmet iudicibus præcipit, & causa est inter alios iudices, ita vt sicut non conueniunt verba pariter non cōueniat dispositio iuxta nota. per Bart. in l. 4. §. prætor ait in fi. commen. cum concor. de quibus per Do. Alex. ff. de da. infec. & ex his satisfactum puto primo dubio.

Venio nunc ad secundum dubium in quo quæritur, an saltem per ipsas literas Marchionales præiudicetur statutis dacitorum disponentium ꝙ causæ dacitorum cognoscantur & terminentur per Magnificū D. Potestatem seu Spectabilem Do. eius Vicarium vna cum Do. Syndicis, & ꝙ in casu discordiæ remitti debeat causa consilio priuato. & breuibus videtur mihi dicendū ꝙ non, ex quo Illust. Do. Marchio agit vt iudices concordent, & non subsit discordia qua non existēte consiliū pri-
11 uatum nullā habet iurisdictionem. Nam iste casus vbi contingeret ipsos iudices cogi per principem ad cocordiam est omissus à statuto, vnde debet haberi pro omisso & relinqui sub dispositione iuris communis. l. si cum dotem in prin. cum materia. ff. solu. ma. cum statuta sint stricti iuris. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest.

gest.l. 1.§. si is qui nauem cum fili.ff.de exer. Item secundum casum transmissum nō apparet de discordia dominorum iudicum licet bene appareat de controuersia partium. insuper posset esse discordia procurata & affectata ac gratia vexandi partē suborta, de qua non sensit statutum, per ea quæ conuenienter in proposito dicuntur per Bal. Ange.& Alex. in l.si seruus.§.si quis ante.ff.de leg. 1. Nec est sumenda interpretatio ꝙ consilium priuatū velit affectare discordiā iudicum, vt causa ad ipsum consilium deuoluatur, quia talis interpretatio,& affectatio sonaret in delictum seu calumniam & in absurdū, cum lex debeat esse recta & iusta,& rationabilis & obuiare calumniis ac maliciis hominum & tollere occasionem peccandi per iura vulgaria, & propterea Mari.sæpe consulendo refert Bald.dicētem ꝙ statuta sunt interpretanda secundum sensum sapientum. Cæterum vt dixi illa decisio Bart. in d.l.tam collatores in fi.defendit, vt non dicatur offendi ipsum statutum, ex quo ciuitas representata per cōsilium habet iurisdictionē in ciues exercendā per Magnificū D. eorum Potestatem seu per spectabilem Do. eius Vicariū vt volūt ambo priuilegia simul iuncta, & causa committitur in ciuitate, & quod magis est non fit noua commissio, sed astringuntur ipsimet iudices coram quibus causa agitatur ad iudicandum & concordandum. Ad quod etiā faciūt reliqua quæ supra dixi.& forsitan dicatur ꝙ sup relaxatione Marchionalis Excellentia declarauit tollēdo ex cōsequentia cognitionem super relaxatione, quo saltē casu videtur statuto præiudicari, respondetur quod istud non respicit decisionem causæ vel litis, vt patet in l.si fideiussor.§.si satisdatū & ꝑ totū.ff.qui satisd.cogan. & si potest scribendo alterare modum procedendi non video cur hoc etiam non possit dimisso statuto illeso ac dimissa decisione causæ, ex quo etiam concludendum puto quo ad secundum dubium vt per litteras Marchionales ipsi statuto deuoluenti causam ad consilium priuatum non præiudicetur.

Albertus Brunus.

Feudatarius qui non obseruat pactionem qua mediante erat inter eos vasallos certa facienda diuisio, an possit ad diuisionem agere & ad obseruantiam transactionis.

CONSILIVM XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui non facit quod debet non sequitur qupd oportet.*
2 *Frustra petit debitum qui quod debet non impendit.*
3 *Transactio prius adimplenda est per eum qui vult agere.*
4 *Cmpromissum dicitur contractus & transactio.*
5 *Regula quod frangenti fidem fides frangatur, quomodo intelligatur.*
6 *Paria sunt non esse & non apparere.*
7 *Factum vel adimpletum non dicitur cum aliquid restat agendum.*
8 *Pęna l.si quis maior.C.de transactio.in compromisso iurato locum habet.*
9 *Pœna d.l.si quis maior habet locum etiam si quis in termino adimpletum neglexerit.*
10 *Qui iurauit aliquid in duobus terminis soluere, & in secundo residuum non soluit, omne ius suum perdit.*

OMNIPOTENTIS Dei, & Gloriosę virginis Marię nominibus & præsidio inuocatis. In causa & lite mota ad instātiam Spectabilium Dominorum Buscoti & Ioan. Gasparis ex Marchionibus Buschæ contra Spectabilem Dom. Loth. etiam ex dictis Marchionibus prætextu diuisionis iurisdictionis seu hominū loci Cossani in executione sententiæ arbirramentalis latè per Spectabilem D.Paulum Brunum nostrum, ex eo quia ipse partes in ipsum D. Paulū compromisissent & promisissent cū iuramento parere sententiæ arbitramentali per ipsum D.Paulum ferendæ, & quæ sententia fuit per ipsas partes expresse emologata; dubitatur, an attento quod dicti Domini Gaspar & Buscotus non obseruarunt ea ad quæ tenebātur ipsi D.Loth.prætextu dictæ sententiæ saltem intra tempus possint agere ad diuisionem prædictā seu ad obseruantiam dictæ sententię contra ipsum D.Loth.& omittendo superflua ac argumentationes quæ hinc inde fieri possent & amplectendo veritatem, dicēdum est ꝙ agere nō possint & quod ipse Dominus Loth. ad dictā obseruantiam non teneatur.

1 † Et moueor quia regula est in iure ꝙ qui nō facit qđ debet non consequitur quod oportet. l.si non fuerit cum glo.ff.de iureiu. l. si in emptione.§.item si emptor.ff.de act. em.& quod
2 notatur in l.Iulia.§.offerri eo.titu.† Sic & frustra petit debitum qui qđ debet nō impedit, c. frustra, de reg.iur.in 6.l.ædiles in fi. ff. de ædil. edict.cum concor.& propterea dicebat Bald. in consi. 202. secunda parte secundum penul.
3 impressionem † ꝙ transactio prius est adimplē
4 da per eum qui ex ea vult agere,† nam cōpromissum dicitur transactio vel contractus.l.3. §.si seruus.ff.de pecu. sic & alias ille qui petit pœnam debet prius probare debitum implementum ex parte sua, vt notat Bal.in c. 1. in fi. commen.in titulo qual. vas.feu.propri.priue. sequitur Alex.in cons.222.vlti.col.2. volumi. & faciunt no.in dicto §.offerri, ergo &c. sed in proposito apparet per discursum dictæ sententiæ arbitramentalis plura fuisse quæ erant Domi. Loth. obseruanda, & ad quæ tenebantur

dicti Dom. Io. Gaſpar & Buſcotus erga eundem Do. Loth. de quorum implemento non apparet, vnde conſequenter non ſunt audiendi ad petendum dictam diuiſionem vel aliud eis debitum prætextu dictæ ſententiæ maximè ad deſtructionem columbarij & ſcalæ & aperturam viæ.

5 † Secundo moueor ex regula quæ dictat ꝙ frangenti fidem fides frangantur eidem & ꝙ non obſeruanti non ſit obſeruandum. l. cum proponas la. 2. C. de pactis l. diuiſionis. ff. eod. tit. cum concor. Sed ſic eſt ꝙ vt dixi non fuit ipſi D. Loth. ſeruata fides præſtita tam in compromiſſo quam in emologatione ſententiæ prædictæ, ergo ipſe ſeruare non tenetur. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ dicta regula procedit circa idem capitulum non autem circa ſeparata capitula, vt notant Pet. Cy. Fulg. Sali. Alex. & ſcribentes in d. l. cum proponas, volentes ꝙ ſi nō ſeruem tibi fidem in vno capitulo tu non poſſis in alio capitulo huic non connexo vel ſeparato obiicere de inobſeruantia, ſed in illo tantum capitulo poſſis obiicere in quo non obſeruo, quia reſpondetur ſecundum præfatos doc. ꝙ iſta regula procedit etiam in capitulis connexis, vt poſſit obiici de fide rupta etiam quo ad alia capitula connexa his in quibus non fuit obſeruatum, & dicuntur capitula connexa quando obligationes ſunt reſpectiuè quia vna fit contemplatione alterius ſecundum doc in d. l. cum proponas & in ca. 3. vbi But. Panor. & Moderni, de iureiur. ſicuti apparet in propoſito duplici ratione, primo quia compromiſit Dom. Loth. de ſuis obligationibus ex eo quia Dominus Buſcotus & D. Ioan. Gaſpar pariter de ſuis compromiſerūt nec alias Dom. Loth. compromiſiſſet, & pariter dicendum eſt de pronunciante ſeu domino arbitratore quia in pronunciando habuiſſe cenſetur hunc reſpectum & vnum condemnaſſe reſpectiuè ad cōdemnationem alterius alias non condemnaturus Do. Loth. ad condemnata niſi pariter alios condemnaſſet. Secunda ratione, quia diuiſio quam fecerant ipſorum compromittentium anteceſſores fuit in compromiſſum deducta, quam diuiſionē certum eſt continuiſſe & cōtinere obligationes reſpectiuas, quia quando partes veniunt ad diuiſionem ſi vnus obligatur alteri in aliquo capitulo iſtud fit reſpectu emolumenti quod aliunde obligatus recipit vel alia reſpectiua ex cauſa, & in propoſito Domi. Io. Gaſpar & Buſcotus reperiuntur condemnati per arbitramentalem ſententiam ad obſeruantiā dictæ diuiſionis ſaltem in pluribus capitulis & etiam ad obſeruantiam cuiuſdam ſententiæ arbitramentalis latę per Do. Io. Capellinum & non obſeruarunt, nec conſtat de ob-

6 ſeruantia, † cum paria ſint non eſſe & non apparere. l. duo ſunt titii, ff. de teſt. tutel. inſuper ſecundum Cardi. & Modernos in d. cap. 3. de iureiur. quando omnia capitula congregantur in vnam obligationē dicuntur connexa & reſpectiua, ſicut in propoſito contingit quia ipſæ partes vno compromiſſo ſe obligarunt & ſub pœna ipſi ſtare promiſerunt & laudo ſecuturo non contrauenire, & conſequenter in eo habet locum regula quod frangenti fidem fides frangatur eidem. Nec etiam obſtat ſi pro parte fuiſſet obſeruatū ipſi Dom. Loth. per D. Buſcotum & Io. Gaſparem per dictum Bal. in l. inciuile in princ. commen. C. de rei vend. vbi vult prædictā regulā non habere locum poſt executionē, quia reſpondetur quod loquitur de executione perfectè facta quod non contingit vbi eſt pro parte facta, vt patet ex notatis ibi per eum & per Alex. in d. l. cum

7 proponas & Modernos in d. c. 3. † nec enim dicitur factum vel impletum cum aliquid reſtat ad agendū. l. cū Silla. l. fi. ff. de in ius vocā. l. ſoluendo. ff. de verb. ſigni. cum concor.

8 † Tertio moueor, quia cum compromiſſum fuerit iuratum ſecundum communem ſententiam, pęna l. ſi quis maior in eo locum habet, ſecundum Bart. Bal. & cōmuniter doc. in d. l. ſi quis maior. C. de tranſac. intelligentes hoc procedere in compromiſſo voluntario licet ſecus ſit vbi quis ex neceſſitate ſtatuti compromitteret vt ibi per eos, pro quo facit tex. in d. l. ſi quis maior, dū dicit aduerſus pacta vel tranſactiones cum compromiſſum dicatur contractus, d. l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de pecu. & etiam dicatur tranſactio quando fit in arbitratorē, tex. in auth. vt diffe. iudi. §. ſi vero contigerit & notatur in d. §. ſi ſeruus cum cōcor. Sed ſic eſt quod maior qui non obſeruat iuramentum in pacto tranſactione vel compromiſſo præſtitum, non tantum perdit ipſo iure actionem quæ ſibi competit contra partem, verum data & ſoluta perdit, & id quod ratione contractus ſeu compromiſſi & ſententiæ arbitramentalis accepit reſtituere tenetur, vt eſt expreſſum in d. l. ſi quis maior. ex quibus infertur cumulando fundamenta prædicta, quod cum non fuerit ipſi D. Loth. obſeruatū nec ipſe teneatur obſeruare, & quod ante probationem ex aduerſo factam ſuper obſeruantia non ſint audiendi. item ꝙ ipſi Domini Buſcotus & Ioan. Gaſpar, qui non obſeruarunt ſententiam prædictam arbitramentalem latā ꝓtextu cōpromiſſi iurati, ꝑdiderint ipſo iure oēm actionē & oē ius ſibi cōpetens ex dicta ſentētia & cōpromiſſo, ita ꝙ agere nō poſſint ad obſeruantiā contra Do. Loth. & vlterius ſi quid ſoluerūt prætextu & ratione ꝑdicta illud amiſerunt nec poſſunt repetere, & quod fortius eſt poſſunt compelli ad obſeruantiam capitulorū quæ non obſeruarūt per D. Loth. & ipſe eis obſeruare nō tenetur. Nec dicatur ꝙ ipſe D. Loth. non obſeruando etiam inciderit in

rit in periurium, ita ꝙ debeat hinc inde pœna periurij compensari, iuxta legem viro atq; vxore.ff.solu.matrimo.& tex. in proposito in c.constitutus, de pœnis, quia respondetur ꝙ vbi ex actu iurato contrahentes vel compromittentes hinc inde ad aliquid tenentur valet vnus alteri & alter alteri, primo contraueniēs cadit in pœnam prędictam, ita quod ei nō sit obseruandū sine metu periurii vt vult text. in d.l.si quis maior & in d.c.3.de iureiur.vbi Butri.Pan.& doc.est enim ex contrauentione facta excusatus is cui fuit primo contrauentum ab obseruantia, vt ibi & facit quod no.Barto. Bald.& Imo. in l.cum pater.§.libertis per illū tex.ff.de leg.2.& Bart.in l.1.§. cum arietes.ff. si qua.pau.fe.di.licet vbi nescirēt partes quis primo contrauenisset locus esset compensa-
9 tioni.d.c.constitutus, de pœnis.† & ista pœna l.si quis maior committitur si quis neglexerit adimplere in termino non tantum si fecisset expresse cōtra promissa vt est expressum in d. l.si quis maior ibi, non seruando promissa, & ibi notatur maxime per Ale. & facit quod notat Bart.in l.si duo.§.fi.ff.de constit.pecu.item vt dixi dicta pœna committitur licet pro parte iam fuerit impletum vel solutum per illū tex.dum vult data perdi, ac omne emolumentum & actionē quod non adimplens vel contraueniens consequi potuisset & ita not. Mates.in no.li.& Alex.in cons.76.incip. visis dubitationibus vlti.colum.5. volu. & Moderni
10 in d.l.si quis maior † inferentes ad illum qui iurauit soluere certam summam in duobus terminis, nam licet soluerit partem in primo termino prout tenebatur, si tamen in secundo termino non soluat in tempore, perdit omne precium & cadit ab emolumento & iure contractus, & si esset emptor qui promisisset ita soluere ꝑderet recursum de euictione & precium. Ex quibus omnibus cōcludo quòd D. Loth.attento ꝙ Dominus Buscotus, & Dom. Io.Gaspar.primo defecerunt in sibi obseruando, non teneatur ad obseruantiam reliquorū quæ non obseruauit, nec possit cogi ad diuisionem ratione dictæ sententiæ arbitramentalis seu in eius executionem, nec ad demolitionem scalæ & columbarij vel aperturam viæ de Burgo prout requiritur, & ꝙ soluta & adimpleta repetere & reuocare possit ipse D. Loth.& cogere ipsos Domi. Io. Gasparem & Buscotum ad obseruantiam reliquornm quę non obseruarunt licet ipse non teneatur amplius aliquid obseruare, & conse quenterꝙ ipse Dom.Loth.sit liberatus ab his ad quæ tenetur vigore dicti compromissi & sententiæ arbitramentalis & quod ipsi Domi. Buscotus & Io.Gaspar sint ligati & astricti ad obseruantiam eorum.

Laus deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

An ex consuetudine potestas villæ possit procedere sub nomine procuratoris fiscalis, esto ꝙ non interueniat talis procurator. Et an in loco communi dominorum & hominū, communitas sine dominorum consensu possit ligna truncare pro reparatione pontium & clausura villæ.

CONSILIVM XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum falsum est quando pro præsente apponitur absens.*
2 *Consuetudo an excuset à pœna falsi.*
3 *Delictum non præsumitur in his quæ socius facit in re communi.*
4 *Delictum punibile non committitur sine animo delinquendi & dolo.*
5 *Socius inuito socio rem communem pro cõmuni vsu vti potest.*
6 *In cõi sepulchre licet mortuum inuito socio inferro.*

PROCESSVS inquisitionalis formatus contra syndicū occasione lignorum captorū in rochis quæ sunt dominorum vallis Fenariæ & communitatis, subiacet non tantum vicio nullitatis verum etiam falsitatis.

Et primo moueor, quia cum nemo pro veritate compareat procurator fiscalis, & talis processus fiat instante procuratore fiscali processus est falsus.cap.quanto, de his quæ fiunt à
1 præla.sine consen.cap.vbi doc.& Pan. † dicēs ꝙ quando apponitur pro præsente ille qui est absens instrumentū est falsum, & faciens seu fieri faciens est de falso puniendus, & dicit ibi Imo.in vlti. notab. ꝙ instrumentū dicitur falsum si in eo describitur aliquis testis q̄ non interfuit, & quod ratione partis falsæ totū viciatur, & licet Bal.in c.1.in prin.1. col. de feu.
2 cog.dicat † quod consuetudo apponi pro pręsente vnā personā quæ non sit pręsens vel vnā diem pro alia possit à falso excusare, tamē ponit ibi quatuor casus in quibus consuetudo nō excusat, primus si materia est vera in se, secūdus si personæ absenti nō fit pręiudicium, tertius si ꝑsona talis falso posita foret de substantia esto quod reipub. non interesset, quartus si bona fide mens & legitimatio subsit, licet de tali consuetudine hic nō cōstet.hic aūt materia non est vera in se quia non constat, quod in loco vallis Fenariæ sit aliquis procurator fiscalis & agitur de præiudicio procuratoris fiscalis absentis quatenus de aliquo constet, cū forte si præsens esset dubitans condemnari in expēsis occasione indebitæ vexationis non sineret ad eius instantiam procedi.item cessat bona fides quia iudex si vult potest ex

officio procedere non instante procuratore, fiscali, quo casu onus indebitæ vexationis grauaret ipsum iudicē, & verisimiliter ponit de ꝓcuratore ad se releuandum, item cū ipse potestas fungatur officio iudicis & notarij ex hoc quod ponat interuentū procuratoris fiscalis processus redditur amplio & magis verbosus, ita quod potestas qui percipit commodum notarij actorum plus lucretur, neq; est tollerabile quod tot vices gerat. ca. forus. §. in oī, de verb. sig. & eō minus cū sit de loco quo assidere non potest, de iure. l. in cōsiliariis. C. de asses. & qđ habetur in l. diem functo. ff. eo.

Cæterum veniendo ad merita dico quod procedi non potuit pro illis lignis truncatis in loco communi dominorum & hominum
3 &c. & primo moueor, † quia non est præsumē dum delictum in his quæ palam facit socius, nam cū habeat rem cōmunem præsumitur iure suo facere non animo furandi vel delinquendi. l. rei communis & l. marito. ff. pro so. & si prætendat socius se offensum habet age-
4 re actione ciuili vt ibi. † delictum autem punibile sine animo delinquendi & dolo nō cōmittitur. l. 1. C. de sicca. Bart. in l. 1. §. 1. ff. si qs test. li. es. ius. fu. D. meus Ias. in l. 1. ff. de legi. antepe. col. & omnia cessant ex quo domini ratificarunt incisionē, quia censentur à prin. de eorum voluntate facta. l. fi. cum vul. ad Ma
5 cedo. † Secundo quia Syndicus vsus fuit hac silua ad vsum destinatum, seu consuetū, & pro reparatione & clausura villæ in quo vertitur publica & cōmunis omniū vtilitas, eo enim in casu habens cum alio rem commnnē potest ea vti etiā inuito socio & fortius eo ignorante, l. cū duobus. §. item mella. ff. pro soci. l. si ędes & ibi glo. & doc. ff. cōmu. diu. l. arboribus. §. nauem. ff. de vsufr. vbi glo. format quęstionē, de vtēte silua communi ad vsum destinatum & non soluit, volunt Bart. & doct. in l. serui electione. §. labeo. ff. đ leg. 1. Flor. latè in l. Sabinus. ff. cōmu. di. & dicit Bal. in d. §. nauē quod taliter vtens non dicitur culpabilis nec in culpa, & ita etiam transit Dy. in regula iuris in re communi, de re. iu. in 6. facit tex. in l. in tantum. §. in commune. ff. de re. diui. vbi
6 † in commune sepulchrū licet etiam socio mortuum inferre, & tanto magis quando capiebantur ligna ad cōem vtilitatem, vt in d. l. si ędes cum ibi notatis & per Barto. & Pau. de Ca. in l. & hæc distinctio. ff. lo. ac Bal. in l. 1. C. qui testa. fa. pos. & Alex. in d. §. labeo. 2. col. nā potest habens rē communem, communem vtilitatem facere etiam inscio socio vt ibi.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Si ex conuentione facta cum D. Banna cōmissa propter damna data in prædiis sunt hominū, an pœna lignorum debi. furto subtractorū cōmunitati applicabitur vel dominis.

CONSILIVM L.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, in, intrinsicitatem denotat.*
2 *Eripiens aliquid de manibus in personam offendere dicitur.*
3 *Furtum an veniat damni appellatione.*
4 *Consuetudo loquendi attenditur tam disponētis quā regionis.*
5 *Sufficit statuta fuisse diutius obseruata licet publicata non fuerint.*
6 *Statuta loci in eo loco ius commune appellantur.*
7 *Sententia nulla nullam meretur exequutionem.*
8 *Nullitas an sit deserta in appellatione deserta.*
9 *In dubio appellatio non est pronuncianda deserta.*

VISO processu formato contra Gabrielem de Mere ad querelā Baldasaris de Mereto, certum est quod illa pœna est applicanda communitati, quia fuit cōmissa in locis quorum banna in eis commissa sunt communitatis ex conuentionibus initis cum superioribus; dicitur enim in capitulo inserto in actis, quod incipit, considerātes banna commissa propter damna illata in possessionibus priuatarū personarum situatarū in vniuersitate agrorum insulæ bellæ salua cōtracta montis noui pertinere cōmunitati val-
1 lis Fenarię. † nam dictio, in denotat intrinsicitatem. l. 1. §. in flumine cum ibi notatis. ff. de flu. & ideo illa captio lignorum dicitur facta in prædiis. sic dicimus de offensa facta in per-
2 sonam, † quia eripiens aliquid de manibus dicitur offendere in personam, vt per Bart. in l. licitatio. §. quod illicite in fin. commen. ff. de publica. ideo eripiens de prædio dicitur in re ipsa & prædio, seu in prædio facere offensam; quod autem saltem secundum mētem & intellectum statuentium captio illa lignorum seu furtum sit bannum & damnum est indubitatū, vt patet in copia capituli de lignariis inserta in processu, dum dicitur quod capiens vel furans aliena ligna in lignariis alicui soluat pro carrata clauario communis pro banno solidos 10. & totidem per emenda & plus si damnum fuerit plus ponderando verba bā
3 num & damnū † licet soleat alias esse dubium an damni appellatione veniat furtū, vt per Alberi. de Ro. in l. hoc iudicio. ff. de ser. corru. & Ro. ac Alex. in l. 3. alias damnū. ff. de da. infe. cum multis cōcor. nā prout solent vocabula alio in loco poni ita ea exponimus. l. si seruus
4 pluriū. §. fi. ff. de leg. 1. † vbi ēt patet ꝙ vsus loquēdi attēditur tā disponētis q; regionis, facit l. vt Alphenus. ff. de verb. sig. l. cū delanionis. §. Asinam vbi Bart. ff. de fun. instr. l. librorum. §. quid ergo. ff. de leg. 3. notat Bar. in rep. l. omnes populi in 3. q. tertiæ princi. in fine. ff. de iusti.

iustj.& inre.ex eo ergo capite quod bannum est commissum propter damnũ illatũ in prædiis sitis in posse insulæ bellæ ista pœna applicari debet communitati Vallis Fenariæ, item ex alio capite quia in dicto capitulo de lignariis pœna banni furantium lignaria solui debet clauario communitatis, vt est expressum in eo. Si ergo tenet processus pœna banni debet spectare cõmunitati & præstari clauario exigenti banna communitatis, nec valet oppositio quod statuta Vallis fenariæ non sint
5 publicata,† quia satis est quod fuerint diutius obseruata vt dicit Bart. in extrauagan. qui sint rebel. in fi. in data illius cõstitutionis quæ incipit qm̃, & gl. Archi. & Moderni in c. de epistolis 19. distin. & patet ex promissione. Sed meo iudicio processus est nullus quia senten-
6 tia fuit lata cõtra ius expressum† videlicet cõtra statuta loci quæ in loco ius commune appellantur, iuxta nota. in l. omnes populi per illum tex. ff. de iusti. & iure, vbi latè Moderni & quod sententia lata contra statuta sit nulla latè habetur per Bar. & alios in l. cum prolatis, de re iud. & cano. in c. 1. eo. titu. cum concor.
7 † Et certum est quod sententia nulla, nullam meretur executionẽ. l. 4. §. condemnatum cũ concor. ff. eo. tit. vbi Bar. & in l. si cũ nulla, eo. tit. ita vt non sit curandũ de prætensa desertio-
8 ne.† quia etiam deserta appellatione non est deserta nullitas saltem per modum exceptionis deducenda, & quia in appellatione fuerũt nullitas & appellatio deducta, vt per Bart. in l. si expressum pe. col. ver. quæro si ista duo. ff. de appel. & rela. & Alex. in l. suum in princ. commen. C. de iure. deli. & in d. §. condemnatum 4. col. 4. limi. & Philip. in repe. c. dilecto, de appel. 57. q. & etiam in 5. & 6. col. cum in fi.
9 concor.† & quia apparet, de abrasione inducitur suspicio, aut dubietas & in dubio appellatio non est pronũcianda deserta vt per Pau. de Cast. Ro. & Alc. in l. 1. ff. si quis cau. vbi D. meus Ias. in 3. col. 6. notabili.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

COMPOSITIO FACTA PRO Fodro cunei & ad minorẽ quantitatem per principem minorem reducta, an possit retractari.

CONSILIVM LI.

SVMMARIVM.

1 *Donatio non cedens in magnam status diminutionem tenet.*
2 *Princeps contractus prædecessoris seruare tenetur.*
3 *Concessum à principe pecunia est irreuocabile.*
4 *Contractus celebrati à principe vim legis habent.*
5 *Taciturnitas an post minorem ætatem confirmet.*

OMNIPOTENTIS Dei, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ, eius matris nominibus & præsidio inuocatis, in casu isto cõpositionis & taxæ factæ per Illustrissimos dominos Sabaudiæ Duces ac Illustrissimum Do. Caroliũ Ducem præsentem cum sua communitate Cunei propter temporis breuitatem, & quia casus videtur clarus & fuisse bene per Spectabilem dominum Consultorem discussus, breuibus agam. & quod tenuerit taxa ista temporalis, facit quia etiam si præsupponamus illam continere aliquam remissionem quæ sapiat
1 donationem,† tenet, ex quo est temporalis & non cedit in magnam diminutionem status, vt per Bart. in l. prohibere. §. plene. ff. ꝙ vi aut clam & notatur plenè in c. 1. de prob. vbi Fel. & in c. nouit, de iud. & tanto magis, quia ex ea fit beneficium multis pauperibus, vltra exclusos ac pupillis & viduis qui sub principis sunt protectione. l. 1. C. quando Imperator inter pupil. & vidu. cum concor.

Secundo moueor, quia accedit compositio superiorum simul cũ confirmatione Illustrissimi D. Moderni Ducis, nã secundũ doc.
2 † cõiter princeps ligatur ex proprio cõtractu prędecessoris etiã cũ successoribus, vt ꝑ doct. latè in d. c. 1. vbi Fel. in prin. cõmẽ. qui allegat multas cõcor. facit quod dixit Bal. in l. digna vox. C. de legi. quod valeat concordia facta inter Imperatorẽ & ciuitates Italiæ, & q̃a materia ista est latè examinata in d. ca. 1. & in d. c.
3 nouit, me non extendo. † Tertio moueor, q̃a vbi princeps aliquid cõcedit subditis accedẽte pecunia indubitanter illud est irreuocabile vt ꝑ Bal. in l. qui se patris pe. col. C. vnde libe. in versi. hoc scias cũ concor. de quibus per
4 Feli. in d. c. 1. 2. col.† Quarto moueor, q̃a contractus facti cũ principe habente potestatẽ legis condendæ habẽt vim legis irreuocabilis, vt ꝑ Bart. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. cũ cõcor. ibi alleg. per Moder. maxime D. Præce. meum in 3. col. Non obstat quod Illustrissimus D. Dux Modernus fuerit tempore sui contractus minor, & propterea dicat se lęsum, quia cũ iam esset ab aliis dominis Ducibus facta compositio quæ vt dictum fuit ligabat successores, non potest sua Excellẽtia dicere se læsam quę vsa fuit iure communi. l. fi. C. de in inte. resti. mino. & quia licita esset donatio quæ non cõtineret magnam diminutionẽ, & fortius quia vt dicitur in l. 1. & l. fi. C. quando decre. opus non sit, vbi aliquid est minori facere vel alienare prohibitum censetur permissum quãdo exequitur factum defuncti vel sui prædecessoris. Cæterũ vt fuit optimè tactũ sua Excellẽtia maior facta approbauit ipsam compositionẽ, recipiendo annuas solutiones secundum illam l. fi. C. si maior factus &c. lib. 2. vbi actus appro-

approbatiuus factus post lapsam minorem ętatem tollit in integrum restitutionẽ, facit ẽt quod habetur in simili titulo, lib. 5. in fi. l. fi. &
5 l. 1. per totum & ibi Bar. & doc. † vbi etiam sola taciturnitas quinquennij post minorẽ ætatem operaretur cõfirmationem absq; aliquo actu approbatiuo, facit etiam l. superuacuã. C. de tempo. in inte. re. pet. vt lapso quadriennio post minorem ætatem non datur in integrum restitutio, ita vt nõ obstent no. per Bar. in l. quidã consulebant ante finem commen. vbi etiam alij. ff. de re iudi.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

CONSILIVM LII.

SVMMARIVM.

1 *Habens castra in prouincia, an possit ibi constitui præses.*

2 *Habens vxorem & bona in prouincia, vel qui ex ea matrem habuit, an possit ipse præses constitui.*

1 NON potest qui habet castra † & bona in prouincia esse in ea p̃ses. l. si eadem. ff. de offi. as. & l. hi qui cum seq. ff. ex quib. cau. ma. & si steterit in officio vltra quatuor menses etiam cum licentia principis punitur graui pęna, vt per gl. in d. l. si eadẽ & in d. l. hi qui cum notatis in l.
2 seq. † vnde multo magis qui cũ istis habet ex ea prouincia vxorem & bona, ac habuit ex ea prouincia matrem, nam ratio quare esse non potest, est suspicio affinium & amicorum, vt dicit glo. magna in d. l. hi qui in fine & notatur in d. l. si eadẽ, nec inspicimus in hoc cãm originalem sed ẽt accidentalem vt per glo. in d. l. si eadẽ, hoc est an ex accidenti non ex origine quis sit factus de eadem prouincia. potest in proposito addi alia ratio quia contingit prouinciam carere iudice in causis quas habet præses pro bonis quæ habet in prouincia vel quod sit iudex in causa propria, contra l. 1. C. ne quis in causa propri. facit etiam quia prohibetur quis vxorẽ habere in ea prouincia in qua præsidet. l. qui in prouincia & l. si quis officium ff. de rit. nup. & C. si qua prædi. po. l. 1. & l. 1. C. si rector prouin. & l. 3. §. videamus. C. de do. inter vi. & vxo. cum glo. in verbo maneret & minus potest quando concurrit ꝙ subditi quos præses habet ibi in castris suis vel læduntur in non habendo superiorẽ ad quem recurrant pro grauamine præsidis, vel præses vult ipsos à prouincia dismembrare ne fungatur offic. iudicis & partis, argum. l. fi. ff. de offi. asses. vel sit iudex in causa ꝓpria vt dictum fuit supra.

Albertus Brunus.

VASALLVS QVI SE SVBMISIT ita quod non possit coram domino conueniri non potest coram eo nec coram eius consi. etiam pro causa dotis conueniri.

CONSILIVM LIII.

SVMMARIVM.

1 *Feudum mediantibus conuentionibus submissum nõ censetur vt simplex feudum sed attendimus quod est expressum.*

2 *Iurisdictio fundata super conuentionibus & pactis non extenditur ad alia quam in pactis expressa.*

3 *Exceptio non cadit nisi præsupposita regula.*

OMNIPOTENTIS Dei, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus & præsidio inuocatis, visis conuentionibus pactis & submissione initis inter Illustrissimum D. D. tunc Ducem Sabaudię ex vna & Illustrissimum D. Fariglani non posse in ius vocari nec trahi coram Illustrissimo D. Duce Sabaudiæ nec coram Magnifico eius consilio Dismõtano vel ipsius Illustrissimi Domini Ducis officialibus, rationibus maxime infrascriptis quas propter temporis breuitatem paucis perstringam.

1 † Et moueor quia ipse D. Fariglani submisit ipsum fedum & locum domino Duci non simpliciter sed secundum quid & mediãtibus certis pactis & conuentionibus, quo casu attẽdimus quid sit expressum, nec tale feudum cẽsetur vt simplex vt per Bald. in l. etiam prope fi. commen. C. de iure do. post Cy. & Guil. de Cu. & Pe. de Anch. consi. 438. inci. ista sententia & Bar. in consi. 59. inci. commune Spoleti & Maria. consi. 7. in. 1. & 2. col. & Socin. consi. 74. 1. vol. 1. & 2. col. cum multis concor. fuit autem conuentum inter cætera quod ipse D. Fariglani teneretur facere pacem & guerram pro Do. Duce & quod ipse Illustrissimus Do. Dux teneretur pariter pro ipso domino Fariglani. item quod banniti Do. Ducis non possent receptari per ipsum Dominum Fariglani, nec ècontra. Item quod ipsi Domini Fariglani non possent pro causa aliqua criminali, ciuili, vel pecuniaria conueniri coram ipso Illu. D. Duce vel eius officialibus, & conuenti respondere vel comparere non teneantur, & quod sententiæ latę non valeant adiectis multis verbis prægnantibus & ideo standum est conuentioni in capitulis libertatem ipsius D. Fariglani concernentibus, vt per doct. præallegatos maximè Bart. in d. cons. 59. maxime in 2. col. ver. cõcludo ergo & se. vbi multa bona dicit in proposito, & subiũgit quod quãdo in talibus conuentionibus sunt duæ obligationes, & reciprocæ ꝓmissiones, vna loci submissi

misi & alia loci dominantis seu superioris, obligationes loci superioris circa libertatē reseruatā loco subdito ex quo inducuntur ad diminutionē iuris superioris sunt taliter interpretandæ ne indicāt augmentum, & consequenter semper sunt interpretandæ vt sonent in diminutionē per iura vulgaria ibi allegata, ex quo sequitur qđ istud pactū ne Dñi Fariglani possint cōueniri corā ipso Do. Duce vel officialibus inductū gratia libertatis ipsius Do. Fariglani nō debet recipere aliquam contrariam interpretationem, nec taliter interpretari ꝙ aliqua via operetur augmentū vt ibi, facit l. qđ fauore. C. de legi. cū sua mat.

Secūdo moueor qa vt notabiliter dicit Pe. de Ancha. in d. consi. 438. illi qui sub speciali pacto recognoscunt aliquē in superiorem valet quo ad quædā capitula tantum, in aliis capitulis non dicuntur deserere pristinā liberta-
2 tem, & scđm eum † iurisdictio quæ fundatur super conuentionib. & pactis non debet extēdi ad alia quam in pactis expressa, prout etiā voluit Bart. consi. præallega. in tantum quod secundum Pet. de Anch. consi. præalleg. talis superior dicatur acquisiuisse limitatā iurisdictionem & consequēter extra limites non est superior nec iurisdictionē habet. isti ergo Domini Fariglani quo ad vinculū actuum iudicialiū & ne conueniātur corā ipso Do. Duce vel eius officialibus sunt in pristina libertate, & sunt vbi prius poterant cōueniri cōueniendi nec in hac parte sunt submissi, & cum non sit in ipso Do. Duce & eius officialibus dare habitum ius dicendi seu iurisdictionis in ipsos Dominos Fariglani non cadit exceptio nec priuatio specialis casus, cū priuatio præsupponat habitum. l. decē. ff. de ver. obli. cum
3 vulg. † & exceptio non cadat nisi præsupposita regula cum ob hoc dicitur de regula vt habetur in l. 1. ff. de reg. iur. ubi Bar. penul. q. notatur in c. 1. eo. tit. per Dy. in 6. voluerūt ergo isti Domini Fariglani se submittere quo ad concernētia proprietatem feudi & feudales obligationes & fellonias de quibus in c. 1. de for. fideli. & de no. for. fi. non quo ad iudicialia, forum, & iurisdictionalia, & quod ista differant est gl. in c. 1. in verbo terrā in fin. de postula. præla. & ibi Ant. de But. pen. col. ac ēt Panor. in penult. col. volentes ꝙ quis econtra possit esse subditus rōne iurisdictionis & non proprietatis, ita ꝙ proprietates nō sint de dominio regis, hic autem voluerunt econtra ꝙ proprietas iure feudi esset submissa, ac personæ pro feudo & non quo ad effectum iurisdictionis, perinde & fortius ac forensis, puta Astensis teneret feudū ab ipso Do. Duce, quia ratione debiti non posset ibi cōueniri. Aliud est igitur ꝙ concedatur exemptio alias subdito ne conueniatur coram ordinariis & non est materia nostra sed traditur per Barto. in l. si. ff. de constit. princ. vbi do. præceptor meus antepe. col. aliud ꝙ quis non sit subditus seu non sit de foro iurisdictione certo casu, iste est casus noster, quia non subditus se submittit certis casibus & certis non.

Quod fortificatur dum dicitur ꝙ Domini Fariglani comparere nō teneantur si fuerint conuenti coram principe vel officialib. eius, nam hæc verba ita distinctè prolata conueniunt non subditis, vt patet ex notatis per docto. maxime per Bar. in l. ex quacunque in prima lect. 1. col. ff. si quis in ius vocatus non ie. cum concor. Albertus Brunus.

FACTA DISMEMBRATIONE vnius ciuitatis ab aliquo Ducatu, & illam submittendo alteri præsidi vel Senatui, vbi debebunt causæ cæptæ tractari. Consilium. LIIII.

SUMMARIUM.

1 *Appellationi à nullo grauamine interpositæ non est defferendum.*
2 *Ab interlocutoria de iure ciuili appellari nō licet.*
3 *Appellatio deserta censetur nec ad superiorem deuoluit apostolis repetitis in primo termino dato ad audiendum ordinationem.*
4 *Princeps prouincias & ciuitates arbitrio suo unire & diminuere potest.*
5 *Comitatus probatur per terminos designatos.*
6 *Iurisdictio est in principe & ab eo fluit & refluit & nume. 14*
7 *Papa declarando vnam ecclesiam à iurisdictione diocesani episcopi uelle eximere & alteri submittere valet exemptio.*
8 *Vnionis & separationis tenor inspicitur.*
9 *Lis coram vno iudice cæpta potest coram alio terminari, primi iudicis iurisdictione cessante.*
10 *Superior potest causam coram suo Vicario cæptam coram se auocare.*
11 *Appellatio ob lapsum temporis prosequendæ appellationis deserta remanet.*
12 *Instantia causæ appellationis non potest per partes prorogari.*
13 *L. vbi cæptum ff. de iudi. non habet locum perempta instantia, & si fuit instantiæ renunciatum.*
14 *Ordinarius non potest se intromittere de causa quā princeps alteri delegauit.*
15 *Ordinarius de causa à se amota per principem non potest se intromittere sine noua concessione.*
16 *Rescripto per mendacium impetrato non cognoscit de causa delegatus.*
17 *Causa appellationis non deuoluitur ad superiorem nisi postquam per appellationis iudicem citatis & auditis partibus fuerit recepta & inhibitio subsequuta.*
18 *Rescriptū impetratū appellatione deserta vel instantia perempta nō valet & impetrans est puniēdus.*
19 *Victus victori debet in expensis condemnari.*

OMNI-

OMNIPOTENTIS Dei, & Gloriosę virginis Marię nominibus & præsidio inuocatis. In causa & lite vertente inter Spectabilem Do. Ioã. Bernardum ex Marchionibus Incisiæ actorem & appellantẽ ex vna parte, & Perciuallẽ notariũ reũ conuentum & appellatum ex altera parte, tota difficultas consistit vbi tractari debeat causa appellationis interpositæ per ipsum N.Io.Bernardũ à quadam interlocutoria lata p Spectabilem dominũ tunc Vicariũ guberni Asten.Iudicem ordinarium ipsarum partiũ, per quam pronũciauit testes. N.Perciuallis publicãdos & publicauit; videlicet an ĩ Magnifico regio parlamẽto Grationo. An vero in Magnifico regio parlamẽto Mediolani. Dubiũ ãt ĩsurgit ex duplici capite prĩcipaliter.

Primò quia quando Regia maiestas cõsecuta fuit Ducatũ Mediolani vniuit cum ipso Ducatu ciuitatem Asten.ac totũ comitatum eius seu dominiũ, & voluit vt subiiceretur Senatui suo Mediolani. Demũ instantib. Astensibus dictã ciuitatem & comitatũ à dicto Ducatu separauit & voluit vt subiiceretur Magnifico Senatui suo Grannop.& dictus N.Io. Bernardus præsupponit in dicta causa appellationis recursum habuisse ad Senatum Mediolani ante separationẽ prædictam, ita ꝙ vbi cęptum est iudicium ibi terminari debeat.

Secundo qa ipse N.Io.Bernardus obtinuit litteras à Regia maiestate ꝙ cã dictæ appellationis cẽt ĩ dicto Senatu Mediolani tractãda.

Circa quã materiam ꝓcedam ꝑ conclusiones iuxta instructionem & informationẽ mihi propositam & ex omnibus processibus & hincinde agitatis, vt dicitur extractum.

1 † Et primo opponitur ꝙ appellatio per dictũ N.Ioã. Bernardũ interposita fuit & est friuola & à nullo grauamine interposita, ita vt ei nõ fuerit deferendum nec appellatio recipiẽda, iuxta c.ad nostram &c. vt debitus, de appella. & c.cum appellationibus iuncto c. Romana. §. si vero & seq.& c.non solum.§.illa vero. eo. tit.in 6.notant legistæ in l.sciendum. ff.de appell.reci.& hoc maxime verum est, † quia de

2 iure ciuili & vbi seruatur ius cesareum nõ licet ab interlocutoria appellare quando non infert grauamen, saltẽ quod non sit reparabile coram iudice appellationis. l. ante sententiæ.C.quo.appel. non reci.l.2.C.de epi.audi. notatur in l.2.ff.de appel.re.

3 † Opponitur etiã quod ipsa appellatio remansit deserta quia apostoli non fuerunt repetiti in primo termino dato ad audiendum ordinationẽ per iudicẽ à quo super dicta appellatione, quo casu appellationi est renũciatum. cle.quanuis rigor.§.verũ, de appel.& ibi notatur per glo.& scribentes, nec tunc negociũ seu causa appellationis ad superiorẽ deuoluitur, vt ibi & d.c.Romana.§.si vero, & poterat iudex à quo sine timore reuocationis attẽtatorum procedere, vt ibi & d. c.non solũ in prin.& §.1.Verum licet ista fundamenta militent contra appellantẽ nõ tamen cõueniũt cõtra iudices ĩ ꝓposito videlicet, an parlamẽtum vnum magis sit adeundum quã aliud, nisi dicamus ꝙ neutrũ ipsorũ Magnificorũ parlamentorum audientiã præstare debuerit ipsi Io.Bernardo tanquã causa appellationis ꝓdictæ ad superiorẽ quicunq; sit non sit deuoluta. Opponitur etiam ꝙ vigore vnionis factæ de comitatu Astensi cũ submissione iurisdictionis ad Magnificũ parlamentũ prædictũ Grationopolitanum, cognitio dictæ causæ appellationis spectet ad ipsum Magnificũ Senatum Grãn.o maxime quia tempore dictæ separationis causa dictæ appellationis nondũ erat inchoata, & hoc nõ habet in iure dubita-

4 tionem, † cũ vnio & sæparatio & detractio seu diminutio prouinciarũ ac ciuitatũ sit in volũtate arbitrio & potestate principũ, nec non & submissio vnius patriæ seu prouinciæ sub iurisdictione vnius magis quam alterius, vt est tex.in §.illud tamen, in authen.iud. sine quo. suffr.& facit l.si eadem.ff.de offic. asses.& l.1. C.de metro.beri.lib.12.& ibidem glo. Barto. Ange.& scribentes, facit tex.notabilis in c.sicut vnire, de exces. priui.notant Can. post gl. in c.1.ne se.vac.& in c.quia monasteriũ, de reli.do.Inn.in c.pastoralis, de priui. & exces.pri

5 ui.& patet in l.1.§.cum vrbẽ. ff.de offi. præfe. vr.vbi dicit Bar.quod † termini comitatuum probantur per destinationẽ factam à principe qui habet potestatem distinguendi vnum comitatũ ab alio, est enim secundũ Bald.in c.

6 ad hæc in 4.col.in titu.de pa.iura.fir. † omnis iurisdictio in principe, & ab eo fluit & refluit, & facit ad prædicta quod notat Bar. in l.si cõuenerit.§.si nuda.ff.de pig.dum loquitur, an si princeps vniuerit Regno comitatũ gubernandus sit scđm leges & priuilegia Regni & ibi loquitur de comitatu Tolosæ qui fuit traditus Regiæ maiestati, de qua materia ẽt habet per Guli.de Cu.& Cy.in l.de quib.ff.de legi.& Cano.in locis allegatis & maxime Pan. in d.c.quia monasterium, & propterea Cano.

7 dicunt † quod qñ Papa expresse declarat velle eximere vnã ecclesiã à iurisdictione diocesani & alteri ecclesiæ submittere, valet exẽptio licet per nudã vnionẽ non intelligeretur exẽpta vt per Inno.Io. And.Imo. & Pano.in d.c.

8 primo, ne se.vacã. vbi dicũt † in materia vnionum & separationũ prædictarum inspiciendum & attendendum esse tenorem vnionis & separationis, pro quo facit c.porro & c. accipiemus, de priuil.circa quod, quia casus est clarus frustratorium est insistere.

Plus dicendũ puto quod causæ Astensium inchoatę ĩ Magnifico Senatu Mediolani post dictam

dictam separationẽ, nisi aliud fuerit sup hoc expresse prouisum, fuerint & sint in Magnifico parlamento Grãnopo. terminandæ, per id qđ notat Bar. in l. vbi cœptũ. ff. de iudi. & post eum Ang. & Barto. Bald. & Ange. in l. sed & si restituantur. §. si dies. ff. eo. titulo, dum dicunt

9 † subsistente necessitate posse litẽ coram vno iudice cœptã corã alio terminari, vt quia cesset iurisdictio prioris iudicis, nã vt dicit Bald. in dicto §. si dies, adiri debet subrogatus & ad nouum iudicem trãsit instantia, ita vt causa sit terminãda corã nouo iudice seu qui in locum alterius subrogatur vel succedit. vnde sic videtur dicendum in proposito vt quia sublata est iurisdictio à Magnifico parlamento Mediolani quã habebat supra Astensis est translata in Magnificũ parlamentũ Grãnopol. causæ ẽt cœptæ in ipso Magnifico parlamẽto Mediolani sint in Magnifico parlamẽto Grãno. terminãdæ, pro quo facit l. iudicium soluitur cum ibi traditis. ff. de iudi. Item facit qđ dixit

10 Bal. in l. sicut. §. solent. ff. de offi. proc. †. quod superior potest corã se aduocare causam coram suo Vicario cœptam, vult Pan. in c. vt nostrum primo & secundo notabili, de appel.

11 † Opponitur insuper quod cũ dictus Nobilis Perciual, non obstãtibus prædictis seu nõ habita ratione fundamentorũ prædictorum traheretur ad Senatũ Mediolanen. vbi semp dictus Dominus Perciual opposuit declinatoriã & dictã separationẽ, dictus Nobilis Bernardus passus fuit labi tps ꝓsequẽdę appellationis, quo casu appellatio remãsit deserta, c. cũ Romana, de app. auth. ei q & ꝑ totũ. C. de tẽp. app. ita vt pinde sit ac si nõ foret appellatum, d. c. cum sit Romana & est text. notabilis in l. fi. §. pe. C. de temp. ap. cum concordã. de quibus ibi per glo. in uerbo prouocatum, & qđ deterius est lapsum est tẽpus triennii quod cõceditur instantiæ & negocio principali, iuxta l. properandũ in principio. C. de iudi. & no-

12 ta. in c. fi. eod. titu. † quæ instantia non potest etiam de expresso partiũ consensu prorogari vt late notatur in d. l. properandum in princi-

13 pio cũ concor. ibi cumulatis, † in tantum vt perẽpta instantia cesset dispositio dictæ l. vbi cœptum secundũ Angelum in l. quãuis. ff. de da. infe. & in l. si fideicõmissum. §. i. in fi. ff. de iudi. & Pano. in c. ex tenore in fin. cõmen. vbi etiã Ant. de But. de rescrip. dum dicũt dictam l. non procedere vbi renunciatũ esset instantiæ, quia idẽ est vbi foret lapsu temporis perempta, vt de se patet, cum nõ dicatur amplius durare iudicium cœptũ adeo vt secundũ prædicta etiam iudicio cœpto in Magnifico Parlamẽto Mediolani foret pro ipsa causa adeũdum Magnificum parlamentum Gratianop.

Opponitur insuper ꝙ cum Dñs Perciual īstaret corã Spectabili Domino Iudice à quo, super instantiæ peremptione & quã pronunciauit peremptã, ipse Nobilis Bernardus comparuit coram eo & litigauit & appellauit ab ipsa ꝓnunciatione ad Regiã maiestatẽ, & demum corã Spectabili Domino Locũtenente Gubernii Asten. petiit illam sententiã annullari & reuocari, ac in meritis ius dici, quo casu alteri appellationi seu iudicio, & causæ appellationis quæ in Magnifico parlamẽto Mediolanensi agitari tractabatur fuit per ipsum renunciatũ, videlicet adeundo iudicẽ a quo vel alium iudicẽ, iuxta tex. & nota. in c. sollicitudinẽ, de appe. & in c. gratum, de offic. delega. & in ca. cum venissent, de testi. maxime qa exceptio reuocationis vel nullitatis sententiæ fuit proposita corã dicto Domino Locũtenente & fuit requisitũ ius dici in meritis, q actus fieri non potuissent nisi ꝑsupposito ꝙ intelligeretur renũciatũ appellationi vt habetur in d. c. sollicitudinẽ & in d. c. gratũ & hoc maxime procedit, quia ille actus fuit spontaneus & sine protestatione vt notatur in locis ꝑdictis. Et hoc casu non põt allegari appellationis vel litis pendẽtia, nec etiã dici posset litem cœptam in dicto Senatu Mediolani ꝑ ea quæ dicta sunt in præcedẽti oppositione, ac etiã ex eo quia quando de partiũ consensu cã alibi tractatur quã ubi cœptum est iudicium, cessat dispositio d. l. vbi cœptum secundum Panor. in c. vt debitus penu. col. de appella. solet notari in d. l. quamuis. ff. de da. infec. & per Do. Marianum in c. pen. de for. compe.

Opponitur etiã quia cã desertionis instantiæ de qua supra, fuit specialiter delegata per Regiam maiestatẽ ad quam ipse Nobilis Bernardus appellauerat Magnifico parlamento Grationopol. quo casu nõ licet ad aliud iudiciũ etiã prætextu litis pendentiæ cõuolare. d. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. & c. nouit & c.

14 fina. de offi. lega. † Nam de causa quam princeps alteri delegat ordinarius se non põt intromittere. c. pastoralis. §. primo. de offi. ordi. Bald. in c. ad hęc quarta col. de pa. iuramẽ. fir. Bal. & Saly. in l. si vt proponis la 1. C. quomodo & qñ Iudex & notat Imol. in l. si expressim. ff. de appel. ac Moderni in c. vt nostrum, eodẽ titu. facit c. sanè quia, de offi. deleg. & c. studuisti cum ibi traditis, de offic. lega. nam vt dicit

15 Bal. in dicto c. ad hoc, † omnis iurisdictio est in principe, & ab eo fluit & refluit & quando remouet causam ab ordinario nõ potest amplius se ordinarius intromittere, qđ est intelligendũ sine noua concessione. Sicut etiã delegatus reuocato mandato vel si princeps vel mandans cãm ad se euocet vel alterum iudicare velit vt notat Spec. iu titulo de iudi. dele. §. restat. 3. col. versic. Item reuocato per d. l. iudicium soluitur & l. cum prætor in principio ff. de iudi. & dicto ca. vt nostrum cum concordan. allegatis per eum.

Postremo nõ obstant litteræ Regiæ ab ipso nobili

nobili Ioã. Bernardo impetratæ per quas Regia maiestas videtur mandare cãm ipsam in Magnifico parlamẽto Mediolani tractari, qa multipliciter respondetur. † Et primo ꝙ ip-
16 sum rescriptum seu litterę concessæ fuerũt ad falsas preces ipsius Nobilis Io. Bernardi, quo casu debuit carere impetratis nec tunc delegatus virtute talis rescripti procedere potest. l. 2. vbi tex. C. si contra ius vel uti. publi. & in l. & si non, eo. tit. & c. cũ dilecto, de rescri. facit l. vniuersa. C. de diuer. resc. cũ vul. Expressit. n. in causam iam inchoatam fuisse in Magnifico parlamẽto Mediolani, & ibidem pendere, quod nõ est verũ, ut patet ex instructione mihi oblata, & verisimile est Regiam maiestatẽ fuisse motam ex eo quia lis esset in ipso Parlamento Mediolani inchoata, iuxta supplicata per d. ca. cũ dilecta & d. l. præscriptione & d. l. vniuersa. C. de diue. re. Item expressit causam appellationis fuisse ad ipsum parlamẽtũ Mediolani deuolutam, ꝙ nõ põt esse uerũ tum quia patria Astensis iam semota fuerat ab ipsius parlamẽti Mediolani iurisdictione & lit-
16 teræ separationis iam fuerant publicatæ. † Tũ quia ipsa appellatio Nobilis Io. Bernardi fuerat interposita ab interlocutoria quæ nõ deuoluit causam appellationis ad superioȓ nisi postquã per iudicem appellationis citatis & auditis partibus fuit recepta & inhibitio subsecuta, vt est tex. in c. non solum in principio, de appell. in 6. & in c. Romana. §. si vero cum
17 seq. eo titu. & lib. † Tum quia friuola erat appellatio & interposita in casu à iure non permisso videlicet ante diffinitiuã, quo casu non licet appellare quando grauamẽ est reparabile per appellationẽ à diffinitiua vt supra dictũ fuit, quo casu non deuoluitur causa appellationis ad superiorẽ per iura præallegata, maximè per c. nõ solum in principio cũ gl. iuncto c. cum appellationib. friuolis, eod. titulo, de appel. in 6. & l. 2. ff. de appell. re. & l. 2. C. de epis. audi. & l. ante sententiæ. C. quo. appella. non reci. Item ipsa appellatio remansit deserta rationibus allegatis, videlicet propter apostolos nõ repetitos & propter instantiam peremptam, ac ex eo quia per recursum habitũ ad inferiorem iudicẽ coram eo fuit litigatũ,
18 maxime super desertione, † & rescriptum impetratum super cã in qua non est appellatũ, vel quando appellatio remãsit deserta uel instantia est perempta de iure nõ ualet sed puniendus est impetrans. l. pe. & fi. C. vt li. pend. & ibi notatur & l. fi. vbi Bald. C. senten. rescin. non pos. Ex quib. concludendũ est ipsum Nobil. Io. Bernardum esse in expensis & æstima-
19 tione litis condemnandũ, † tum quia temere litigauit iuxta l. eũ quem temere in princ. ff. de iudi. & l. properandum. §. sin autẽ. C. eo. tit. quia victus victori ut ibi in expen. est cõdemnandus, tum propter lapsum instãtiæ, d. l. properandum, in princip. & §. primo & ibi Alex. & Bart. ibi in §. illo. Tũ quia appellatione deserta supplicauit per tex. & not. in d. l. pe. & fi. C. vt lite. pendẽ. in quibus iuribus puniuntur taliter supplicantes.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

ALVEVS QVI DEBET ESSE communis duarum communitatum alteri earum potest præscriptione acquiri, quæ præscriptio nocebit dominis habentibus iura cessa à communitate contra quã currit præscriptio. Consilium LV.

SVMMARIVM.

1 *Alueus illi acquiritur qui prope ripã ꝑdia possidet.*
2 *In successionibus non petentium portiones petentib. accrescunt.*
3 *Actiones spacio triginta annorum tolluntur quibus lapsis non licet actionem habenti amplius agere.*

OMNIPOTENTIS Dei, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus & præsidio inuocatis, visis designationibus mihi ostensis de Alueo Tanagri per impetum dimisso & vno contextu, de quo est quæstio inter Magnificos dominos Castagniti ex vna parte & commune, & homines dicti loci ex alia, difficultas consistit in tribus.

Primò an iste Alueus possit dici acquisitus fuisse totus cõmunitati tantum Castagniti q̃ cohærebat solummodo ipsi Alueo seu Tanagro ab una parte, an vero pro parte tantum, attento ꝙ communitas Neuearum cohærebat ab alia parte siue homines Neuearum.

Secundo præsupposito ꝙ homines & communitas Neuearum potuissent ius habere in illo alueo, an ex quo non petierunt partẽ suã nec acceperunt fuerit totus acquisitus communitati Castagniti.

Tertio an communitas Castagniti possit se tueri præscriptione, ex quo tenuit & possedit ipsum alueum pacifice annis 40. & l. & vltra vt verbo mihi fuit propositum.

Quibus motiuis discussis remanebit clarũ, an domini Castagniti propter cessionem sibi factã ab illis de Neuis vel aliter possint in ipso Alueo ius aliquod prætendere.

1 † Circa primum nemini dubium est quin ille Alueus derelictus acquiri debuerit illis q̃ prope ripam prædia possidebant l. adeo. §. q̃d si toto. ff. de acquir. re. do. & insti. eo. §. quod si toto, valet pro mõ latitudinis q̃ latitudo prope ripam capitur vt ibi & l. inter eos. ff. eo. Ex quo videtur inferri quod cum illi Alueo derelicto cohærerent prædia locorum Castagniti ab una ꝑte & Neuearũ ab alia, ille Alueus debuisset

debuisset esse communis ambarum partium vt dixit Bart.in trac.de Alueo in verbo prior.

Circa scdm videtur dicendũ quod ex quo illi de Neueis nihil petierũt totus Alueus applicatus fuerit ipsis de Castagnito per notata per Bar.in tract.de insula in versi. qui ab vtraque, vbi dicit ꝙ sicut acquiretur portioni illorum de Castagnito oẽ illud ex post in futurũ accedens vel vacãs, multo magis à principio debet acquiri, per ius accrescendi subiungendo ꝙ hoc ius accrescendi est fortius quam illud aliud, de quo habetur C.qñ non potentiũ
2 partes petentibus accrescant, † & propterea dicitur in l.1.C.illo eo.titu.quod vbi plurib. hæreditas defertur & vnus acceptat alius verò repudiat vel lapsu temporis excluditur, to
3 tum acceptãti acquiritur. Nã actiones tolluntur spacio 30.annorum quibus lapsis nõ licet habenti actionẽ amplius agere.l.sicut & l.omnes & l.cũ notissimi. C.de præscri. 30. vel 40. annorum & l.licet C.de iure deli.& l.hæreditas.C.de peti.hære.cum ibi notatis.

Circa tertiũ articulum dicẽdum est quod communitas Castagniti ex quo tenuit spacio antedicto p̃scripserit totum Alueũ, tum quia habuit iustam causam & cũ titulo tenendi ꝑ prædicta, tum quia etiam sine titulo quis præscribit spacio annorum 30. seu. 40.dicta l.sicut & dicta l.omnes & dicta l.cum notissimi cum concordan.supra allegatis.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

IVS FVRNORVM AN SIT DOminorum loci vel qui sunt de loco inuesti sti. Et an domini loci possint homines astringere, vt coquant ad eorum furnos, de quadam conuentione facta inter dom. & homines super furnis quæ nõ fuit à do.obseruata, an liget homines. Consi. LVI.

SVMMARIVM.

1. *Præscriptio nõ currit in his q̃ sunt mere facultatis.*
2. *Dominus loci an possit subditos suos astringere vt ad furnum suum coquant.*
3. *Qui nõ facit qđ debet non consequitur qđ oportet.*

IN quæstione furnorũ concessorũ ab excellentia Marchionali communitati Tilii seu iuris & facultatis furnandi, videndũ est an nobiles vel illi qui emerũt furnum nobilium ad quem solebant pro coquendo homines accedere, possint se opponere.

Et breuiter dico ꝙ non, eo quia facere furnum est iuris priuatorum & nõ reperitur annumeratum inter regalia, vt patet in vsib. feudorum in titu. quæ sint regalia, ita ꝙ & si homines accesserint longo & longissimo tẽpo-
1 re ad coquendum ad furnum alicuius, † cum hoc fuerit per modum facultatis & libertatis vel esse præsumatur nõ cõstito de aliqua obligatione, ex hoc non potuerit induci præscriptio nec consuetudo nec cõsequẽter obligatio vel iuris acquisitio, vt per Doct.post Inno. in c.significante, de appel.notant in proposito ac in terminis Cæpol. in tractatu de serui. vrba.prædior.in Rubrica de furno in secũda quæstione & bonę memorię præceptor meus Taurinensis Dominus Iacobinus de Sancto Georgio in tractatu suo feudorum in clausula, & cum molẽdinis secunda col.versi.sed ponamus. Et inter cætera allegant gl. in l.qui luminibus.ff.de serui.vrba.prædio. quæ vult ꝙ etiam per mille annos non præscribatur contra talia q̃ sunt meræ facultatis. Et verum ꝙ posset induci pręscriptio qñ fuisset prohibitũ, ne furnum facerent & post tẽpus prohibitionis ac vigore prohibitionis homines fuissent ad illum furnũ ad coquendum, vt notatur in locis præallegatis, vbi dicũt Doc. præscriptionem incipere à die dictæ ꝓhibitionis. Et hoc dico, quia dicitur alias factã fuisse prohibitionem & dirutos fuisse furnos per cõmunitatẽ ædificatos, quod non obstat ex quo à tali tempore non fluxerunt anni 30.seu tempus præscriptionis, iuxta l.sicut & l.omnes, & l.cũ notissimi.C.de p̃sc. 30.vel 40. annorũ cũ cõcor. & notatur in l 1.& 2.C.de serui. & aqua.

2 † Ad prædicta facit, quia nobiles ẽt per ordinationẽ vel statutum nõ possent astringere homines vt uadant ad suum furnum, vt late concludunt Domi.Soci. in consi 272.& antedictus dominus præceptor meus in loco præallegato in 3. quæst. quæ incipit vlterius quæro de quæstione quotidiana, post Bald.in loco per eum allegato.

Ita quod concludendum sit ex præmissis quod nobiles nec per ius commune, nec per viã statuti possint impedire ne hoĩes seu communitas faciant sibi furnũ, nec possint nobiles astringere hoĩes vt vadant ad suum furnũ.

Et quia alias facta dicitur quędam conuentio inter quosdã nobiles & homines, vt homines possent ædificare furnos, dando dimidiũ redditũum illis nobilibus, potuissem tangere ꝙ non valeat conuentio tanquã minus solemniter facta, & non seruatis his q̃ exiguntur ad obligãdum cõmunitatem, vel tanquã in præiudicium cõmunitatis quæ læsa posset petere restitutionẽ in integrum, sed nõ expedit, quia in illa conuentione illi nobiles ꝓmiserant manutenere cõmunitatem post factos per eã furnos in iure furnorum quod nõ fecerũt, quia factis furnis per cõmunitatem vigore illius conuentionis fuerunt per cõmissarium excellentiæ Marchionalis furni diruti & depressi, nec voluerunt seu potuerunt illi nobiles prohibere & promissa obseruare, vnde locũ nõ habuit nec habere potuit conuentio

3 uentio defectu ac culpa nobiliũ. † & qui non facit quod debet non cõsequitur quod oportet.l.Iulianus.§.offerri.vbi Pau.de Castr.ff.de actio.emp.l.cũ proponas la secunda.C.de pactis.Quinimmo arbitror quod agi posset cõtra nobiles ad interesse furnorũ demolitorũ, ex quo ꝓmiserant manutenere, super quo nõ insisto, quia non est tũc de hoc discutiẽdum. Laus Deo & Vigini Gloriosæ.

Albertus Brunus.

Sequuntur quædam consilia clarissimi doctoris D.Iacobi de Aluarotis in mat.feudali.

NON POTEST MVTARI FORma antiquarum inuestiturarum in præiudicium alterius. Consi. LVII.

SVMMARIVM.

1 *Inuestituræ antiquæ forma in alterius præiudicium mutari non potest.*
2 *Principis beneficium largissime interpretandum & numero o.*
3 *Consuetudo ecclesiæ circa inuestituris obseruatur et in illa attenditur.*
4 *Ecclesia ex consuetudine infeudante pro se & successoribus suis masculis non potest prælatus dare ẽt pro fœminis.*
5 *Prelatus non potest feuda non solita infeudari, de nouo infeudare sine auctotitate summi pontificis.*
6 *Prælatus auctoritatem non habet disponendi in præiudicium sui successoris.*
7 *Contrafaciẽtes legi legis beneficio gaudere nõ dẽnt.*
8 *Titulus simulatus pro titulo non habetur.*
9 *Clausula saluo semper omni iure, quid operetur.*

1 IN NOMINE patris & filii & spiritus sancti, gloriosæ Virginis Mariæ totiusque celestis curiæ triumphantis. † In causa & quæstione vertente corã Magnifico & Spectabili domino Locumtenente patriæ Fori Iulii inter cõmunitatem & homines communis de Pulcinico ex una parte petentes, & spectabiles nobiles ac comites terræ đ Pulcinico ex altera parte se tuentes, cum prædicti homines & communitas de Pulcinico dicant qualiter ad notitiam ipsorum peruenit quod prædicti nobiles fecerunt se inuestiri à Reuerendo patre domino Episcopo Feltrensi de feudis eorum vltra & ꝑter formam antiquã inuestiturarum suarum in prẹiudiciũ dictorum hominum & communis Pulcinici. Quare petunt & instant dictis nobilibus ibidem prẹsentibus & nominibus quibus comparent vt cessare & reuocare debeant dictam nouã inuestiturã quantum ad ea quæ in illa apparerent & continerentur vltra veteres inuestituras; prædicti autem nobiles responderunt nolle reuocare cũ nihil de nouo contineant & sunt inuestiri de quo eorum antecessores inuestiti fuerunt, vt patet priuilegiis imperialibus ibidem producis cum aliquibus etiam aliis inuestituris antiquis & nouis in iudicio deductis &c. Vnde põderatis & examinatis ꝓdicto priuilegio imperiali ac inuestituris antedictis tã nouis quã antiquis veniens ad examinationem & consultationem dictæ qõnis, præsupposita primo in hac cã iurisdictiõe legitima ꝓfati Magnifici domini Locumtenentis, ac præsupposita legitima translatione antiquitus facta per Reuerendos Dominos Episcopos in nobiles de Pulcinico de Castro & circũstantiis & adiacẽtiis & iurisdictionibus ipsius Castri concessis primitus Dño Episcopo & ecclesiæ Feltrensi & eius successoribus, cũ prædicta nõ deducantur in dubium; prima frõte videretur dicẽdum & arguendũ pro fauore nobiliũ vt non teneantur reuocare ipsam nouam inuestituram, ex eo maximè quia omnia particulariter in ea contenta videntur satis inclusa in su pradicto priuilegio imperiali primitus concesso Domino Episcopo Feltrẽsi, & consequẽter cæteri episcopi successores ac præsens episcopus potuerunt ac possunt eadem iura sibi concessa transferre in dictos nobiles. qđ clare patere uidetur ex uerbis dicti priuilegii, ibi dũ dicitur, vt ipse præsens episcopatus & successores in dicta ecclesia licentiã habeant de ipsis rebus adiacentib. in comitatu Fori Iuliẽsi facere ad vtilitatẽ etiam dictæ ecclesiæ, ꝓut eis habile visum fuerit, omnium hominũ cõtradictione remota, & si omnia modo nominatim dici non possunt & cũ omnib. familiis in ibi pertinẽtibus nostram auctoritatẽ cõce-

2 dimus & confirmamus &c. † prout in ipso priuilegio continetur q̃ verba omnia includere videntur cum nihil excipiatur. l. à Procuratore.C.manda.l.textorib.ff.de lega.3. Et hoc cõfirmatur, quia in dubio priuilegium principis est plenissime & largissime interpretandũ. l.beneficium.ff.de consti.prin.& extra de verbo significa.in ca.olim. Item probatur & alia ratione quod ipsum priuilegiũ iucludat omnia comprehensa in inuestitura noua. qđ patet, qa concedendo familias & homines ibidem habitantes, videtur multomagis concessisse omnes res prædictas, vt probatur in l.iustissime.ff.de ẹdil.edic.& per not.in l. si in emptione in princip.ff.de contrahen.emptio. Ex quibus concludendum videretur pro fauore dominorum nobilium contra ipsam cõmunitatem & homines Pulcinici.

Verum prædictis non obstantibus puto de iure & attenta consuetudine feudorum veritatem esse in cõtrarium, qđ probatur & osten-

3 ditur pluribus rationibus, † & primo quoniã consuetudo vnius ecclesiæ circa inuestituras feudo-

feudorum est obseruanda & attēdenda in dicta ecclesia, vt probatur in tit. de his qui feud. da. pos. in prin. facit l. venditor. §. si constat. ff. communia prædi. vnde secundum consuetudinem ecclesię Feltrensis nunquam fuit facta huiusmodi inuestitura, ꝙ patet per omnes inuestituras productas. Igitur talis noua inuestitura venit reuocanda tanquam facta contra consuetudinem dictæ ecclesię. Item probatur & alia consimili ratione quoniam patet ex aliis inuestituris, huiusmodi consuetudinem non fuisse in dando ea quæ nunc specificata sunt in hac vltima noua inuestitura, ex quo fit ꝙ per longissimum tempus sit inducta cō suetudo non dandi eo modo quo fecit dominus præsens Episcopus, vt C. de fund. rei pri. libr. 11. l. eum qui, & per ea quæ notantur per glos. & Andr. de Iser. indicto titu. de his qui feud. da. poss. in princ. vbi idem Andr. de Iser. hoc tenet. Præterea ista videtur esse quædam alteratio dicti feudi antiqui facta per præsentem Episcopum cōtra formam antiquarum inuestiturarū, quod facere non potuit, eo maxime q̄a tendit in p̄iudiciū ipsius cōmunitatis & hominū dictę cōitatis Pulcinici, postquam ipsi hoīes dictę alterationi nō cōsentiunt, immo expresse reclamant & contradicunt ꝑ ea quæ habentur in §. præterea. in titu. quib. mo. feud. amit. Nam videtur mutata natura feudi postquam non consentiunt alterationi, vt in c. 1. cum ibi notatis in glo. de eo qui finem fecit agna. Præterea & alia ratione quia cū dominus Episcopus sit prima persona quæ habuit titulum seu ius in ipso castro Pulcinici seu sua ecclesia Feltrensis in quam ecclesiam fuit traslatum ipsum castrum cum suis iuribus, vt patet in priuilegio antedicto; non potuit ipsa ecclesia seu suus prædictus prælatus Episcopus mutare qualitatem solitam, transferendo in ipsos nobiles aliter quam consuetum sit & semper obseruatum, alias ipse dominus Episcopus dans, & nobiles recipientes incurrent pœnam, de qūa in §. profecto in titulo de lege Corra. Ex quo tex. dicunt docto.
4 à simili quod † si consuetudo ecclesiæ sit dare in feudum res ecclesiæ accipienti & successoribus suis masculis tantum, quod prælatus dictæ ecclesiæ non possit dare accipienti pro se & successoribus masculis & fœminis, vt ibi tenet Iaco. de Bel. & per docto. in tit. de his qui
5 feud. da. poss. in princi. † Subsequenter & alia ratione quoniam pręsens Episcopus tempore sui ingressus reperit aliter infeudatum ipsum feudum quam de nouo ipse specificat q̄dam quæ non sunt solita infeudari neq; comprehendi in antiquis inuestituris, sicut est merum imperium & super flumen liuentiæ, quæ non posset infeudare de nouo absque auctoritate summi pontificis etiam si spectarent ad ipsam ecclesiam, per ea quæ habentur in cap. vt super, extra de rebus eccle. non aliena. & in c. 1. in tit. Episcopum vel abbatem, facit l. iubemus in fine. C. de sacrosan. eccl. Vnde quilibet Episcopus successor suus etiam non immediatus posset semper reuocare, prout dicit & tenet Bald. in titu. qui successo. tene. per notata per Innoc. in cap. dilectus, extra de conces. præben. Ad quod facit capit. litteris cum
6 ibi notatis, extra de rescriptis. † Et probatur ratione quoniam prælatus non habet auctoritatem disponendi in præiudicium successoris, vt in cap. primo, qui successo. te. & in c. de precariis, extra de preca. & extra de re. perm. in cap. vt commutationis, cum prælatus successor non intelligatur hæres prædecessoris, cum electione fiat, non successione, vt in ca. ad decorem, extra de institu. de præben. ca. 1. 8. quæst. 1. apostolica l. si certarum in fine. ff. de testa. milit. cum ibi notatis. Et ex hoc non potest prædecessor supplantare suum successorem in præiudicando sibi, de quo per Archid. 25. q. 2. decessor per Barto. in l. emptione, C. locatio.

Insupra adducitur & alia ratio quoniam isti nobiles incluserunt plura bona in feudo nouo, scientes non esse inclusa in feudis seu
7 inuestituris antiquis. † Vnde cum faciant contra legem prohibentem hoc fieri, nō possunt neq; debēt gaudere beneficio suę ꝓuisionis. l. non dubium. C. de legi. & probatur in §. calidis, de prohibita feu. alien. per Fed. & tenent docto. in cap. primo in princip. de inuesti. de re aliena fac. Et talis inuestitura censetur simulata cum sit in fraudem legis facta, &
8 † talis titulus simulatus non habetur pro titulo. l. ab Anastasio. C. manda. l. emptor. ff. de aqua plu. ar. & tenent docto. in d. §. calidis. Imputent enim sibi isti nobiles qui scienter incluserunt & receperunt in feudum rem insolitam & prohibitam infeudari. l. si fundum C. de euic. & not. glos. de prohibi. feu. aliena. per Fe. in princi. scire enim debuerunt istam prohibitionem. l. leges C. de leg.
9 † Postremo adducitur & alia ratio ex quo ea q̄ de nouo addita sunt inuestitura facta per præsentem Dominum Episcopum, non sunt de pręsenti præiudicialia ipsi communitati & hominibus Pulcinici, quod patet ex clausula apposita in fine ipsius inuestituræ, dum dicitur, saluo semper omni iure Episcopatus nec non alicuius cuiuscunque personæ, ita quod per præsentem inuestituram nemini in suis iuribus præiudicium generetur nec alicuius iura lędantur &c.

Quæ clausula cum satis contineat plenam intentionem concedentis non præiudicabitur in præsenti, iuxta notata in simili in l. si quidem. C. de exceptio. ff. famil. ercisc. l. idem labeo. §. primo, & de manu. testam. l. si locuplex. Secus autē si dicta clausula esset simplex

protestatio, vt quia diceret saluo iure suo, quia tunc nihil operaretur, vt probatur in §.primo, in titulo, quæ fuit prima causa be nefic. amitten. Et ibi hoc tenet Bald. quia in præiudici. non iuuat protestatio, vt in c.olim, de censibus. Et ex hac clausula apposita in inuestitura noua satis probabiliter excusabitur Dominus Episcopus ac ipsi nobiles à pœna in quam supradictum est eos incurrisse, de clausula tangitur per Bald. in l.1.C.de his quę pe.nom.& per Cardi. in cap.2.extra si de feu. fue.controuer. Verum quia non obstante dicta clausula posset nihilominus generari præiudicium ex dicta inuestitura noua ipsi communitati & hominib. de Pulcinico per tacitum consensum ex diuturnitate temporis, per ea quæ habentur in c. si quis per triginta, in titulo si de feud. fue. controuer. & in §. præterea, quibus mod.feud.amit. Quare conueniens & iuridicum est vt omnia capitula superaddita in noua inuestitura tollantur & amoueantur per ea quæ supradicta sunt, vt sic concludamus ex superioribus debere in præsenti causa determinari iuxta petitionem ipsius communitatis & hominum Pulcinici.

Non obstant contraria supra in aduersum adducta. Et primo d' priuilegio principis &c. quia respondetur quod illud priuilegium semper ita interpretatum est prout cantant inuestituræ antiquæ. Igitur minime recedendum est à tali interpretatione & consuetudine semper obseruata per legē minime cum ibi notatis. ff. de leg.1.

10 † Nec obstat alia ratio ꝙ beneficium principis sit latissime interpretandum quod est verum nisi iam haberet interpretationem certam & semper vsitatam per dictā l. minime, & quia debet intelligi sine iniuria cuiuscunque, l.2.§.merito.ff.ne quid in loco publi. Similiter ad aliam rationem familia, ibidem habitantium & concessarū in ipso priuilegio &c. Respondetur eodem modo quod ipsa longeua interpretatio & continuata semper consuetudo in contrarium hoc tollit per ea quæ supradicta sunt.

Ex quibus clarissime relinquitur probatā intentionem iuridicam pro fauore ipsius cōmunitatis & hominum Pulcinici, confutatis rationibus in contrarium adductis.

Et ita vt supra scriptum est dico & consulo ego Iaco. de Aluarotis Patauus & inter doctores patauos minimus.

DE VNO EX PLVRIBVS COHA bitantibus in communione inuestito simpliciter, an tunc feudum debeat esse commune, & dicit quod sic ex pluribus causis de quibus in consilio. Consi. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Feudum concessum uni ex pluribus in communione cohabitantibus, commune esse debet.*

REQVISITVS vt breuiter respondeam quid iuris circa casum mihi exibitum & præsentibus introclusum, quo casu viso & examinato † videretur prima fronte dicēdum, ipsum feudum de quo in casu integre & insolidum spectare & pertinere ad ipsum T. qui solus inuestitus est, non obstante quod tempore inuestituræ habitaret in communione cum C. & F. nepotibus suis & ipsos regeret & gubernaret. Ea potissima ratione ne dominus inuestiturę alium acquirat sibi vasallum quam voluerit habere tēpore inuestituræ, vt probatur & est tex. in c.2. circa fi. in ti. de fra. de nouo benefi. inuesti. Item quia dato ꝙ habitarent simul & haberent hæreditatem & bona indiuisa, & starent ad damnum & lucrum, nihilominus tale feudum aliunde acquisitum non videtur esse commune sed solum acquirētis, vt probatur de iure communi in l. cum duobus.§. fratres alias est lex.ff.pro socio, & in l. ex parte in §. filius ff. famil. ercis.

Attamē his nō obstantib. puto æquius sentiendum & dicendū in casu nostro tale feudū esse cōmune ipsorum nepotum C.& F. cū ipso T. acquirente dictum feudū nomine proprio. Et moueor & primo quia istud feudum datum propter merita & damna non solum ipsius T. sed etiam ipsorum nepotum & eorū patris I. vt præsupponitur in casu, cum intentio domini inuestientis fuerit subuenire calamitati & damnis non solum ipsius T. sed etiā ipsorum nepotum qui in eundem casum erāt exprimendi, postquam in eadem calamitate & meritis & in eadem cohabitatione quasi videatur dictum feudum acquisitum ex communi calamitate & meritis & præsertim cum præsupponatur in casu, ipsum T. malitiosè reticuisse in inuestitura nomina ipsorum nepotum & dominationem inuestientem ex inaduertentia simpliciter inuestituram fecisse in personam T. ut prædicta satis probātur & colliguntur in c.1. in tit. de benefi. fra. & qualiter frater fratri succe. Et notat glo. in tit. de his q feu. da. pos. in §. si autem vnus. Nam habitando simul & ad eadem damna & merita concurrentes videntur alter alteri auxilium præbere ad id beneficium consequendum, per ea quæ dixit Inn. in c. continētia, extra de clerico percussore, facit l.1.§.fi. de his qui deiec. vel effu. Præterea videt satis inhumanū ꝙ isti nepotes, qui erāt minores & sub gubernatione ipsius T. debeāt remanere cū dāno & absque beneficio ex facto & dolo ipsius T. q non nomi-

nominauit eos in inuestitura, vt sic fuerit in potestate ipsius. T. administraiores ipsos exclusiue, vnde restaurãdi sunt. l. 3. §. pe. ff. de re. eorum, facit l. si curatorem. C. de in inte. rest. Non ob. modo allegata supra in contrarium quia hic loquimur in tali feudo in quo satis colligi potest voluntas & intẽtio domini inuestientis vt uoluerit beneficiare ẽt ipsos nepotes, per ea quæ supra dicta sunt. Et ita dico & consulo ego Iacobus de Aluarotis &c.

VSVRARIVS MANIFESTVS potest & debet feudo priuari. Consilium. LIX.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus priuatur feudo ex omnibus culpis causis ignominiosis & delictis quibus sine dedecore in curia domini stare non potest.*
2 *Usurarius manifestus ignominisus est & infamis & feudo priuatur.*
3 *Vasallus feudo priuatur ex causis quibus quis potest exheredari.*
4 *Filius contra faciens statutis ecclesiæ & quatuor cõciliis principalibus potest à patre exheredari.*
5 *Usuræ in quibus conciliis prohibitę.*
6 *Omnis excommunicatus est hæreticus.*
7 *Hereticus quocunque beneficio & dignitate priuať.*
8 *Usurarii manifesti de ciuitatibus expelli dicunt:*
9 *Vasallus bannitus & in banno perseuerans potest feudo priuari.*

VTRVM usurarius manifestus possit feudis priuari, & licet iste casus nõ sit expresse in iure feudorum decisus, attamen euidentissimis rationibus ostenditur quòd sic, salua semper sa-
1 niori sententia. † Prima ratio quoniam ex omnibus illis culpis & causis ignominiosis & delictis quibus vasallus non potest stare in curia domini sine dedecore, etiam extra personam domini commissis, potest feudo priuari, vt probatur in cap. 1. & quod ibi per Doct. in titu. de illo qui interfecit fratrem do. & per doc. in titu. in quibus cau. feu. amit. in §. illud
2 enim. † Verum vsurarius manifestus est igno miniosus & infamis. l. probum fęnus. C. de his qui not. infa. 3. q. 7. in §. porro. Et consequenter cum non possit stare ante dominum sine ignominia potest feudo priuari. Facit qđ notatur in c. secundo, extra de feudis. Et ita videtur sensisse Iac. ardi. in simili in ti. quib. modis feu. amitt. sub rubricella, si fratrem suum interfecerit cum duabus rubricellis ibidem sequentibus, per ea quæ notantur in l. 2. in §. miles. ff. de his q no. infa. facit l. miles in prin.
3 ff. de adul. † Secunda ratio est, quia ex omnib. illis causis & culpis, ex quibus quis potest exheredare in testamento vel similibus vel maioribus quæ sunt 14. vt in Auth. vt cum de appellatio. cogno. §. causas colla. 8. potest etiam vasallus ex eisdẽ causis feudo priuari, vt probatur in ti. quæ fuit prima causa benefi. amit.
4 in §. prædictis modis. † Sed cum filius possit exheredari quando facit contra ea quæ sunt statuta ab ecclesia catholica & à quatuor cõciliis principalibus, scilicet Nicenum, Constantinopolitanum, Emphesianum, & Calcedonense, vt est tex. in dicto titu. vt cum de appellatio. cogno. in §. si quis de parentibus præ
5 dictis. † Et vsuræ sint prohibitæ in illis conciliis scilicet in concilio Niceno. 47. distin. quoniam multi, & notatur in c. 3. extra de vsuris, igitur &c. Tertia ratio quia cum perseuerando censeatur hæreticus per ea quæ supra dicta sunt, ex eo præsertim quia est communica
6 tus † & omnis excommunicatus est hæreticus 4. q. 1. quod autẽ, & notatur in ca. 3. extra de hæreticis, præsertim quia sequitur talẽ errorem manifesti vsurari 24. q. 3. ca. inter scisma. & c. hæreticus, & in clemen. prima, de hæ-
7 reticis. † Hæreticus autem non est capax feudi vel alicuius beneficii vel dignitatis, quinimmo si habet potest & debet priuari, vt in auth. interdicimus. C. de hæreticis, & c. fi. ex-
8 tra de hæreti. cum ibi notatis. † Quarta ratio quia vsurarii manifesti sunt ab ecclesia banniti & excommunicati & expelli debent de ciuitatibus, ut in c. 1. de vsuris libr. 6. & in ca. 3.
9 de vsuris. † Vasallus autem bannitus & perseuerans in banno potest priuari feudis, vt in c. 1. hic fin. lex, & 15. quæst. nos sanctorum, & capitu. seq. Et ita dico & consulo ego Iacobus de Aluarotis &c.

FEVDVM POTEST TRANSFERri etiam in rusticos, & potest diuidi si est feudum inferius, secus si est feudum superius, vt est feudum marchiæ comitatus &c. Consilium LX.

SVMMARIVM.

1 *Rusticus est capax feudi nobilis.*
2 *Seruus & liber quilibet potest hæres institui.*
3 *Rustici super feudalibus iurisdictionem habere non possunt.*
4 *Feudum inferius potesl diuidi secus si est feudum superius.*
5 *Regnum non capit duos.*

DILETCE nepos, vidi litteram Reueren. Domini nostri Episcopi Taruisini mihi per vos transmissam super facto Ser Stephani Mota, in qua prælibatus D. Reueren. p. D. Episcopus caripẽdit habere consilium meũ super duobus punctis, in qui-

bus ipse dubitat. Primum est vtrum feudum nobile qđ est ipsius ser Stephani possit trāsferri in rusticos. Scđm an possit fieri diuisio ipsius feudi inter ipsos rusticos. Et vt satisfaciā voluntati ipsius Reuerēdi patris domini Episcopi vt debeo rńdebo sup utroq; dubio omittendo superflua & tangendo solū veritatem.

1 † Vnde circa primū dubiū dico & cōsulo ꝙ tale feudum licet sit nobile possit transire in rusticos, ex eo primo quia in ꝑsona acquirente inuestiturā non debet fieri distinctio quando dominus scit qualitatē personæ recipiētis cū quibus censeatur esse capax talis inuestiturę, adeo quod ēt seruus intelligit esse capax, vt est casus de hoc ad litterā in vsib. feudorum in tit. ꝑ quos fi. inuesti. & ꝑ quos reci. in §. ꝑsonam, vnde ex ꝑsona recipiētis feu. nō diuersi-
2 ficamus dispositionē iur. † cū pariter quilibet liber & seruus possit inuestiri sicut hæres institui. l. nō minus. ff. de hære. insti. Et notat gl. 2. in dicto §. personā. Fortificantur prædicta ex alia rōne qā rustici possunt emere feuda habentia dignitatē annexā, & etiā iurisdictionē quę erant apud venditorē, vt probatur in §. ex eadem in fi tit. de lege co. ex quo infert Inno. in c. verum, extra de foro comp. in gl. 2. quod
3 † rustici super rebus feuda. iurisdictionē habere possunt. Et tenet ēt Car. florē. d. Frā. Zab. ibidem in primo suo notabili, & Baldus hoc idem tenet in titulo, de his qui feud. da. poss. in princip. & hæc dicta sufficiant circa primā dubitationem.

4 † Circa uero secundum quæ est, vtrum possit fieri per eosdem rusticos inter se de eodem feu. diuisio & breuiter dico & consulo ꝙ sic, ex eo quia tale feudum non habet dignitatē regalem neque principatum sed est feudum inferius à prædictis in quo potest cadere diuisio, vt probatur in l. satis bene disponitur, de prohi. feud. aliena. per Loth. & in titu de natura successes. feud. in cap. 1. & in tit. si de feu. fue. controuer. in ca. omnes. In feudis autem superioribus regularib. scilicet Ducatus, Comitatus, Marchionatus & similibus &c. bene fateor quod in talibus non caderet diuisio, vt patet in titulo, de prohibita feud. aliena. per Fe. in §. præterea ducatus, & notat glo. in cap. si hęredes, extra de testa. Et est ratio quia in talibus debet esse vnio ne per diuisionem diminuantur & deueniāt ad destructionem, vt ibi, & notat glo. in cap. licet, extra de uoto & uo. redemptio. quoniam vt ait Philosophus virtus vnita est fortior ipsa dispersa. hinc est ꝙ scribitur in l. euangelica, quod omne regnum in
5 se diuisum desolabitur, † & vnum regnum nō capit duos, vt ait Cicero facit 7. quæstio. 1. In apibus, de qua materia latius per docto. in d. §. preterea ducatus, & in titu. quis di. Dux Co. vel Mar. in prin. Et ita dico & consulo ego Iacobus de Aluarotis &c.

CONTRA DOMINVM CVRRIT præscriptio 30. annorum in fauorem vasalli qui possedit feudum etiam si non petit inuestituram infra annum & diem. Consilium. LXI.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio 30. annorum non currit contra dominū in fauorem uasalli possidentis feudum & nō petentis inuestituram infra annum & diem.*

2 *Inuestituræ renouatio per mortem domini vel vasalli debet fieri.*

3 *Præscriptione omnis actio tollitur.*

4 *Testis melior haberi non potest quam glos. quæ in dubiis opinionibus est sequenda.*

5 *Tempus subrogatum loco alterius temporis sapit eius naturam.*

6 *Præscribitur aduersus rempublicam spatio quadraginta annornm.*

IN Causa feudali ex foro Iulii de illo qui non petit inuestituram & possedit per annos 47. an dominus possit aduocare ad se bona feudalia.

1 † Et primo videretur ꝙ sic, per c. 1. in prin. quæ fuit prima causa benefic. amit. & in c. fin. per quos fiat inuestitu. & ibi plene notata per glos. Nam renouatio inuestituræ debet peti per vasallum & fidelitas polliceri infra tēpus ibi limitatum scilicet annum & diem, & si nō facit, amittit feudum. Et est ratio quia petere inuestituram est quidam quasi cēsus renouationis & recognitionis & reuerētiæ q̄ debet ꝑstari domino, & si nō facit vasallus res incidit in commissum, vt in c. fi. de prohi. feu. alien. ꝑ Loth. Et ita dixit Bal. in l. 1. ff. de rerum. diui.
2 † quę renouatio debet fieri vel per mortem domini vel mortē vasalli, vt in d. c. 1. in princ. quæ fuit prima causa beneficia. & de capitulis cor. in princip.

Secundo ad idē confirmatur quoniam nulla ꝑscriptio temporis potest opponi ipsi d. volenti vēdicare bona feudalia q̄ in cōmissum inciderunt, vt probatur in c. 1. de capi. cor. in §. ꝑterea, vbi tex. expresse dixit nulla ꝑscriptione obstante, idē firmatur in l. 1. in §. 1. de prohibi. feu. alie. per Fede. vbi similiter dixit text. nullius temporis præscriptione impediente, ex quibus verbis uidetur includendā esse etiā præscriptionem longissimam cum nil excipiatur, l. si seruitus. ff. de serui. rusti. prædio.

Tertio ꝓbatur rōne, quia sicut vasallus ꝓhibetur cōtra facere his ad q̄ obligatus est secūdum naturam feudorū; ita debet prohiberi pati ꝑscribi cum in fraudem domini videatur fieri. l. alienationis verbo. ff. de verb. signifi.

Quarto probatur auctoritate, qm̄ hanc partem, videlicet quod ꝑscriptio longissima nō habeat

habeat obstare, tenet Py. & Iacobus ardi. in summa in tit.qui.mo.feu.acqui. sub rubricella fi.Idē tenet And.de Iser.in dicto §.ꝑterea.

Verum is non obstantib.puto veritatem esse in contrarium,videlicet vt præscriptio lon
3 gissima habeat obstare dño. † Et primo ex ea generali ratione, qa per eam omnis tollitur actio.l.sicut.C.de præscri.30.annorum. cū sit inducta contra negligētes & vt rerum dominia tanto tēpore non stent sub incerto.Neque .n.credendū est in dubio ꝙ prædicti imperatores Corradus & Federicus voluerint derogare huic ꝑscriptioni longissimæ,vnde prædicti nō intellexerunt nisi de ꝑscriptione lōga, nō autem de longissima.Et hāc partem tenet gl.in d.§.præterea, & eam ibi sequitur Iac.de Bel.Nic.de Neap.& Bal. ex quib. uidetur hęc
4 q̄stio satis dubitabilis.† Verū in consulendo patet securius in dubio esse adhærendū opinioni gl.cum melior testis haberi non possit quantum est glo.ordinaria, vt ait Bal.in c.1. de natura succes.feud. in fi.& in l.1.C.de sen. quæ sine certa quāti.& in l.fi. C.de pœna iud. Et hanc opinionē conualido, quia in simili videmus etiā hodie hanc præscriptionē 30. anno.militare aduersus dominos in materia feudali, vt patet in c. si quis per 30. si de feud. fue.contr.& in c.fi.de feu.da.in uicē legis cōmis.quæ capitula in suis casibus non sunt correcta.Item adducitur & alia ratio,quia iste legatarius non est persona cui sit imposita obligatio aliqua feudalis, quia est extra personas quæ essent obligatæ ad ipsam inuestiturā petendam cum sit extraneus,vnde non prohibetur præscribere,per ea quę habentur per doc. & Bal.in l.2.C.de vsucapio.pro empt. Et hoc tenet Iaco.ardi.argu.insti.de vsuca. §.si tamē, & §.quod autem,& ff.de libe. cau.l.liber. §.si quis sciens in fi. Nam huic legatario nō erat imposita lex,ex quo fit ꝙ talia bona tunc sunt effecta præscriptibilia,vt dixit Bal.in d.l.2.Facit quod dixit Bar.in l.si filius.in §.diui.in fin. de lega.1.& per notata per glo. & Cy.in l.fin. C.in qui.cau.in integ. resti.non est necess. Itē adducitur pro hac parte etiā statutum per qđ abbreuiatur præscriptio longissima, cum ui-
5 deatur subrogatum per regulam q̄ dicit † ꝙ tempus subrogatum loco alterius temporis sapit eius naturam. l.si eum. §.qui iniuriarū. ff.si quis cau.& C. de temporibus in integ. restitu.l.superuacuum. Et tenet Bal.in d.cap.si quis per 30.facit l.in contractibus,& qđ ibi dixit Bal.C.de non nume. pecu. Præterea iste legatarius ignorauit esse feudum,vnde non venit priuandus, licet non petierit inuestiturā, vt tenet Bal.in l.fi.C.si pē.appe.Et est ratio, qa æquitas consuetudinis feudorum conseruat vasallū illęsum,ad qđ facit ca.vasallus.& ca.si vasallus,si de feu.fue.cōtro. Et tenet etiā Iac. ardi.in tit.qui.mo. feu.amittē. sub rubricella si non petierit inuestituram infra annū & diē, & probatur in c.1.de contro.inter dominum & emp.Et ex his pōt colligi responsio ad allegata sup.in cōtrariū.Adducitur & alia ratio, quia cū præsupponatur in casu,legatariū possedisse annos 47.sine controu.dicta bona, de-
6 bet esse tutus ex tanta præscriptione † cum ēt per præscriptionē 40. anno. præscribatur aduersus rempublicam vel templorū,vt in l.fin. C.de fun.patri.lib.11.C.ne rei do.vel templo. l.is.C.de præscri.30.an.l.omnes, & l.cōpetit, facit l.fi.& auth.quas actiones. C.de sacr.san. eccl.Et tenet Andr.de Iser. in d.ca.si quis per 30.& Nic. de Neap. dicit in antedicta l.fin.de fun.patri.in feudis indistinctè currere ꝑscriptionē 30.ann.per dictū c.si quis per 30.Et ita dico & cōsulo ego Iacobus de Aluarotis &c.

DE FEVDO DISTRACTO PER Cameram fiscalem ea lege quod possit de eo disponi per emptorem prout potest emptor ipse de aliis bonis suis, reseruatis tribus Reuerendissimo Domino Episcopo domino dicti feudi, & de forma petendi dictam inuestituram. Consi. LXII.

SVMMARIVM.

1 *Feudi distrait natura et eius sunt capaces fœminæ et qualiter fœminæ de eo inuestiantur nu.4.et 5.*

2 *Transuersalis non succedit in feudo quod non fuit ascendentium eius.*

3 *Pacta quæcunque in feudis admittuntur.*

VISO casu vltra ser. visis duob. instrumentis inuestiturarum, vno videlicet in persona Petri quondam Ioannis,facto, altero in personam Nicolai, antequam veniam ad declarandum formam inuestiturarum.

Primo examinabo in iure & facto naturā præscripti feudi de quo disputatur.

Secundo ostendam Nicolaum nullum ius habere in ipso feudo.

Tertio ostēdā ipas dominas Zachariā & agētē fouere ius ī ipso feudo & debere īuestiri.

Quarto declarabo formam habilem & securam pro ipsorum inuestitura.

1 Ad primū itaq; dico ꝙ ꝑsens feudum & cætera feuda q̄ vēdita sunt ac vēdunt' à camerā Veronæ Ill.nostræ dominationis nō hēt propriā nat. feudi attēta dispositione & volūtate ꝑlibati nostri dominii,qđ patet,quia ea tradūtur emptorib.ea lege & cōditione vt emptores possint disponere sicut poterat ipsa camera & saluo iudicio Domini Episcopi solū in trib.Primū circa renouationē inuestiturarū, qđ intelligendū est quando Episcopus vel vasallus moritur vel remouet'.Scđm circa pēsio

nem,qđ eſt intelligēdum qñ ex tali feudo ſol-
ueretur aliqs cenſus epiſcopatui. Tertium cir
ca inueſtiturā,quod eſt intelligendū quando
aliquis de paribus acquireret aliquod feudū
à camera, quia habet capere inueſtituram, vl-
tra aūt iſta tria epiſcopus non poteſt inquie-
tare prædictos acquirētes dictum feudū ab ip
ſa camera,neq; habentes cauſam ab ipſis em-
ptorib.poſſunt itaq; prædicti tenētes dicta feu
da vendere & in alios trāſferre ac de eis diſpo
nere ſicut poterat camera, vt patet in caſu, &
talis natura feudi ſit contra cōmunē feudi na
turam,tñ ſeruanda eſt prout dictat eius natu-
ra attēta voluntate & diſpoſitione donatoris
& anteceſſorū ſuorū in dicta camera, vt pro-
batur in c.1.in titu.de feu.non ha. ꝓpriā nat.
feu.Nā multotiens poſſunt feuda dari contra
veram naturā feudorū, ut in §.ꝑterea in tit.qd
ſit inueſtitura & de his q feud.da.poſ.in §.hoc
aūt, & in tit.in qui.cau.feu.amit.in fi. Stat nā-
que conditio ex natura dictæ cameræ & ex vo
lūtate donatoris ꝙ habentes talia feuda poſ-
ſint de eis diſponere ſicut đ aliis bonis ſuis dū
modo Dño Epiſ. ſint reſeruata tria ſupraſcri.
Circa ſcđm dico ꝙ Nicolaus nullū ius ha-
bet in ipſo feudo plurib. rationib. Et primo
qa ſua aſſerta inueſtitura eſt ſubreptitia & mē
dacioſa cū aſſerat quod per mortē veniat ipſe
Nicolaus inueſtiendus ꝑꝑ finitam lineā Ogni
beni & Petri ex qua poſſit de iure ſuccedere,
& dñs Vicarius dixit & affimauit hoc eſſe cō-
ſonum de iure &c. vt patet in ea inueſtitura,
2 † Nam primo de iure cōi hoc eſt expreſſe
contra ius,quod Nic.trāſuerſalis poſſit ſucce
dere in eo feudo qđ nō fuit aſcendentiū eius
poſtquam in inueſtitura Ognibeni & Pet. nō
erat cautū ,vt eſt caſus in c.1.in titu.de be.fra,
& in c.1.de fra.de no.be.inue.merito nulla.l.
1.ff.quæ ſen.ſine ap.reſcin. Secūdo eſt contra
ius attenta natura ipſius feudi & volūtate do-
natoris quæ vult ꝙ iſtud feudū tranſeat ſicut
cætera bona patrimonialia, vnde cū ſorores
Petri ſibi ſucceſſerint vniuerſaliter capiunt ēt
feudum vt in tit.an agna.vel filius. Tertio qa
cum iſtud feudū ſit etiā fœmineū & ipſæ ſoro
res Petri ſint in primo gradu de iure ciuili cū
Petro,Nicolaus autē in tertio,merito ipſæ ſo
rores debebant admitti, vt probatur in tit.de
gradibus ſuccedendi in feudo. Quarto quia
Ognibenus in donatione quam fecit Petro,
appoſuit conditionem vt nunquā poſſet per-
3 uenire in Nicolaum.† Nā pacta quæcunq; ap
poſita in tranſlatione feudorū quantuncun-
que extranea debent attendi & obſeruari, vt
probatur in tit.quid ſit inueſtitura in §. penu.
& fi.Quinto quia ſua inueſtitura fuit pure fa-
cta ipſis ſororibus in poſſeſſione exiſtentibus
& ignorātib.vnde reprobatꝰ vt in c. 2.quo tēp.
miles & in c.moribus,ſi de feud. fue. contro.
4 † Circa tertium dico ipſas ſorores fouere
ius in ipſo feudo, & debere inueſtiri iuxta in-
tētionem donationis & naturam feudi, tū qa
ſunt hæredes Petri & ſuccedunt in omnib.cæ
teris bonis, tum quia ſunt in poſſeſſione ip-
ſius feudi & debent conſeruari, vt in c.2.ſi de
feu. fue.contro.Et aduertēdum quod per in-
ueſtituram ipſarum & mediante poſſeſſione
ſua quam etiam extra inueſtituram habebant
in totum eneruabitur & tolleretur virtus aſ-
ſertæ inueſtituræ ipſius Nicolai,licet ſua inue
ſtitura præcederet per l.quotiens.C.de rei.vē.
Et hoc tenet gl. & doct.omnes in c. ſi facta in
5 tit.ſi de feu.fue.contro.† Factis nanq; ſuperio
ribus declarationibus deſcendo ad formam
ipſius inueſtituræ fiendæ in perſonā ipſarum
ſororum Petri.Narrabunt caſum qualiter ſer
Ognibenus ipſarum patruus magnus acquiſi
uit à camera Veronæ dominationis noſtræ
ipſum feudū &c.qđ quidē feudū fuit nouū in
peronā ipſius Ognibeni, de quo quidē feudo
fuit ēt īueſtitus à Dño Epiſcopo, ꝓut patet in
ipſo inſtrumento inueſtituræ, ipſumq; feudū
poſtea donauit Petro patri ipſarum ſororum
cum conditione ne unquā perueniret in Ni
colaū fratrē Ognibeni, quod quidem potuit
facere attenta auctoritate cameræ prædictæ
& voluntate dominationis noſtræ quæ trāſtu-
lit in ipſum Ognibenum cauſam & facultatē
diſponendi de ipſo feudo prout potuit,& po-
terat ipſa camera & quod ipſum feudum ſpe-
ctat & pertinet ad ipſas ſorores tanquā vni-
uerſales ſucceſſores & hęredes ipſius Pe.quē-
admodū ſpectāt & pertinēt omnia eius bona
alodialia & patrimonialia, vt cōtinuatū & iā
antiquatum eſt in perſonas ipſarū mediante
ꝑſona Petri olim earū patris qui illud acquiſi
uit ex tit.donationis ab ipſo quondā Ognibe
no & poſt mortē eius ſemper ſteterūt & ſunt
in poſſeſſione dicti feudi & petierūt ſemp in-
ueſtiturā debito tēpore.Nunc etiam cū inſtan
tia petunt & requirunt ſe debere inueſtiri de
ipſo feudo tanquam de feudo ad eas ſpectan-
te & antiquato in perſonas earum & alias ac-
quiſito à camera dominationis,offerentes ſe
ad ea quæ concernūt debitum fidelitatis iux-
ta naturam ipſius feudi acquiſiti à dicta came
ra Veronæ.Qui dñs Vicarius audiens & intel
ligens ꝑdicta fore honeſta & conſueta in tali-
bus iuxta mentem dominationis ꝑdictæ eam
petitionem ipſarū dominarū admiſit pariter
anuit & eas anulo inueſtiuit de dicto feudo
iam continuato & antiquato in perſonas ea-
rū & in omnib. & per omnia iuxta petitionē.
Et ita dico & conſulo ego Iac.de Alua.&c.

INVESTITVRA IN QVA QVIS eſt inueſtitus copulatiue pro ſe & eius hæredibus ſeu deſcendentibus maſculis & fœminis intelligitur ordine ſucceſſiuo in ꝑſonis fœminarum.ſ.deficientibus maſculis.

CONSI-

CONSILIVM LXIII.

SVMMARIVM.

2 *Vasallo accipiente feudum pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, deficientibus masculis fœminæ succedunt.*

2 *Frater an succedat fratri in feudo nouo.*

3 *Filius quo iure in possessione conseruetur.*

IN nomine Iesu Christi. Quia casus præsens, de quo quæritur nullam aut satis modicam dubitationẽ habere videtur, ideo pro conseruanda iustitia & manutenenda veritate, ego Iaco. de Aluarotis de Padua & inter doctores patauos minimus, idem dico & consulo qđ sup. per suprascriptos famosissimos doctores con
1 sultum & cõclusum est. † motus ea potissima ratione, quia quando vasallus inuestitus est, de feudo pro se & hæredibus suis masculis & fœminis cum pacto vt masculis extantibus fęminæ nõ succedãt, sed deficientibus masculis fœminæ admittantur, prout fuit in casu præsenti, quod in successione talis feudi donec extat masculus descendens à primo inuestito non vocatur fœmina, vt est casus in cap. 1. de eo qui sibi hæredibusq; suis masculis & fęminis. Nam cum istud sit feudum rectum, prout disponitur in inuestitura, eius natura est vt fœmina apposita in inuestitura simul cum masculis, etiam si sit apposita copulatiuè, nõ succedat simul cũ eo, sed ita demum si masculus non extet vt ibi patet, & in §. quinetiam in tit. Episcopum vel Abbatem, quoniam ista coniunctio simul facta, de masculo & fœmina in inuestitura copulat verba & nõ sensum ex natura consuetudinis feudorum, & intelligitur esse potius posita in vim ordinis, etiã si ordo non esset expressus. multo magis quando est expressus vt fuit in casu nostro, videlicet vt si non extaret masculus, tunc ipsa fœmina deberet admitti, prout in simili dicunt doc. in l. gallus, in §. quidã rectè. ff. de libe. & posthum. Neq; habet ob. alia clausula in inuestitura apposita, dũ dicitur alterutrius vero prole prorsus legitima deficiente &c. quia non fuit posita vt alteraret aliquid de priori clausula præcedente quæ excludit prorsus fœminas extante masculo, sed ideo fuit posita vt tolleretur dubitatio ista, videlicet quod si dictum feudũ ex dicta inuestitura fuisset reputatum nouum in personã ipsorum fratrũ de nouo inuestito-
2 rũ † in quo quidem feudo nouo frater non debet succedere fratri nisi expresse dicatur in inuestitura, vt in c. 1. de benefi. fratris, & qualiter frater fratri succedat, voluerũt dicti fratres vt dicta cautella ad hoc vt essent securi feudũ prædictũ debere remanere in familiã suam. Præterea est considerãdum quod in casu nostro dubium fuit inter masculos & fœminas, ad quem eorũ spectare debeat feudũ præsens & isti ambo descendunt ab eadem linea Domini Oberti quo casu habet locum supraścripta regula dicti capituli primi, de eo qui sibi hæredibusq; suis &c. Et est ratio quia omnes sui posteri intelliguntur descẽdere ex corpore ipsius Domini Oberti, & hęc est mẽs & intentio illius capituli secundum Bald. ibi. Verũ dicta prima clausula, de qua supra fuit apposita inter duos facientes diuersas lineas, videlicet prædictos Dominum Obertum, & Dominum Guertium, quo casu si dicta clausula debuisset aliquid operari debebat verificari in personis ipsorũ scilicet vnius ad alterum, prout expresse patere potest rectè intelligenti & consideranti verba dictæ clausulæ & quibus dirigitur. Nam hic non tractamus aliquid de successione Domini Guertij prout præsupponitur in casu, & sic præsens fœmina patruelis ex dicta clausula non potest vocari per capitulũ primum, de duobus fratribus à capitaneo inuestitis, sed tractamus solum de successione lineæ D. Oberti, quo casu extante masculo non debet admitti fœmina per ea q̃ supradicta sunt. Nam solum lineã Do. Oberti attendere debemus, vt in c. 1. in titu. de natura succes. feudi. rursum & si in casu nostro relinqueretur aliqua dubitatio non ex hoc debet defferri seu dilatari renouatio inuestiturę in personam masculi per Reuerendum patrẽ
3 dominum Episcopum Taruisinum, † quia cũ masculus sit in possessione & habeat titulum inuestituræ debet conseruari in possessione, & inuestiri reseruato iure si quod habent ipsæ fœminæ in proprietate, vt probatur in c. 2. si de feu. fue. controuer. & de pace tenen. in §. si duo. & in c. 1. de controuer. inter masculum & fœminam cum ibi notatis, & assignat Bal. rationem videlicet, vt hoc operetur qualitas possessionis paternæ quæ qualis fuit in parte talis p̃sumatur in filio, vt not. Inst. de hære. ab intesta. in §. sui & præsertim qñ stetit in possessione per annum & vltra ipsa muliere sciente patiente & tacente, cum ex hoc videatur tacite consensisse, vt in c. titius in fi. & ibi Bald. in titu. si de feu. fue. controuer. & in c. 2. in fi. tit. si de inuestitu. inter dominum & vasallum lis oriatur. Et quibus omnibus in fidem præmissorum me propria manu subscripsi meoq; cõsueto sigillo sigillaui & muniui, saluo semper consilio saniori ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

LEGATVM DECIMAE FRVctuum ex certo feudo ex quo alteri debebatur decima iure inuestituræ, intelligitur ꝙ detracta decima prima debeatur legatario decima aliorum fructuum qui superarunt detracta dicta decima.

CONSI-

CONSILIVM LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ quilibet potest de bonis suis relinquere.*
2 *Testatoris voluntas lex esse censetur.*

EGO Iacobus de Aluarotis electus de communi consensu ad consulendum super puncto & dubio suprascripto. Vnde viso testamento Dominæ Mariæ de Caltana, viso consilio super dicto casu & allegatis, habitaque super his matura & diligenti deliberatione Iesu Christi nomine inuocato, dico & consulo pronunciandum esse & pronunciari debere suprascriptum Ioan. Petrum filiũ & hæredem prædictæ D. Mariæ condemnandũ esse & condemnari debere ad dandũ & soluendũ annuatim decimas dictæ terræ Ecclesiæ Sãcti Blasij dictæ villæ de Caltana hoc modo, videlicet, vt primo & ante omnia ex dictis terris detrahatur decima quæ ex titulo inuestituræ debita est spectabili Domino Danieli de Doctoribus; postea ex cæteris fructibus & reddittibus qui supererunt ex dictis terris detracta dicta decima Domini Danielis soluatur dicta decima prædictæ Ecclesiæ secundum voluntatẽ testatricis. & moueor ad ita consulẽdum his potissimè rationibus, nam nemini dubiũ est quod dicta D. Maria potuit ex rebus ad se spectantibus testari pro libito voluntatis & secũ-
1 dum quod optauit † & præsertim relinquẽdo Ecclesię, vt est casus in l. 1. C. de sacrosan. eccl.
2 & probatur in l. generali. C. eo. titu. † nam voluntas testatoris adeo fouetur à iuris dispositione vt ipsa voluntas censeatur esse lex, vt in auth. de nup. §. disponat. l. 1. cum ibi notatis. C. de pactis, & sic apparet in præsenti casu nostro duplex fauor, primo videlicet gratia eius cui relinquitur scilicet Ecclesia, & gratia testatricis, vt eius voluntas conseruetur quæ in hoc censetur fauorabilis, vt notat Glo. in d. l. 1. C. de sacrosan. eccle. Neq; habet obstare ꝙ videatur disponere de decima quæ est ius spirituale, quod non cadit in dispositione laici, per cap. ad hæc & in c. quamuis, extra de decimis, facit ca. consuluit, extra de iure patrona. quia in proposito nostro non disponitur, de iure ipsius decimę, sed de cõmoditate fructuũ collectorum qui spectare poterant ad ipsam testatricem, & consequenter spectabunt ad ipsum Io. Petrũ, de quibus ipsa testatrix tanquã de rebus ad se spectantibus potuit disponere, cũ dicti fructus erant separati à solo quia t: c non intelligũtur esse amplius ius proprię decimale spirituale, sed erunt proprij ipsius hæredis, argu. in l. in ædibus. §. ex rebus. ff. de donationibus. & expresse determinat Bal. in tit. de succes. feu. in principio. Facit quod notat glo. in d. c. quamuis, de decimis, & in titu. an agna. vel fil. in c. 1. & in ca. 2. extra de loca. Ex quibus omnibus cõcludo, vt supra quod detracta decima Domini Danielis ex fructibus colligendis omni anno de dicta possessione, debeat ex dictis fructibus qui supererunt solui decima pars ipsi Ecclesiæ ꝺ Caltana ad hoc vt volũtas testatricis cõseruetur, & locus pius scilicet Ecclesia legatum suum consequatur. Vnde inquantum prior sententia rectè in aliqua sui parte concordat cum his quæ in superioribus dicta sunt, consulo pronunciandum in ea parte bene iudicatum & male appellatum per partes; Inquantum vero discreparet consulo ex nouiter deductis male iudicatum & bene appellatum partesq; ambas in vtroq; casu ab expẽsis absoluẽdas esse & absolui ꝺbere. Et ita dico & cõsulo ego Iac. de Alua. &c.

Fœmina semel exclusa perpetuo censetur exclusa. Et inuestitura in qua copulantur descendentes ipsius inuestiti tam masculi quam fœminæ, intelligitur de fœminis deficientibus masculis. Et duobus inuestitis ꝓ se & eorum descendentibus masculis & fœminis, quamdiu superest aliquis masculus vel fœmina vnius non potest se impedire alter vel aliquis de eius descendẽtibus. Et plures hæredes debent iurare fidelitatem insolidum.

CONSILIVM LXV.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina semel exclusa perpetuo exclusa censetur.*
2 *Inuestitura in qua copulantur descendentes inuestiti tam masculi quam fœminæ, de fœminis deficientibus masculis intelligitur.*
3 *Dominus de feudo sibi aperto libere disponere potest*
4 *Duobus inuestitis pro se & eorum descẽdentibus masculis & fœminis quamdiu superest aliquis masculus vel fœmina vnius, non potest aliter vel aliquis de eius descendentibus se impedire.*
5 *Iurare fidelitatem tenẽtur plures hæredes insolidũ.*

IN CHRISTI nomine amẽ. † Super casu feudali de Verona non est dubium quod mortuo Iuuerando relictis Frãcho & Bartholomęo, Zilia fuit perpetuo exclusa, vt patet in titu. Episcopum vel Abbatem. in §. quinetiã. Nã ipsis viuentibus non debuit admitti ex natura feudi quę est ꝙ masculus pręferatur fœminę, neq; illis mortuis debuit admitti ex ratione illa, quia semel reperitur exclusa per prælationem masculorum, sed tale feudum debuit reuerti ad dominum, vt in d. §. quinetiam. qui ita intelligitur secundũ And. de Iser. & Bald. Nam

Nam istud feudum à principio fuit rectum & simplex & non cōditionatū apud patrē Ziliæ in quo extantibus fratribus ipsius Ziliæ non debuit ipsa admitti, quæ Zilia licet sit apposita in inuestitura simul cum masculis etiam copulatiuè, non tamē succedit simul cū illis, sed ita demum si masculus aliquis non fuisset, vt ibi. & titulo de eo qui sibi hæredibusq; suis in
2 c. 1. † quia ista talis copulatiua videlicet masculis & fœminis apposita in inuestitura attēta natura consuetudinis feudorū copulat verba & non sensum, & intelligitur esse potius posita in vim ordinis, videlicet vt si non extaret masculus, tunc ipsa fœmina deberet admitti, alias secus, prout alibi patet in simili in l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. secundū Bal. Vnde cum semel fuerit ipsa zilia exclusa à masculis in perpetuum intelligitur exclusa, ita quod mors masculi nō potuit deinceps sibi patrocinari, ad quod facit. ca. 4. & quod ibi per Doct. in tit. de capitaneo qui curiam vendi. cum ibi notatis per gl. & doc. Nā ad hoc vt ex huiusmodi inuestitura filia possit admitti necesse erat quod tēpore mortis non extitissent filij masculi. verum quia tunc extabant, semper intelligitur esse exclusa quanquam postea filij masculi moriantur, vt in §. filiam, in tit. de succes. feu. Ex quibus patet & infertur quod mortuis fratribus ipsius ziliæ dictum feudū fuit libere reuersum ad dominū, de quo feudo tanquā de feudo deuoluto domino, potuit de gratia inuestire filios ziliæ de eodem feudo, vt patet in d. §. filia, & in c. 1. in titu. quemadmo. feud. ad filiam pertineat.
3 † Nam postquā ipsum feudū fuit apertū domino, habet ipse dominus liberū arbitriū dispo-
4 nendi de eo. l. in re mandata. C. man. † Et ideo tale feudū per inuestiturā de nouo factā in personam, facit censeri illud feudum cum dicta conditione in quo vnusquisq; dictorum filiorum ziliæ ipsorū inuestiturorū intelligitur prospexisse sibi & hæredibus suis masculis & fœminis, quo casu donec extat aliquis descendēs vnius siue sit masculus siue fœmina non admitti debet aliquis de linea alterius, vt in c. 1. in tit. de duobus fratribus à capitaneo inuestitis. Et est ratio, quia istud feudum habuit tunc originem & principium ab ipsis, & non ab eorum parēte. & ideo fuit nouum & non paternum, vt in titu. de gradi. in §. his vero in vsibus feudorum & sic quilibet ipsorum inuestitus voluit prouidere descendentibus suis masculis & fœminis, vt potius admitterentur ad suam portionē quam alter & descendētes ex altero. Nam ista pluralitas posita in inuestitura cōuertitur in duas singularitates, & pinde est ac si quilibet de per se dixisset quandiu viuet iste vel ille vel hæres istius vel illius. ff. de condi. & demon. l. falsa. §. fi. ff. ad trebel. l. Lucio. §. gaio. & ratio communis est, quia qui libet videtur habuisse maiorē affectionem ad suos descendentes, etiam fœminas, quam ad transuersales & descendentes ex aliena linea. l. cum acutissimi in fi. C. de fideic. fortificantur prædicta ex diuisione feudi secūdum quā quilibet possedit portionem suam, quod fieri potuit, vt in c. omnes filij. ex quo fit quod licet fuerit feudum acceptū insolidum à prin-
5 cipio, † nihilominus ex diuisione quilibet iurare debet fidelitatem pro sua portione & iurare debet insolidum cum iuramētum sit res indiuisibilis, nam in rebus indiuisibilibus heredes tenentur insolidum, vt famil. ercisc. l. heredes. §. an ea, & tenet Ant. de Iser. in d. c. omnes, item quia & ipsa domina & ipse Ioannes cum omnibus descendentibus videntur tacite cōsensisse & se exclusisse à iure suo si quod habuissent, per capitulū Titius in fi. si de feu. fue. controuer. Et ita dico & consulo ego Iac. de Alua. Laus Deo.

SEQVITVR ELEGANS CONSILIUM Domini Baptistæ de Sancto Blasio ad materiam l. 1. §. preterea ducatus, de prohi. feu. alie. per Federi. circa diuisionem feudorum. Consi. LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum Comitatus in se habens iuris vniuersitatem an possit diuidi.*
2 *Exceptio declarat regulam, eamq; limitat atq; restringit.*
3 *Dictio, autem est aduersatiua.*
4 *Aduersatiua aduersatur præcedēti dicto in iure & in facto.*
5 *Feuda superiora ex consuetudine diuiduntur.*
6 *Consuetudo quod feuda diuidantur valet sciente & patiente superiore, alias secus.*
7 *Proœmium legem declarat.*
8 *Ignorantia in principe vniuersali præsumitur.*
9 *Intellectus ad c. 1. in prin. de prohi. feud. alien. per Federicum.*
10 *Dictio, præterea præcedentia repetit seu continuat.*
11 *Præbendarum & dignitatum diuisio ex superioris dispositione potest fieri.*
12 *Feudum an integraliter ex communi omnium consortium consensu possit vni ex eis adiudicari vel renunciari.*
13 *Feudum superior statuto inducente diuidi potest.*
14 *Feuda maiora ex speciali priuilegio principis diuiduntur.*
15 *Feuda maiora possunt ex longo vsu cuius non extat hominis memoria in contrarium diuidi.*
16 *Feuda inferiora an diuidi possint.*
17 *Indefinita æquipollent vniuersali.*
18 *Mores legesq; locorum seruandi sunt.*
19 *Vbi est eadem ratio ibi non est extensio sed eadem prouisio.*
20 *Separatorum debet esse separata ratio.*

21 *Admini-*

21 *Administratio & exercitium iurisdictionis feudalis an diuidi possit.*
22 *Qualitas à suo subiecto regulatur.*
23 *Vbi est eadem ratio etiã in feudis ibi idẽ ius esse dẽt.*
25 *Feudum est indiuiduum & nu. 32.*
26 *Par in parem non habet imperium.*
27 *Tutores vnius pupilli possunt inter se diuidere administrationem & exercitium ipsius tutelæ & nolentes diuidere coguntur vno tantum tutore volente & nu. 32.*
28 *Seruitutum vsus & administratio non potest diuidi & nu. 33.*
29 *Iurisdictionis exercitium in ciuitatibus diuidi põt.*
30 *Fructus feudi indiuisibilis inter cõsortes diuidũtur.*
31 *Iudex prouidere debet vt partes ad arma non veniant alias officio suo priuatur.*
34 *Diuisio administrationis & exercitij rei feudalis qualiter fieri debeat.*
35 *Diuisio an & quando inter consortes facta præsumatur in feudalibus.*
36 *Voluntas coniecturata expressa dicitur.*
37 *Possessiones diuisim & pro diuiso longo tempore possessæ taliter diuisæ præsumuntur qualiter possessæ fuerunt.*
38 *Possessio in quibus cadat.*
39 *Præscriptionis tempus continuum & non alternatũ vel interpollatum esse debet.*

IN CHRISTI nomine amẽ. Ex themate qđ ex ꝓcessu elicitur tria dubia principaliter tractanda esse examinaui.

Primum est vtrum feudũ vel bona feudalia diuidi possint ratione iuris & habitus substantiæ.

Secundũ est vtrum possit diuidi administratio & vsus iurisdictionis ac exercitiũ eius iurisdictionis q̃ cõpetit vasallis seu feudatariis.

Tertium est vtrum stantibus illis de quibus in themate & processu, præsumatur & intelligatur facta esse diuisio, ita quòd alia diuisione opus non sit.

Capio primum dubium, circa quod dicendum est, ꝙ aut nos loquimur in feudo Ducatus Marchiæ vel Comitatus habente annexã iurisdictionẽ ac merũ & mixtum imperium, & sic in feudo maiori, aut loquimur in aliis feudis minoribus, seu inferioribus carentibus mero & mixto imperio.

1 † Primo casu cessat diuisio, vt in l. 1. §. præterea ducatus, de prohi. feu. alie. per Fede. in vsib. feu. Et hoc intelligo etiam si oẽs feudatarij vel cõsortes cõsentiant, vt in d. §. præterea ducatus in prin. iuncto ver. aliud aũt feudum &c. nã in prin. illius §. ponitur regula prohibitiua & loquitur in rem, & sic feudum tale est redditũ indiuisibile. facit l. aut qui aliter. §. fi. ff. quod vi aut clam, & quod no. Bart. in simili in l. hæc legis verba. ff. ad l. iul. de adul. in ver. vero aliud autem feudũ &c. ꝓmittit aliud feudum inferius diuidi, si tamen consortes consentiant, ergo præsupponit ꝙ feudũ superius de quo in prin. illius §. non potest diuidi ẽtsi consortes consentiant, † quia exceptio declarat regulam & limitat ac restringit regulam, vt in l. nam quod liquide. §. fi. ff. de pen. lega. Et hoc quod tale feudum superius sit indiuisibile, tenet ibi. s. in d. §. præterea ducatus Bald. & Iaco. de Alua. & idem Iac. Alua. in c. 1. §. itẽ si fuerint, qui, modis feudum amit. in secũdo notabili in vsib. feudorũ, & in c. omnes, si de feu. fuerit contro. Item tenet gl. in c. si hæredes, de testi. & gl. in c. licet, de voto. & in c. maioribus, de præben. † Et confirmo ratione dictionis autẽ, quę est in ver. aliud autem feudũ &c. quæ est aduersatiua, vt in l. hoc amplius. §. de his autẽ. ff. de dam. infect. & ibi per Bart. † Quæ quidem aduersatiua aduersatur præcedenti dicto in iure & in facto. l. 2. §. sed & fortius. ff. ne quis eũ qui in ius vo. est vi exi. Vnde licet feudum inferius possit diuidi consentiẽtibus omnibus consortibus, tamen secus debet esse in feudo superiore, & sic in Comitatu de quo agitur. Hoc tamẽ fallit in pluribus casibus. † Primo si in loco consuetudo se haberet in contrarium, quia tunc talis consuetudo valeret vt inquit Bald. & Iaco. de Alua. in d. §. præterea ducatus, & Hostien. & Cardi. in d. c. licet & idem Iaco. de Alua. in c. omnes filij, si de feu. fue. contro. in 5. col. vbi inquit quod in Foro Iulii talis viget cõsuetudo. idem scilicet quod fallit vbi aliter se haberet consuetudo, dicit Oldra. in suo consil. 237. in fi. primæ col. † quod est verum quando talis cõsuetudo est inducta & seruata sciente & patiente superiore, alias secus secundum doc. vbi supra & per Io. An. in addi. Spec. super rubri. in tit. de feudis in ver. non omittam. Ratio autem quare non sufficit simplex consuetudo nisi concurrant scientia & patientia superioris qui potest legem condere, est, quia Imperator in d. §. præterea ducatus, reprobat cõsuetudines cõtrarias vt satis probatur circa prin. illius titu. de prohi. feu. alie. per Fede. in proœ. † Quod quidem proœmium declarat totam illã legẽ, vt in l. regulã. in fi. ff. de iur. & fac. igno. facit l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. cum si. Merito vt noua consuetudo contraria tollat illud ius positiuum de quo in d. §. præterea ducatus, opus est noua scientia & patientia principis vt per doc. in dictis iuribus. † in dubio tamen in principe vniuersali præsumitur ignorantia, per l. verius. ff. de prob. & per c. 1. de cõsti. lib. 6. licet aliud videatur in principe particulari in terris suis, vt per Bart. in exraua. ad reprimendum in verbo non obstantibus. Vnde si ita seruatum esset in Foro Iulij valeret talis consuetudo ac obseruantia, maximè quia si qua consuetudo est ꝙ tale feudum possit diuidi, certe hoc oportet fateri deductum esse in sciẽtiam principis,

principis, probo quia facta diuisione vasalli inter quos feudum est diuisum, debent præstare fidelitatem principi, vt in d. §. præterea ducatus, ibi, ita vt omnes &c. Veruntamē quia talis cōsuetudo, de qua asserunt doc. quæ haberet tollere dispositionem dicti §. præterea ducatus, iuxta l. de quibus. ff. de legi. & l. 2. C. quæ sit lon. consuetu. potest esse multiplex & diuersa; nam forte consuetudo est quod tale feudum diuidatur consentientibus omnibus consortibus vel etiam altero contradicente, ideo consuetudo specialis esset alleganda & probanda, ar. l. non hoc. C. vnde cognati. & p Bart. in repe. l. de quibus. ff. de legi. quod tamē intelligo, vt per Pe. & Bal. in l. generaliter, in ver. inducit Pet. ad aliā quæstionē. C. de Epis. & cle. vnde non multum curo de illa consuetudine quam Iaco. de Alua. dixit vigere in Foro Iulij, quia vt dixi talis consuetudo potest esse multiplex &c. secus quādo doctor aliquis famosus asserit consuetudinē esse de aliquo, q̄ tamen consuetudo sit vniformis vel vnica, ita intelligo Bar. in d. l. de quibus, & glo. in l. dos à patre. C. solu. mat. cum simi.

Secundo fallit dicta regula de qua in d. §. præterea ducatus in princ. si talis diuisio fiat vel fieri petitur per consortes consentientes vel etiam per aliquos cōsentientes contra aliquos dissentiētes, cōsentiente tñ domino feu-
9 di, † pro eo quia d. l. 1. in princ. de prohi. feud. alie. per Fede. loquitur de alienatione, & sic ēt de diuisione quæ potest dici alienatio, vt in l. 1. C. communia vtri. iudi. quę fieret inuito domino vt ibi circa prin. in ver. hac edictali lege, ibi sine permissu illius domini ad quē feu. spectare dignoscitur &c. ergo nobis datur intelligi quod ille §. præterea ducatus, loquitur inuito domino, vnde secus permittente domino feudi. & sic in casu nostro secus est permittente vel cōsentiente Serenissimo Principe Venetorū domino dicti feudi loco Patriarchæ Aquilegiensis, ar. d. l. regula. §. fi. & arg. di-
10 ctæ l. si seruus plurium. §. fi. † quod confirmo propter naturam dictionis pręterea ducatus, quæ dictio, præterea, est repetitiua præcedētiū qualitatum seu est dictio continuatiua ad p̄cedentia. vt in authē. præterea. C. vnde vir. & vxor, in præcedentibus aūt loquitur de distractione feudi facta absq; pmissu domini, vt supra probaui, ergo eodem modo loquitur in d. §. pręterea ducatus. quod confirmo per no. in c. maioribus, de præben. vbi gl. dicit quod
11 † diuisio præbendarum & dignitatū potest fieri ex dispositione superioris. in casu autem nostro non constat de permissu Serenissimi Principis Venetorum, vnde præsumitur contra dicere. ar. l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. & l. inuitū. ff. de serui. ti. generali & l. filiusfa. §. inuitus. ff.
12 de procu. Tertio fallit quando † totum feudum integraliter ex communi consensu omnium consortū vni ex eis adiudicaretur vel renunciaretur, nam tunc non dicitur feudum diuidi, sed consolidari & remanere in persona illius tantum, vt inquit Bal. & Iac. de Alu. in d. §. præterea ducatus, Bal. in ver. pone duo fratres Marchiones &c. & Iaco. in ver. quæro quid si duo fratres Marchiones &c. & per Bal. in l. si familiæ, in 2. col. ibi ex. glo. tria no. C. fami. ercis. & ibi glo. in verbo pro parte agnosce-
13 re in fina. Quarto fallit † si per statutum loci hoc inducatur, dummodo sit factum sciente & patiente superiore, vt inquit Iac. de Alu. in d. §. præterea ducatus, in ver. quæro an per statutum &c. & ita intelligo Bal. & Iaco. de Alu. in c. 3. §. item si fuerint, qui. mo. feud. amit. in
14 vsib. feudorū. Quinto fallit † si ex speciali priuilegio principis prædicta feuda essent facta diuisibilia secundū And. de Iser. in d. §. præterea ducatus, & ibi per Bal. & Iac. de Alua. in ver. no. quod feuda dignitatū &c. facit quod scribit idem Iac. in 2. notabili q̄d incipit no. ꝙ feuda inferiora &c. in dic. §. præterea ducatus, ibi, posset tamen Imperator hoc idem facere etiam in maioribus &c. & per eundem Iac. de Alua. in c. omnes filij. si de feu. fue. contro. in 5. col. in ver. quero quid si feudo dignitatum
15 ex priuilegio &c. Sexto fallit † si talia feuda maiora effecta sint diuidua ex lōgo vsu, cuius nō extat memoria in contrarium vt inquit Iaco. de Alua. in d. c. omnes filij, in d. ver. quæro q̄d si feuda dignitatum &c. ibi potest enim ex lōgo vsu &c. & ibi per Andr. de Iser. per l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotti. & æsti. In casu aūt nostro hoc nō fit nec fieri petitur, immo petuntur castra diuidi, quod intelligo ratione exercitij & administrationis in fauorē libellantis, iuxta l. solemus, & l. si quis intētiono ambigua. ff. de iudi. merito in hoc actor est audiendus, vt infra dicam in secundo du-
16 bio principali. † Venio ad secundum casum principalem scilicet quādo loquimur in aliis feudis inferioribus, & in isto dico ꝙ talia feuda diuidi possunt consentientibus tamen omnibus consortibus & non aliter, vt in dicto §. præterea ducatus, ibi, si consortes voluerint diuidere &c. & in hoc ille tex. ab aliis non ponderatur vt inquit notanter Abbas in suo cōs. 82. quod incipit Conditoris omnium postulato suffragio quanquam in his dubiis copiosè, &c. in pe. col. ibi, ego tamen notanter dico vnum quod non reperio per alios ponderatū &c. vnde talia feuda inferiora non possunt diuidi nisi omnibus consortibus consentientibus, vt ibi, consentientibus eis omnibus valet
17 diuisio, vt ibi. † Illa enim litera, ibi, & consortes uoluerint &c. est indefinita oratio q̄ equipollet vniuersali. l. si pluribus, ī prin. ff. de leg. 2. & in l. si necessarijs. §. si annua. ff. de pigno. actio. facit l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubiis. Eis ergo omnibus non consentiētibus

tibus

tibus seu aliquo eorũ non valet nec fieri potest talis diuisio. & propterea Ang. in suo cõs. 286. quod incipit pro clariori decisione thematis &c. in 9. col. qui dixit quod talia feuda quæ dignitates non sunt diuiduntur secundũ cõsuetudinem Italiæ, debuit potius dicere ꝙ diuiduntur de iure. l. omnibus consortibus consentientibus, vt est casus in di. §. præterea ducatus, in secundo casu, saluo nisi intelligamus Angelum quod diuiduntur etiam absq; eo quod nullus consors contradicat secundũ illam consuetudinem Italiæ quam Ang. affirmat vigere in Italia, iuxta not. per Bart. in d. l. de quibus.

18 † Mores enim legesque locorum seruandi sunt, l. secunda. C. quemadmodum testa. ape. quod intelligo dummodo sit talis consuetudo quæ sit inducta sciente & patiente superiore per ea quæ dixi supra. fateor tamen quod ẽt in feudis minoribus potest fieri diuisio inter consortes etiam si aliquis eorum contradicat coram iudice si sic se habeat consuetudo, vt per Ange. in d. suo cons. 286. in 9. col. & etiam in aliis casibus in quibus supra dixi feudum maius posset diuidi. ar. aut, multo magis. C. de Epis. & cle. & in l. quanto magis. ff. de iureiur. & per illas rationes de quibus supra dixi quas

19 breuitatis causa nõ repeto. Vnde ex prędictis omnibus cõcludo quod tale feudum Comitatus habens in se vniuersitatem iuris vt dicũt Domini de rota secundum Egidium, in decisione 621. regulariter diuidi non potest, ita quod de vno feudo fiant plura feuda. & ita qđ vn us eorũ efficiatur feudatarius vnius castri & non alterius & econtra prout etiã no. Bart. in l. inter tutores. ff. de admini. & tu. & per eũdem in suo cons. 189. qđ inc. primo quæritur vtrum iurisdictio & imperium &c. Ibi secundo vtrũ quilibet Comes pro se &c. & per Bal. & Iaco. de Alua. in d. §. præterea ducatus, & ꝑ Spe. in ti. de feudis. §. fi. ver. 34. nec potest dici quod ex quo sunt duo castra de quibus contẽditur, ergo sunt duo feuda, iuxta l. scire debem us. ff. de verb. ob. quia imo est vnũ feudum tantum, colligitur ex no. per Bart. in d. l. inter tutores, circa fi. ibi dum dicit, cuidam Comiti fuit concessum feudũ à principe de pluribus castris &c. not. ꝙ dicit feudum in singulari numero nõ in plurali, iuxta l. vbi numerus. ff. de testi. est verum quod si essent duo feuda prout sunt duo castra de quo me tamẽ remitto ad ea quæ habentur per doct. in dict. l. scire debemus, tunc bene possent diuidi per assignationem vnius castri integraliter vni factam, & per assignationem alterius castri integraliter factam alteri consorti, sicut quando esset vnum castrum feudale, & sunt duo filij vasalli defuncti, nam possunt diuidere quod vni assignetur totũ castrũ feudale pro sua parte, & alteri assignentur alia bona alodialia, vt inquit Bald. & Iaco. de Alu. in d. §. præterea ducatus; feudum enim tunc remaneret integrũ, & nõ diuideretur, nec de vno feudo plura fieri tentaretur, & sic esset eadem ratio q̃ est quãdo est vnũ castrum feudale vel vnum feudum tantũ prout loquitur Bal. & Iac. de Alua. in d. §. pręterea ducarus, ergo idem ius. l. illud in fi.

20 ff. ad l. aquil. cum si. † quia vbi est rationis idẽtitas ibi non est extensio sed eadem prouisio, vt in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & no. per glo. in l. illud. C. de sacrosan. eccl. & in l. quæ per necessitatem. ff. de reg. iu. & per Dy. aptius in c. argumẽtum, de reg. iu. lib. 6. & per gl. in l. gallus. §. & quid si tm̃. ff. de lib. & posth. & per Cy. in suo consil. perusino quod incip. In Dei nomine amẽ, quæstio talis est ex facto proponitur materfamil. &c. & hoc etiam in feudis vt dixit gl. in c. fi. de alie. feud. & ibi per Iaco. de Alua. & per eũdem in c. 1. de cog. feu. Et si diceretur quod prædicta. s. ꝙ talia feuda maiora & regalia licet non transferentur iure successionis sed tantum iure electionis, vt no. in d. c. licet, de voto, & in cap. 1. de feudo Marchiæ in vsibus feudorũ, tamen hodie hoc est vsurpatum per contrariam consuetudinẽ, vt etiam in talibus feudis regalibus vel in casu nostro in Comitatu habeat locum successio & sic quod non extinguantur cum vita vasalli prout dixit glo. in c. 1. §. & quia vidimus, qui. mo. feu. acqui. & ibi per Bald. in 2. col. ergo debent posse diuidi sicut in reliquis feudis inferioribus; ego respondeo quod licet hodie hoc sit vsurpatum tamen non possunt diuidi, & sic adhuc hodie durat determinatio dicti §. præterea ducatus, ita dixit Iac. de Alu. in d. §. & quia vidimus in 5. col. in ver. opponitur cum glos. 2. quod imò etiam hodie &c. & habet rationẽ in se, quia correctio facta quo ad successionem nõ debet trahi ad correctionem prohibitæ diuisionis, de qua in d. §. præte

21 rea ducatus. † quia separatorum debet esse separata ratio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. pos. cum si. & quia duo specialia non debent circa idem concurrere. l. 1. C. de dotis promis. facit l. fi. C. de neg. ge. & quia est euitanda iurium correctio. l. sancimus. C. de testa. & in l. præcipimus. C. de appe. & quia nõ sequitur aliquid non transmittitur, ergo non diuiditur, & pari ratione à contrario sensu non sequitur aliquid transmittitur ergo &c. vt probatur in l. communi diuidũdo. §. cum de vsufruct. ff. communi diui. & quod no. Bald. in dict. §. præterea ducatus, in fi. primi notabilis. Et ex his concluditur quod tale feudum quo ad substantiam & habitum non potest diuidi, & sic de vno feudo non possunt fieri plura feuda nisi in casibus de quibus sup. dixi in quorum aliquo non sumus.

22 † Capio secundum dubium. s. vtrum possit diuidi administratio & vsus ac exercitiũ iuris. feuda-

feudalis. Et in hoc considero quod si loquimur in casibus in quibus feudū pōt diuidi, & de eius natura vel qualitercūq; est diuisibile, vt in casibus de quibus dixi supra in proximo dubio pcedenti,& tunc sine dubio potest diuidi administratio & vsus & exercitium eius,nā si potest diuidi principale & antecedens,multo magis accessoriū & consequens,ar.l.illud, in prin.ff.de acq.hær.& l.ad rem mobilē, & l. ad legatū.ff.de procu.& l.2.ff.ꝗ iurisd.om. iu. & l.cū principalis.ff.de reg.iu.in c.accessoriū,
23 de reg.iur.lib.6. † Qualitas enim regulatur à suo subiecto,vt in l.eius qui in prouincia. ff.si cer.peta.& in l.in testamento.ff.de cōdi.& de. & l.stipulatio ista habere licere.§.hi qui. ff.de verb.obl.& confirmo ratione, nam doct. loquentes de diuisione administrationis vsus & exercitij iurisdi.feudalis loquuntur in feudo maiori vt est Comitatus.Quod quidem feudum non potest diuidi,vt in d.§. præterea ducatus,& per Barto.in l.inter tutores,ad fi.ff.de admi.tu.& per eundem in suo consi.quod incipit primo quæritur vtrū iurisdictio & imperium &c.quasi in eo dubitauerint, ar.l.ornamentorū.ff.de auro & ar.leg.& quasi pro expedito habuerint quod in feudo minori absq; dubio pcedit diuisio administrationis, imò quod plus est ista diuisio administrationis & exercitii eius potest fieri nedum omnibus cōsortibus consentientibus prout potest diuidi ipsum feu.infe.in habitu & substantia, ita qꝺ de vno feudo fiant plura feuda,vt in d.§.prætere a ducatus,in secūdo casu, sed etiam aliquo ex consortibus contradicente,probo per tex. in l.cōmuni diuidundo. §. cū de vsufructu.ff. communi diuidun.vbi vsusfructus,qui est diuiduus,vt in l.1.§.si vsusfructus.ff.ad l.fal.put etiam est feudum inferius, vt in d. §.prætetea ducatus, potest diuidi seu eius commoditas diuiditur etiam in contradictorio iudi.quod redditur in inuitum.l.inter stipulantem. §. 1. ff.de verb.obl.& l.solemus.ff.de iudi.& prout infra probabo in diuisione exercitij & administrationis & vsus feudi maioris habentis in se dignitatem prout in proposito nostro est Comitatus,ar.aut.multo magis. C.de Epis.& cle.& quanto magis.ff.de iureiur.vnde aut loquimur quando tractatur de diuisione iuris feudalis realis & substātialis feudi inferioris, & tunc requiritur consensus omnium cōsortum,vt d.§.præterea ducatus,& in d.consi. dicti Abbatis 82.in pe.col.prout dixit in primo dubio,& quia tunc in consequētiam resultat diuisio vsus & administrationis ac exercitij, ar.l.in re mandata.C.mandati,ipsa vi ratione subiecti fatendum est talem diuisionem non posse fieri absque consensu omnium consortum, vt in d.§.præterea ducatus. Aut loquimur quando tractatur solummodo de diuisione administrationis & vsus & exercitij ipsius feudi inferioris & tunc non requiritur cōsensus omnium consortum, imò aliquo eorū instante etiam aliis inuitis poterit fieri talis diuisio exercitij & vsus, prout infra probabo in diuisione exercitij & administrationis alte
24 rius feudi maioris,quia est eadē ratio,† & vbi est eadem ratio etiam in feudis, ibi debet esse idem ius,vt in c.fi.iuncta glo.de alie.feu.& i hoc notat Iaco.de Belu.& Iaco.de Alu.& per eundem Iaco.de Alua.in c.1.de cogni. feu.
25 † Superest ꝙ videamus de diuisione administrationis & vsus ac exercitij iurisdictionis feudi maioris habentis dignitatem,vt est Regnum,Ducatus,Marchia, & Comitatus præsertim castrorū prout in proposito agitur,& iste proprie & pcisè est casus noster de quo cōtēditur. & certè hoc casu talis diuisio fieri potest,nō obstante ꝙ ipsum feudū de sui natura sit indiuisibile,vt in d.§.præterea ducatus, cū si.sup. allegatis in præcedēti discursu. Probo primo auctoritate Bar.in d.l. inter tutores,ad fi.ff.de admi.tu.vbi inquit feudum castrorū & Comitatus posse diuidi quo ad administrationem,ipso tñ iure feudi remanēte vnito, & ipso feudo remanēte vnito,ꝙ patet quia ēt facta diuisione tali si vnus cōsortū delinquat in parte alterius nō potest puniri ab alio eius cōsorte cū remaneant feudatarij insolidū respectu iurisdictionis & imperij, licet exercitiū & administratio & vsus est diuisum vel diuisa.
26 † Nam par in parē non habet imperium l.nā magistratus.ff.de arbi.& l.ille à quo.§. tempestiuum.ff.ad trebel.idem tenet Bal.& Iaco.de Alua.in d.§.præterea ducatus,& Bar.in d. suo consi.qꝺ incipit primo quæritur vtrum iurisdictio & imperiū &c.in ver.2.vtrū quilibet Comes per se &c.vbi inquit ꝙ feudū & imperiū ac iurisdictio est indiuiduum vel indiuidua put etiam est ius qꝺ dominus feudi habet in vasallos,& prout sunt iura libertorum quę patroni habent in libertos suos vt in c.omnes.si
27 de feu. fue. contro. † & tamen exercitium & administratio potest diuidi inter ipsos vasallos ad similitudinē plurium tutorū vnius pupilli qui possunt inter se diuidere administrationem & exercitium ipsius tutelæ, vt in d. l. inter tutores.constat enim ꝙ etiam apud tutores est potestas,vt in l.1.ff.de tutelis,& inst.eo. tit.in diffinitione tutelæ.
28 † Secundo ad idē facit vltra administrationem tutelę quod dicimus in seruitutibus etiā indiuiduis,quæ licet sint indiuiduę.l. stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obli.tamen earū vsus & administratio seu exercitiū potest diuidi,vt in l.lucio.§.fin.& in l.seq. ff.de aqua quoti. & æsti. & est bona glo.in l.si partem.ff. de serui.rusti.prædi.in glo.fi.in fi.sui.
29 † Tertio ad idē facit qꝺ dicimus in ciuitatibus in qbus pōt diuidi exercitiū iurisd. vt vnus iudex cognoscat de causis vnius quarterij, &

alius de causis alterius quarterij.quod secundum Bar.in d.suo cons.procedit de iure,vt in l.2.§.1.ff.de ori.iu.pro quo allego quod no.Bal. in l.testamenta omnia. C. de testa. facit quod no.Bald.in l.certa ratione.C.quando prouo. non est necesse.

30 † Quarto ad idẽ facit quod not.Bal. in l.cõmuni diui.in prin.ff.communi diui. vbi Bal. super illa glo.de qua ibi dicit ꝙ licet feudũ sit indiuiduum quo ad plenam diuisionẽ, tamẽ fructus diuiduntur inter ipsos consortes,facit quod not.Bal.in l.si plures.C. de condi.inser.

31 † Quinto ad idẽ facit quia si talis diuisio administrationis nõ posset fieri, de facili partes possent venire ad arma quod est obuiandum. l.æquissimũ.ff.de vsufr.imò si iudex super hoc non prouideret deberet priuari officio suo, vt singulariter dixit Bald. in l. 1. §. quies.ff.de officio præfec. vr. & Ange. Areti. in l.2.§.ex his.ff.de verb.oblig. Sexto quia si talis diuisio prohiberetur fieri,sequeretur ꝙ se adinuicem ipsi vasalli maioris impedirẽt per cõcursum, vt in l.quotiẽs.ff.de vsuf.& qđ ibi no.& qđ no. in l.2.§.ex his præallegato, & sic ex hoc fieret præiudicium reipublicæ contra l. cõgruit. ff. de offi.præsi.& cõtra dictam l.1.§.quies. ff. de offi.præfe.vr. & prædicta puto vera nisi consuetudo vltimata in loco aliter se haberet,nã tunc contraria consuetudine legitima potest tolli quælibet alia dispositio præcedens, vt in l.de quibus ff.de legi.& §. ex non scripto.inst. de iure natu.gen.& ciui.& quod no.Bal. in d. §.præterea ducatus,facit d.l.2.C.quand.testa, ape.cum si.licet durum esset probare consuetudinem per quam vni consorti non liceret petere diuisionem administrationis & exercitij. ar. l. prospexit. ff. qui & à quibus,& l.in re madata.C.manda.& l.id qđ nostrũ. ff. de reg. iur.Sed posset quispiam dicere prædicta procedunt,ꝙ possit fieri diuisio exercitij & administrationis,si omnes consortes in hoc cõsentiant,arg.dicti §.preterea ducatus,& ꝙ no.do. Abbas in d. suo consi.72.in pen.col. Secus ergo si sunt discordes vt in proposito cõtingit, ego respondeo quod dictus §.præterea ducatus,& Abbas in d.suo consi. loquitur in diuisione feudi minoris totali, ita ꝙ de vno feudo fiant plura, sed nos loquimur in diuisione feudi maioris respectu exercitij & administrationis vel commoditatis percipiendæ tñ, quo casu talis diuisio põt fieri nõ solũ eis omnibus cõsentientibus vt dictũ est,& l.semp.ff.de reg. iu.& l.si conuenerit.ff.de re iudi.& l.1.§. inde neratius.ff. de ope. no. nun. sed etiam aliquo consorte requirente ꝙ fiat talis diuisio quanuis alij contradicant, quo casu iudex debet se intromittere ad diuisionem prædictam faciendã,vt inquit Ang.de perusio & ibi Io. de Imo.in d.l.1.§.ex his.ff.de verb.obli.& probatur in d.l.lucio.§.fi.& l.seq. ff. de aqua quo. & æsti.& quod no.in d.l.si partem,in fi.glo. ff.de serui.rusti.pdi.facit d.l. æquissimũ, & d.l.cõi

32 diu.§.cũ de vsufr.ff.cõi diui.† & confirmo ratione tali, nã in hac diuisione exercitij & administrationis,bonũ est argumentũ de diuisione administrationis tutelæ pluriũ tutorũ ad hanc diuisionẽ administrationis feudi maioris, & sic Comitatus castrorũ,vt in casu nostro,vt probatur ex no.per Bar.in d.l. inter tutores,ad fi.ff.de administratione tu. & per eũdem in d.suo cons.qđ incipit primo quæritur vtrum iurisdictio & imperiũ &c.in ver.2.vtrũ quilibet Comes &c.Sed ita est ꝙ in tali diuisione administrationis tutelæ etiam vno tñ tutore volente diuidere, & hoc petente, alij coguntur diuidere, & alias iudex interponit partes suas & eius officium ad cogendũ eos diuidere,ita expresse determinat Bar.in l.3.§. fi.ff.de admi.tut.& tamen cõstat ꝙ ipsa tutela est indiuidua.Ita ergo dicamus in feudo maiori qđ est indiuiduũ,vt in d. §.præterea ducatus,vt eius administratio & exercitiũ possit diuidi etiã vno hoc petente aliis contradicentibus,facit qđ no.p Inno.in c.ex literis,extra de proba.& multo magis talis petitio diuisionis pcederet in exercitio & administratione feudi inferioris qđ est diuiduũ omnibus cõsortibus consentientibus,vt in d.§.præterea ducatus.ar.d.l.cõi diui.§.cũ de vsufructu.ff.communi diuidũ.& ꝙ supra dixi circa prin. huius principalis secundi dubij,& sic patet ꝙ ille §. præterea ducatus, & Abbas in d. suo cons.82. in pe.col.procedit in diuisione exercitij & administrationis seu vsus ipsius feudi per prædicta.Quod etiam confirmo quia si procederet in tali diuisione sequeretur ꝙ administratio feudi minoris posset fieri omnibus consortibus cõsentientibus, & impediretur aliquo cõsorte contradicente, stantibus illis de quibus supra dixi.Sed diuisio administrationis & exercitij feudi maioris, vt ĩ pposito nostro est feudum Comitatus castrorum, non posset fieri etiam omnibus consortibus consentientibus per d.§.preterea ducatus,qui facit differentiã inter diuisionem feudi maioris & inter diuisionem feudi minoris,& tamen certum est ꝙ diuisio administrationis & vsus seu exercitij iurisd.feudi maioris.s. Comitatus castrorum prout contingit in casu nostro, potest fieri & peti ꝙ fiat in contradictorio iudicio,qđ iudiciũ redditur in inuitũ, vt in d.l.inter stipulantẽ.§.1.ff.de verb.ob.& d.l.solemus, & probatur ex no.per Bar.in d.l.inter tutores, ad fi.& in d.suo cons.qđ incipit primo quæritur vtrũ iurisdictio & imperium, & per Ang.& Ioan. de Imol.in d.l.2.§.ex his.ff.de verbo.oblig.& ꝙ no.do.Abb.in c.fi.de re iud. vbi refert ꝙ dicit Angel.in dicta l.2.§.ex his, licet de eo non faciat mentionem,facit ꝙ no.Inno. in c.prudentiam,de offi.dele.& glo.16.q.3.cap.licet, in glo.

in gl.fi.quã Abbas allegat in d.c.fin.ergo ipsa vi fatendum est, ꝙ ille §.præterea ducatus, & Abbas in d.suo consi.82.in pen.col.non loquitur nec procedit in simplici diuisione administrationis & vsus seu exercitij iurisdictionis,quod ẽt sentit Bal.& Iac.de Alua.in d.§.p̄
33 terea ducatus,quod etiam patet,† quia regulariter omnis seruitus siue indiuidua prout cõiter euenit siue diuidua vt habetur in d.l.stipulationes non diuiduntur, & in l.pro parte. ff.de serui.ti.generali.& in l.1.§.si vsusfructus ff.ad l.fal.recipit tamen diuisionẽ quo ad modũ vtendi seu quo ad commodũ & vtilitatem percipiendam,vt in l.4.in fi.& l.via.§.fin.ff.de serui.tit.generali & per glo.in d.l.si partẽ, de serui.rusti.prædi.Et hoc ẽt iudicialiter & inuito aduersario seu cõsorte,vt in d.l.lucio.§. fi. & l.seq.de aqua quot.& æsti.& d.l.cõi diui.§. cum de vsufructu.ff.communi diuid.

Hoc quoq; confirmo quia aliter dicendo sequi posset absurdum ꝙ se inuicem consortes cõcursu impedirent si non essent concordes in modo vtendi,cõtra l. iniquissimum. ff. de iur. & facti igno. Vnde nimirũ si iudex dẽt posse se intromittere etiam aliquo eorum reluctãte ꝑ no.in d. l. 2.§.ex his.ff.de verb. obli. Et maxime ne partes veniant ad arma,vt in d. l.equissimum. ff. de vsufructu, & quod supra dixi,& ne subditi turbẽtur & incõmoda patiãtur,arg.d.l.1.§.quies.ff.de officio.præfe. vr.&
34 l.obseruare.ff.de off.procõ.& le.† Sed quæritur qualiter fiet ista diuisio administrationis & exercitij.& certe Bal.& Iac.de Alua. in d.§. præterea ducatus,ponũt quatuor modos,primus ꝙ vni ex consortibus locentur res feudales & pensio distribuatur inter ipsos cõsortes ꝑ rata.Secũdo ꝙ locent tertio cũ hoc ꝙ pensio distribuatur inter ipsos cõsortes pro rata, vt hoc probatur in d.l. communi diuid. §. cũ de vsufr.ff.cõmuni diui.Tertio ꝙ quilibet cõsors alternis tẽporibus vtatur re feudali, vt in l.lucio.§.fi.& l.seq.cũ si.ff.de aqua quo.& æsti. & hos tres modos vel alterum eorũ puto maximè procedere quando res feudalis respectu ipsius exercitij non recipit commodam diuisionem per regiones, vt puta si est vnũ castrũ tantum, vt dicunt aliqui Moderni in d. l.2.§. ex his.ff.de verb.obl.& ibi ꝑ Io.de Imo. Quarto ꝙ res feudales diuidantur inter ipsos consortes quo ad exercitium iurisdictionis per regiones cautionibus interpositis de non se inuicem impediendo,vt in d.§.cũ de vsufructu. & hunc tertium modum puto permaximè ꝓcedere quando res feudales recipiunt commodam diuisionem, prout in casu nostro cõtingit in quo sunt duo castra non vnum tantum,pro quo facit qđ no.Bar.in d.l.inter tutorem ad finẽ. ff. de admi. tu. & in d.suo cõsilio qđ incipit,primo quæritur iurisdictio & imperium &c. vbi loquitur de duobus castris concessis in feudum Comitatus quæ respectu ad ministrationis diuisa fuerunt inter duos filios primi Comitis inuestiti per assignationẽ vnius castri vni & per assignationẽ alterius castri factam alteri.Vnde sentit ibi Bar.ꝙ feuda duorum castrorum hoc modo diuiduntur, facit qđ not.Bal. & Iac.de Alu.in d.§. præterea ducatus, ita tamen ꝙ ille cui adiudicaretur administratio castri vtilioris & fortioris officio iudicis cõdemnetur in eo qđ conueniens est alteri consorti cui eueniret castrum minus vtile vel minus forte,vt insti.de offic. iudi.per totum,& est casus in l.ad officium. C. cõmuni diuidundo,& hæc quantum ad secundum dubium principale.

35 † Capio secundũ dubium principale,quod est vtrum ex propositis in processu & casu cẽseatur quod fuerit facta diuisio inter ipsos cõsortes eo modo quo vsi fuerunt administratione & exercitio iurisdictionis dictorum castrorũ.& videtur dicendum quod sic, quia alternis annis quilibet ex dictis consortibus posuit & deputauit potestates in dictis castris,ar, d.l.lucio.§.fi.cũ l.seq.iunctis not.in l.pen. C. cõmuni diuidun.vbi glo.tantum enim valet tacita diuisio quantum expressa. l.cũ quid. ff.
36 si cert.pet.† facit l. licet imperator.ff.de leg. 1.vbi voluntas coniecturata dicitur expressa, contrarium puto verum. Primo quia notata in d.l.penu.procedunt quando vnus consors vsus est suo tempore re communi, ita & taliter quod alius cõsors & socius nihil in eodẽ actu vsus est.ita loquitur glo.in d.l. pen. dum dicit solus subiuit onera rei, solus sensit commoda &c.Sed in casu nostro quando vnus cõsors posuit potestates in dictis castris & iuratos cum vno ex dictis potestatibus,alius consors similiter eodem tẽpore posuit alios duos iuratos in simul cum aliis iuratis positis per alium consortem. Ergo in hoc casu nõ loquitur glo.de qua ibi nec id quod ibi notat Bald. & alij doc.Secundo quia illa glo.loquitur qñ vsus socius ex pluribus possedit vnam rem cõmunem insolidum de per se tanquam suam vel partem pro diuiso vnius rei communis, đ cuius diuisione tractatur, & alter socius aliã rem de per se tanquam suam vel partem aliã pro diuiso eiusdem rei, quam alius socius ꝓ parte pro diuiso certis regionibus possedit,vt ibi no.Bald.ꝙ in casu nostro non interuenit, imò castra communiter pro indiuiso possessa & tenta fuerunt,ergo &c. Tertio quia diuisio quæ hic asseritur ex alternatione annorum vel ex vsu alterno solet fieri & cadit vbi res est vnica in qua cadit commoda diuisio vt dicũt aliqui Moderni in d.l.3.§.ex his.ff.de ver. ob. vbi loquuntur de vno castro tantum. sed nos loquimur in duobus castris comprehensis sub vno feudo in quibus potest cadere commoda diuisio eo modo quo dixi sup.maximè

per regiones certas, puta per assignationem vnius castri faciendã vni parti seu consorti, & per assignationem alterius castri faciendã alteri parti seu alteri consorti, iuxta notata per Bar.in d.l.inter tutores, ad fin.ff. de admi.tu. & in d. suo consil.qđ incipit primo quæritur vtrum iurisdictio & imperium &c. & per Bal. & Iacob. de Alua.in d.§.præterea ducatus, ergo talis vsus alternatus non arguit diuisionẽ sed potius vsum communẽ maximè interueniẽte eo qđ dixi đ mixtura iuratorũ, ergo &c. Quarto quia vt percepi ex dicta cõmixtione iuratorũ eodẽ tempore concurrente, fuerunt & sunt ortæ discordiæ & rixæ, & etiam vt audio partes dicta occasione venerunt ad arma, quasi nulla sit facta diuisio, ergo iudex dẽt prouidere ꝙ taliter fiat diuisio ꝙ ipsæ partes non habeant cãm veniendi ad arma & discordias, vt in d.l.æquissimum, & per Bal.in l.1.§.quies ff.de offi.præfe.vigi. Vnde non debet censeri facta diuisio ex dicta alternatione in qua interuenit commixtio & communis vsus inter ipsos omnes consortes, per not.in d.l.pen.C. communi diui.& quod ibi not.Bal.vnde non arbitror quod ex tali vsu alterno promiscuo ex quo oriuntur & oriri sperantur discordiæ & scandala & rixæ & turbatio regiminis dictorum castrorum censeatur facta diuisio ẽt si sola alternatio ex vna parte interuenisset absq; cõmixtione vsus & impositionis iuratorũ alterius partis in pluribus castris quæ sunt diuisibilia vt sup.probaui, quia illa alteratio solet fieri in vna re tantũ, quæ cõmodam diuisionem non recipit vt dicunt Moder. in d. l.2.§.ex his.ff.de verb.obl.& probo per gl. 16. q.3.c.licet, in finali glo.& quod no. Abbas in
37 d.c.fi.de re iudi.† Fateor tamen quod possessiones vel aliæ res quæ diuisim & pro diuiso possessæ fuerunt longo tempore præsumuntur taliter diuisæ, qualiter pro diuiso longo tempore possessæ fuerunt, vt per glo.& Bar. & Bal.& Saly.in d.l.pe.C.communi diuidun. & sic non veniunt iterũ diuidendæ, sed solũ illæ quæ pro indiuiso possessæ vel quasi fuerũt, vt in l.4.§.hoc iudicium.ff. cõi diuidun. facit l. quæ de tota.ff. de rei ven.& l.pe.ibi idem eorũ &c.C.cõi diui.facit l.qui bis idẽ, de ver. ob.& l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.signi.

Quinto quia talis vsus alternatus cũ cõmixtione mutua iuratorũ vtrinq; facta quolibet anno generat quandã dubietatẽ vel obscuritatem, ar.§.qui illud aut illud in l.vbi autẽ nõ apparet.ff.de ver.ob.ergo debet fieri interpretatio contra illũ qui allegat diuisionem fuisse factã, ar.l.veteribus.ff de pactis, & l.Labeo scribit obscuritatẽ, & quod ibi no. ff.de cõtrahen.empt.vnde iudex competens debet quæ communia esse cõperierit diuidere inter dictos dominos Comites vt in l.fi.C. cõi diuid. Sexto quia in dubio non debet pręsumi quod fuerit facta diuisio, ex quo de ea certitudinarie vel per terminos illos pręcisè de quibus in d.l.pen.C.communi diui.non apparet, ar.l.in bello.§.factæ.ff.de captiuis. Septimo quia notata in d.l.pe.C.communi diui.procedunt ratione possessionis pro diuiso & onerũ pro di-
38 uiso, vt ibi est glo. & sequntur doc.† possessio autẽ cadit in rebus corporalibus, non autem in iuribus seu rebus incorporalibus in quib. nõ cadit vera possessio sed solũ quasi possessio vt in l.seruus.§.incorporales.ff.de acqui.rerũ do.ergo &c. Octauo quia non est verũ ꝙ quilibet ex cõsortibus de parte alternis annis subierit onera & cõmoda perceperit prout loquitur gl.de qua in d.l. pe. C. cõi diui. immo omnes ipsi consortes annuatim subierũt onera & cõmoda perceperunt simul & eodem tẽpore & non alternis annis de per se, ergo &c. ar.l.maritus.C.de procura.& l.cum prætor.in prin.ff.de iudi.& c.nonne, de presump. Nono quia glo.de qua in d.l.fi.procedit in bonis cõmunibus alodialibus, sed nos loquimur in bonis cõibus feudalibus in quibus non ita faciliter permittitur diuisio prout permittitur in alodialibus, vt ꝓbatur in d.§. præterea ducatus, iuncto ti.ff.& C.cõi diuid.ergo ipsis bonis feudalibus præsertim in maioribus feudis non est ita capienda facilis præsumptio diuisionis, ar.l.item apud Labeonem. §.generaliter.ff.de iniuriis. Decimo quia gl.de qua in d. l.pe.C.cõi diui.procedit ratione cuiusdam ꝓsumptæ diuisionis præscriptæ, patet quia requirit tempus 10.annorum inter præsentes & 20.annorum inter absentes, quod tempus cõuenit præscriptioni longi temporis, vt inst.de vsucapi.in prin.cum si.Sed in casu nostro ces-
39 sat talis præsumpta diuisio præscripta, † quia præscriptionis tempus debet esse continuũ & non alternatum vel interpollatum, vt in l.1. ibi, sine interpollatione &c.& in l.2. ibi, & cõtinuatã nec interruptã &c.C.de pręscrip.lon. temporis, & insti.de vsucap.in prin.In casu autem nostro fuit tempus subalternũ cum quadam mixtura actuum respectu iuratorum, ergo cessat talis præsumptio.accedat ratio quia loquimur in iurisdictione quæ est incorporalis, vt per Bart. in d. suo consilio quod incipit primo queritur vtrum iurisdictio & imperiũ, & quæ habet causam discontinuam respectu exercitij, vt de se patet, cũ habet multos & varios gradus quibus non continuo vtimur nec vti possumus, de quibus per Bar.in l.imperiũ. ff.de iurisdi.omni.iudi.Merito non potest capi coniectura præscripta quod fuerit facta diuisio ex tali vsu alternato & non continuato, vt in l.foramẽ.ff.de serui. rust.præd.præsertim cõcurrentibus illis de quibus supra patet, vnde talis alternatio facta fuit potius iure familiaritatis.l.qui iure familiaritatis.ff.de acquir. pos.& iure cõmodioris vsus cõmunis, tamen

pro

pro indiuiso & non pro diuiso.ar.l.gaius.§.fi. ff.de leg.2.maximè propter alios actus cōmunes pro indiuiso inter ipsos consortes exercitatos,ar.l.reprehendenda.C.de insti.& substi. sub condi.factis & l.si seruus plurium.§.fin.ff. de leg. 1. & ex his omnibus concludo ꝙ non præsumitur facta esse diuisio. & hoc quātum ad tertium & vltimum dubium.

Baptista de Sancto Blasio.

PACTVM DE NON ALIENANDO castrum alodiale nisi facta oblatione consortibus, quando & quomodo valeat. & an iuri reuocandi talem alienationem præscribatur contra omnes successores. & quod dicatur castrum alodiale liberum vel franchum.

CONSILIVM LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Castrum alodiale an possit alienari non obstante pacto inter condominos, nec pro eorum aliquē alienari possit aliis non requisitis, nec eis oblatione facta.*
2 *Castrum alodiale liberū vel frāchum quid dicatur.*
3 *Pactum per quod quis rem vendere non possit nisi sibi valet.*
4 *Prohibitio alienationis in tempus quo nondum alienatio effectū sortita sit an valeat.*
5 *Iuramentum ad factum obligat.*
6 *Res alienare prohibita si obligata est in generali hypotheca an valeat eius alienatio.*
7 *Hypotheca est ius reale & in singularem successorem transit.*
8 *Iuri reuocandi alienationem an præscribatur contra successores.*
9 *Longo silentio ius nostrum perdimus.*
10 *Agnati ulteriores an possint alienationē reuocare nō obstante præscriptione contra proximiores cursa.*

1 OMNIPOTENTIS Dei, & almæ virginis inuocato suffragio.† dum dubitatur an alienari possit castrum alodiale non obstante pacto facto inter condominos ne alienari possit per eorū aliquē, aliis non requisitis nec eis oblatione facta iuxta casum propositum, præmitto quod Bal.in l.ea lege.C. de condi. ob cau. in 7. q. per iura & rationes per eum allegatas sentit in hoc proposito idem fore de tali castro alodiali seu patrimoniali quod de aliis
2 rebus alodialibus, & appello alodiale vel qđ caret iurisdictione, sicut istud, vel quod à nullo recognoscitur secūdū Bal. vbi sup.cū illud ꝙ recognoscitur ab aliquo esto quod sit franchū non tamen sit sine obligatione aliqua, vt per Bal.in c.1.in col.fi.de capi.qui cur.ven. iūctis his quæ dixit Alex.consil. 30. incip. quoniam, propè finem 1.vol. vbi allegat concor. & Pau.de Cast.consi.163.inci.in causa 6. col. in prin.in antiquis, & Fely.in c.quæ in ecclesiarum 29.col.vers.secundo limita.de consti.

Hoc sic permisso licet regula l.nemo.ff.de pact.sit talis vt nemo possit sibi vel rei suæ legem imponere quominus sibi libere ea vti liceat vendendo alienando dedicādo vel aliud faciendo etiam per pactum vestitum, vt declarant post glo.ibi Bal.& Ang. & pleriq; alij ad eum finem vt impediatur in recipientem dominij translatio, de quo etiā in l.ea lege.C.de condi.ob cau.& in l.si ita quis.§.ea lege. ff.de verb.oblig.& in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.1.cū concor.ibi allegatis, & maximè per Bal. in d. l.nemo, cum aliis iuribus infra allegandis, tamen in casu nostro veritas apparet in contrarium duplici aut triplici ratione.

Primo quia in casu prædicto non fuit factū simplex pactū de non alienando ipsum castrū sed fuit additum quod non liceret alienare ir requisitis illis de agnatione & proximioribus in gradu succedendi, an vellent emere, quo casu tale pactum valet secundum Imo.& Cu. in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verb.obl.cum quibus ibi transit Ale.in 6.col.& Moder.in d. l.nemo, facit ad hoc c.constitutus, de in inte. resti.& dixit optimè ad propositum Bart.in l. si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cau. & in l.
3 actione.C.de transac.† quod valet conuentio per quam quis promittit rem aliquam nō vēdere nisi mihi, quod sequitur Ang. & post eū Imol.in d.§. cohæredes, & Nico.de Nea.insti. de act.in pen.col.siue vltima in prin. tit. post Io.An.in addi.Spec.in ti, de spon.in prin. Nec obst.si dicatur quod per hoc non impeditur alienatio nec dominij translatio, licet alienās teneatur ad interesse per l.si sterilis.§.pen.iuncta l.1.in prin.& l.ex empto.ff.de act. empt. & iunctis notatis in d.l.nemo, & d.l.ea lege, cum iuribus supra allegatis, dū ibi dicitur quod ēt qñ in traditione rei meæ appono pactū ꝙ nō liceat alienare, tamē tenet alienatio licet alienās teneatur mihi ad interesse, quia responsio patebit ex infra dicēdis. Secundo ꝙ nō tenuerit alienatio probatur per ea quæ voluit Bar. in l.qui absenti.§.1.ff.de acqui.pos. dum voluit ꝙ quando quis facit pactum de non alienando conferendo verba prohibitiua alienationis in tempus quo alienatio nondum sortita sit effectum, puta si alienabis vel si te ad aliquem actum alienationis deuenire contigerit, dominium non transfertur in alienationē suscipientē, cum tale pactum conferatur in tempus quo res reperitur esse alienātis, ita tamen si adsit constitutum, vt quia alienans in eum casum constituerit se possidere nomine alterius paciscētis propter l.traditionibus, cū vul.C.de pac.s. qa regulariter ꝑ solū titulū sine traditione dominia non trāsferūtur & cū Bar.trāseunt ibi scribentes, & hæc fuit sententia Iaco.de Are.& Cy.in l.fi.C.de rebus alien.

 non

non alienan.& idem voluit Bart.& scribentes post eum in d.§. diui. Sic ergo & in casu nostro erit dicēdū, quia fuit factū pactum de nō alienando, nisi primo facta oblatione paciscē ti & eius hæredibus, & casu quo contingeret ad aliquem actum alienationis deueniri seu aliquam alienationem attentari, quod alienatio sit nulla & res ꝑ eo precio deuoluatur & spectet ac pertineat dicto pacisceti seu eius hæredibus & proximioribus agnatis cōstituēte se alienante in eū casum tenere nomine talis proximioris, nec dicatur ꝙ Barto. loquitur quando quis apponit tale pactū traditioni rei suæ & nos sumus in casu diuerso in quo tale pactū apponitur alienationi rei alienæ, quia vt dicūt doc. maximè Bal.& Ang. in d.l. nemo & Imo. in d.§. cohæredes in 2.col.& doc. in d. l. ea lege. & in d.§. diui. volūt quod etiam isto casu pactū valet, dummodo nō sit nudum & intersit paciscientiū alienationē non fieri, nō minus ac si apponeretur in traditione rei suę & vt dixi in præcedenti membro quādo quis rei alienæ apponit pactū quod sibi & nō alteri alienetur tenet pactū ad hoc vt ille sit primo requirendus, an velit emere. ex quo insurgit ꝙ proximiori agnato ad ipsum castrū cōpetierit actio, cum prætextu couentionis ius ad rem & in ipsa re cōpetat proximiori agnato volenti rem sibi fore venditam & precium offerenti, quo casu propter cōstitutum qđ habet instar traditionis venditio habetur pro perfecta in ipsum agnatum proximiorē. §. per traditionem, iuncto. §. vendite, insti. de re. di. & d.l. traditionibus. C de pac. iuncta l. ꝙ meo in prin. ff. de acqui. pos. & ita firmat Bar. in d.l. qui absenti. per l. quidā testamento. ff. de fideicom. liber. cuius inductio satis patet in proposito. Tertio ꝙ nō tenuerit alienatio operatur iuramentū appositū super cōtractu & pacto de non alienādo, quia iuramentum obligat præcisè ad factū, gl. in l. si pecuniam, in prin. ff. de condi. ob causam, Ant. de But.& Pan. in c. per tuas, de arbi.& Pan. in c. veniēs, de iureiur.& in proposito casus nostri hoc firmat Franc. de Are. in d.l. si ita quis.§. ea lege, in pe. col. ff. de verb. ob. Et quidam Moderni in d.§. diui, adducentes glo. in ca. licet mulieres, de iureiu. in 6. dum voluit ꝙ si mulier iuret nō alienare dotem licet postea alienet & iuret non reuocare alienationem, tamen nō stabitur secundo iuramento sed primo ita vt possit reuocari alienatio, & licet Inno. in c. dilecto post medium cōmen. de præbē. & Pan. in c. intellecto, de senten. excom. sentiāt valere alienationem, non obstante iuramento, tamē loquūtur in casu quādo alienatio à prin. contractus sine iuramento foret permissa, qđ non erat in casu nostro, quia etiam sine iuramento non fuisset permissa alienatio, vt prædixi. insuper præfati doc. & Archi. qui idem tenet in c. si à sede, de præben. in 6. non videntur respondere ad glo. in d. c. licet mulieres, nec ad allegata per Fran. de Are. in d.§. ea lege in pen. col. Et ideo iure merito dixit Host. in summa de iureiur.§. quomodo censeatur, ver. consilium generale, quod tunc quilibet potest repetere rem alienatam cōtra promissionem iuratam.

6 † Quarto attentari posset quod talis alienatio non valuerit eo quia res promissa nō alienari fuit obligata in generali hypotheca adiecta promissione de nō alienando per ea quæ voluit Bar.& doc. in d.l. qui absenti. §. 1.& in d.§. diui.& in d.§. ea l.& Imo. in d. §. cohæredes, per tex. in l. si ceditor.§ fi. secundū veram literam pisanam. ff. de distra. pigno.& si dicatur ꝙ prædicta forēt vera vbi res promissa nō alienari foret specialiter hypothecata vt voluerunt Imol.& Ro.& Frā. de Are. in d.l. qui absenti.§. 1.& in d.§. ea lege.& Bal. in d.l. ea lege, in 2. col.& Imol. in d.§. diui, potest responderi secundum Alex. in d. l. qui absenti, in 2. col. ꝙ hoc non est sine dubio & contrariā sententiam ꝙ imo sufficiat generalis hypoteca tenuit Pau. de Ca. ibi. Pro quo facit qđ voluit Alex. consi. 59. incip. in Christi nomine &c. viso themate, in 2. col. 5. vol. ibi, cōtrarium puto &c. & vbi prædicta cessarent ꝙ non puto, posset iste proximior agnatus agere hypothecaria ad istud castrum alodiale pro suo interesse, eo quia omnia bona fuerunt obligata ꝑ alienantē pro obseruationē dictæ promissionis de non alienādo, & certū est ꝙ est in facultate creditoris eligere, q̄ rem velit habere iure hypothecæ prædictæ. l. qui pignori. ff. de pigno.& melius in l. creditoris. ff. de distra. pig.

7 † & hypotheca est ius reale & transit in singularem successorē. l. pignoris. ff. de pigno.& l. pignoris. C. eo.& l. si vēditor in prin. ff. de eui. & qđ in simili dixit Bar. in l. qui fundū. ff. loca. quo prætextu posset possessio, s. ratione prædictæ hypothecæ auocari, d.l. si venditor.& notatur in iuribus supra allegatis. & sic ex prædictis stat conclusio ꝙ nō potuit fieri alienatio de dicto castro in præiudiciū agnati ꝓximioris, cui ex cōuentione prius erat faciēda oblatio & requisitio an ipse vellet emere, & quod ad ipsam alienationem siue rem reuocandā competit actio dicto agnato, & ꝙ eidē agnato competit ius auocandi sibi nudam possessionē occasione hypothecæ propter eius in-

8 teresse &c.† Sed maior difficultas quam inueniam in casu isto insurgit ratione præscriptionis, quia secundū casum præmissum à tempore recatationis & secundæ alienationis quæ fuit effectualis & irreuocabiliter per alienantem facta fluxerunt plusquam 40. anni.& Ale. in apostillis in l. sicut. C. de præscri. 30. ann. & in l. 1.§. permittitur. ff. de aqua quoti.& æstiua, vult ꝙ ius talis reuocationis finiatur ann. ꝙ etiam

etiam est de mente Ro. in l. prætor ait §. fi. ff. de ope. no. nun. per tex. in c. titius filios. in tit. si de feu. fue. controuer. inter Do. & agna. vbi hoc idem firmant Bald. Andr. de Iser. Aluar. & Marti. lau. post glo. Facit c. 1. §. porro, & ibi etiã per alios notatur, qua. olim feud. po. alie. per iura ibi per glo. & doc. ad propositũ allegata. Et si dicatur verius fore vt tale ius tollatur spacio 30. annorũ per d. l. sicut, vult Alex. consi. 119. inc. sine disputatione, in prin. 4. vol. & d. meus Ias. in l. si mater col. fi. C. de insti. & substi. sub condit. fa. & in l. petens 4. col. C. de pac. eo quia dispositio dicti c. titius est fundata sup iure speciali vt voluerunt glo. & doc. in d. c. titius, dum dicunt ꝙ vbi alienatio quę est permissa in eos tantũ de agnatione fit in extraneum, ius illam reuocandi tollitur solum spacio 30. annorum, p d. l. sicut, & qđ dicitur de annali pscriptione procedit de iure speciali vbi pximior agnatus vellet reuocare alienationẽ factam in vlteriorẽ agnatũ, quæ sententia est cõmunis, per hoc non videtur euacuari dubitatio pdicta, quoniam vt dixi fluxerunt 40. anni & talis fluxus nocet etiam ignorãti vt declarat Aluar. in proposito in d. §. porro, in pe. notabili volens ex eo tolli totum ius
9 agnati cui cõpetit ius reuocandi; † longo. n. silentio perdimus ius nostrũ. l. fi. & ibi Bald. & doc. C. de hiis qui à nõ do. multoq; magis lõgissimo vt est pscriptio 40. annorũ per quam ẽt si res feudalis inscio domino foret alienata & sic nulliter tollitur domino ius illam reuocandi, vt dixit gl. in c. 1. §. præterea, de capi. cõra. Et per prædictũ cursum 40. annorũ sublatũ est etiam ius hypothecæ de quo supra dixi. l. 1. in prin. C. de anna. excep. & tollitur omnis actio quæ spacio 10. vel 20. vel 30. annorũ seu minori non tollitur. l. omnes C. de præsc. 30. annorũ. Quid ergo dicendũ. breuiter quia ista præscriptio est 30. annorum quatenus incepta fuisset contra maiorẽ dormisset contra pupillũ, durante pupillari ætate, & durante reliquo tẽpore minoris ætatis competeret restitutio secundũ Bart. in l. etiam. ff. de mi. & in l. fi. C. qui. cau. in inte. re. non est ne. & Pano. in d. c. constitutus, de in inte. resti. quæ si incepta fuisset cõtra minorẽ 25. annis, tempus ipsius minoris ætatis mero iure & sine aliqua restitutione subduceretur, d. l. fi. circa cuius materiei veritatem si expedierit plenius allegabo, hoc est si contingat in facto personã seu personas quæ ptendunt sibi cõpetere ius talis reuocationis fuisse minores tanto tempore qđ eo subducto non possint superesse anni 30. à tempore secundæ alienationis castri prędicti.
10 † Insuper attentari posset quod prædictum tempus non obstet omnib. agnatis, sed proximioribus tantum, ita vt aliis sequentib. quib. non cucurrit sit locus reuocationis prædictæ alienationis, d. c. titius, & c. 1. §. sed & res, cum ibi notatis, per quos fiat inuestitura. Facit optime l. 1. §. si intra, cum seq. ff. de suc. edic. & illa vulgata regula, quod non valenti agere non currit præscriptio. l. 1. in fi. C. de anna. except. Et ita consuluit Bal. in consi. 16. inci. facti euidentia. in 2. col. 3. volu. & est de mente Andr. de Iser. & Moder. in c. 1. §. quid ergo, in 2. col. de inuest. de re ali. fa. Et fortius hoc posset attentari si isti vlteriores qui habent ius reuocãdi sint filii exclusorum vt possint per eorum filios fieri facere talẽ reuocationẽ per iura pdicta & ar. l. qui se patris. C. vnde lib. Sed hoc fundamentum nõ est tutũ cum possit dici cucurrisse tẽpus istis remotioribus quia poterãt vlteriores prouidere sibi quo ad talẽ reuocationẽ non expectato fine 30. annorũ, petendo præfigi terminum pximiorib. per iudicem ad reuocandũ dictam alienationẽ, vt patet in d. §. porro, qua. olim feu. pote, ali. & in specie ita dixit Alberi. de Ro. in l. fi. in prin. in vlti. col. C. de fur. arg. l. diffamari. C. de integr. ma. & l. 1. ff. de cura. bo. dan. & l. titia. ff. de accusa. ita quod eis non prosit dicere quod non cucurrerit pręscriptio eo ꝙ ante eis nõ competeret actio quã priores fuissent exclusi iuxta auth. nisi tricena l. C. de bo. mater, & d. §. si intra, & quod traditur in d. l. 1. in fi. C. de anna. except. Laus Deo 1496. de mense Maii quo anno sumpsi gradum doc. Et ita de iure sentio ego Albertus Brunus iuris vtriusq; doc. saluo iudicio saniori in cuius fidem me subscripsi.

INSTRVCTIO SVMMARIA IN causa Marchionatus Ceuę. Consi. LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Probans quasi possessionem iurisdictionis antiquam licet non nouam in possessorio obtinet.*
2 *Quasi possessio animo retinetur.*
3 *Pacta concernentia libertates vasallorum & faciẽtia feudum franchum non valent quando repugnãtiam continent.*
4 *Pacta contra substantialia feudi non ualent.*
5 *Superior an possit appellationes tollere.*
6 *Copia iudicis deficiente licet sibi ius propria auctoritate dicere.*
7 *Iuri suo per actum contrarium renuntiatur.*
8 *Feudum nouum dicitr quando quis propter feloniam cecidit & de gratia iterum inuestitur.*
9 *Quando quis à nouo dño inuestitur feudum nouũ dr.*
10 *Astensis ciuitatis origo & successus.*

SI institutus ĩ possessorio ex quo Illustrissimus Dominus Dux ordinauit nos tuendos in ea possessione ĩ qua fuimus & sumus, quasi possessio nostra conseruatur, & quatenus expediat traditur quasi possessio iu-

sio iurisdictionis secundū Pano.in c.suborta,
1 de re iudic.vbi dicit etiam ꝙ † probans quasi possessionem iurisdictionis antiquam licet non nouā obtinet in possessorio, de qua antiqua & noua patet ad plenū per inuestituras factas per dominos gubernatores Astenses & ꝑ acta gesta & scripta in curia gubernii īter homines & homines Marchionatus, ac dominos & homines, & dominos & dominos ex eorū spontanea voluntate, tamen appellādo ad curiā gubernii quā supplicando & aliter. Item apparet de quasi pos.nostrorū gubernatorum ex præceptis quæ miserūt, quæ significant naturalem & actualem quasi possessionē vt per Flore.in l.si eo loco.§.qui cum. ff.si
2 serui.vend.† Nec voluntas ac attentatio dominorum Marchionum volentiū se dismembrare à iurisdictiōe nostri gubernii tollit quasi possessionem quæ animo retinetur, vt per Bart.in l.1.§.si tibi fundum, in fine cōmen.ff. de iti.actuq; priua.cum suis concor. Quia si contingat ipsos Do. Marchiones velle aliqd proponere de obseruantia illorum pactorū quæ dicunt sibi debuisse & debere seruari per nostrā ciuitatem seu Do. gubernatores, istud est in alio iudicio quam possessorio tractandum. Et pro informatione ad partē facienda super hoc aduertatur ꝙ vsque ad tēpora Bal. fuit de ipsa obseruātia per dominos Marchiones oppositum, & causa fuit sopita vt possent subditi eorum recurrere ad Magnificos dominos gubernatores Astenses, non obstante quod Domini Marchiones dicerēt ex pacto se habere omnē iurisdictionem in & contra subditos eorū, & non posse quo ad subditos eorum ad dominos gubernatores nostros recurri, tum quia subditi de quorū præiudicio agebatur non consenserunt, tū quia ipsum pactum non valeret tanquam contra ius publicum, tū quia posset iustitia perire, tum quia tale pactum daret occasionem delinquendi vt consuluit Bal. hęc omnia examinans in cōsilio 439. incip. Magnificus Dominus Nanus 1.& 2.col.3.vol.secundum pen.impressionē, vbi Bal. ponit de venditione ipsius Marchionatus facta ciuitati nostræ dū dominarēt per Dominum Nanū Marchionē Ceuę, & de inuestitura postmodū facta ꝑ ciuitatem nostrā in ipsum Dominum Nanū & eius filios, quæ vēditio fuit facta pro centum millibus libris Astensibus valentibus quinquaginta millia Duc.seu aureos largos. Et scdm qđ dicit ibi Bald. successores Domini Nani vsq; tunc sub colore illius pacti multa cōtra iustitiā in subditos committebant. Meritoq; eo tēpore fuit declaratum & postea semper obseruatum ꝙ homines possent ad gubernatores nostros recurrere in causis appellationū, & vbicunq; li-
3 cet ad superiorem vasalli recurrere.† Pro qua decisione Bal. facit quia illud pactum videtur continere repugnantiam cum concessione, & inuestitura & non valent pacta cōcernentia libertates vasallorū & per quæ feudum frāchum fit quando continent repugnantiā secūdum Bal.in c.1.in prin. in fi.commē.de capi.
4 qui.cur.ven.† Et pacta contra substātialia feudi non valent licet contra naturalia valeant, vt per Pau.de cast.consi. 162.inci. circa id qđ primo quæritur in antiquis. & Iac. de Bel. post gl.in c.2.2.notabili per illū tex.de fra.de nou. benefic.inue. & Barba.in consi.l.posito inter consi.Ale.4.vol.col.fi. circa quod multa alia vbi expediet adducentur. Et de p̄dicta vēditione facta nostræ ciuitati etiam tangit Bal. & latius in consi.332.incip. factum sic se habet.1. volu.penu.stampa. Et idem Bal.consi.438.incip. Magnifici viri domini Marchiones Ceuę 3.uol.eadem stampa dicit quod ipsi Domini Marchiones inuicē litigabant pro diuersis castris coram domino gubernatore nostro, & in consi.383.1.volu.dicit quod ipsi Marchiones ratione rerū sitarū in suo territorio pro-
5 miserunt parere iuri in ciuitate Ast.† Cæterū tale pactū tendit ad tollēdum subditis defensionem, ideo non valet subditis non consentientibus, iuxta no.in l.vt vim.ff. de iusti.& iu. & per Bar.in extraua.ad repri.in verbo sine figura, & doc.in l.nemo potest, vbi Imo.& Alexan.1.col.ff.de leg.1.& doct.ac Fely. in c.1.de rescrip.dum tangūt an superior possit tollere subditis remedium appellationis & recursus
6 ad superiorē.† Et cum per hoc diceretur subditis deficere copia iudicis superioris, quo casu licet sibi ius dicere propria auctoritate, vt ꝑ Bart. in l.si alius. §.bellissime. ff.quod ui aut clam, cum concor. de quibus per Ale. in l.miles.§.qui iudicati, in prin.commen. 2.fallen. ff.de re iudi.& in consi.11.ante fin.1.vol.quo casu multo magis potest adiri etiam Iudex incōpetens per glo.in §.in multis in verbo trāsitu, insti.de liberti.& Bal.in l.consentaneum, 3.alias 4.col. C.quomodo & quando Iudex, cum si. Vnde multo magis potest adiri superior dominus partiū saltē ex capite defectus iudicis. Itē aduertatur quia ipsi domini Marchiones soliti sunt inuestiri in forma cōmuni & sine aliqua reseruatione & exceptione,
7 † cum per actū cōtrarium quis iuri suo videatur renūciare. l.si stillicidii.in prin. cum vulg.
8 vbi Bal.ff.quemad.serui.amitta.† quæ inuestituræ saltem ita simpliciter & in forma cōmuni factæ fuerunt ipsis dominis Marchionibus post fœlloniam per eos cōmissam, à qua cum cecidissent à feudo gratiam petierūt, ut per Bald. in c.1.§.firmiter il. 2.infi. commen. de prohi.alie.feu.per Fede. vbi dicit tunc effi-
9 ci nouum feudum.† Item facit ꝙ quādo quis īuestitur à nouo domino sub noua forma dicitur nouum feudum vt consuluit Old. consi. 178.inci.factū tale est, quidam nobilis, quod

consilium sequitur & tacito auctore transcribit Albe. de Ros. in dictionario in verbo nouum, & hic adest vtrunque, quia postquam ciuitas nostra se submisit principi, Marchia Ceuæ in primis inuestituris quas vidi cępit inuestituras à dominis commissariis principum & à ciuitate nostra simul & semel, & postea à dominis gubernatoribus tantum & sine ciuitate in forma communi. Reliqua vestrę Ma-
10 gnificentiæ supplebunt. † Est enim antiqua ciuitas nostra quam Brenus Mediolani & plurium Lombardiæ ciuitatũ reformator & auctor ampliorem fecit, demum fuit Colonia Romanorum hastaq; nuncupata eo ꝙ hastæ Romanorum in ea residerent seu vt quidam aiunt hasta Pompeia dicta fuit, eo ꝙ Pompeius magnus ipsam hastam suis seu veteranis eius militibus colendam tradidisset, cũ prius tanarella à flumine tanagri vicino nuncuparetur. post hæc cum imperiali celsitudini immediate subesset & vltra annos mille per prędes & Vicarios imperiales gubernata fuisset ob immensa eius erga imperium tam pecuniaria quam alia colata beneficia & præstita seruitia priuilegium meruit obtinere, quod & ab Imperiali celsitudine obtinuit vt nulli hominum principum vel subiiceretur, sed qđ per proprios ciues cum plena iurisdictione regeret, & ꝙ super oĩa loca & oppida q̃iusto titulo acquireret dñm & iurisdictionẽ haberet.

Qua nostra Astẽsi ciuitate sic regnãte Marchiã Ceuæ ꝓcio cẽtũ milliũ librarũ nostrarũ hoc est quinquaginta milliũ aureorũ largorũ comparauit. Et demũ cũ per princeps melius gubernari arbitraretur ex plurib. cõpetitorib. sibi in principem elegit Illu. Dominũ Io. Galeaciũ dictũ re & nomine virtutum comitem primum Mediolani Ducem, sub cuius regimine per annos septẽ fuit quousq; ipse Illustr. Dominus Galea. Illu. dominam Valentinã eius filiam Ill. Domino tunc Carolo Christianissimi tunc Franchorũ Regis fratri germano matrimonio copulauit. In quẽ dotali titulo Ciuitatẽ nostrã Astẽ. cũ multis eius oppidis & castris retentis nonnullis ipsius ciuitatis villis trãstulit, & succedente in regno Franciæ D. Ludouico nuper defuncto domino nostro ipsius Dñæ Valẽtinæ pronepote cuius stupẽda gesta in Italia & alibi stant pro rostris Ast nostra regia Ciuitas reddita est quæ sub Christianissimo Francisco franchorũ Rege quietè viuit quæ omnia ex antiquis historiis & cronica libri alpheriani & scripturis archiuii nostri Astensis manifesta redduntur.

CONSILIVM LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in criminalibus luce meridiana clariores esse debent.*

2 *Iudex tenetur ex officio perquirere innocentiam alicuius.*

3 *Confessio ficta quæ inducitur ex contumatia, non cõprehendit nisi factum principale, non autem qualitates ipsius facti ut sunt ille animo lædendi.*

4 *Confitens delictum, delicti qualitates confitere non videtur.*

5 *Crimen læse maiestatis non committitur, quando secundario publica læditur maiestas.*

6 *Statutum puniens turbantem, intelligitur principaliter & non secundario.*

7 *Statutum puniens facientrm rumorem, non ponit cũ quo fuit causa rumoris.*

8 *Habens arbitrium super aliquo, intelligitur principaliter & non secnndario.*

9 *Statutum alienans pœnam pace facta cum offenso, non habet locum pace facta cum fisco.*

10 *Crimen læsę maiestatis non incurrit, qui gentem vel exercitum præparat non ad effectum lędendi principem.*

11 *Habentes merum & mixtum imperiũ possunt homines capi facere & incarcerare.*

12 *Represalias is concedere potest, qui potest bellum indicere.*

13 *Sententia nulla non transit in rem iudicatam.*

VISO processu inquisitionali formato per Spectabilem quondã dominum Petrinum pallidum aduocatum fiscalem Illu. D.D. Marchionis Mõtisferrati ex delegatione sibi facta per excellẽtiam Marchionalem contra Spectabilem dominum Io. mariam, & alios de Carreto condominos altaris & locorum in processu nominatorũ, visaque postmodum sentẽtia lata per ipsum quõdam dominum Petrinum per quã pronunciauit ipsos dominos Io. mariam Io. galleotum Cęsarianum & Scipionẽ incurrisse crimẽ læse maiestatis aduersus Illus. D.D. Marchionẽ Montisferrati, subiungendo ꝙ per cõsequẽs pronũciabat castrum altaris & alia ipsius infeudata per Excell. Marchionalem Montisferrati cum pertinentiis essent aperta & legitime deuoluta ad ipsum Illus. D. Marchionem ex causis de quibus in inquisitione & aliis ex processu resultantibus, condẽnando ipos dominos de Carreto ad dimittenda & relaxanda ipsa castra dicto Illus. Domino Marchioni & in amissione & publicatione castrorũ &c. Dubitatur de validitate dictæ sententiæ & an Illustrissimus Dominus Marchio, salua conscientia & iustitia possit illa retinere; an vero remittere teneatur ipsis dñis de Carreto.

Et breuibus dicendum puto ꝙ teneatur illa remittere cum damnis & interresse ꝑ eos supportatis, & quod sua Excellẽtia fuerit male informata de natura prætensi delicti, ac de validitate processus & sententlæ prędictę siue consideremus ius commune iunctis decretis do-

tis dominicalibus siue priuilegia & pacta in eorum inuestituris inserta.

Et primo moueor quia ipsi domini inquisiti fuerunt q ipsi domini de Carreto auxiliũ præstiterunt cum personis ipsorum & armis, & cũ eorum hominibus Magnifico militi domino Fabricio de Carreto ex Marchionibus finarii capiẽdi tres viros hispanos ĩ loco Altaris in hospitio cuiusdã hospitis dicti loci hominis Sp. Domini Alberti cõdomini dicti loci, qui hispani ibãt Romã & qui hostiliter cũ eorum mulis & bonis fuerunt capti & abducti per vim extra iurisdictionem Illustr. D.D. Marchionis Montisferrati, & quorũ capturæ ipsi domini inquisiti auxiliũ dederunt facien do fieri proclamata ne aliqs de loco Altaris se opponeret & qđ populus Altaris deberet auxilium ipsi Domino Fabricio pstare, &q hæc facta fuerunt animo infringendi & violandi ac vsurpandi ius & libertatẽ territorij ac Illustr. D. D. Marchionis & ipsius Spectabilis domini Alberti alteriis ex condominus dicti loci Altaris; sed ex iudicis sumptis solum apparet q Do. Ioan. maria dedit ipsi Magnifico domino Fabricio licentiã ipsos hispanos capiendi, nec dicitur q incitauerit populũ vel fieri fecerit proclamata prædicta, vnde non potuit vlterius & præter indicia contra eum

1 inquiri vel ad condemnationẽ procedi † tũ quia in criminalibus probationes debent esse luce merediana clariores, ita quod super non liquide probato quis non sit condemnãdus. l. fi. C. de proba. vbi docto. maxime Bal. & Saly. iunctis his quæ late consuluit Ale. in cõsilio 15. incip. viso processu 2. 3. & 4. col. 1. vol. vbi consuluit & probat q etiam ex violentis probationibus quis non est in criminalibus cõdemnandus esto quod in ciuilibus posset.

2 Tum quia Iudex quatenus apparet de innocẽtia alicuius tenetur admittere illã, ac qđ plus est de illa perquirere etiam ex officio & nemine petente vt dixit Barto. in l. pen. §. ad crimẽ. in q. 3 col. ff. de pub. iudi. propter quod Cyn. Bart. & Pau. de Cast. in l. 3. C. de his qui ad eccle. confugi. vbi Albe. de Ro. dicit talem esse communẽ opi. volunt impediri inquisitionẽ super eo in quo apparet quem deliquisse, vult Bal. in l. reos pen. col. C. qui accu. non poss. & in l. 1. in 3. col. C. si à non compe. iu. ubi etiã dicit talem esse communem opinionẽ, notatur plene per Bar. Ang. & Modernos in l. vbi pactum C. de transact. vult Barto. loquens in contumace in cons. 86. inc. à Domino Cyno de Bononia quem sequitur Augu. in addi. ad Ang. in tractatu malef. in clausula qui Iudex videns q dicti inquisiti in sua contumacia 12. col. Ex quo infero quod debebat solũ formari inquisitio contra Do. Io. mariam ratione date licentiæ, & non alia cuius licentiæ prætextu non potuisset condemnari crimine læsę maiestatis, vt patebit ex infra dicendis.

3 † Secundo moueor quia si velimus forsitã fundamentum capere super facta confessione q inducitur cõtra contumaces vigore decretorum, adhuc possumus arguere, q ista ficta confessio non cõprehendat nisi factum principale non autẽ qualitates ipsius facti vt sunt ille animo lędendi principis maiestatem vt per Ang. in consi. 144. inci. super 1. dicto & Pet. de Anch. consi. 409. & Augustinũ in addi. ad Ang. in trac. male. in clausula qui Iudex videns quod inquisiti in sua cõtumacia &c. 12.

4 col. † & faciunt notata per Bart. & Bald. in l. si cui secundum omnes. §. si à filio. ff. de le. 1. de confitente vt videatur confiteri delictum nõ autem qualitates delicti.

Tertio moueor quia secundum ius nõ potest dici lęsa principis maiestas nec factum ad eius offensam, nã hoc fuit factum vt morem gererent requisitioni ipsius Magnifici Domini Fabricij cuius causa erat qa fuerat ab hispa

5 nis quædam eius classis vi capta. † Cũ crimẽ læsæ maiestatis nõ committatur nisi publica principaliter lædatur maiestas. l. 1. in princi. & l. 3. cum glo. 1. 3. 4. & alijs. ff. de leg. Iul. ma. & quod notat Azo. in summa. C. eo. & est generale vt is demum dicatur offensus in quẽ principaliter fit offensio, adeo vt secundum Bal. in l. 1. C. de priua. carce. prope fi. commẽ. quando maiestas publica læditur secundario non dicatur committi crimẽ læsæ maiestatis. Et propterea congruẽter ad propositum dicit Bal. in l. 1. §. 1. 2. colũ. ff. de iusti. & iure. quod

6 † statutum puniẽs turbantes vel turbare nolẽtes statum ciuitatis intelligitur principaliter & non secundario.

Hinc secundũ Nellum in tra. bannitorum in quinquagesima qstione secundæ partis secundi temporis,

7 † statuto puniente certa pœna facientẽ rumorem si quis percutiendo aliquẽ insurgit rumorem nõ punietur pœna statuti; quia verba debent intelligi principaliter & nõ secũdario & quod statutum de læso vel offenso debeat intelligi de principaliter offenso vult Gemi. in ca. primo, de pactis in 6.

8 † & propterea arbitrium datum sapientibus super publica vtilitate vel statu ciuitatis intelligitur principaliter & non secundario, ita quod nõ poterunt arbitrari super iure priuatorũ principaliter licet secundario cõcernãt commodum publicum secundũ Bald. in d. l. 1 §. 1. in 2. col. & latius Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fa. Et ideo multũ acõmodate ad propositum dicebant Rai. de Forli. in l. diuus in appost. ff. ad sylla. quem refert Firmi. in suo repertorio in verbo pax à quibus versiculo 14.

9 † quod si statutum alleuiet pœnã facta pace cũ offenso non procederet si fiat pax cum fisco, quia fiscus fuit secundo offensus, sed debet fieri cũ principaliter offenso. sic & in statuto

tuto permitente offenso facere vindictã,quia intelligitur de persona immediate offensa, non autẽ per mediã personã secundũ Bald.in 10 l.vt vim 2.col.ff.de iusti.& iure.† Et si dicatur ꝙ præparans sine iussu principis exercitũ uel congregãs gentem potest incidere in crimen læsæ maiest. vt in d. l. 1.& in l. 3. ff.ad leg. Iul. maiest.vbi dicitur idẽ de eo qui consensit seu secundum Bar.in d. l.3.& ibi Alex. in appost. de eo qui vt fieret curauit quia istud procedit quãdo fieret principaliter in læsionem status & ad effectum lædẽdi publicam maiestatem vt ibi per glo.& per Azo.vbi supra & tex. satis ibi se declarant & vult Bart. in d.l.1.circ.fi.cõmen.ff.ad le.Iul.maie.quę interpretatio est sũmenda,tum quia est euidẽs, tum quia in pœnis in dubio mitior est sumẽda interpretatio, l.interpretatione cum vul.ff.de pœnis & hoc etiam sentit Ange. in l.qui vsq;. ff.ad leg. Iul. maiest.dum vult quod facientes sectas etiam cũ pactis iuramento firmatis,ita demum incidant in crimẽ læsæ maiestatis si tẽdunt in exitium reipubli. seu publicæ maiestatis licet in proposito casu isti domini nõ possint dici pręparasse exercitum nec præparationi consensisse, esto sed non concesso quod congregationi gentiũ armatarum dicerentur consensisse cũ hæc differant,vt patet in locis allegatis, nã ille dicitur præparare exercitum qui dat stipẽdia ad tempus & milites stipendiis conducit alias autẽ est materia congregationis gentiũ
11 armatarum nõ præparationis exercitus.† Insuper dominus terrarum qui habet merũ & mixtum imperium,ac omnimodam iurisdictionem non censentur p̃dicta prohibita sed personis priuatis.& si possunt capi facere homines & incarcerare vt per Azo.in summa đ carce.priu.& Bar.in l.imperium.ff.de iu.omni iudi.& infra dicetur super pactis inuestiturarum, cui dubiũ quod potuerunt dare licentiam alteri capiendi, & abducendi citra crimen læsæ maiestatis hoc fecissent esto ꝙ iniuste,alias autem infiniti nobiles & iudices caderent in hoc delictum. Ex quibus dico ꝙ ẽt stante processu prout stat de iure communi nõ potuissent isti domini dici incidisse in crimen læsæ maiestatis nec quasi.

Quarto consideratis tenore inuestiturarũ factarum ipsis dominis de Carreto & pactis in eis insertis minus possunt dici incidisse in ipsum crimẽ læsæ maiestatis varijs etiam rationibus,cum.n.auctores duorum inquisitorum feuda confiscata à solo Imperatore recognoscerent,illa saluo beneplacito Serenissimi Imperatoris quatenus foret necessarium renunciarunt Illustrissimo tunc Domi.Marchioni qui in eodẽmet instrumẽto illos inuestiuit sub pactis in ipso instrumento insertis, videlicet quia Ill. tunc Domi. Marchio Inuestiuit dominũ quondã Bonifacium à quo dominus Io.maria descẽdit iure feudi saluo sub pactis & conuentionibus & capitulis instrumentis.Et primo quod dictus Dominus Marchio non teneatur præcipere nec citare dictũ Dominũ Bonifaciũ,nec eius hæredes ad se p̃sentandũ coram ipso Domino Marchione & ad respondendum alicui ad alicuius instantiam ꝓ aliqua quauis causa,& si citati fuerint & non venerint nõ possit eis per præfatũ Dominum Marchionẽ imputari,saluo si aliquid fieret quod esset contra honorẽ Domini Marchionis,tamen causa debitorũ alicuius contractus non teneatur se p̃sentare si non voluerit,saluo si aliquis aliquid peteret super dictis locis vel aliis tangentibus dicta loca & ipsorũ iurisdictiones & dependẽtia à prædictis & qđ ipse Illustrissimus dominus Marchio nõ possit audire vel admittere appellationes hominum &c.Et quod facta prius notitia ipsi Illu. Do.Marchioni possint vẽdere & alienare ꝓut sibi placebit reseruando ius feudi,& superioritatis ac sub pactis de quib. inter eos &c. Et quod possit ad eius libitum absq; contradictione ipsius Illust.Domini Marchionis facere guerram dũmodo non fiat contra dictum Dominũ Marchionem,nec aliquẽ eius subditum,potestatem vel futurũ,nec contra aliquẽ eius adherẽtem potestatẽ vel futurum ipsius adherentibus & subditis non offendentibus domino suo. Et ꝙ ipse dominus Bonifacius, & successores possint facere pacem cum quacunque p̃sona saluo nisi esset aliquis cũ quo Illu.Do.Marchio haberet guerrã, & posset similiter dare adiutorium cuicunque personæ dũmodo non sit inimicus Illust.do.Marchionis nec contra aliquem subditũ vel adherentem ipsis subditis non offendentibus Domino Bonifacio.Et possit facere ligã cũ quacunque persona facta prius notitia ipso Illu. domino . Et vlterius subijcitur quod ipsi Illustr. Domino Marchione faciente guerrã non tenerentur illũ iuuare nisi certo casu ibi expresso.Itẽ fuit conuentũ quod si dictus Dominus Bonifacius perderet aliquod castrum de suis prædictis per vim quod Illust.Dom.Marchio non debeat facere pacẽ vel treguã cum eo cũ quo haberet guerram sine consensu Domini Bonifacii,vel nisi satisfactione facta ipsi Do. Bonifacio.Item conuentum fuit ꝙ si per aliquam cõmunitatem vel aliam personã fieret extorsio ipsi Domino Bonifacio vel hæredib. quod ipse Ill. Do. Marchio teneretur in toto suo territorio dare & concedere laudes & represalias.Et quod pariter ipse Illu. Dominus Marchio possit in dictis locis cõcedere represalias si fieret iniuria alicui eius subdito &c. Item conuentum fuit ꝙ pro aliquo delicto committẽdo per ipsum Dominũ Bonifaciũ vel eius hæredes vel pro aliqua cã non possit ipse Illust.Do.Marchio in ipsis feudis succedere

dere sed proximior in gradu nisi pro crimine læsæ maiestatis. Nec etiam possit acquirere ex contractu nisi cum eorũ voluntate. Item fuit conuentũ quod si ipse Ill. Dominus Marchio admitteret appellationes hominũ ad eum appellantium uel imponeret talleas in dictis locis, vel acquireret in consortitu dictarũ terrarum & requisitus nollet desistere ꝙ tunc ipsi domini de Carreto remaneant in ea libertate in qua ante erant, & contenta in ipso instrumento habeantur ꝓ nõ factis. igitur si possent ad libitũ & absq; cõtradictione Illu. Do. Marchionis facere guerrã, pro vt sup. multo magis potuissent dare licẽtiã capiẽdi vel capere vel capi facere illas ꝑsonas priuatas ẽt ꝑ vim & expugnationẽ l. in suis in fi. ff. de lib. & post.
12 † & arg. eius qđ dicimus de represaliis vt illas is cõcedere possit qui potest bellũ indicere, ac pugnã facere vt ꝑ Bar. in suo trac. repre. in princ. & Bal. in aut. & omnino in 3. opp. C. ne fi. pro pa. & vt dicit ibi Bald. in 3. col. versi. circa personã potest quilibet habens merũ imperium capere ꝑsonas & incarcerare etiam pro represaliis & licet Bal. ibi quærat an consulte vel ex propria ceruice hoc liceat vel ne, tamẽ in proposito non est de hoc quærẽdũ, quia pacta sunt clara quod possent facere guerrã ad eius libitum & absq; contradictione ipsius Illustr. Domini Marchionis, quando non fieret contra ipsum Illu. Do. Marchionem vel adherentem, vt subditum prout erãt hi quos nõ constat fuisse tales immo constat ex inquisitione de contrario & ꝙ erant hispani.

Quinto esto, quod fuisset aliquod delictũ in eis ex quo non est crimẽ læsæ maiestatis nõ poterant ipsi domini de Carreto citari ab ipso Illu. Domino Marchione & minus ab eius delegato, stante ita conuentione, ita ꝙ extra pacta possit dici ꝙ Illust. Do. Marchio utatur cõtra eos iure priuati ex quo sunt subditi cõuentionati ut per Bar. in consi. 59. incip. commune Spoleti & clarius Pe. de Anch. in cons. 433. inc. ista sententia, ubi loquitur de loco q se submisit limitatiue & quo ad quædam cõmuni Ianuæ ut in reseruatis non dicatur pristinam amisisse libertatem cuius dicta non refero, quia videri possunt.

Sexto dicitur in pactis quod Illu. Do. Marchio nõ possit succedere in feudis nisi ob crimẽ læsæ maiestatis, sed ꝓximiores & sic filij dicti dñi Io. mariæ, vnde cũ simus in casu certo & claro ꝙ nõ sit crimẽ læsæ maiesta. cessant iuris interpretationes. l. ille aut ille. §. cũ ĩ verbis ff. de ver. ob. l. cõtinuus actus. §. 1. ff. đ ver. ob.

Septimo ipse delegatus habuit facultatem procedẽdi prout iustitia suadebat & in pactis dicitur ꝙ ipsi domini de Carreto possint astringi prout iustitia suadebit ad obseruantiã pactorum iudicando contra iustitiam nulliter iudicauit, arg. eius quod dicimus de arbitro cui est ita commissum iuxta not. per Bar. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. cum multis concor. super quo me non extendo ꝓpter no. per Panor. in c. causam quæ vbi latæ Fely. in 5. col. de re iudi. cum concor.

Octauo dicitur quòd quatenus ipse Illustr. dominus Marchio vellet acquirere in ipsis castris & requisitus nollet desistere, ꝙ ipsi domini de Carreto sint in antiqua libertate, nã multo magis quando vellet acquirere via indirecta hoc est confiscationis, per no. per Bar. in l. filius fami. §. diui. ff. de leg. 1. de prohibito alienare vt patiatur confiscari vel per sententiam euinci. Non obstat ꝙ sententia transiuerit in rem iudi. quia extra pacta est lata a priuato & est notoriè iniusta & nulla, & quia obstant nota. in d. §. diui. prout supra & quia nõ fuit intimata iuridice vt habetur in l. 2. §. bi-
13 duum. ff. quando appel. sit cum concor. † Nã sententia nulla nunquam transit in rem iudicatam, l. 4. §. condemnatum & ibi late de materia. ff. de re iudic. ubi idem dicitur de sentẽtiã euidenter iniusta maxime per Alex. in 3. col. ac cano. in cap. inter cæteras vbi late Fely. maxime in 6. col. de re iudi. Et in eo qui erat minor euidentior est nullitas cum non fuerit ei datus curator, per vulgatum tex. in l. clarum vbi doc. C. de auct. tuto. & not. per Bart. in l. fi. §. pupillus. ff. de verb. obl. cum concor. Et hæc sufficiant pietatis intuitu & sine præmio tacta per modum instructionis.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Albertus Brunus.

AN IN SVCCESSIONE FEVDI fater patruelis præferatur filiis alterius fratris patruellis pro parte affirmatiua. Consilium LXX.

SVMMARIVM.

1 *Frater patruelis an filiis alterius fratris patruelis præferatur in feudi successione.*
2 *Gradus in successionibus attenditur.*
3 *Filii succedunt in locum patris sui tantum, quando de patrui sui uel aui successione tractatur.*

DIVINO præsidio inuocato, circa quæstionem propositam parte. S. D. Pet. de Malabaylis quõdam Spectabil. Domi. Ioannoni vtrum in succes. partis feudi castri & villæ Ferrariarum quondam Specta. Domi. Alexandri Malabayle eius consangu. germani seu fratris patruelis præferatur ipse Domi. Petrus eius nepotibus ex fratre quondam Spect. Domi. Andriono, an vero ipsi nepotes tenere debeant locum patris eorum, ita ut æqualiter cum eodem Domi. Petro suc-
1 cedere possint. † Breuiter omissa põpa verborum

tum respondetur quòd licet dubium facere videatur quia filii fratrum præmortuorũ admittuntur simul cum fratribus in success. patrui, eo ꝙ licet sint in uno gradu remotiori à fratre, tamen quia tenẽt locum patris eorum qui si uiueret esset in pari gradu cum altero fratre super viuente ideo pariter admittuntur, vt ex tex. in auth. cessante. C. de le. hære. & in feudo est tex. in c. 1. in prin. de suc. feu. & in c. 2. de feu. March. & in c. 1. de gra. suc. in feud. per quæ iura ita videtur determinare Do. Signorolus de Homo. in consi. 12. incip. in casu per uos mihi destinato &c. & in consilio 49. incipien. factum sic proponitur &c. quæ duo consi. refert & allegat. D. Perpo. Medio. & Car. Ale. in c. 1. §. pc. in pe. col. qui feud. da. pos. Tñ in ꝓposita questione in qua agitur de suc. trãsuersali alterius remotioris gradus à patruo, teneo ꝙ dictus D. Petrus præferatur dictis nepotibus quia in succe. etiam feudi dummodo paterni vel antiqui, vt est illud de cuius success. tractatur non existentibus fratribus defuncti cui succeditur neque filiis fratrum, tunc admittuntur agnati proximiores secundum gradus suos, & proximior semper excludit remotiorem vt est tex. in capitulo primo, de natu. succe. feud. & in d. cap. 1. de grad. succes. in feud. ubi ita not. & declarat præfatus Domi. Præpo. allegando in terminis consilia Antonii de Butr. 47. incipiens. Iesu &c. præmittendum quòd in succes. transuersalium &c. nisi ergo, vt dicunt ipsi, ageretur de feudo quod assignatum fuisset vni ex transuersalibus in diuisione, deficiente illius linea tantũ, alie lineæ vocantur secundum ordinem iu-
2 ris, vt proximiores præferantur. † sed clarum est secundum computationem gradus de iure ciuili quæ attenditur in successionibus secundum glos. communiter approbatam in §. hactenus institutio, de gradi. quòd dictus Dominus Petrus coniungebatur dicto quondam Domino Alexandro in quarto gradu. l. iurisconsultus §. quarto gradu. ff. de gradi. & institutio. eod. §. quarto gradu, dicti vero nepotes eidem coniungebantur quinto gradu, vt ibidẽ dicitur in §. quinto gradu, & sic vno remotiori, ergo tãquàm proximior in gradu excludet dictos nepotes remotiores in gra.

Accedit ad hæc doctri. Barto. in authenti. post fratres la 2. C. de leg. hęred. vbi per illum
3 text. dicit quòd † filii succedunt in locum patris sui tantum quando tractatur de successi. patrui vel aui secus si tractatur de successione aliorum, idem etiam in terminis decidit Ang. Perusi. in consilio 37. incipien. quidam puer &c. vbi dicit fratrem patruelem excludi a patruo tanquam vno gradu proximiore in succes. vnus pupilli defuncti qui coniungebatur quarto gradu dicto fratri patrueli. & ex hac doctri. Domi. Alexand. Imo. in 3. volum. consilio 5. in fin. reprehendit dictum Bald. in l. in quibus. C. de secun. nup. vt per eum. idem expresse decidit Angel. in §. reliquum per illum text. in authen. de hæred. quæ ab intesta. in 3. nota. & sequitur Domi. Alexan. in quinto volum. consilio 44. in penult. columna ibi nec ob. si quis diceret &c. sequitur etiam aperte allegando etiam ad hoc Saly. & rationem manifestam Domi. Philip. Decius in suo primo consilio in 2. colum. & quia facile videri potest non refero. ad præmissa etiam videri possent ea quæ traduntur per Barto. in l. post consangui. in §. leguntur. ff. de suis & legi. & per Iaco. de Belui. in authenti. de hæredi. quæ ab intesta. §. si uero neque fratres in pen. quæstio. & per Bald. in 1. volu. secundum meum numerum consilio 188. incipit, In Christi nomine, punctus talis est &c. & per Pau. de Cast. consilio secundum numerum meum 360. incipien. in Christi nomine amen, Id quod supra conclusum est per suprascriptum eximium consultorem &c. & late ac pulchre per Domi. Alexand. in quinto volumi. consilio 166. incipien. domini redemptoris &c. super proposita quæstione. Et ex præmissis satis apparet responsum ad consiliũ Domini Signorili. Ita vt supra mihi videtur iuris esse saluo semper saniori iudic.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Io Antonius de Ferrarijs.

AD IDEM PRO PARTE AFFIRmatiua. Consilium. LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Filius an succedat simul cum patruo in feudo.*
2 *Feudum an nouum sit vel antiquum ex inuestitura cognoscitur.*

DICITVR adhuc dubitari in causa suc. feudi Ferrariarum, quòd † nepotes Domini Petri Malabayle cum eodem admittantur per decisi. Bald. in titu. de succes. feud. in princip. columna 1. versicu. 2. nota. & nota. per eundem Bald. in §. his vero, de grad. succe. in feud. Sed re uera non expedit dubitare, quia Bal. ibi loquitur quando agitur de succes. patrui idest fratris patris, quia tunc filii fratrum loco patris sui succedunt simul cum patruo altero superuiuente.

Sed in casu nostro agitur de succ. Domini Alexandri, qui non erat frater patris dictorũ nepotũ, sed erat consangui. germanus patris eorũ, & sic in gra. remotiori, quo casu tũc nõ dicit Bal. ꝙ filij fratrũ teneant locũ patris eorum, imo per deci. Bar. & aliorum per me allegatorum in consi. super hoc ꝑ me reddito,

S quando

quando igitur de suc. existentis in remotiori gradu filii nō tenent locum patris, sed attenditur in suc. solum propinquitas gradus, & ad hoc conferunt plene allegata in dicto consi. quæ videri possunt ideo non repeto.

2 † Vlterius dicitur dubitari, an prædictum feudū sit nouum vel antiquum, & quia ex tenore inuestiturarū hoc facile deprehendi potest, ꝙ sit vt præsupponitur antiquum, iō non expedit intrare illum arti. an per verba inuestiturę de nouo efficeretur antiquum, quē late examinat Ias. in prælu. fe. & Curtius in suo longo, & eleg. consi. castri Cugnolii, & data communi opi. doc. ꝙ in principe potestatem habente sapiat & sortiatur naturam antiqui, etiam in casu nostro non expedit intrare aliū arti. an dicta cōmunis opin. procedat in inferiore à principe, quia præsupponitur in casu nostro ꝙ ipsum feudum non ex vi tantum verborum nouę inuestituræ, sed ex antiquis inuestituris sui natura sit antiquum, quo casu cessat dicta dubitatio. Et vbi aliter ex tenore dictarum inuestiturarum quas nondum vidi apparere posset tunc ad decis. dicti articuli expediret deuenire præsupposito ꝙ sui natura esset nouum. ante autem earum visionem, & alio in facto nō præsupposito non visum fuit necessarium vlterius procedere.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Io. Antonius de Ferrarijs.

AD IDEM CONSILIVM contrarium pro parte negatiua. Consilium. LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Filius in materia feudali an patris locum teneat inter transuersales.*

2 *Feudum paternum quod dicatur.*

1 TOTA virtus huius Consultationis stat in hoc articulo, † an filius teneat locum patris in materia feudali, inter trāsuersales, quia hic erant Perronus & Iohānonus fratres qui inuicem diuiserunt feudū paternū, ꝑ dimidia cuilibet assignando. Iste Ioannonus habuit filios Andrionum & Petrū; Andrionus habuit duos filios, Petronus autem habuit vnicum filium scilicet Alexandrū, moritur primo Andrionus deinde Alexander sine ascenden. & descenden. Quæritur an Petrus insolidum capiat feudum Alexandri, an ipse Petrus pro vna parte, & filii quondam Andrioni pro alia. in hoc sunt duo tex. videlicet c. 1. in tit. de succe. fra. vel de gra. succes. in feud. alius est in c. 2. in titulo de succe. feud. Et sic dico ꝙ hic agitur de feudo agnatorum in quo dicendum est ꝙ agnatis nō defertur iure hæreditario. c. 1. an agna. vel fil. & in agnatis filius succedit in locum patris. c. 1. §. his vera, in titulo de suc. fra. vel de gra. suc. in feu. & c. 1. circa princi. de succes. feud. Ita dicit Iason in l. 2. in 2. no. C. de succes. edic. Ale. consilio 129. in fi. in fi. in 5. vol. vbi dicit ꝙ in feudo paterno filii fratrum concurrunt cum patruis. d. c. 1. an agna. vel fil. † & si diceretur ꝙ feudū
2 paternum dicitur illud quod fuit maiorum supra patrē, scdm Bal. in c. decedenti. 2. col. extra qui feu. de pos. & agnati dicunt transuersales per masculos nati, prout ponit exēplū Bal. in c. an agna. vel filius in c. 1. versi. sed an &c.

Non obstat si dicatur ꝙ proximiores succedunt in feudo remotioribus reiectis secundū Bald. in c. 1. de na. suc. feu. versic. secundo no. &c. Quia respondeo ꝙ Bald. ibi ponderat plures lineas dicēdo ꝙ qn̄ plures lineæ veniūt ad succedendū in locū alicuius vasalli oēs lineæ dū tamen sint in pari gradu pariter succedūt.

Sed videtur ꝙ hic non sit quæstio ista, quia non sunt plures lineæ quæ concurrant, sed omnes sunt de eadem linea cum descendant a Ioannono iste Petronus & pariter isti filij quondam Andrioni, & tractant de succedendo Alexādro qui erat de linea Petronij, imo videtur habere locum dictum Bald. ibi in figuratione casus, dum dicit quòd si nulli supersunt de linea Petronii tunc omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur ponderando illas dictiones omnes & æqualiter, & paulo infra dū dicit quòd nomen lineæ est comprehēsiuum ideo succedunt in stirpes & non in capita. qđ intelligit verum sine dubio quando nepotes succedunt cum patruis, quia oportet ꝙ tunc veniant ingrediendo locum paternum, & ēt sunt ponderanda verba Bald. in capit. 1. §. his vero in tit. de succes. fra. vel de gra. in versiculo deinde agnati vbi dicit not. &c. quòd post fratres & fratrum filios cæteros agnatos vocat, postea subdit quòd quando cum patruo succedunt vocantur in stirpes. ecce, quòd ibi non dicit cui ex transuersalibus succedant, sed dicit cum quo succedant nepotes, clarum tamen est quòd ibi agebatur de succedendo transuersali, & ille textus ęqualiter exponitur, id est qui sunt in proximiori linea post illam æqualiter admittuntur, ita dicit And. de Iser. in titulo de natu. succe. feud. in versicu. dummodo scias &c.

Non obstant iura Roma. & Imperialia & communia quę faciunt prærogatiuam in gradibus, vt sic Petrus excludat fil. Andrioni. Quia respondeo quòd illa iura loquuntur in allodialib. non aūt in feudalibus, iō causę feudales non sunt terminandę per illa iura si facta sit expressa prouisio per iura feudorū, vt hic est in collateralib. agnatis, vbi indistinctè dicit ꝙ filius succedit locū patris nec fit ī tex. in d. c. 1. de gra. suc. ī feu. vlla distinctio circa prærogatiuam

rogatiuam gradus, ideo nos non debemus distinguere, quia in feudalib. non fit talis distinctio nisi lex feudi illā faciat, ita dicit Ia. Alua. in c. 1. in 2. col. in titu. de suc. feud. vbi dicit ꝙ sciuisset distinguere litera si voluisset & addidit ꝙ quotiēs nō habemus tex. simpliciter determinantē casum feudalē tunc debemus sequi ius cōe vt in c. 1. in tit. de feu. cogni. & sic de iure feudorum indistinctè vocantur lineæ proximiores deficiente linea Alexandri non facta distinctione in linea proximiori quis eorū sit ꝓximior in gradu qa text. ibi in versi. iste .n. &c. de nat. suc. in feu. nō distinguit gradus, ita disputatiue dictum sit & videtur tenendū.

Generis.

AD IDEM PRO PARTE NEgatiua. Consi. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Filii fratris præmortui cum eorum patruo in stirpes succedunt.*
2 *Melior testis quam glosa haberi non potest.*
3 *Ordo succedendi de iure Romano debet etiam seruari in feudis.*
4 *Consuetudo feudorum secundum ius cōe regulatur.*
5 *Frater in feudo nouo fratri non succedit, nisi in inuestitura hoc dictum sit.*
6 *Inuestituræ tenor derogat omni naturæ feudorum et est attendendus.*
7 *Dicta in præfactionibus in sequentibus repetita atq; concessa intelliguntur.*
8 *Statuentis intentio ex præambulis cognoscitur.*
9 *Feudum nouum potest tanquam antiquum concedi.*

In casu præmisso nobiliū de Malabaylis, tria quæruntur.

Primum an ipsi Nobiles Pupilli succedant cum Domino Petro eorum patruo sub intrā tes locum eorum quondam patris in bonis feudalibus Domini Alexandri eorum quondam patrui, an in totum succedat dictus D. Petrus vt ꝓximior eis exclusis.

Secundum dato quia succedant dicti N. Pupilli simul cum Domino Petro, an in stirpes, an in capita succedent.

Tertium an dictū feudum, quod ipsi quondam Nobiles fratres de Malabaylis emerant, de quo pariter fuerūt inuestiti, sit feudum antiquū auitum & paternum, an vero nouum, & an potuit fieri antiquū si prius nouū erat.

1 †Ad primū & scđm, vt breuius sim simultaneè ꝓcedens, dico sic. Quia ipsi Nobiles Pupilli succedūt in dicto feudo cū eorū patruo D. Petro & hoc in parte spectāte quondā Do. Alexandro eorū ēt patruo, in stirpes tñ & non in capita vt p Bal. in tit. de suc. feu. in prin. col. 1. versi. 2. nota. &c. vbi tenet tex. & Bald. no. ꝙ nepotes ex filio succedūt loco patris sui, & filii fratris ꝓmortui succedunt cū patruo eorū in stirpes. hoc idē no. per eundem Bal. de suc. fra. vel de gra. suc. in feu. & ibi tex. §. hiis vero. In hoc secūdo, quia in stirpes &c. ausus, est ipse Bal. tenere ꝙ in capita debeāt succedere, in auth. cessante. C. de legit. hære. vbi dicit ꝙ in capita, arguendo de ꝓportione cōmodi & incōmodi in seruitio feudi quod ꝑstant domino, attamē vt vtamur ueritate in plurib. aliis locis ipse tenuit contrarium, videlicet, quia in stirpes, & nō in capita succedāt vt in dicto c. 1. de suc. feu. col. 1. in prin. col. vet. ego dico, ꝙ in stirpes &c. vbi dicit ꝙ in allodialib. glo. Accu. in auth. cessante, vult ꝙ succedāt in stirpes de iure communi, iō non audet recedere
2 a glo. † quia scđm eum meliorem testē habe-
3 re nō possumus. † Et ordo q traditur de iure Romano in succededo ab intestato debet seruari ēt in feudis vt per tex. gl. & Bal. in tit. de suc. fra. vel de gra. suc. in feu. in fi. princ. quod nota. dicit & c. 1. de feud. cogni. hoc idem tenet Iaco. Alua. in c. 1. §. sciendū est aūt, in titulo de feu. cogni. vbi dicit, cum de iure cōmuni in allodialib. succedant in stirpes, & nō habeamus tex. contrarium in feudalibus, nō est recedendum a iure communi, vide tex. quem Moderniores canonistæ dicunt meliorem de
4 iure in c. cum dilectus, de consuetudine † vbi consuetudo regulatur secundum ius commune, latissime per Bald. in appostilla incipien. quærit glo. &c. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. quid plura. facit text. in §. cum filius, insti. de hære. quæ ab inte. defe.

Et hoc intelligo in feudo antiquo auito ac paterno in quo frater succedit fratri. capit. 1. de grad. succed. in feud. not. in capi. 1. & 2. de
5 duobus fratribus; † secus in feudo, nouo, quia vnus frater nō succedit alteri nisi in inuestitura sit dictum vt in c. 1. §. item si fuerit &c. in titulo quibus modis feudum amittatur. Quinimmo in hoc antiquo feudo prout est hoc, si valere potuit inuestitura datur talis conclusio. Quia in feudis omnes descendentes masculi succedunt vsque in infinitum, vt probatur in c. 1. §. hoc quoq; sciendum, in ti. qui feu. dare possunt, & quod plus est etiā trāsuersales vsq; in infinitum succedunt, vt est gl. in c. si Capitanii alias est §. in tit. de feu. Marc. de hoc Do. Iac. de Sancto Georgio in tract. feudorum in verbo præsentes & recipientes &c. col. 1. versi. videamus nunquid vbi plura. Idcirco nullus ibit īficiēs quominus dicti N. Pupilli succedāt cum ipso domino Petro eorum patruo in feudo spectante quondam D. Alexandro etiam eorum patruo & succedāt in stirpes & nō in capita. & sic arbitror ad primum & secundum dubium satis fuisse respōsum per iura præmissa & quàm breuissime.

Vltra præmissa in primo & secundo dubio

videatur Iason.in l.cum proponas la 2.C.de pac.in figuratione casus.Item in materia succeden.per nepotes cum patruo in stirpes videatur dñs Frã.curcius in tertia parte sui trac. in char.27.versi.9.principaliter &c.& in ea 3. parte in char.30.versi.4.circa &c. vbi iura infinita allegat & hanc dicit esse communem & respondet omnibus contrarijs.

Ad tertium an istud feudũ de quo fuerunt inuestiti ipsi Nobiles sit antiquum auitum & paternum,an vero nouum, an factum fuerit antiquum si prius nouum erat,& potuerit fie-
6 ri.† Dico in hoc vltimo dubio plurimum debere attẽdi tenorem inuestiturę, qui derogat omni feudorum naturæ, vt in titulo de duobus frat.à Capitaneo inuesti,vbi Bal. dicit dictum hoc egregium & menti tenendũ.Considerato igitur inuestiture tenore existimo & verũ puto,ꝙ est antiquum feudum auitum & paternum,quoniã verba inuestiturę hoc resonant,quia ipsi Nobiles Fratres de Malabaylis petierunt se inuestiri in feudũ gentile antiquum auitum &c.à M.domino Locumtenẽ. generali pro Illustrissima Ducissa tũc tutrice Illustrissimi Domini D.Ludouici Ducis Mediolani &c.qui Locumtenens,vt pręsupponitur inuestiendi potestatem habebat.Nec obstat si dicatur, ꝙ hæc verba in feudum antiquum auitum in præfatione tantum & supplicatione dominorum fratrum dicta sunt, nec fuerũt expressa per dominum inuestientem,
7 quia respondetur,† ꝙ quæ in præfationib. dicuntur in sequentibus repetita intelliguntur atq; concessa vt latissimè per do. Ias.in l.1.C. de diuer.rescrip.vbi plures notabiles quęstiones decidit per §.præterea,insti.de inutiti. stipu.allegatur melior lex secundum Bar.in l.fi. ff.de hære.insti. quæ lex seruit ad multa maxi-
8 me ad statuta,† quia ex præambulis cognoscitur intentio statuentis plene per Barba.consi. 10.in 6.col.1.vol.consi.12.col.10.in consi.19. in prin.& 21.in princ.in eo.vol.per Ro.plene consi.180.& Ale.consi.54.in 4.vol.& consilio 79.in 6.cum aliis consiliis, facit etiam tex.l.si seruus plurium.§.fi.cum ibi notatis, ff.de leg. 1.Nec est dubium quando petitur seu conceditur inuestitura de aliquo castro vt illud habeat in feudum antiquum auitum & paternum,quin illud sit antiquum auitum &c.etiã si nouum feudum esset,quoniam est in potestate principis seu gubernatoris Locumtenen.ad hoc potestatem habentis videlicet inuestiendi de nouo feudo facere antiquum,ita expresse tenet Bal.quem cæteri feudistę sequũtur in c.1.de alie. feu.pa.in libel. feudo. hoc etiam refert.Do.Iaco.de Sancto Geo.in trac. feud.in verb.Nobiles Agassi.& Anto.de sola. fratres circa finem ubi hoc dicit no.quia quotidianum,& per præmissa arbitror tenen.ꝙ dictum feudum est antiquum auitum & paternum verbis inuestiturę consideratis,nec non tenore demum de nouo fieri potuisse antiquum alterata ipsius feudi natu. & plene possent dari allegationes quas ne plusquam decens sit sim prolixus omitto,latius si oporteat dicturus.hęc tamẽ ꝑstrinxi,saluo saniori cõsi.

AD IDEM PRO PRIMA PARte affirmatiua confirmatio. Consi. LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad c.1.de successio.feu.& c.1.de grad. succed. in feu.*

2 *Respondere non uidetur, qui ad interrogata non respondet.*

QVIA mihi relatum extitit ꝙ sunt aliqui qui disputationis gratia firmare videntur ꝙ dicti nepotes admittantur cum Domino Petro ad succes.feu. Ferrariarum portionis quondam Do.Alexandri Malabayle defuncti, visis rõnibus & auctoritatibus per eos adductis profecto ex eisdemmet fit retorquutio contra eos.
1 † nam primo illi duo tex.feudorum allegati, scilicet c.1.de suc.feud.& c.1.de gra. succe.in feud.nihil disponunt speciale in feudo, quia idem dicũt quod dicitur in auth.cessante,de leg.hæ.& in authẽ.post fratres, & ad idem est tex.in c.2.de feu.mar.sed præfati disputantes fatentur,nec utique negare possunt ꝙ per iura imperialia & communia post fratres fratrumq; filios admittuntur proximiores tantum in gradu,& ꝙ tũc filii in remotiori gradu non intrãt in locum eorũ patris defuncti, & ita expresse determinãt Bar.& alii in d.authẽ.post fratres la 2.& Ang. Ale. & Decius in locis in præcedenti cõsi.alleg.ergo si iura feudorũ concordãt cum imperialib. in hoc manifeste constat dictos tex.non ob.& ꝙ per iura feudorũ expresse facta non est cõtraria ꝓuisio in hoc,& quia dñt ꝙ in feudalib.non fit distinctio prerogatiue gradus,ergo nec nos debemus distinguere allegando Alua. in d.c.1. de suc.feu. profecto eius decisio facit contra eos,quia si non est tex.feudalis qui expresse & simpliciter determinet ꝙ in tali successione non attendatur gradus prærogatiua,ergo tũc sequi debemus ius commune per d.cap. 1.de feu.cogni.& ipsimet hoc fatẽtur,& est ipsa veritas,quam etiam firmat Dom.Prępo.medio. in c.1.§.pe.circa vlt.col.q feu.da.pos.Sed insuper audiant prædicti eundem Aluar. in d.c.1. §.his vero,de gra.suc.in feu.in 1.no. in versic. si vero, sic formaliter decidẽtem; non existentibus autẽ fratribus neq; filiis fratrũ tunc admittuntur agnati proximiores scdm gradus suos,

suos, quia proximior semper excludit remotiorem, vt patet hic & in d.c.1.de nat.suc. feu. ergo se fundare nõ pñt in eius auctoritate q̃ facit cõtra eos. Nec aliter decidunt Ale. in d. consi.129.in fi.& Ias.in d.l.2.in 2.not. de suc. edic.& hoc satis aperte colligitur ex nota.p eundem Alex.d.consil.44.in pen.col. eodem vol.quinto, decisio vero Bal.in d.c.1.de natu. suc.feu.loquens an in stirpes vel in capita filij fratrũ admittantur, non cõtradicit præmissę conclu.quam per lineas & non per gradus intelligere nõ bene videt̃ congruere eius decisioni, vt aperte quoq; demõstratur ex not.p eundem Bal.in d.c. 1.de suc.feu.in prin. in 2. not. & in alijs capitulis sup.allegatis. & plene de hoc ponit præfatus Do.Prepo.in loco sup. alleg. Nec etiam videtur procedere id quod dicitur ꝙ Bal.in d.§.his vero non dicit cui debeat succedi sed cum quo, quia sufficit respõdere ad q. cum quo quando quæstio non fit
2 cui, alias responsio esset impertinens, † quia non videtur respõdere qui ad interrogata nõ respondet, iuxta l.de ætate. §. quod autem. ff. de inter.actio.ita vt præmissis adductis in cotrarium minime obstan.confirmata & roborata remaneat cõclusio facta in p̃cedẽti cons.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Idem Io.Antonius de Ferrarijs.

AD IDEM QVOD PARTE affirmatiua. Consi. LXXV.

QVIA fuit per pæstantissimum Dominum Ioan.Antonium de Ferrarijs conclusum, ꝙ post fratres & fratrum filios, etiam in feudis proximior admittitur, ita quod vbi agitur de successione remotioris quam sit patruus, hoc est frater patris, filij alicuius fratris non succedant cum fratre eodemq; sibi patruo, transeo cum ipsa opinione, cum qua etiam transeunt Bald.& And. de Iser.in c.1.§.fi.de natu.suc.feud.& in facto in materia feudali bis obtinui pro hac opinione, & ita etiam tenet Aluar.in cap.1.§. is vero primo notabili de gradi.suc.in feu.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

CONSILIVM LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *In feudis an in stirpes vel in capita succedatur.*
2 *Non subsistentibus defuncti fratribus, neque fratrũ filiis, agnati et cognati ad successionem vocantur.*
3 *Filius in antiquo feudo ex persona patris succedit.*
4 *Filii patrum veniunt ad successionẽ patrui vel auunculi in stirpes & non in capita.*
5 *Intellectus ad c.1.de natura successio.feu.*

IN CHRISTI nomine & Beatæ Mariæ Virginis, & vtriusque Ioannis. Thema seu casus super quo iuris consilium postulatur tale seu talis est. Domini Perciual Daniel, & Vbertus fratres tenebant diuisim tamen in feudum nobile & gentile castrum & villam Montisacuti Sancti Stephani & Castagniti cum mero mixto imperio & omnimoda iurisdictione &c.à Domino Episcopo Astẽ. & ecclesia. Ex supradicto Domino Perciualle natus fuit Do.Gul.ex supradicto Do.Daniele nati fuerunt Dom.Franciscus Banduinus & Bonifacius fratres, ex supradicto Domi.Vberto natus fuit Dom.Belardus. Subsequenter prædicti.Dom.Perciuallus Daniel & Vbertus decesserunt superstitibus dictis filiis suis, postremo dictus Dom.Belardus natus ex prædicto Domino Vberto absque hæredibus masculis ex suo corpore procreatis, modo prædictus Dominus Guliel. & hæredes sui dicunt quòd eo casu quòd contingat & appareat dictum Dominum Belardum decessisse nulla facta alienatione inter uiuos de dictis bonis feudalibus admitti debent ad bona feudalia quæ obuenerunt prædicto Belardo de prædicto feudo pro parte dimidia. prædicti Dom. Francisc. Banduinus & Bonifacius fratres nati ex prædicto domino Daniele dicunt ꝙ diuisio partis dicti domini Belardi de dicto feudo debet fieri in capita & nõ in stirpes, & ꝙ dictus dominus Guliel.qui supererat tempore mortis dicti domini Belardi debet habere quartã partem tantum, ipsi vero fratres nati tres partes sicut tres sunt modo quæritur. quid iuris, videlicet, an isti filii fratrum succedant Belardo ipsorum consobrino filio dicti Vberti patrui ipsorum in stirpes vel in capita, videlicet, vt quilibet ex dictis filiis fratrũ æquã portionem habeãt & uiriles, an vero dicti domini Fran.Banduinus & Bonifacius descendentes ex dicto domino Daniele fratre patris Belardi defuncti admittãtur ex stipite patris ad vnã tantũ quotã ad quã admitteretur ipsorũ pater si uiueret vna cũ dño Guli.cui ẽt fuit delata dicta successio domini Belardi. In themate prę misso procedemus hoc ordine, primo.n.ostẽdetur ꝙ dicti in themate descripti veniant ad successionem feudi in capita & nõ in stirpes. Secundo demonstrabitur e contra ꝙ in stirpes & non in capita. Tertio ponetur conclu-
1 sio thematis decisiua.† Circa primum ꝙ succedant in capita probare videt̃ tex.in corpore auth.de hær.q̃ ab inte. defe.§.si naũt defuncti, & §.si vero neq; fratres. Itẽ uidetur casus ff.de suis & leg.hęre.l.2.§.hęre.alias §.nam post & ibi glo.quæ hoc tenet super verbo inter tres partes, infert.ibi gl. ergo in capita, alleg. §.cũ plures, insti.de leg.agna.suc. Item licet in suc-

cessionibus quæ deferuntur ab intestato in linea directa descēdentiū delatio fiat in stirpes & nō capita. insti. de hære. q̄ ab inte. desc. §. cū filiis ver. & qa & de suc. feud. c. 3. col. 10. & de gradib. succedendi. in feud. c. 1. in prin. in suc. tamē q̄ defertur collateralib. videtur deferri ī capita non in stirpes, insti. de legi. agna. suc. §. hoc ēt in fi. in corpore auth. vt fratrū filii. §. 1. Itē filii fratrū ī successione filii cæteri fratres nō vocātur ex psonis parentū suorū sed ex psonis suis, & ex capitib. pprijs, pbari videtur in 4. col. de natu. suc. feu. c. 1. vbi tenet Iac. đ Bel. φ in liena descēdētiū fit delatio successionis in stirpes vt in tit. de suc. feu. in prin. Idē in filijs fratrū præmortuorū succedētib. in feudū cū patruis vt ueniāt in stirpes non in capita vt in tit. de gradibus suc. in feu. §. hiis vero, & de feu. Marchię. §. fi. in corpore auth. de hære ab intest. §. si aūt defuncto. In filiis aūt fratrū præmortuorū adinuicē succedētib. cū patruo fit delatio in capita nō stirpes, vt in auth. de hær. abinte. §. si vero neq; fratres, & videtur ratio differentiæ casuū nā cū fit delatio per lineā rectā descēdentiū relatio habet ad stipitē à quo affluit delatio hæreditatis, sic in linea trāsuersali cū filii fratrū cū patruo ēt ad successionē filij tertij fratris. Sed cū adinuicem fit delatio nō habetur relatio ad stipitē à quo affluit, sic attenduntur singulorū capita nō stirpes. sic ergo in casu Thematis præmissi Franc. Banduinus & Bonif. fratres nati ex Dño Daniele videntur habere debere tres partes, & dominus Gul. qui supererat tpe mortis Belardi, quartā de dicto feu. hāc partē tenere videtur Azo. in corpore auth. & aut. cessante exinde transum pta. C. de legi. hære. & ibi gl. alle. l. 1. §. fin. ff. si pars hære. peta. l. penu. & fi. C. de legi. hære. & in corpore de hære. abintesta. §. sinautē defuncto. In contrariū videlicet φ succedant in stirpes & nō in capita demonstratur, vbi pro euidentia attendendū, φ secundū iura vetera in linea recta descendentiū deferebatur hæreditas ab intestato in stirpes non attenta gradus proximitate. hinc est φ nepotes admittebātur cum patruis ad successionē aui, licet forēt gradu remoti ores, & hoc quia veniebāt ex persona suorum parentū, vt probatur insti. de succ. abinte. §. hæc quia. Sed in linea transuersaliū erat econtra, quia veniebant ex personis suis non parentum suorū, & ideo non veniebant cum patruis ad successionē patrui sed veniebant cum filijs fratruū. Et ideo vocabantur in capita nō in stirpes, qa veniebant ex gradib. & personis proprijs non parentum suorū, vt probatur insti. de agna. succ. §. hoc etiam. hęc autem antiqua dispositio hodie corrigitur in filijs fratrum volentibus venire ad successionē vna cum patruis, quia hodie admittuntur ex persona parētum suorum, vt probatur in corpore auth. de hære. abinte. §. sinautem defuncto, & hmōi vero. Hiis sic suppositis demonstratur conclusio p̄missa, sic hodie de iure nouissimo auth. ī linea trāsuersali fit delatio hæreditatis ab intestato filijs fratrū inspecta psona in gradu parentū & non inspectis capitib. proprijs, ergo fit delatio in stirpes nō in capita, antecedēs sup. demonstratū est p text. apertos, cōsequentia necessario ex sui serie illata. Itē tex. pbare videtur, nā est regulare φ in successionib, quæ deferūtur ab intestato deferuntur in quacūq; linea tā recta descēdentiū quā trāsuersaliū siue collateraliū vbi veniūt in locum ex personis aliorum semper in stirpes & nunquā in capita fiat delatio successionis. instit. de hęre. q̄ ab intesta. deferūtur. §. cū filius ī corpore auth. de hære. ab inte. §. 1. & §. si ergo defunctus. sed collaterales singulariter in successione feudi semp veniūt in locū & ex psona patris eorū, hic est casus. 10. col. de feu. Marchię. c. 2. & demōstratur ad oculū qm̄ nō pōt succedere in feudū nisi sit paternū, vt ī 10. col. de feu. Marchię. c. si duo. & de bene. fra. & qualiter fratres succedant in feu. c. 1. & de gradib. succed. in feu. c. 1. & §. hijs vero deficientibus. si ergo succedant ex persona patris & in locū patris in feudum oēs filij habent quotā delatam patri & non plus, quoniā nō potest quis plus iuris trāsmittere quā sibi foret delatū, vt regula nemo pōt de regul. iur. lib. 6. & regula aliud §. absurdum. ff. de reg. iuris. Cōfirmatur hæc conclusio, p id qđ habetur in auth. de hæred. quæ abintest. §. si vero neq; fratres, q̄ regula est in auth. cessante. C. de leg. hæredi. & ibi
2 videtur casus aperte, cum ibi dicitur φ † si defunctus neq; fratres, neque filios fratrum dimiserit φ oēs agnati & cognati scđm gradus prærogatiuam vocantur, & si eiusdē plures reperiantur secundū numerum personarum in eos hæreditas diuiditur non in stirpes, & dixit neq; fratres neq; filios fratrum, ergo in filijs fratrum adinuicem nō procedit successio in capita, cum illum casum cōcludat, cum dicat si non dimiserit fratres neq; filios fratrum, & cum alijs si sunt permittitur eiusdem gradus successio in capita. ergo vbi supersunt filij fratrum vel fratres, non defertur in capita, cum vno expresso in hijs quæ sunt spē differentia alia videantur exclusa. l. si cū dotē. ff. sol. mat. l. si cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procu. Item ibi hoc exprimit tex. cum dicat dimiserit sicut diximus, sed supra dixerat in §. si igitur, quando solos fratres. item quado fratres & filios fratrum simul in §. sinautē defuncto. item erat locus quando dimisit solos filios fratrum vt §. illud palam. hos ergo omnes casus excludit vt dictis casib. nō succedatur secundū gradus p̄rogatiuā & vt nō succedatur in capita. alias casus sup. nominati non differrent a §. si uero. Itē strictè hæc cōclusio probatur in suc. in feu. 10. col. de natu. suc. feu. in fi. vbi tex.

vbi text. ꝙ si decedat vasallus nullo superstite de genere suæ lineæ omnes aliæ lineæ æqualiter admittuntur,& sic in stirpes.
3 †Nam semper in successione feudi antiqui filius succedit ex persona patris,& in locũ patris. 10.col. de suc. feu.c.1.& de grad. suc.c.j. specialiter in feudis probat text. de gradibus suc. feu. c. 1. ver. hiis vero deficientibus, nam deficientibus descẽdẽtibus vocantur fratres cum fratrũ præmortuorũ filiis, deinde agnati vlteriores, ergo vniformiter defertur fratribus & fratrũ præmortuorũ filiis insimul indiuisim, scilicet solum filiis fratrũ adinuicẽ, sed vbi filii fratrũ cũ patruis non est dubium quãdo in stirpes, ergo & filiis fratrũ adinuicẽ, ꝙ notanter aperit ibi tex. dicens hoc intelligi de antiquo feudo firmato in personam parentis cõmunis agnationis vt sic attendatur stipes. Nam si auus Ticij fuerit de nouo feudo inuestitus,& decesserit Ticius sine liberis masculis nõ succedet patruus magnus sed reuertetur ad dominũ. item text. de natura suc. feu. c. vno ver. si ille ibi si ille q feudũ habet decesserit ad solos. & omnes qui ex ea linea sunt ex qua iste fuit. & hoc est qđ dicitur ad successiones pertinere, sed omnibus ex hac linea deficientibus omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur. si ergo in casu proposito ex linea defuncti nullus extabat, ergo omnes lineæ transuersales æqualiter admittentur ergo in stirpes. item tex. in c. 2. de feu. Marchiæ, ibi, si vero vnus ex hiis filiis vel nepotibus siue descendentibus decesserit masculini sexus ꝓdicti fratres & nepotes per inuestiturã patris & aui in beneficium succedũt, similiter intelligendũ in consobrinis. ibi ergo põderat tex. patrem in cuius locũ succedunt,& sic in stirpem, nec aliter succedere possent nisi foret paternum, vt ibi & c. si duo fratres, eo. titu. item hoc demonstratur attenta ratione specialitatis in feudo quo ad successionem quæ cessat in aliis hæreditatibus, nam feudũ affluit à domino in vasallũ ratione cuius ꝓcessionis afficitur persona vasalli in quã affluit & res effluxa. nam vasallus obligatus est dño ad fidelitatem & res effecta inalienabilis sine licẽtia domini etiam quo ad vtile dominium. de proh. alienatione feu. per Fede. c. Imperialem,& de forma fideli. per totũ 22. q. 5. c. de forma, hoc aũt ius competens domino in personam & rẽ vniformiter transit in personam hæredum, vt c. 1. §. fin. in quibus causis feu. amittatur,& de prohi. feu. aliena. vt sic potius quandocunque & ad quamcunq; diuisionem hæres peruenerit inalienabile durat & ius obligationis ad fidelitatẽ. si ergo feudum fundatũ in personam parentis cognationis cõmunis non transiret vniformiter in stirpes, sed difformiter in capita contingeret feudũ annihilari & extingui ꝑ transmissionem in capita infinita si sic transmitteretur. quæ ratio cessat in successione hæreditatis aliorum bonorũ cum aliæ successiones transferantur libere nullo remanente affectionis iure, nec in res nec in personas, cum hæres & successor aliorũ bonorũ libere possit de bonis illis ad libitum suũ disponere. ff. de reg. iur. l. nihil tam naturale & l. in re mandata. C. mandati; pro euidentia hic suppono ꝙ suc. feu. deferãtur ab intestato sicut successiones aliarũ hæreditatum. quam æquiparationem notauit gl. in 10. col. de grad. suc. in feu. c. 1. in prin. & ĩtelligit de suc. iure nouissimo. probatur hæc æquiparatio 10. col. de suc. feu. c. 1. de natura succ. feu. in prin. & ibi notatur, & loquor de antiquo feudo, qa ad lineas trãsuersales non transfertur nisi antiquum feudũ & deficientibus descendentibus, vt in c. 1. de gradibus succ. in feu. & c. 1. de natura suc. feu. c. 1. col. 10. Secundo suppono, ꝙ in aliis hæreditatibus fiat delatio hæreditatũ in linea transuersaliũ filiis fratrum adinuicem in stirpes, & non in capita, vt statim modificabitur quæ conclusio fuit supra demõstrata. quæ opinio placuit Accu. vt notauit in aut. cessante. C. de legi. hære. placuit Cy. vt ibi notauit. hac opinione supposita pro vera videlicet ꝙ hæreditates aliæ præter feuda deferãtur in stirpes inter filios fratrum adinuicem,& supposita pro vera illa æquiparantia delationis hæreditatis ab intestato in transuersales & delationis successionis feudorum antiquorũ, vt notant gl. vbi supra, luce clariore patet demonstratio huius conclusionis, videlicet ꝙ feudũ de quo in themate quæritur deferatur hiis de quibus in themate agitur sicut statim de hæreditatibus concludetur. Sed quia opiniones sunt variæ, de delatione hæreditatis aut feudi, nam Azo. tenuit ꝙ hoc casu in capita nõ in stirpes vt not. in auth. cessante sup. alle. & videtur sentire gl. circa prin. in l. 2. ff. de legi. hære. ita notauit in summa. C. de legi. hære. & placuit Iac. de But. in auth. cessante supra alle. vbi filij fratrum adinuicem succedũt, secus si veniant cũ fratribus defuncti, nã tunc in stirpes. & mouetur quia veniunt cum fratribus defuncti aut venire volunt ex ꝑsonis propriis,& tũc excludẽtur, qa remotiores ĩ gradu aut ex ꝑsona patris & tunc admittũtur & sic in stirpes & in locum parentũ, secus si adinuicem fit delatio qa tunc sunt pariles in gradu attentis propriis eorum capitibus & personis, sic tenuit Ia. Bu. in auth. cessante sequẽs opinionem Azo. sed huic opi. obstat in corpore de hær. quæ ab intesta. §. si vero neq; fratres neq; filios fratrum sicut diximus defunctus relinquerit omnes deinceps à latere cognatos ad hæreditatẽ vocamus secundum vniuscuiusq; gradus prærogatiuam vt viciniores gradu ipsi reliquis præponantur; si aũt plurimi eiusdem gradus inueniantur secundum personarum numerũ inter eos diuiditur hæreditas, quod in capita no

strae

Et idem Iac. Alua. in d. §. fi. in 27. cōcl. quæ fuit prima causa benefi. amit. dicit quod alienatio feudi antiqui facta legitimè, idest cum licentia domini sine consensu agnatorum reuocatur per agnatos demū mortuo vasallo, sed per filios incontinenti refuso precio; si vero sit facta illegitimè idest sine licentia domini tunc reuocatur etiam in vita vt dicit probari in d. c. Ticius, & in §. 1. in fi. de capi. Conra. & ita tenet, glos. & Bald. secundum eum in §. hoc quoq; & Iaco. de Ard. in rub. qui. mod.
14 feu. amit. sub rub. q̃d si coactus vendit. † Quicquid aūt sit de ꝑdicto intellectu, quia quādoq; filij præferuntur agnatis, & quandoq; agnati filijs, est aduertendum ad verba inuestituræ vt sciamus hoc discernere, & Alexan. super hoc fecit vnum solemne consilium quod supra allegaui scilicet 76. in 5. vol. cuius consilij quæstio stat in hoc solum, an consensus agnati proximioris præiudicet filiis alienātis quominus possint alienationem feudi reuocare. Et quia in casu nostro non fuit mihi facta fides de aliqua inuestitura & cōcessione progenitoribus alienātis & reuocare volētiū facta, est distinguendū secundū doct. maximè Bald. in d. c. 1. in 3. col. an agna. vel fi. quod aut concessio fuit vasallo facta ꝓ se & hæredibus vel filiis & hæredibus, siue simpliciter, & tūc filius non reuocat nisi sit hæres, quia intentio concedentis & recipientis fuit vt intelligeretur ꝓuisum filiis vasalli non tāquam filijs simpliciter, sed tanquam hæredibus, quod & in simplici concessione præsumitur. c. 1. de duo. fra. à capi. inue. & l. si pactum. ff. de proba. cū concor. supra d. 3. col. per Bal. allegatis. & ita intelligitur ille tex. c. 1. an agna. vel fi. idem esset secundum Alex. in consi. supra alleg. s. 26. ante medium ver. nec prædictis obstat, si esset facta cōcessio pro se & suis. quia cum illa dictio sit generalis per allegata copiosè per eum, debet referri ad filios tanquam hæredes per ea quæ dixerunt Andr. de Iser. & Bal. in d. c. 1. an agna. vel fi. & hoc casu filius in vita patris indubitā-
15 ter reuocare non posset, † cum vuiens non habeat hæredem nec filius in vita patris possit petere etiam legitimam. l. qui superstitis. ff. de acquiren. hæred. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bo. nec etiam post mortem, quia est necesse quod sit hæres vt dixi, & ille qui aliud est habiturus vel habet de patris hæreditate non admittitur ad veniendum contra factum patris & consequenter ad eius alienationem reuocandam, vt patet in d. c. 1. an agna. vel fi. & ibi notatur per doc. & per Alua. in d. cap. hoc quoq; in 3. col. in 1. notabil. & in c. 1. §. fin. in conclusione 26. quæ fuit prima causa benefi. amit. Iac. de Belui. in d. ca. Ticius & in d. §. sed & res cum concor. per Alex. alleg. in d. cons. 26. in 2. col. vbi allegat iura ad propositum. Quid autē si adiret tunc filius hæreditatem cum beneficio inuentarij. tradit Iac. de Belu. in d. §. Ticius & doc. in d. ca. 1. an agna. vel fili. Vbi autem fieret cōcessio pro se & liberis seu filiis non facta mentione hæredum, tūc filius posset feudum capere & hęreditatē repudiare

secundum Bal.in d.c.1.in 3.col.arg.l.vt iusiurandi & quod ibi notat Bar.in §.si liberi.ff.de oper.libe.& l.si arrogator.ff.de adop.& l.quodcunq;.§.si quis.ff.de verb.obli.cum alijs concord.per Alex.in d.consil.allegatis. ratio differentiæ est quia quando filius capit feudum vt hæres dicitur tale feudum esse hereditariũ, sed quando capit vt filius, & de liberis, tunc dicitur debitum ex pacto & prouidẽtia & esse auitum seu priorũ antecessorũ, ita dixit And. de Iser.in d.c.Ticius ver.quod si ticius & in c.1.in fi.qui suc.te.& in d.c.hoc quoq; cum concor.per Alex.in d.cons.allega. Stat ergo conclusio quod filius qui non consensit si feudũ prædictum non sit hereditarium possit admitti ad reuocationem alienationis,aliàs autem proximiores agnati.d.c.1.an agna.vel fi.& eo modo procedit d.c.Ticius. Præsupposito ergo quod feudum non sit hereditariũ cuius cõtrariũ in dubio p̃sumitur vt prædixi post Ale. in d.consil.26. videndum est an iste filius admitteretur ad reuocationem in vita patris? & tex.in d.c.Ticius vers. quod si Ticius secundũ intellectum And.de Iser. ibi & aliorum doct. qui sunt in eadem sententia quo supra, retuli cum quibus transit Aluar.in c.1.§. fi.quæ fuit prima caus. benefi. amit. videtur decidere ꝙ sic, dummodo precium exbursetur emptori qđ ipse exbursauit, & ita tenẽt doc.qui sunt in prædicta opi.Et attento isto intellectu Iacobi Alua.in d.c.1.§.hoc quoq; in 3.notab.qui dixit filium vocari post mortem patris per d.§. Ticius,male diceret, nisi intelligamus ꝙ voluerit intelligere precio non reddito, quia ita se declarat ipse Alua.in d.c.1.§.fi. in 27. cõcl. quæ fuit prima cau.benefi.amit.sed huic saluationi repugnare videtur dic.§.hoc quoque quẽ ipse allegat in p̃sona filij ad hoc vt mors alienantis sit expectanda,quia loquitur & ita illum intelligunt doc.etiam si agnatus vellet precium reddere,quod innuit etiam d.c.Ticius in princ. Nec obstat alius intellectus qui datur ad d. ca. Ticius vt prædixi,vt agnati admittantur ad reuocationem & nõ filij,qui intellectus est magis cõmunis & amicus literæ, nam vt ex distinctione quam feci colligitur, procedit quando feudum est hæreditarium,p̃ notata in c.1.an fil.vel agna.cum concor. supra allegatis, quia tunc filius tanquam hæres tenetur approbare factum patris & nõ potest capere feudum nisi sit hæres. & sic dicendum puto veram esse sententiam vt filius in feudo non hæreditario admittatur ad reuocationẽ viuo patre si vellet precium exbursare, & post mortem sine precio.& ita inteligo quod dicit Aluaro.in d.c.hoc quoq; in 3.nota.glo.ibi in verbo masculo,& doc. dum dicũt filium post mortem patris admitti ad reuocationem, licet secus sit in agnatis. Et hoc etiam voluit Alex.in d.conf.26.in 1.colũ.& clarius in vlti. col.ver.non obstat vltimo,dum dicit illud qđ dicitur in d.c. Ticius procedere secũdũ And. de Iser. in feudo nõ hæreditario licet ibidem referat alium intellectũ Iaco.de Belu.qui fuit vt procedat in alienatione illicita, & hoc idẽ voluit Bal.in d.cons.410.in fi.dum dixit multos tenere opinionem quod filius mortuo patre sine precio possit feudum recuperare, & subdit se credere quod cum nullus sit proximior agnatus patri quam filius admittatur viuo patre ad redimendum, & sic precio dato reuocandum.& si dicatur cur vasallo refutãte feudum domino tenetur agnatus secundũ communem opin. expectare mortem alienãtis si vult reuocare vt patet in d. c. hoc quoq; & ibi hoc notat Bal.& patet in c.1. in prin. de alie.feu.pa.Et pléne declarat Alua.in d.§.fi.in 37.conclusione.respondetur,ꝙ Iaco.de Belu. in d.c.1.in princ. tenuit ꝙ imò agnati possint statim reuocare, vel aliter quod istud est regulare, tamẽ in alienatione quando filius est superstes reperitur cõtrarium expressum per d.c. Ticius, cuius dispositio videtur esse talis, vt non possit congrua ratio assignari.

Et quia considerata veritate non bene probatur hæc opinio in dic.§.Ticius & quatenus ibi probetur est seruanda in loco vbi certum est vigere talem consuetudinem vt notat ibi Andr.de Iser.quia vt dixi iniquum est ꝙ filius debeat esse melioris conditionis quam agnati,& agnati non nisi mortuo alienante veniãt d.c.Ticius & d.§.hoc quoq; & d.c.1.in prin.de alien.feu.pa.Non esset peccatum in spiritum sanctum ampleti illam opinionẽ quod filius non nisi mortuo patre alienante admittatur ad feudi reuocationem, & tunc precio non reddito.Sed quo ad agnatum & filios qui cõsenserunt certum est quod eis non competit ius reuocandi c.1.§.præterea,qui.mo. feu.ali. d.c.Ticius & d.c.1.de alienat.feu.pa.& c.1.§. sed & res,p̃ quos fiat inue.& c.1.§.porro qua.
16 olim feu.po.alie.† nam qui consentit sua iura perdit,vt notat glo.1.in d.ca.Titius,facit.l. cum quidam. C. de admi.tut.& quod notant glo.& doc.in d.§.præterea. Vnde videndũ est qui dicantur consensisse,& de expresso cõsensu non est dubium licet ex pacto per ratificationem interuenerit.d.c.1.in prin.de alie.feu. pa.tacitus autem consensus vbi alienatio fieret in extraneum prout in casu nostro nõ sufficeret nisi interueniente spacio 30. anno.vt notat glo.cum qua transeunt docto.in d.c.Ti
17 cius,traditur in d.§.porro. † cui extraneo æquiparatur agnatus multum remotus secundum Bal.in d.cõs.16.incipi. facti euidẽtia &c.
18 † Plus dixit glo.in d.§. præterea in versiculo regressum vbi Bal. notat plures modos tacite consentiendi,ꝙ præsens qui non contradicit dicitur alienationi consentire.vnde Magnificus D.Cardeti qui erat præsens contractui & transactioni

transactioni super dicta alienatione factæ licet scripturæ instrumenti. nō adesset presens (quod non refert vbi partes non agunt quod cōtractus in scriptis celebretur iuxta l. cōtractus C. de fi. instr.) dicetur; ex quo non fuit potestatus in contrarium cōsensisse. nec obstant notata per Andr. de Iser. in d. c. præterea dum dixit præsentiam cum scientia non sufficere ex quo non erat in facultate eius impedire alienationē, quia respondetur ꝙ ex eo capite ex quo prætendit se posse feudū reuocare poterat in alienationem multo magis impedire. l. in concedendo cū vul. ff. de aqua plu. arcen. & sic secundū opin. And. de Iser. iste Dominus Cardeti etiā intelligeretꝛ exclusus, & ꝑ hoc facit qđ ibidē & clarius notat Iaco. Alu. facit tex. in c. 1. §. sed & res, per quos fiat inue. Et quod presens qui nō protestatus fuit in cōtrarium sibi preiudicauerit, patet ex his q̄ notant Pet. & Cyn. in l. 2. & ibidem Albe. in secūda col. & Ang. in ulti. col. C. de iure emphyt.
19 † qui uolunt quod quādo emphytheota aliënat præsente domino nisi contradicat vel in cōtrarium protestetur videatur consentire, facit quod notant gl. & doct. in l. gaius. ff. de pigno. act. & Bar. in l. quæ dotis. ff. solu. ma. Illis autem qui non consenserunt bene competit ius reuocādi sed nō indistinctè ac omni tempore, nam prout dixit Alua. in d. c. 1. in principio in 3. col. de aliena. feu. agnatis vlterioribus non competit ius reuocandi ab extraneo vsq; quo proximiores prædecesserint, facit ad prædicta ꝙ dixit And. de Iser. post glo. in d. §.
20 hoc quoq; in 2. col. † dum dixit ꝙ filius consentientis vel vlterior agnatus viuo consentiēte non reuocat, sequitur Aluaro. in d. §. fin. in 30. conclu. quæ fuit. 1. cau. bene amit. Et dixit Bald. in dicto consi. 16. incipiente facti euidētia in 2. col. quod sequens ante prioris exclusionem nō admttitur. iste ergo dominus Cardeti cum habeat filias alienantis ante eum & nepotem ex fratre qui consensit non debet admitti eo viuo. Et si dicatur ꝑut voluit Bal. in consi. præallegato quod expectanda non sit mors consentientiū, sed exclusio prout videmus in successorio edicto. l. 1. §. si inter & §. quibus. ff. de succes. edi. unde cum consentiēs statim excludatur debet facere locum sequēti, dico quod hoc nō procedit in materia feudali in qua alienās qui per alienationem excluditur facit vt expectanda sit eius mors ad reuocationē, dicto §. hoc quoq; & d. c. titius, ergo idem in consentiēte, pro quo facit quia
21 † minus aut saltem idem de consensu, quod de alienatione iudicamus, l. finali & quod ibi notant docto. maxime Bal. C. si aduer. dona. Nec debet ille dominus Cardeti esse potior consentientibus, quia ex quo feudum remanet iure reuocationis in agnatione ex persona filii qui non consensit ipso eligente ius reuocandi filii qui consenserunt non sunt omnino ex eius persona exclusi, sed præferuntur agnatis remotioribus, cum apud filium reuocantem feudū remaneat tanquam antiquum seu paternum, vt est de mente Bal. in d. c. præterea in fi. commen. & in c. 1. in antepenultima col. an agnatus vel filius defuncti &c. nā qui consentit sua iura perdit ad eum effectū ad quē consentit, vt notant Bal. Alua. & doct. in d. c. præterea, facit l. officium. ff. de rei ven. & c. suborta, de re iudi. illi ergo qui consenserunt ad finem vt extraneo acquiratur vbi filius reuocat non debēt esse exclusi, quia quo ad hoc non consenserunt, vt scilicet à iure & reuocatione fratris quærendo excludātur ꝑpter quod ab eis extraneus non læditur. Nec obstat si dicatur quod ipse dominus Cardeti venit ex iure cesso, quia respondeo, quod nō valuit cessio, nam ius reuocandi competit filio in uita patris vti filio non vti agnato, cum agnatus teneatur expectare mortem alienantis, dicto c. ticius & d. c. hæc quoque. vnde ista cessio facta in eum qui non habet qualitates filiationis & non est capax talis reuocationis in vita alienantis faciēdæ sicut ipse filius non valet, per ea quæ notant Bald. Pau. de Castr. & docto. post Pet. & Cyn. in l. 3. in fi. C. commu. di. dum volunt stante statuto vel consuetudi-
22 ne, † quod liceat proximiori de consortio infra certum tempus reuocare alienationem extra consortem factam, non posse cedi tale ius non consorti qui de se non est capax talis reuocationis. l. si mulier. §. ex asse. ff. de iu. do. & per id qđ in simili habetur in l. cum fundū. §. fi. ff. de ui & vi ar. vt ille cui licet se vendicare ratione alicuius qualitatis inherentis personæ suę, vt patri de adulterio filię nō liceat se vēdicare per aliū, facit ad idē l. si nemo tutorē in principio. ff. de testa. tu. ibi licet vnus ex tutoribus possit alium prouocare ad satisdationem, non tamen potest extraneus qui non sit tutor licet ad instantiam vnius ex tutoribus hoc faciat, est enim hoc beneficium personale, & personis filiorum concessum, ita vt cedi non possit, facit l. quia tale. ff. de statu libe. & quod dixit notabiliter Bal. in c. 1. §. 1. de pace iur. fir. Ale. & doc. in l. 1. §. fi. ff. de oper. nou. nun. post Bart. in l. 1. C. de priuile. do. Præterea hoc ius reuocandi in uita alienantis non posset per filium cedentem transmitti ad ipsum dominum Cardeti iure successionis ra-
23 tione ꝑdictæ qualitatis deficientis. † Itē quia de feudo non licet disponere in ultima volūtate sed secundum gradus prærogatiuam succeditur in illo. c. primo in principio, de succ. feu. c. 1. de gradi. succe. in feu. & non transmittitur vt notat Bal. in c. 1. in secunda col. q̄ succ. tene. & quæ non sunt trasmissibilia non sunt cessibilia l. ex pluribus & ibi Bart. ff. de admi. tu. per quæ iura ita in ꝓposito consuluit Pau. de Cast.

de Cast. in consi. 45. incipiente videtur dicendum. Et licet adduci posset quod ex quo alii filii sunt exclusi per consensum filius non exclusus tanquam non impediatur ab eis & tanquam sit vnicus in iure reuocandi in vita possit cedere, per ea quæ notat Pau. de Cast. in dicto consi. quia respōdetur, quod si filius reuocasset feudū longa manu. & illud postmodū Domino Cardeti donasset vel alio titulo cessisset potuissent proximiores, agnati etiā qui alienationi consenserunt reuocare, q̄a in isto casu non præstiterunt consensum per ea quæ sup. dixi. ergo quod breui manu fit nō debet esse alterius conditionis. l. singularia cum ibi notatis. ff. si cer. peta. Præterea vt dixi istud ius non est transmissibile, ergo nec cessibile & cū prohibeatur agnatus reuocare in uita alienātis omne id propter quod posset ad id peruenire intelligitur prohibitum, d. l. oratio. Insuper dictum Pau. de Cast. fundatum super l. cū pater. §. libertis. ff. de le. 2. procedit vbi cessantibus filiis cessaret ius prohibens, dum ibi cessante familia cuius respectu est prohibita alienatio pōt in extraneum alienari, sed hic cessantibus filiis vt dixi militaret ius prohibens reuocationem in vita alienantis, ergo non tenuit cessio. Et qđ dixi agnatos qui alienationi non consenserunt dummodo non sint vlriores habere ius reuocandi mortuo alienante, recipit distinctionem, quia si feudū est hæreditarium quod quando sit sup. late deduxi, oportet constare istum volentē reuocare esse hæredem illius qui primo fuit inuestitus, & à quo originem feudum habuit per ea quæ habentur in d. c. primo, an agnat. vel fi. † quia q̄

24 non est hæres non succedit in feudo hæreditario per prædicta, & ita voluit Alexa. in consilio 26. & quod dicit text. in ca. 1. an agna. vel fin. non esse necesse, vt agnatus sit hæres, intelligitur in hæreditate vltimi decedentis nō autem illius à quo omnes originem habuerūt & ex cuius persona feudum est ad descendentes deuolutum, quia cū quo ad eum sint de filiis tam dominus alienans quam Dominus Cardeti non possent ad feudū, quod ab eo deuolutum fuit ad descendentes tanquam hæredes & non aliter puenire, nisi hæredes eius essent mediate vel immediate quod est notabile dictum in isto casu nostro. Si ergo Dominus Cardeti qui non probauit ut sentio se hæredē non est capax talis reuocationis nec feudi, & consequenter nisi sit hæres etiā si extaret alia prohibitio ne alienetur extra familiā nō admittitur, quia fauore capacium & eorum qui sunt hæredes esset facta ipsa prohibitio.

25 Vltimo † videndum restat pro quotta parte competat reuocatio, & ut dixi Bald. in suo eleganti consilio incipiente facti euidētia in vltimis verbis secundū meam stampam tertio volumine, voluit ꝙ ipsi filio cōpeteret ius reuocandi in totum, per l. cum pater. §. libertis. ff. de legatis 2. & l. quotiens. C. de fideicōmiss. idem sub dubio forte voluit Iaco. de Ardizone in sua summa in tit. qui. mo. feu. amit. sub rubricella si vasallus sine consensu agnatorū feudum alienauerit, versic. vbi autē vasallus, vbi dixit quod si vasallus alienans habeat plures agnatos & duo cōsenserint vel alienāt, nō potest aliquis eorum contrauenire, & consensus capiet effectū tunc demū cum vltimus cōsenserit, ar. l. quæritur. §. vltimo. ff. de edil. edi. & l. si quis iusiurand. C. de re. cred. & l. per fundum. ff. de serui. rusti. prædi. & l. fi. ff. commu. prædi. & dicta l. quotiens & dicto §. libertis & c. hæc sunt capitula. §. si contingerit in tit. hic

26 incipiunt constitu. re. † quia possunt remittere inuicem ius succedendi. l. 1. C. de pactis & l. de fideicommisso. C. de transac. & l. qui Romæ in fi. ff. de verb. obli. si vero quidam agnati consenserunt & quidā nō, consentiētes nō poterunt venire contra & non consentientes retractabunt forte insolidum, quia iniquum esset voluntatem vnius forte ex modica portione cæteris sociis præiudicare, vt arg. ff. de aqua pluuia arcenda l. sinautem plures & l. p fundum. ff. de serui. rust. præd. & l. si quis duas. §. fina. ff. commu. præd. & l. sed si vnus in principio. ff. de iureiur. & l. cum liberto. ff. de ope. lib. & l. Iulianus. §. plane, & l. si quis fundum. ff. de euic. & l. pen. primo responso. ff. de mag. conue. & l. si pendente. §. primo ff. manda. & l. 1. §. si alter ex hære. ff. quo. leg. & l. 1. §. quæsitum. ff. de sepa. & dicto §. libertis, vel pro parte secundum eum arg. eius quod dixit in ead. rub. §. si tamen plures vbi dixit quod quando vasallus alienat feudum cum licentia alicuius ex dominis & non omnium, ille qui non consensit poterit pro sua tantum parte reuocare, vt in tit. hic incip. consti. reg. §. si vasallus contra constitutionem & ff. rē ra. ha. l. si procurator & ff. quo le. l. 1. §. si alter & ff. de in diē adie. l. interesse. §. 1. vel forte poterit in totū reuocare arg. si de feu. vas. fue. inter. §. fin. & §. fin. in titulo hic incipiunt constitu. reg. subdit quod ubi unus tantum consensisset quem solum dominum putasset excusaretur, d. §. sed si vnus in principio ff. de iure. iur. Et sic videtur

27 quod reuocatio fieri possit ex toto, † pro quo facit quod qui non admittitur ad partem non facit partem. l. huiusmodi §. si ticio cū ibi notatis ff. de legatis primo & quod notatur in l. plane. §. si duobus. ff. illo eodem titulo, dum ibi dicitur, an filia exclusa à successione per legem siue statutum siue renunciationem faciat partem in legitima.

Contrariam opinionē quod immo reuocatio fieri possit pro parte tantum, tenuit Bal. in d. c. 1. §. hoc quoq; in penultima col. versiculo septima conclusio, de succe. feu. vbi vult quod pro parte quę cōtingit reuocare volentem

tem competat ius reuocandi & non vltra.l.filiusfa.§.diui.ff.de leg. 1.& quod notatur in.l. post mortē.C.de fideicom. & in l.cum pater. §.filia.ff.de le.2.pro hoc facit ratio sup. dicta quod sicut non potest in tempore viuo alienante reuocare, eo quia viuo alienante non dicitur ei fieri præiudicium, ita esse debet in re, vt in ea parte in qua alienatione non facta reuocans non successisset in illa alienatione facta non competat ius reuocandi, quod est fundatum super iure quod fuisset habiturus alienatione non facta, vt patet per prædicta,

28 † nam bene valet argumentum de re ad tempus.l.miles ita ff.de milit.te.notatur in l.vinū ff.si cer.pet. Ad hoc idem facit quod dixerunt in simili Gul.de cu.Bald. Ang.& Moderni in l.communis libertus ff.de in ius voca.& Gul. de cu.in l.si duo patroni in prin.ff.de iureiur. & Alberi. de Ros. in l.quod si uno ad fin.fi.de

29 in di.adie.dum volūt quod † vbi emphytheota habens plures dominos alienauit sine consensu vnius eorum pro eius tantum parte cadit.sic ergo vbi vasallus alienat requisito consensu aliquorum ex agnatis & aliquorū non, dicendum erit quod pro parte quæ ipsis agnatis non facta alienatione erat deuentura competat ius reuocandi.Et cum hac sententia vitur Bald.transire in capitu. 1. in princip. in 2. colum.versic. sed quid si sint plures, de prohi. alie.feud.per Fre. & ibidem Aluar.& Bald. in cap.1.vltim.colum.de alie.feu.pa.

Albertus Brunus.

OBLATIO FACIENDA AGNATIS, an sit necessaria quando feudum alienatur in patria in qua solet feuda alienari. Consilium. LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.*
2 *Oblatio an faciat præsumi quod præferatur is cui oblatio fit.*
3 *Oblatio an locum habeat in donationibus.*
4 *Argumentum de emphytheosi ad feudum ualet.*
5 *Vasallus potest feudum extraneo gratis infeudare nec tenetur offerre agnatis.*
6 *Concessio feudi facta in patria in qua solent feuda alienari, secūdum consuetudinem facta ꝓsumitur.*

NON obstat si allegatur ꝙ solet de consuetudine fieri agnatis oblatio, & si producātur ex aduerso aliqua instrumenta per ea quę apparet vasallos quandoque obtulisse agnatis feudū, quod alienare intendebant priusquam in extraneos illud alienarent, quia non vale consequētia ista videlicet fuerūt oblata feuda agnatis, ergo sine eorum consensu alienari nō po-

1 terant in alias personas, † & non probat hoc esse ꝙ ab hoc cōtingit abesse.c. in ꝓsentia. de probat.l.non hoc cum vul.C.unde legi.

Quod autem dicta consequentia non valeat probat tex.in §. sed & res, in titulo ꝑ quos fiat inue.in vsibus feu. vbi dicitur quod si feudum alienetur irrequisitis agnatis seu oblatione eis prius non facta, an emere velint, valet alienatio, sed si agnatus proximior reddat præcium exbursatū emptori retractatur alienatio, & sic quousq; per restitutionem præcii retractetur tenet alienatio vt ibi, & idem patet in §.porro, quali.olim feud.pot.alie.cū ibi notatis. Propter quod dicendum esset instrumenta oblationum probare quod immo feuda sint alienabilia, per nota.per Bal.in d.§.sed & res, quia si alienari nō possent frustra fieret oblatio, & ꝑ notata in d.§.porro. Oblatio autem operatur quod abbreuietur tēpus agnatis qui infra maius tempus possent redimere hoc est quod nisi capiant infra mēses sint exclusi, vt per Barto.& docto. in l.qui Romæ.§. cohæredes.ff.de verb.ob. & sic nō pōt ad hoc

2 allegari in fauorem agnatorum.† Et si dicatur oblatio saltem facit præsumi vt præferendus sit agnatus proximior extraneo, per text. præallegat.in d.§.sed & res cum ibi traditis & not.in dict.§.porro, respondetur ꝙ illud habet locum in alienationibus nō gratuitis, scilicet quod in eis rō dictæ prælationis habeatur; sed in alienationibus gratuitis quādo feuda ex consuetudine possunt non tantum vendi sed etiam aliter alienari non potest adaptari talis materia oblationum, vt in simili dicūt glo.& communiter doct.in l.fi.C.de iure.em

3 phy.maxime Cy. & Alberi.de Ro. † dicentes quod licet iura dicant rem emphytheoticam per emphytheotam alienari nō posse nisi primo offeratur domino, tamen hoc non habet locum in donatione quam sine dubio dominus acceptaret, quia in donatione non potest adaptari oblationis necessitas. Quod ēt affirmant cano.in c.potuit, de loca.maxime Ioā. And.Cardi.Flo.& Pet.de Anc.dicentes quod si donans vel gratis concedēs teneretur offerre, cogeretur donare domino inuitus & for-

4 te non bene merito quod foret iniustum, † & valet argumētum de emphytheosi ad feudū, vt vult glo. in ca.1.in verbo vtrunq;, in titulo an agna.vel fi.de.in usi feu.Spec. in tit.de feudis.§.quoniam versi. 40.in fin. cum concord. copiosè alleg. per Ale. in consi. 5.in princip.

5 5.volu.† Quinimmo quod non sit necessaria oblatio agnatis facienda in alienationib. gratuitis est tex. in d.§.sed & res, dum ibi dicitur quod si vasallus velit gratis feudum subinfeudare extraneo possit nec tenetur offerre agnatis.Item in casibus in quib. de mero iure feudorum tenet alienatio contra agnatos etiam non attenditur oblatio, quia agnati secundū disposi-

dispositionem iuris feudalis habent faculta-tem reuocandi alienationem indistinctè etiã non restituto precio post mortem alienantis §. ticius si de feud. fue. contro. cum materia, & ibi not. Bald. in pen. q. & uiuo alienãte permittitur reuocare alienationẽ restituto præcio quando venditor filiũ habet, & si velit feudum sine precio reuocare põt sequuta morte alienantis, & non aliter vt habetur in d. §. ticius cũ materia. Et quid operetur talis oblatio in iure feudorum cessante consuetudine preallegata etiam videantur no. in d. §. sed & res in titulo per quos fiat inuest. in lib. feudorum vbi pulchre Dominus Aluaro. in 2. col. ver. not. quod vbi vasallus, quia per ipsam oblationem precluditur via agnato qui oblationem recusat, vt non possit feudum reuocare etiam restitutio precio in vita agnati alienantis in casu i quo reuocare potuisset valet quãdo extant filii agnato alienanti, prout prædixi, sequuta autem morte agnati alienãtis per dictam oblationem nõ præcluditur via agnato proximiori qui spreuit oblationem quominus etiam sine præcio possit feudum reuocare. Et sic ista oblatio cũ non tollat ius agnatorum mero iure feudali etiam non est consideranda, nec ex ea arguendum est. Nec obstat
6 tenor inuestituræ, † quia concessio feudi facta in patria in qua solent feuda alienari præsumitur facta secundum consuetudinem vt per Oldr. 159. in secundo dubio.

Albertus Brunus.

EMOLOGATIO SENTENTIAE arbitramentalis facta per filiam cuius pater fuerat à consorte eiusdem castri spoliatus durante spolio non valet ad commodum spoliantis, quia censetur non spontanea. Et minus debet obseruari quãdo princeps qui tulit laudum successit in tali castro & illud accepit per vim.

CONSILIVM LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Apud princeps ius fori conscientiæ non rigorosum iuris communis attenditur.*

2 *Quando de dolo & fraude victoris potest apparere potest saltem per viam euangelicæ denunciationis contraueniri sententiæ arbitramentali.*

3 *Renunciatio à spoliato facta spontanea esse non præsumitur.*

4 *Alienatio in tyrannum facta, iusto metu & timore facta dicitur.*

5 *Iustus metus dicitur vbi iusta suspitio periculi subest.*

6 *Iustum metum est quando quis renunciat timens pericula suorum.*

7 *Metus amissionis bonorum iustus dicitur.*

8 *Mulieres iuuenes facilius ad matrimonia promouẽtur, & maritum inueniunt.*

9 *Minor metus consensum excludit in muliere quam in masculo.*

10 *Iuramento contraueniens alteri obiicere de iuramẽto vel per iurio non potest.*

11 *Clausula generalis restringitur ad causa specificatam salua recti sermonis ratione.*

12 *Renunciatio generalis ad specificata restringitur.*

13 *Generalis renunciatio etiam iurata ad ea non trahitur, de quibus si cogitatum fuisset, iuratũ nõ esset.*

14 *Renunciatio generalis etiam iurata ad legitimam non trahitur.*

OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Mariæ nominibus & præsidio inuocatis. Super difficultate quæ fit. An Magnifica Domina Leonora cõmater mea filia Magnif. quondam Domini Carlini ex Marchionibus incisiæ & vxor Magnifici Domini Cõreni de Rotariis approbando sententiam arbitramentalem Illust. D. D. Marchionis Mõtisferrati mihi obseruãdissimi latam inter eam & Magnificum quondam dominum Odonem & dictis Marchionibus dicatur renunciasse bonis & hæreditatis paternis, taliter ꝙ in effectu ad paternam hæreditatem aspirare non possit, & puto ꝙ non rationib. maxime infrascriptis.

Et primo quia causa ista vertitur inter ipsum Illu. Principẽ, & ipsam Dominã Leonoram cum ipse princeps Illu. successerit in lo-
1 cum Do. Odonis. † Cum apud Principes ius fori conscientiæ non rigorosum iuris cõmunis attendatur, vt voluit Bar. in l. 1. in fi. C. vt q̃ desunt aduo. & tunc attendimus id qđ Deus ipse iudicaret vt p Bal. in l. fi. in prin. 6. q. in fi. C. de iure deli. Sed certũ est quod in foro cõscientiæ approbatio facta per Dominã Leonoram de sententia prædicta arbitramentali non fuit saltem in foro conscientiæ valida, eo quia aliter sibi consulere nõ poterat, cum ei non pdessent sententię latę in curia Romana, nec censuræ ecclesiasticæ quas sustinebat ipse Dominus Odo. & spernebat sacramenta Ecclesiæ, nihilominus se ingerendo nec ẽt ipsi Ill. Principi parebat, vt est notorium & demonstrauit experientia. Ita vt diuina & humana suffragia sibi non pdessent. Et arbitror qđ sua Excellentia non ignoret qđ talem sententiam ita tulit attento qđ aliter fieri non poterat propter violentam occupationem ipsius Domini Odonis & renitentiam in parẽdo iuri. & principibus suis in tantum quod cum exercitu & arte minandi, castrum accipere fuerit expediens ipsi principi.
2 † Et propterea Bal. in authẽ. ad hæc pe. col. versi. Itẽ dubitatur in fi. quæstionis. C. de vsur. dixit qđ quando potest apparere de dolo vel fraude

fraude victoris potest saltē per viam Euangelicæ denunciationis contraueniri sententiæ arbitramentali, qđ fieri poterit secundum Pe. de Anch. in consi. 84. incipi. istam quæstionē dubiam facit, saltē obtenta absolutione à iuramento quam nō puto necessariam ex quo ipse Dominus Odo primo contrauenit iuramento, & laudo non paruit per text. & not. in c. 3. de iureiu. & quæ maior fraus aut dolus argui potest quam in vim inferente, vt patet insti. vi. bo. rap. in princ.

Secundo quia præsupposito & nō concesso ꝙ verba laudi præ se ferrent fuisse renunciatū hæreditati paternę. Nihilominus tñ nō obesset ista renunciatio etiam iurata quominus ipsa domina Leonora esset mittenda in possessionem bonorū à quibus tenebatur pater & ipsa per Dominum Odonem spoliata,
3 † quia renunciatio facta à spoliato præsumitur non esse spōtanea ca. solicite vbi doct. de resti. spol. & notat etiā Cardi. in cle. 1. in nono notabili de renun. dicens etiam quod quādo præcedit spoliū mandatum ad renunciandū nō præsumitur spōtaneum sed coactum, & iō secundum Pano. in d. c. solicite. 1. col. per illū tex. quando constat aliquē fuisse spoliatum, non sunt admittēdi testes super spontanea renunciatione & iuramēto præstito antequam fuerit restitutus, quia nō est verisimile qđ spōte iuri suo renunciauerit qui spoliatus renuntiat, sed bene debent recipi testes & iura spoliati vt ibi per Pano. & facit quod dixit Bart. in l. prohibere. §. plene. ff. qđ vi aut clam dum
4 vult quod † alienatio facta in tyrannū dicatur iusto metu & timore facta, ita qđ possit rescindi simile notat ipse Bar. in l. creditor in princ. ff. de sol. Tertio posset multipliciter dici ipsa renunciatio non fuisse spōtanea, sed coacta & meticulosa, ex quo Do. Genitor ipsius Dom. Leonoræ fuerat non tantū proprior patrimonio spoliatus, sed ob ipsam persecutionē litis interfectus ab ipso Domi. Odonē vel de eius mādato, ita vt verisimiliter ipā Domina Leonora dubitare posset de lite prosequēda & ne vitæ suæ aut affiniū suorum eam iuuantiū pa
5 rarentur insidiæ. † Nam dicitur iustus metus vbi subest iusta suspicio periculi vt per Bal. in l. interpositas 2. col. C. de transac. & Bart. in l. metum aut in principio per illum tex. ff. quod me. cau. & iu. l. 2. C. eo. & per glo. Bart. in l. habitatores. §. fi. ff. quod me. cau. & Ale. cōs. 48. incipien. quoniam cum consi. præce. 4. vol. & tanto magis vbi coniuncta sunt atrocia facta vt mors patris, per ea quæ habentur in l. 1. §. q̄ honorande, vbi Bar. ff. qua re. act. nō da. & gl. penul. in c. cum dilectus vbi Panor. 2. col. qđ me. caus. & Ale. in l. si cum dotem. §. eo. autē tempore. ff. quod me. cau. & pulchre per Bart. in l. de pupil. §. si quis ipsi 2. col. 5. q. ff. de ope. no. nū. vbi dicit iusto timore moueri eum q

timet talē qui solitus est in alios sæuire & eis
6 facere violentias, † cum etiam dicatur iustus timor quando quis renunciat timens pericula suorū vt per Ant. de But. in ca. super hoc 8. col. vbi Imo. post Boat. de renun. & in glo. pe. in c. dilectus quod met. cau. vult Bar. in d. l. de pup. §. si qs ipsi 9. q. vbi late Alex. & Moderni. Item suberat in ipsa Domina Leonora metus perdendi patrimonium suum quod habebat incisiæ ex toto, ita quod condigne maritum habere non potuisset, quasi melius esset in ꝑsona coacta ita facere † cum metus amissio- 7
nis bonorū dicatur iustus metus ꝑ tex. & not. in c. 2. vbi Pan. & doc. quod me. cau. & glo. pe. in d. c. cum dilectus vbi Ant. de But. in 2. col. & doc. eo. tit. & Bal. in d. l. interpositas. Et pariter dicatur iustus metus perdendæ promotionis, & cōsequenter condignū maritū per glo. in d. c. dilectus in glo. pen. vbi doc. per c. cum venissent de instit. nam vt docet experientia
8 † mulieres iuuenes facilius promouentur ad matrimonia & inueniunt maritum, ac desiderantur, & secūdum Ouidium in primo de Arte, Forma bonum fragile est quantumque accedit ad annos, Fit minor, & spacio carpit ipsa suo &c. Ita vt iuste timere possit filia nubilis expectare finem litis, quæ expectatio qualis & quanta futura fuisset docet rei experientia. Et affuit etiam metus reuerentialis Reuerendi Domini Bonifacii ipsius Dominæ Leonoræ auunculi, quem non decebat de ꝓprio litigare, & talis est sumenda præsumptio arti. l. cum de indebito in prin. ff. de proba. cū vul. Ita quod verisimiliter ipse Dominus Bonifacius tractaret de se exonerādo, cui nisi paruisset Domina Leonora fuisset penitus destituta & verisimiliter hoc poterat suspicari per not. in d. §. quæ honorande & in l. ad inuidiam. C. quod met. cau. & in cui complacendo metus prædicti ēt militant pro maiori parte, attenta maxime suspicione prædicta per l. nouissime. §. quod si quis compulsus. ff. qđ fal. tu. authen. cum ibi notatis maxime per Bal. cū concor.
9 prælleg. & tanto magis, quia † minor metus excludit consensum in muliere quam in masculo vt est gl. vulgata & approbata in c. cum locum de sponsa. Et iuramētum non obstat, tum quia præsumitur etiam metu extortum vt per Inno. in d. c. super hoc in fine ubi Ant. But. & alii & Pan. & alii in c. verum de iureiu. vbi in ecclesia facile absoluit parte non vocata vt ibi quando iuramento metus etiam rerum perdendarum accessit, licet vt dixi & infra dicam non putem necessariam absolutionem attenta partis contrauentione.

Quarto præsupposito & nō concesso quod fore renūciatum paternę successioni Dominus Odo propter in obseruantiā cecidisset à iure sibi ex laudo quæsito l. si quis maior cū sua materia. C. de trans. & ei nō fuisset ex hoc per

per Do. Leonoram iuramento suo non ob-
10 stante obseruandum c.3.de iure. † quia primo contraueniens iuramento non potest alteri obiicere de iuramento vel periurio vt habetur in d.c.3.per illum tex.qui hoc dicit faciunt not.in l.cum ꝓponas la. 2.C.de pact.& in d.l.si quis maior cum concor.

Quinto arbitror ꝙ ipsa Do. Leonora non renunciauerit hæreditati paternæ,nam dicitur in laudo qđ Do. Odo teneretur dare ipsi Dominæ Leonoræ millæ & quingenta scuta in tribus terminis causa & occasione totius eius qđ dicta Domina Leonora hæres patris petere potuisset & posset tam occasione dotis maternæ quam augmenti, & aliorũ quorumcunq; in sententia Romæ lata comprehensorum contra ipsum Dominũ Odonem etiam respectu fructuũ & exspensarum, & seu alia quauis causa & occasione iure & ratione quæ dici & excogitari possit,nec erat lis mota nisi super dotibus augmentoq; & aliis sup.
11 specificatis,† & iccirco illa clausula generalis seu alia quauis causa quæ dici vel excogitari possit debet restringi ad causam specificatam & de qua erat lis & specialiter fuit cõpromissum l.si ex pluribus.ff. de solu. & vult Bart. in l.si de certa vbi ẽt alli scribẽtes, & multa in ꝓposito dicit Do.meus Iason. ita tenens. C.de transa.& Bar.in l.Aurel. §.gaius vltima colũ. ff.de libe.leg.& in renunciatione & quitatione,patet in l.emptor.§.lucius. ff.de pactis vbi late dominus præce.meus cum infinitis concor.ex quo salua ratione recti sermonis põt restringi. hoc modo scilicet ꝙ alia quauis cã dictæ dotis & contentorum in sententiæ Romæ data quæ dici vel excogitari possit,vt traditur & declaratur in d. §.Lucius per Bart. & alios per illum tex.vbi late do.meus Ias. in fi. commen.& in d.l.si de certa,quod demõstratur ex continuatione verborum uidelicet occasione tam dotis quã augmenti & comprehensorũ in sententia ẽt respectu fructuum & expẽsarum quam alia ex cã &c. quasi dicat si quid esset, quod vltra fructus & expensas & alia expssa & specificata respectu dotis & sententiæ posset excogitari illud intelligatur remissum. Iõ Bart.& doc.in d.§.Lucius vbi do. meus Ias.in fi.commẽ.dicunt ꝙ debuisset dici vt non fieret restrictio hoc modo videlicet ex quacunq; causa,etiam ad dotes & senten-
12 tiam non pertinente † facit l.iubemus.C.ad vellei. vbi generalis renunciatio restringitur ad specificata,& secundũ Panor. in c.veniens
13 3.col.de iureiu. † generalis renunciatio etiã iurata non trahitur ad ea de quibus si fuisset cogitatum verisimiliter non fuisset iuratum vt in proposito ꝙ propter dotes maternas quę præstabantur pro parte consideratis contentis in sententia diceretur opulentæ hæreditati renunciasse,quia esset à verisimili & ab ho-
14 nestate alienũ. † Et maxime non censeretur renunciasse legissimæ secundum Bald. in l.si quãdo.§.generaliter.C.de inoffi.test. & Ang. Aret.in §.tam autem in fi.cõme.insti. de inoffic.test.& Ro.in l.1.§.si quis, ita vbi etiam Frã. de Are.in pe.col.ff.de verb.obli. & post Bald. in rub.ff.de iureiu.penu. col.qui hoc tenet & Imo.in l.qui superstitis.ff.de acqu.hæreditate dicentes prædicta habere locum etiam in filia renuntiante cum iuramento paternæ hæreditati, vt nihilominus possit petere legitimam,& tanto magis in filia expresse non renuntiante,sed sub inuolucro verborũ, & ubi magna resultat inæqualitas vt ꝑ Fran.de Are. in proposito in d.§.si quis ita in antepen. col. quia in tali verborum inuolucro deficere potest consensus iurantis vt ibi per eum quamuis vt dixi arbitrer hanc ratificationẽ & clausulam se non extendere ad bona & hæreditatem patris. Hæc dixi sub breuitate paratus latius scribere.

Laus Deo & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

FILIA IN BONIS DE QVIBVS dubitatur an sint feudalia, est in possessionem mittenda.Item dicitur probatum spolium eo quod probetur quem aliquando possedisse. Et de clausula ius & iustitiam ministrari. Consi. LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Filia contendens cum agnatis de bonis feudalibus est in possessione mittenda.*
2 *Bona in dubio alodialia præsumuntur.*
3 *Deducens in libella plura quorum alterum ad victoriam sufficit illud probare sufficit nec necesse habet omnia probare.*
4 *Clausula ius & iustitia ministrari quid operetur in libello.*
5 *Spolium probatum dicitur esto quod probetur quem aliquando possedisse.*
6 *Portionis appellatione ĩ dubio de dimidia intelligit.*

OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Marię nominibus & præsidio inuocatis. In causa miserabili Nobiliũ filiarum de Scalampis, necessario pronunciandum est in eorum
1 fauorem.†Quod demonstratur ex tex.notabili in cap. inter filiam quòd est ca. 1.in tit.si de feud.fue.controuer.inter do.& agna.vbi dicitur quod si sit quæstio inter filiam & agnatos de rebus paternis,an sint allodiales vel feudales dicentibus agnatis eas esse feudales,& filia dicente esse allodiales,filia debet interim stare in possessione quousq; sit cognitũ , an sint feudales vel non. Et sic sine alia disputatione est cla-

est clarum filias esse in possessione mittẽdas, vsq; quo constiterit, an sint allodiales vel feudales, iure ita in terminis dictante, taliter qđ quo ad bona quę confessi fuerunt domini cõuenti fuisse tenta per dominum patrem filiarum, sint filiæ in possessione tuendæ & mittẽdæ, & hoc vult etiam gl.1.in c.1.si de fe.fu.cõtrou.inter mascu.& fœmi.in vsi.feu.
2 † Plus dico non tantum eas esse mittendas & tuendas in possessione lite pendente super cognitione, an sint allodialia vel feudalia, sed posse declarari ea esse censenda allodialia secundum communem intellectum traditum in d.c.inter filiam, dum ibi dicunt Bald. Alua. And. de Iser. & Moderni post Iaco. de Bel. quod quando ex aliquibus probationib. factis per agnatos insurgeret fortior præsumptio pro eis ꝙ bona essent feudalia, & non allodialia standũ esset iuramento agnatorum, alias secus, cum omnia bona præsumantur allodialia & præsumptio sit pro filia, vt pulchre declarat Ale. in consi.55.incip.perspectis in fi. 4.volum. Et multo magis sunt allodialia censenda, quia non fuit intra trinam comminationẽ responsum 30. positioni incipien. Item ponunt ꝙ ipsa bona sunt allodialia &c. quæ fuit pronunciata pro confessa, & quo ad Dominum Antonium omnes positiones sunt pro confessis cum nunquam responderit. Et quod pronuntiandum sit in fauorem filiarũ iustificat processus, nam licet filiæ dixerint se spoliatas & actum spolii non probauerint, hoc nihil obstat, primo quia vltra spolium ante finem processus nec non in petitione dixerunt quod bona omnia censentur allodialia, & quod possessio bonorum spectat de iure filiabus, & ꝙ sunt in ea tuendæ, implorando non tantum remedium c.reintergretãda, sed omne aliud remedium sibi de iure competens, subiuncta clausula sibi ius & iustitiam ministrari, & subiuncta clausula non se astringendo &c.

Ex quo patet ꝙ implorarunt remedium d. c.inter filiam, cum ipsis filiabus spoliatis duplex competeret remedium, vnum quod est commune quibuscunq; spoliatis, aliud quod est speciale in materia feudali quod essent pẽdente cognitione in possessione tuendæ, quo
3 rum remediorum vtrumq; intentarunt. † Nã quando quis deducit in libello plura quorũ alterum sufficit ad victoriã, sufficit illud probare, nec est necesse omnia probari, maxime quando adest clausula non se astringens, per no. per Bar. & doc. in l. diuus. ff. de re iudi. plene per Fely. post alios Cano. in c. licet in pe. & vltima charta in versi. gl. in verbo astrinxit de
4 probat. † Hoc etiam demonstratur ex clausula ius & iustitiam ministrari, quæ facit vt si libellus in aliquo ex narratis possit patrocinari agenti licet non in omnibus, debeat sententia ferri pro actore, quamuis conclusio foret ex toto inepta, vt quia agens possessorio concluderet in petitorio vel econtra aut super vtroque concluderet, per ea quæ dicunt Cardi. Bu. Panor. & Cano. in c. 2. de ordi. cogi. & Alex. sæpe consulendo. Plus dico probatum fuisse spolium quantum sufficiat ad victoriam, quod demonstratur quia responsum fuit in 22. positione incipien. Item & pariter cum sequen. verum fuisse quod filiæ fuerunt mortuo patre in possessione bonorum rusticalium pro parte, & in 33. positione incipien. Item ponunt quod ipsi domini cum sequen. responsum fuit quod nunc ipsi rei tenent pro
5 illa parte. † Nam ex hoc quod actor quandoque possederit & reus nunc possideat censetur spolium probatum, esto quod actus spoliationis non probetur, vt eleganter declarat Alexan. in consilio 91. incipien. in causa & lite. 1. colum. versicu. probarunt etiam 5. volu. post Innoc. in ca. sæpe, de restitu. spol. Butri. & Abba. in cap. cum ad sedem, eod. titu. Innoc. & doc. in cap. post electionem ad fin. de concess. præben. Ita vt etiam intelligatur spolium probatum & verificatum, & super spolio possit pronuntiari. Et quo ad dominum Antonium res est plusquam clara quod positiones sunt pronuntiatæ pro confessis cum nunquã respõderit. Cæterum ubi proceditur summarie & sola facti veritate inspecta non inspicimus quid petitum, sed quid probatum seu quid & quantum appareat ex actis de iustitia partis actricis, vt per Barto. in extrauag. ad repri. in verbo sine figura post mediũ & latius per Alexan. in l. si ita stipulatus. §. grisogonus 7. colum. ff. de verbo. obliga. cum concor. ibi per eum allega.

Postremo si quæratur pro quanta parte sit fundata intentio filiarum, & an pro illis omnibus bonis per eas in pede petitionis nominatis, respondeo quod pro dimidia eorum certum est quod sic, cum Dominus Ludouicus responderit quod filiæ & pater earum tenuerunt ipsa bona pro parte, & requisitus declarare quanta esset ista pars dixit hoc à iure resultare & sic voluit cõfiteri de dimidia par
6 te ipsorum bonorum † quia portionis appellatione in dubio intelligimus de dimidia. l. nomen filiarum §. portionis. ff. de verb. signi. Et licet procurator filiarum requisiuerit pro parte confessata & liquida ius dici, tamen arbitror pronuntiandum esse in fauorem filiarum super omnib. bonis. Et primo quia quo ad Dominum Antonium qui nunquã respõdit positiones sunt pronuntiatæ pro confessis vt de se patet. Secundo qa ista responsio, credo pro parte, non aliter expressa parte est de iure cõfusa & pro nõ facta, & consequenter habenda est talis positio ꝑ confessa vt ꝑ Spec. in ti. de posi. §. nono 2. col. vers. quid si quis prorsus. Tertio quo ad partem quæ negatur pos-

sideri p Dominū Ludouicum est, quātū sit ad eius & fratris præiudiciū, fienda missio in possessionē, saluo iure tertii vt eleganter declarat Ange. in l. fi. parum ante fi. commen. ff. de rei ven. vbi declarat practicam esse contra negantem se possidere vt in eius præiudicium possit fieri missio in possessionē de parte actrice saluo iure tertii. quā practicam seruare soleo & scđm illam sæpe obtinui, ī reliquis suppleant Deus & integritas spectabilis & præstantissimi D. Iudicare debentis.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Albertus Brunus.

CASTELLANVS VILLAE, AN possit deputare curatorem adulto forensi pro bonis quę habet in tali villa.

CONSILIVM LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Tutor dari non potest nisi ab habente iurisditionem in illum & eius personam.*

DVM fit difficultas an adultis ratione originis & domicilii existentibus de dictione Sabaudiæ possit dari curator per D. Castellanū Desanę, alterius dominationis, quo ab bona quæ ipsi adulti habent in dominio Desanæ, presuponēdo quod in d. loco Desanæ non habēt domicilium, sed bona simpliciter. Et quia dicitur quod per iudicem Desanę dari non potest, cōsiderato quod fuit de curatore prouisum per adultos volentes & petentes in dominio Sabaudiæ, quæ prouisio fuit per Ducalem Sabaudię Excellentiam confirmata, & quæ prouisio trahitur ad bona alibi sita, per ea quæ notantur per Barto. Ange. & Salice. in l. 1. C. vbi pe. tuto. & in l. 1. ff. de tuto. & cu. da. ad his, plene Nellus vltra ordinarie scribentes in tract. banni, in tertia parte. 2. tem. q. 71. Ang. Aret. in §. præterea el. 2. in antepenul. charta. versi. 12. potest etiam opponi institu. de excep. cum similibus. Aduertatur quia prædicta videntur procedere quando datur tutor, non autem quando datur curator.
1 ratio differentiæ est † quia tutor dari non potest nisi ab habente iurisdictionem in illum & eius personam, dicta l. 1. cum datur principaliter personæ, sed vbi datur curator secus est, quia datur principaliter rebus per iura vulgaria, & ita in specie decidit Sal. in dicta l. 1. in fi. commen. C. vbi pe. tuto. & ante illum ita ibi dixit Bald. & Barto. in l. pupillo in vltimis verbis. ff. de tuto. & cura. da. ab his & Ang. Aret. in loco supra allegato facit quod notat Bart. in l. certarum. ff. de testamen. tute. & fuit opinio aliquorum doct. qui intelligebant text. in d. l. pupillo loqui de curatore, vt euitarent cōtrarium de tutore & hæc videntur de mente Cyn. Albe. & antiquorum. Sentiunt itaque & volunt prædicti doc. quod per iudicem Desanæ possit alius curator dari, quamuis Ang. in d. l. 1. C. vbi pe. tut. inaduertenter loquendo, idem senserit de curatore quod de tutore. Itē aduertatur quia pro nobili Francisco Grosso fuerunt latę duę sententię per quas ei fuit decreta tutela seu cura filiorum quæ transiuerunt in rem iudicatam, ita vt non posset nisi suspectus remoueri, non obstante ꝙ Nobili Io. Antonio fuerit postmodū cura decreta, tū quia non valet sententia aduersus sentētiam quæ transiuit in rem iudicatam, tum quia nō fuit vocatus legitime ipse Franciscus contradictor quando cura nobili Io. Antonio decreta fuit. super his fiat consideratio si placuerit.

Albertus Brunus.

STATVTVM PERMITTENS cōsiliarios imponere pœnas & bāna in loco subdito dominis quomodo intelligat.

CONSILIVM LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *A uerbis statuti non est recedendum.*
2 *Bannum, dictio, quam significationem habeat.*
3 *In ambiguis benignior interpretatio sumitur.*
4 *Consiliarii villarum pœnas imponere nō possunt, nec actus iurisdictionales exercere.*
5 *Statuta ad ius commune in quantum fieri potest reduci debent.*
6 *Verba impropriantur vt tertii ius minus lædatur.*
7 *Verba propria, secundum subiectam materiam impropriantur.*

OMNIPOTENTIS Dei & almæ Virginis inuocato præsidio. Viso statuto de cuius intellectu contenditur, quod disponit per cōsiliarios imponi posse & debere pœnas super damnis quæ fieri cōtinget &c. Quia dicitur quod consiliarii vigore dicti statuti possunt pœnas imponere vltra eas quæ imponuntur pro dānis datis super bonis campestribus, † conside-
1 randa sunt verba statuti à quibus in dubio nō est recedendum, l. non aliter. ff. de leg. 3. l. non dubium. C. de legi. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de le. 3. cum vul. Hoc sic præmisso quia statutum vult consiliarios posse pœnas imponere super dānis & bānis, qa clara est significatio illius verbi dānis, videndū est quid voluerit dicere statutū sub illo termino & bannis, &
2 est aduertendum, † quia iste terminus non est apud legum conditores frequentatus. & nō habet à iure communi determinatam significationem

gnificationem vt declarat Albe. de Ro. in dictionario suo in verbo damnum & Nellus in trac. banni. in prima parte secundi tẽporis 3. quæstione, qui omnino videantur, vbi volunt istũ terminũ ex consuetudine loquẽdi sumere significatum. Quinimmo statuentes vidẽtur ipsum terminũ diuersimode sumpsisse, nã in statuto prædicto volũt quod bannũ non sit pœna nec species pęnæ, dũ dicitur in eo qđ super bannis possint imponi pœnæ. Et in duob. sequẽtib. statutis quorum vnũ incipit. Itẽ statutum est & ordinatum quod consules deputati &c. Et aliud incipit. Itẽ statutũ & ordinatum est ꝙ liceat &c. bannũ ponitur pro specie pœnæ, dũ dicitur neminẽ posse exercere becchariã nisi deputatus per consiliarios sub pœna & banno, per eos imponendis q̃ pœna & bannum applicentur communi p̃dicto &c.

Item dum dicitur quod non liceat præterire æstimationem per consiliarios factã sub banno per eos imponendo, quod applicetur communi & castro &c. Vnde cum iste terminus, nec à iure communi nec a statuentib. reperiatur habere certam determinationem, si constat de consuetudine & modo vtendi dicto statuto illi standum erit. l. si de interpretatione & l. minime. ff. de leg. cum ibi notatis,

3 † alias autem benignior & mitior interpretatio est sumenda. l. benignius & l. in ambiguis, & quod notatur in l. neq;. ff. eo. tit. de leg. & in

4 l. in ambiguis. ff. de reg. iu. † quæ est vt isti cõsiliarii qui regulariter non habent potestatem imponendi pœnas, nec actus iurisdictionales exercendi, iuxta not. per Bar. in repe. l. omnes populi. in 1. q. prin. ff. de iusti. & iure & in l. fi. ff. de decre. ab ordi. faci. & notatur in l. nõ ambigitur. ff. de leg. l. nulli cum ibi traditis. C. de senten. & inter. omni. iudi. minus iurisdictio-

5 nis habere censeantur quã fieri possit. † statuta enim sunt interpretanda, vt minus derogẽt dispositioni iuris communis quam fieri possit. l. constitutionib. ff. ad muni. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. ge. l. 2. cum ibi notatis. C. de noxa. Et maxime quãdo si fieret latior interpretatio magis præiudicaretur iuri tertii, per gl. notabilem l. fi. §. in computatione, & ibi plene Alex. C. de iure delib. & in l. 4. §. prætor ait. ff.

6 de dam. infe. † Quinimmo tũc verba sunt improprianda vt minus lædatur ius tertii vt ibi & per Bart. in d. l. omnes populi in 6. q. princ. versi. 2. quæro. & clarum est quod per latã interpretationem quæ fieret in fauorem illorũ consiliariorum fieret præiudicium iuri dominorum & eorum iurisdictioni, cũ in loco ipso sint domini habentes merũ & mixtum imperiũ & omnimodam iurisdictionẽ & q sunt in quasi pos. & exercitio eiusdem iurisdictionis, & posito qđ illa dictio bannũ haberet plures significationes & proprias siue vnam propriam & aliam impropriam, attendere debe-

remus quam interpretationem patiatur sub-

7 iecta materia, † cum verba ẽt propria improprientur scđm subiectam materiã. l. si vno in princ. ff. loca. l. si olei. C. eo. Barto. in d. l. omnes populi. in 6. q. princ. versic. iuxta præmissa quæro, vbi babetur quod primo mens statuẽtium attenditur, d. l. non aliter, de qua mente constare dicitur si secundum aliam significationem contineret statutum iniquitatem vel absurditatem, vel si qualitas personę aliud innueret, vel si cõmunis vsus loquendi ita suadeat vt ibi per eum. Concludẽdo ergo in proposito dicendũ videtur quod ex qualitate personarum ipsorum consiliariorum & ex iniquitate & præiudicio tertii quod alias insurgeret, & quia minus læditur ius commune, illa dictio, bannum sit strictius interpretanda quam fieri possit, attento quod de propria significatione etiam considerato vsu loquendi ipsorum statuentium non constat. Item considerata materia subiecta quæ loquitur de dãnis datis in possessionibus & consequẽter de bannis illa occasione insurgentibus, & si mihi dicatur ꝙ accommodem sensum illi statuto, dico sensus est vt cõsiliarii imponant pœnas pro damnis & bannis idest pro bannis occasione dãnorum insurgentib. nam quando quis dat dãnum in aliquo prædio imponitur pœna quæ appellatur imponi propter bannũ: solet. n. ex consuetudine aliquarum villarum certis temporib. interdici ne quis intret prædium alicuius, & tunc dicuntur prædia secũdum vulgus bannita & ingrediens dicitur esse in banno per ingressum, & dupliciter punitur, vno modo pro interesse dato domino prędii, alio modo pro eo quia contraueniendo bannimento delinquit & ista pœna talis banni est criminalis, & de ista sensit statutum tam ex consuetudine loquendi quam ex materia subiecta.

Albertus Brunus.

An princeps possit cognoscere de spolio facto confederatis & adherentibus suis.

Et an liceat domino Cast. facere adherentiam sine scientia domini.

Et an facultas reqrẽdi adherẽtes tollaṫ tpe.

CONSILIVM LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Princeps cognoscit de spolio facto confederatis & adherentibus suis.*

2 *Domino castri an liceat sine sciẽtia dñi adherẽtiam facere.*

3 *Subiectio per adherentiã non inducitur.*

4 *Princeps non habet iurisdictionem in ciuitate accepta sub protectione.*

5 *Princeps ciuitatem sub protectione acceptam armis defendere tenetur.*

6 *Confederati ad quæ teneantur.*
7 *Rebellis cofederati potest ab alio cōfederato puniri.*
8 *Offendens confederatum principis crimen læsæ maiestatis incidit.*
9 *Condemnatus in loco confederato punitur.*
10 *Facultas requirendi adherentis an tollatur pater.*

OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Mariæ inuocato præsidio. 1 † Dubitatur An Regia maiestas christianissima possit cognoscere de spolio facto Magnificis Dominis Marchionibus Incisiæ per Magnificum Dominū Odonem, alterum ex ipsis Marchionib. Aut saltem de facto teneatur manu sua regia eos restituere. Pro cuius rei veritate eliciēda præsuppono quod licet ipsi de incisia sint immediati subditi imperatoris tamen hactenus fuerunt & steterunt adherentes & sub protectione ducum Mediolani, & quod magis est vidi instrumētum publicum per quod apparet ꝙ domini de Incisia tempore quo ciuitas Astēsis neminem recognoscebat fuerunt se ciues Ast. & promiserunt pro ipsa Ciuitate facere guerram & pacē & voluerunt posse in ea conueniri, sub certis pactis & conuentionib. quæ lōgum esset referre. Et nuper Senatus Regius Mediolanen. seu parlamentū ibi residens declarauit ipsos Dominos de Incisia fuisse sub protectione ducum Mediolani & nunc Regiæ maiestatis.

Quibus præsuppositis concludendum est de iure licuisse ipsis Dñis de Incisia facere ligas & cōfederationes ēt licentia Imperatoris quia habebāt circunquaq; Principes potētiores quib. resistere nō potuissent, & Imperator prout notoriū est nō potuisset eis ꝑsidium cōtra hostes afferre propter maximam distantiam locorum 2 † quo casu possunt ligæ, & cōfederationes fieri sine superioris licētia secūdum Bart. in extrau. qui sint rebelles in verbo occulte, plus voluit Bald. in c. 1. in 2. lec. in 4. col. alias 3. de iudic. ꝙ si nō sit spes ꝙ superior possit dominari Ciuitati & eam regere & Gubernare pōt ipsa ciuitas sine talis superioris licētia alicui domino se submittere & subiectā facere q possit eā tueri & regere, qa rō naturalis hoc dictat l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & per istā rōnem dicit Bal. esse multa regna q̄ hodie nō subsunt Imperatori, quā opinionē sequuntur Moderni in c. 1. §. cōuenticulas in titulo, de pace iur. fir. & in prelu. feudorum circa fin. 3 † Quamuis regulariter per cōfederationē nō inducatur subiectio, sed solū vnus efficiatur sub protectione alterius scd̄m Card. in cle. ne Romani de elec. & patet in l. non dubito. ff. de cap. & postli. re facit qd vult Bart. in l. 1. C. de exc. mu. li. 10. Et dicebat Marti. Laude. in trac. de principib. sub rublica de cōfederatione pa4 ce & cōuentionib. principū versi. 56. ꝙ † si aliqua ciuitas recepta fuerit à rege vel Duce sub ꝓtectione Regis, vel Ducis Rex vel Dux nō hēt iurisdictionē in tali ciuitate c. ex parte lo. 1. de priui. sed habet ptātem defendendi vel de facto cū armis vel etiā de iure iudicio, notatur in c. ad audientiā de præscr. Et sic patet ꝙ Regia maiestatis & uia iudiciaria & de facto tenetur Dominos Incisia expulsos defendere, ita ꝙ vrbaniter agatur ꝓcedēdo via iuris contra Dominū Odonum expulsorem. 5 † Nam vt dicebat Rei. in l. nō omnes. §. qui ff. de re. mili. princeps q accipit sub ꝓtectione ciuitatē debēt ēt illam defendere cū armis, sequtur Marti. Carra. in loco sup. alle. in vers. 43. & circa effectū cōfederationis dicebat Bal. in l. executorū. C. de exc. rei iudic. circa 7. col. ꝙ si princeps vel ciuitates sunt cōfederati primo est cōsiderādus tenor cōuentionū l. 1. in prin. ff. de pac. & ipsis deficiētib. natura fœderis est 6 ꝙ vnus adiuuet aliū si requiratur. † Et tenentur cōsederati nō tantū ad mutuā defensionē iuxta prædicta scilicet pro eorum possibilitate vt dixit Ang. in l. non ideo. C. de his qui, vt indi. sed etiam tenentur bannitos cōfederatorum habere pro bannitis scd̄m Bal. in rub. de treu. & pa. faciunt no. per Bar. in d. l. non du7 bito. † & rebelles alterius ex confederatis pōt alius cōfederatus punire scd̄m Bar. ī l. hostes. ff. de capi. & post li. reuer. & in d. extrauag. qui sint rebelles in verbo rebellando & Bald. in d. rubr. de treu. & pa. in 2. col. Et dixit Bart. in d. 8 extraua. in verbo rebellādo sup. alle. ꝙ † offendens confederatū principis sui, ita incidit in crimen læsæ maiestatis, ac si principem suum 9 offenderit † pōt condemnatus de delicto in loco confederatū puniri scd̄m Bar. in d. l. non 10 dubito & Bal. in d. l. executorē. † Et istā confederationē non tollit contraria ꝑscriptio vbi nō præcessit requisitio puta si ciuitas confederata sit obligata præstare auxilium, & non præstiterit per mille annos, quia non fuit requisita secundum Marti. laudem in tract. prędicto in rubri. præalleg. in versi. 57. per c. 1. in fi. de feu. sine cri. non amit. & notat per Bar. in l. cum scimus. C. de agri. & cē. libr. 11. & notat Bal. in c. de no. for. fideli. Et prædicta etiā procederent in adhærentibus per no. in c. ad apostolice de re iudi. & per Ange. in l. quæ religiosis. ff. de rei ven. & in consi. 256. in 3. & 6. colū. & in consil. 242. incipient. carissime frater & Bald. in l. 2. in 10. col. C. de serui. & aqua, vnde omnino regia maiestas tenetur in iudicio cōsequēter, cognosci facere de spolio, & extraiudicialiter adiuuare istos Dominos Marchiones expulsos, tum quia sunt confederati vel adhærentes, tum quia sunt sub ꝓtectione.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Albertus Brunus.

CASTRVM IN DVBIO AN CENSEATUR datum in custodiam & quòd ius habet custos castri,& an possit in alium alienari. Et àn villa vel ciuitas possit hẽre castrũ vel fortaliciũ ꝙ sit suum & det in custodiã.

CONSILIVM LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Castrum in dubio an censeatur datum in custodiã.*
2 *Castro concesso filio à patre in custodiam, custodia solum concessa intelligitur.*
3 *Custos castri quod ius habeat.*
4 *Custodia castri non potest in alium alienari.*
5 *Emphytheotæ & colloni habentes causam & ius ab alio tenentur prius illi offerre.*
6 *Substitutus æque idoneus & fidelis vt principalis esse debet.*
7 *Socius non potest inuito socio, alicui iura quæ habet in re communi cedere nisi æque idoneo.*
8 *Priuatus an possit in fundo suo castrum construere.*
9 *Villæ licet sibi fortalicia facere.*
10 *Census præstatio, ius in re habere facit.*
11 *In verbis claris cessans interpretationes.*
12 *Per census præstationem, probatur res esse sub eius dominio cui præstatur.*
13 *Census & pensio differunt.*
14 *Iurisdictio est in principe.*
15 *Priuilegium lite pendente impetratum non valet.*
16 *Princeps ex certa scientia contra ius ciuile rescribere non potest quando ex eo persona priuata non modice læditur.*
17 *Princeps contra ius & iustitiam aliquid concedendo, si modica sit læsio intelligitur.*
18 *Vasallo inuito põt dñs custodes in castro imponere.*
19 *Confirmatio principis etiam ex certa scientia non tenet, qñdo confirmãs nõ potuisset ipse actũ facere.*
20 *Confirmatio principis non supplet defectum substantialitatis & potestatis gerentis actum falsitatisq́ & similium.*
21 *Confirmatio concessionis prædecessoris non valet, si de concessione non constet.*
22 *Rescriptum causa falsa viciatur.*
23 *Rescriptum prohibens causæ cognitionem est de falsitate suspectum.*
24 *Sẽtẽtia lata sup rescripto inualido et nullo, nulla ẽ.*
25 *Sententia super falsa causa fundata nulla est.*
26 *Sententia nulla rem iudicatam non transit.*
27 *Sententia euidentem iniquitatem continẽs effectum nullitatis habet.*
28 *Appellatio sententiæ executionem impedit.*
29 *Iudex à quo non potest sententiam à se latam exequi, nisi parte citata ad opponendum.*
30 *Executio parte citata fieri debet, vbi est appellatũ.*
31 *Factalia non currunt pendente cognitione super incidenti vsque quo fuerit declaratum.*
32 *Minor restituitur aduersus desertionẽ appellationis.*
33 *Respublica aduersus desertionem appellationis restituitur.*
34 *Eisdem casibus quibus restituitur minor eisdem restituitur respublica.*
35 *Executio contra non citatum non ualet.*
36 *Officiali iniuste exequenti licet defacto resistere.*
37 *Iudici facienti aliquid iniustum ac minus rite, etiã exercendo officium de facto resistere licet.*
38 *Pœnam non meretur lege permittente factum.*
39 *Amici oppressis auxiliari possunt.*
40 *Causa etiam iniusta excusat à pœna et contumacia.*
41 *Mulctari nequis possit, quod præceptum iustum sit requiritur.*
42 *Mulctari ob contumaciam quis non potest nisi sit verus contumax.*
43 *Iudex excusatori alleganti impedimentum, & offerenti se probaturum, tenetur dare terminum ad uerificandum illud.*
44 *Citatio impediti personaliter comparere nulla est.*
45 *Citatio inualida citatũ in contumaciã nõ constituit.*
46 *Citatio inualida nihil operetur.*
47 *Citatus timens personaliter detineri, personaliter cõparere non tenetur.*
48 *Citatus ad locum nou tutum non tenetur cõparere.*

CIRCA primum videndum est quãtum iuris habeat iste de Bedinis in ipso castro & prædiis eidem pertinentibus. † Et consi-
1 derato tenore concessionis factæ per commune clarasci ipsis de Bedinis, inuenio ꝙ istud castrum fuit concessum eisdem ad simplicem custodiam, & ꝙ propter onus ipsius custodiæ assignatus fuit vsusfructus prædiorum pertinẽtium dicto castro seu ędificio dictis custodibus, ac habitatio ædificiorum dicti castri. Ea lege quòd volentibus filiis dictorum de Bedinis quibus concessio facta fuit in custodia perseuerare, communitas teneatur eos admittere sub eisdem pactis. Ita vt si contingeret alterum ex eis quibus cõcessio facta fuit prædecedere & eius filios nolle in custodia perseuerare foret licitum consocio reperire sibi alium consocium loco dictorum filiorum & consocii prædefuncti. Et super in signum recognitionis & census fuit postmodum conuentum vt dicti custodes tenerentur præstare singulis annis dictæ communitati solidos viginti, de qua conuentione mihi non constat nisi ex cõfessionibus partium de quo censu dictus vẽditor quartæ partis pro sua portione solitus erat p̃stare & præstitit solu. 5. Isti ergo de Bedinis & quibus fuit facta concessio castri solum habent ius custodiendi & ipsius oneris causa habitationem ædificiorum dicti castri, & vsumfructum prædiorum pertinentium dicto ædificio, facit ad prædictam concessionem quòd in simili dicitur de concessione feudi ad guardiam in titulo, de feud. guar. in princ. secundum vnam lect. quam ibi sentit glos. & satis aperte constat quòd isti non habent aliquod ius in proprietate, nam ratio custodiæ hoc non potest operari vt est tex. in l. cũ pater. §. pater plurib.

ff.de leg.2.vbi datio in custodiam non transfert ius in re, facit l.1.C.de repu.hær.quinimmo in dubio cēsetur res data in custodiam licet nō exprimatur quando nō præcedit titulus habilis ad trāslationem dominij.vt notat Bar.limitādo & declarādo gl. ibi in d. §.pater plurib.traditur in l.clauib.ff.de cōtrah.empt. facit ad idē ꝙ habetur in d.titu.de feud.guar. vbi Bal.in §.1.in 2.col.versi.si pater dicit vult,
2 † quod si pater dicat concedo custodiā castri tali filio meo non intelligatur concessisse nisi meram custodiā, & si forent aliqua verba nō conuenientia custodiæ tanquam superuacua non officerent secundū eum arg. l.si seruo.ff. de alie.leg.& l.pediculis. §.labeo ff.de sup.le. cum gl.& l.si ita.§.1.cum gl.ff.de secun.ta.qđ intelligo dummodo talia verba non præferrent expresse inesse aliquod ius pinguius cu-
3 stodia. † Et quod plus est custos nō habet ius possessionis quia proprie nō possidet l.3.§.fi. & ibi habetur.ff.de acq.pos. Nec per hoc qđ occasione oneris custodiæ sit concessum ius habitationis dicti ædificii, ac vsusfructus prædiorum censentur habere ius in proprietate quia l.si habitatio.ff.de usu & habi.& inst.eo. titulo.§.pe.& clarius l.cum antiquitas. C.eo. tit.quo ad habitationem declarant ꝙ non habet annexum aliquod ius dominij. & in vsufructu patet idem in l.1.ff.de vsufr.& insti.eo.
4 in prin.† Nec potuerunt hæc iura alienari d. l.cū antiquitas & d. l. si habitatio & §. finitur insti.de vsufr.vbi per alienationem, vsusfructus cum proprietate cōsolidatur faciunt notata in l.vsufructu.ff.solu.ma. quinimmo magna est difficultas an potuissent locari per ea quæ dixit Bald.in prælu.feu.in 2.diui.in quæstione de eo cui concessum est feudum ad habitandum. Et quo ad possessionem dicēdum est quod ciuilis possessio dominij dicti castri & prædiorum fuerit apud communitatem. Et naturalis apud istos custodes propter ius habitationis & vsus fructus. l.sciendū in prin. ff.qui satisda.cog.iuncta l.naturaliter in prin. & ibi plene traditur. ff.de acqui.pos. Ex quib. concludendum est quod communitatis Clarasci non potest dici non possidere dictum castrum & prædia, & quod non valuit alienatio facta in Dominum Petrum Ambrosium per Ioannem Bedinū de iure quod habeat in castro dicti loci Sancti Stephani, & quod ꝑ alienationem priuauerit se iure suo, & quod vsusfructus quem habuit cōsolidatus fuerit cum proprietate & dominio propter alienationē, aut saltem accreuerit aliis ex quo est transmissibile in casu nostro ad hæredes iuxta l. antiquitas.C.de vsu.& ha.quem articu.non curo pro nunc attingere, an in casu nostro procedat, quia sufficit quod non teneat alienatio quod fortificatur ex verbis cōuentionis, quia dicitur quod vbi contingeret aliquem ex filiis eorum quibus facta fuit cōcessio nolle in custodia perseuerare, ius eligendi aliquem loco illius competeret perseueranti & in defectum electionis factæ per perseuerantem, communitati Clarasci, non autem competeret illi qui non vult stare siue perseuerare. Et quatenus habuissent aliquod ius dicti custodes alienabile prius requirenda fuisset communitas Clarasci à qua causam habebāt per id quod dixit Bat.in l.1.per illum text.C. de meta.lib.11.quem sequitur Ro. in l.1.ff.solu.ma.& per l.fi.& quod ibi notatur maxime ꝑ Modernos in tertio notabili. C.de iure emphy.† vbi patet quod colonus, emphytheota, 5
alii habentes causam & ius ab alio tenentur prius illi offerre. Insuper interest communitatis non habere istum dominum Petrum Ambrosium qui est potens & iurisperitus in custodem, maxime in fortalicio in quo poterit se adeo fortem facere vt communitatem cōtempturus sit, & licet sit fidus principi istud ꝑcedet quo ad iura principis, sed non quo ad iura communis Clarasci vnde succedit regula l.inter artifices ff.de solu.† Item quando qs 6
vult substituere aliquem loco sui debet substituere æque idoneum & fidum l.1.& ibi Barto.C.de præpo.agen.in re.lib.12.

Interest etiam aliorum custodū qui ex conuentione habent ius eligendi aliquem loco eius qui noluerit in conductione perseuerare. Et etiam quia cantat versus Aesopi. Ne fortem societ fragilis &c. faciunt ad hoc quæ dixit Bal.in l.1.in 2.col.C.qui te. fa. pos.post gl.in §.fi.insti. loca.dum vult qđ † non liceat 7
socio cedere alicui iura sua quæ habet in re communi & in qua societate maxime adest in vito socio nisi sit æque idoneus ꝑ iura per eos allegata, faciunt notata per Bart. & Pau. de Cast.in l.2.C.ne fi.vel res pu.Nec fiat difficultas quod istud fortalicium non sit cōmunitatis Clarasci,† eo quia secundum iura licet etiam priuato habere & construere castrū 8
in fundo suo l.legatum ff.de oper.pu.Innoc. & doc.in c.Pisanis de resti. spo.etiam in fundis limitrophis quando per longa & vetusta tempora possedit vt dixit Barto.post glo.in l. quicunque.C.de fun.limi.lib.11.alias eo casu priuatus teneretur relaxare cōmuni vt ibidem, de quo etiā traditur in c. ex parte de so. comp.& per Bal.in c.1.in vlti.col.versi.de cōten.inter do.& fi.† & licitū est ciuitati vel vil- 9
læ sibi facere fortalicia vt dicit gl.& Bart.in l. opus.ff.de oper.pu.Et si prout dixit Bar.in d.l. quicunq; liceat communi vel ciuitati auferre à priuato castrum existens in fundis limitrophis multo magis poterit locus Clarasci prohibere alienationem in personam sibi non fidā de fortalicio facto ad securitatē ipsius loci Clarasci, vt est locus & ędificiū castri Sācti Stephani de quo cōtendit, qđ vt in ꝑtatione cōcessio-

cessionis dicitur fuit propter malos custodes
10 sæpius ab inimicis occupatum.† Audio circa prædicta fieri vnam difficultatem, scilicet qđ quia census quæratur à custodibus, dicantur ipsi custodes habere ius in re seu dominio rei iuxta c.constitutus cum glo. & ibi notatis de religi. do. sed hoc est funda. quod non meretur allegari, quia verba contractus & cōcessionis sonant vt sit cōcessio facta in custodiā.
11 † vnde succedit regula quod vbi verba sunt clara cessare debeat interpretationes l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de lega.3. & ista præstatio census inducta fuit in recognitionem & augmentum superioritatis communis clara-
12 sci.cum vt dicit, Ange. in l.3.C.de na.li.† per præstationem census probetur res esse de dominio eius cui præstatur, ergo non debet contrarium effectum dicta præstatio operari l.legata inutiliter.ff.de leg.1.& l.legata. ff. de adi. leg.facit quod supra dixi post Bal.in ca. 1.§.1. de feu. guar. ut scilicet concessio in custodiā non alteretur per superfluam adiectionem.

Et prædicta procedunt clare in casu nostro licet aliqui dubitauerint, an quando aliquid conceditur sub annuo censu in dubio cōcessio talis sit emphytheotica vel censualis sicut Io.Fa.l. 2. C. de iure emphy. nam prout dixit
13 Pan.in c.constitutus in pen.& vlti. col. † licet census & pensio differant, ita vt cēsus proprie sit illud quod pro censuali contractu præstatur, tamen solet promiscue poni, ita vt non sit considerandum quo nomine nuncupetur illa annualis præstatio, sed qualis fuerit concessio habito respectu ad id quod ex verbis concessionis trāsfertur per notata, ibidem & per Barto.in l. cottem ferro.§.qui maximòs.ff.de publ. Et in disputatione incipien.publicamus quidam & gl.notabilem in l.1.§.1.ff.de super. facit.l.si vno in princi. ff.loca. & l.si olei cum vul.C.eo.& licet ipsa communitas in concessione dixerit ad honorem & magnitudinem principis ac communitatis clarasci. per hoc non sequitur quod voluerint in principem
13 aliquod ius transferre.† quia hæc verba significant præeminētiam & superioritatem ratione iurisdictionis quæ est in principe iuxta l. bene à Zenone.C.de quadr.præscri.non proprij iuris translationem.vt alia verba concessionis ostendunt.

Sed maior fit difficultas super confirmatione principis qui venditionem factā in ipsum Do. Petrum Ambrosium cōfirmauit & iussit ex certa sciētia & de plenitudine potestatis attenta venditione allegata ipsum Do. Petrum Ambrosium recipi loco venditoris. Et concludendum puto talem confirmationē principis non prodesse ipsi D.Petro Ambrosio varijs ex causis.

Primo quia licet à principio hoc à principe impetrasset tamen cōmunitas clarasci contrarium obtinuit reducendo concessionē & confirmationem principis ad terminos iuris
15 communis.† vnde non licuit postmodū dicto D.Petro Ambrosio lite pendente aliquid priuilegium vel contra ius impetrare, vt in Authentico vt in medio litis in principio & per Bart.in l.supplicare in fi.commen.C.vt li. pen.post, glo.ibi Odof.& scribentes tam antiquos quam Modernos, licet aliqui voluerint tale vicium purgari quādo in rescripto adest clausula ex certa scientia, quod pro nunc non examino quia alia vrgentiora adsunt fundamenta pro hac parte.

Secundo quia prout dixit Bart.in l.fin.C.si contra ius vel vtili.in 3.q.cum duabus sequē.
16 §.princeps non potest rescribere contra ius ciuile ex certa scientia quando ex eo priuata ꝑsona læderetur & non modice per l.quotiens. C.de preci.imper.off.aut indistinctè quando aliqua respublica lederetur per d.l.fi.minusq; secundum glo.& Bar.in d. l. quotiens & in d. l.fi.in 2.q. potest princeps tolllere alicui ius dominij & alteri concedere quando publica vtilitas in hoc non verteretur, sed sola eius voluntas, vnde nō potest communitas clarasci, nec alij custodes dicti castri cogi ad acceptandum dictum Do. Petrum Ambrosium, & ei iura vsusfructus & habitationis ꝑ parte quā se asserit amisse, & cuius non tenuit nec tenet alienatio cedendum, eo enim modo non esset in facultate ipsius communitatis disponere de re sua & de illa parte quam habere quærit D. Petrus Ambrosius quam dicta communitas foret magno precio venditura vbi vendere voluisset, quæ ratio militat in alijs custodibus vt etiam ipsi suo iure priuandi non sint iuxta prædicta, & prædicta conclusio est communis quicquid in contrariū reperiatur scriptum vt attestantur Moderni latè examinantes hanc materiam in c. quæ in ecclesiarū de constit. Nec dicatur ꝙ sit modica læsio quod ipse D.Petrus Ambrosius loco venditoris recipiatur, quia vt dixi vēdens cecidit à iure suo, quod fuit acquisitum communitati vel saltem custodibus, quinimo ipsi communitati erat prius offerendum, quod si ad eam perueniat erit magno precio venditura, & ex varietate familiarum quæ in ipso iure custodiæ succederent nemini dubiū quin ius custodię deterioraretur. Ad prędicta facit qđ dixit Bal.
17 in l.1.ff.de const. prin.vbi voluit ꝙ † quando princeps aliquid contra ius & iustitiam concedit intelligitur hoc facere si modica sit læsio, puta parua dilatio vt in d.l.quotiens, nā magna dilatio quantumcunque non concernat ius dominij tamen dicitur magna læsio,
18 vt ibidem traditur, nec obstat si dicatur † qđ superior potest imponere custodes in castro inuito vasallo vt dixit Cy. in l. si ita dominus de vsu & ha.iūctis his quæ ibi dixit Bal.& Bar.

in d.

in d.l.quicunq;.C.de fin.limi.lib. 11.qa istud est verum tempore necessitatis & periculi, vt ibi dicitur alias non, facit ad idem quod dixit Bal.in c.1.§.quid ergo versic.extra nota quod proprietatis &c.de inue.de reg.alie.fa.non tamen potest custodi dare ius in re prout fieret in casu nostro, & d. l. quicunq; non procedit contra eũ qui diu possedit fortalitium, vt per glo.& Bar.ibi licet hæc sint præter casum nostrum, quia princeps non mouetur ex eo quia de custodibus & communitate diffidat & de D.Petro ambrosio magis cõfidat, sed quia sic sibi placeret quod ipse D.Petrus ambrosius attenta sua emptione acceptaretur loco venditoris.quinimmo videtur dicendum per d. l.si ita dominus cum ibi notatis & per Bald.in d. §.quid ergo, quod sicut liceret ipsi communitati ꝑ assecuratione sua apponere custodes in castro prædicto quod etiam habent ex conuentione multo magis prohibere liceat illũ de quo non confidunt & qui est potens ad resistendum ipsi cõmunitati, cui etiam liceret auferre custodiam per dictum commune per nota.in d.l.quicunq; maxime per Bart.

Tertio non potest dici posse prodesse dictũ rescriptum dicto D.Petro ambrosio nam probatum fuit illam alienationem seu emptionẽ nullam & secundum Bart.in l.si constat. ff.de
19 appel.† confirmatio principis etiam ex certa sciẽtia vel de plenitudine potestatis (quod idẽ est) non tenet quando cõfirmans non potuisset ipse actũ facere vt in casu nostro.quia non potuisset quartam partem dicti castri alienare per prædicta, & sic quando est peccatũ tam in persona quæ actum gessit quam in confirmante prout in casu nostro. quia neutra persona est habilis ad substituendum vel saltem allegat Bar.ea quæ dicit Inno.in c.dilectus de elec.facit quod dixit Panor.in cap.dudum de deci.& dicit Gemi.in c.1.in fi.de transactione & in c.Zenomanensem ad fi.56. dist.post rotã
20 decisi.prima đ confir.vti.in nouis ꝙ† cõfirmatio principis quantumcunque ex certa scientia nõ supplet defectũ substãtialitatis & ꝑtãtibus gerẽtis actum falsitatisq;, & similiũ sed solemnitatis tantum, limitans nisi expresse constaret quod interuenisset certa scientia dicti defectus substantialitatis de quo per Fely. qui plura adducit in c.2.versic.leges insertæ ibi & istis adde vsque ad versiculum lex posita de rescri.sed in casu nostro princeps nõ fuit informatus de ipso defectu validitatis alienationis quinimmo D.Petrus ambrosius in suis supplicationibus inferebat valere emptionẽ super qua tam per supplicãtem quam per principẽ factum fuit omne fundamentum ergo &c.

Quarto non potest ipsi D. Petro ambrosio rescriptum principis prodesse, eo quia vt dixi petiit se confirmari loco cuiusdam Ioannis Bedini venditoris de cuius venditione nõ cõstitit nec cõstabit, & vt dixi totum fundamentum principis & ipsius domini supplicãtis est ꝙ ꝑtextu dictæ emptionis ipse D. Petrus ambrosius recipiatur loco ipsius Ioannis venditoris, quem quod plus est non constabat habuisse partẽ aliquam in ipsa custodia, nec esse de his ad quod ius custodiæ spectabat. Vnde non potest non facta fide de venditione gaudere priuilegiis concessionis & subrogari loco asserti venditoris, faciunt quæ dixit. Albe. de Ro.in auth.si quis in aliquo. C.de æden.dũ
21 dixit † quod confirmatio concessionis prędecessoris non prodest si de illa concessione nõ constet maxime per c.1.si Papa de priui. in 6. facit quod voluit Inno. in c. ex parte lo. 1. de priuile.post prin.vbi vult probari causam sine qua alias quis litteras nõ habuisset, & ibidem Abbas, facit etiam, c.quia intentionis eo.tit. & c. cũ dilecta de confir. vti.vel inuti.& quod remissiuæ ac conclusiuæ notãt Moderni in c.
22 constitutus in 1.col.de ref.† ista ergo causa vẽditionis reperitur falsa, ergo vitiatur rescriptũ vt per Cano.in c.sedes & cap.super litteris de rescri.& Bu. in c. exhibita in fi. de iudi.& in l. præscriptione.C.si contra ius vel vtili.pu. per illos tex.& plenè per Fely.in d. c. super literis. Et non fuit facta mentio de iure ipsius communitatis.§.custodum ita vt prout notat Pan. & Moder.in d. c.super literis non sit præsumẽdum principem voluisse eorum iuri deroga-
23 re † in super rescripta impretata per ipsum D.Petrum ambrosium prohibent causæ cognitionem, ita vt sint de falsitate suspecta vt habetur in c.2.vbi te.de rescr.Et cum clausula sit preces veritate nitantur in eis intelligatur vt ibi & in l.vniuersa.C.de diuer.rescri.nõ poterunt illa rescripta etiam habere robur, quia de veritate contentorum in supplicatione nusquam constabit, nec obstant clausulæ motus proprij ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quia cum princeps non fuerit instructus de prędictis iuribus communitatis & consortum castri non præiudicãt, vt voluit Bal.in l.impetrata.C.sen. re. non pos.& Pan. in c.pastoralis. §. præterea de offi. deleg.& in c.ad aures in vlti. col. de rescri. & plenè Pau. de Cast.in cons. 159. incip.quæst.ista vertitur circa finem & Rota in conclud. 112. incipi.
24 Item dicebat.† Venio nunc ad alium articulum scilicet sententiæ validitatem quam dico esse nullam. Primo quia fundata est super rescripto nullo, vt supra fuit verificatum cuius supplicata non fuerunt verificata nec causæ rescripti, quinimmo à mandato in rescripto contento fuit dicessum, nec forma ipsius rescripti, nec mens fuit seruata. Vnde sententia est nulla, c.cũ dilecta, & ibi traditur de rescrip.vbi plene Fely. in 10. col. cum multis seq.in versi, gesta contra formam & c. pisanis de resti.spo.& c.venerabili, de offi.de leg.nec fuerunt

fuerunt admissæ exceptionis ipsius communitatis nec dilationes debitæ & requisitæ concessæ, vt patet ex visitatione processus, quo prętextu sententia etiam non tenet c. Deus omnipotens 2.q.1. cle. pastoralis, & ibi notatur de re iudi, Inno. in c. tua nos de coha. cle. & mulie. per glo. in c. Ecclesia Sanctæ Marię in fi. de constitu. & Inno. & alii. in ca. post electionem de conces. præben. & traditur in c. cum Bertoldus de re iudi. Quinimmo est in certa, quia in ea dicitur quod communitas clarasci teneatur acceptare dictum D. Petrum ambrosium in bonis de quibus in rescripto. quod rescriptum loquitur de bonis venditis per Ioannē de qua venditione non constat nec constabit, ita vt sit nulla. §. curare cum ibi notatis instit. de act. l. 2. C. de sen. quæ sine cer. quam.

25 Ex quo etiam apparet quod ipsa sententia est erronea in iure & in facto, & quod est fundata super falsa causa, scilicet super venditione prædicta, quo casu est nulla Bart. & doct. in l. si is ad quem. ff. de acqui. hære. Cano. in c. sicut de re iud. Item est fundata super rescripto inualido. quo casu etiam est nulla Bal. in c. cū causam per illum tex. de re iudi. & quod habetur in ca. cum venissent de eo qui. mit. in pos.

26 causa rei ser. † ita vt non potuerit dicta sententia tanquam nulla dici transiuisse in rem iudicatam glo. & Bar. in l. C. quando prouo. nō est ne Bart. in l. si expressim. ff. de appell. re. Et certi iuris est quod exceptio nullitatis etiam vbi non foret appellatum impedit executionem l. 4. §. condemnatum cum ibi plene notatis. ff. de re iud. Illud saltem verum est quod quia nō fuit probatum nec verificatum quid & quantum deberetur prætextu venditionis allegatæ, nec de ipsa vēditione fides facta, nec de iure Ioannis Bedini vt asseritur venditoris

27 sententia sit iniusta & contineat euidentem iniquitatem, quæ habet effectum nullitatis iuxta notata, in l. 1. de erro. aduo. & in l. 1. C. quæ sen. si. ap. rescin. per Alex. in l. ex diuerso. §. 1. ff. sol. ma. & Bar. Alex. & Areti. in l. si is ap. quem. ff. de acqui. hær. Ant. de But. in ca. 1. de

28 renun. & Pan. & Cano. in c. 1. de re iud. † Quę sententia omni nullitate postposita est per appellationem suspensa, quo casu non licuit venire ad executionem siue appellatio admissa fuerit siue non l. si cuius & l. sciendum. ff. de appel. reci. & l. 1. vbi Bar. ff. nil. no. ap. pen. Cano. in ca. non solum de appel. de cuius appel. receptione cognitio spectat ad iudicē ad quē secundum glo. & Bart. in d. l. 1. Et est aduertendum, quia prout dixit Bart. ibidem in vltima,

29 q. † iudex à quo non mandat sententiam executioni nisi parte citata ad oponendum quicquid velit quare executio fieri non debeat, qa si non fecerit fidem de prosecutione, & spedimento poterit legitimæ executio fieri, nisi vt dixi obstet nullitas vt probatur. C. de tem. ap. l. fi. §. illud & dicit Bar. esse expressum in l. si cō tra maiorem. C. de appella. vbi dicit tex. debere liquere iudici de negligentia appellātis in

30 prosequēdo appellationem. † sed liquere nō potest nisi parte citata ergo &c. idē dicit Bart. ibidem ante lapsum biennij vt non debeat fieri executio parte non citata licet lapsus sit annus auth. ei qui. C. de tempo. ap. quod etiam tenet Pano. in c. ex ratione in vlt. col. de app. & est communis sententia quam sequuntur ibi Moderni, licet vbi non fuisse appellatum aliquatenus posset dubitari postposita sententiæ nullitate, an posset parte nō citata fieri executio vt dixit Bar. in l. à diuo pio. §. in vēditione. ff. de re iudi. vbi Alex. in 12. col. volens qđ plus est ꝙ si appellans renunciasset appellationi adhuc esse citandus dummodo non renunciasset coram iudice exequente per ea quæ dixit Bal. in rep. l. tale pactum. §. qui prouocauit de pactis, subdit ibidem Ale. in col. seq. quod si victor cum auctoritate iudicis qui tulit sententiam apprehendat possessionem parte nō citata per viam executionis & auctoritate rescripti, perdet ius suum per l. meminerint vbi etiam Bar. C. vnde vi. idem dicit Barto. in d. §. in venditione. solet tradi in l. iuste. ff. de acq. poss. Et alio ex capite non licet talia rescripta impetrare per l. fi. C. si per vim vel alio modo. Et taliter missi dicuntur spoliatores adeo vt alia pars contra quam fit missio tāquam spoliata sine aliqua exceptione sit restituēda, multo ergo magis potest fieri resistentia, & non tenetur quis tunc parere iudici vt infra dicam.

Quinimmo verba rescripti per D. Petrum Ambrosium penul. loco & vltimo impetrati licet sit viciosum, vt prædixi expresse sonāt qđ Spectabilis Do. Vicarius facere vt syndici & consilium clarasci acceptarent D. Petrū ambrosium, non autem. quod sine eorum requisitione & conclusione ipse solus D. Vicarius induceret in possessionē, & sic vt dixi non fuit seruata forma rescripti vt prædixi inde nō tenuit ipsa executio quæ stantibus supradictis omnibus fundamentis etiā non tenet. ac alio ex capite quia incerta fuit & de rebus incertis vt ex tex. in l. 3. §. incertam. ff. de acqui. pos. qui tex. manifeste demonstrat quod etiam si fuisset per communitatem obtemperatum Spectabili Domino Vicario nihilominus nulla fuisset missio tanquam incerta ratione loci vt ibi traditur, & est aduertendū quod in missione non fuernnt discussa bona Ioannis asserti venditoris si quæ habuit. sed dicebatur mitto te in possessionem istorum bonorum quæ asseruntur esse de illis, nec loco nec quota specificatis. Redeundo ad propositum non video quomodo appellatio possit dici deserta. nam considerato tempore concessionis rescripti à quo incipit currere primum fatale c. super eo lo. 2. cum ibi traditis de appel. & notatur

tatur in l. præses. C.eo.titu.intra annum pars
fuit protestata de impedimēto iudicis seu Ma
gnifici domini Requæstarū contra iudicis de-
legati qui cum Illustrissimo Principe nostro
erat in loco Nouariæ, & qui demum licet ex-
pectaretur uenturus ad ciuitatem Asten. per
aliam viā profectus fuit in galliam. quo casu
vt volunt Docto. magis communiter in c. ex
ratione,de appel. & in authentica ei qui & in
authentica, item si appellationem.C.de tem.
ap.non currit tempus ipso iure,vel saltem se-
cundum fatale à iure cōceditur,maxime ubi
fuit protestatū , prout plenius per Modernos
in d.c. ex ratione circa quintum impedimen-
tū. Audio quod circa hoc sit difficultas, quia
rescriptum quod per communitatē loci Cla-
rasci fuit impetratum in causa appellationis
censetur suspectum de falso,habeatur pro nō
impetrato. sed miror de hoc quia falsitas ip-
sius non est detecta. quæ per visionem & inspe
ctionem originalis deprehendi poterit.c. ac-
31 cepimus & se.de fi.instr.† nec currunt fatalia
pendente cognitione super incidēti vsq; quo
fuerit declaratum vt notatur maaimè per Mo
dernos in c.dilecto,de appel.per Bal.in l.con-
tra maiores.C.de inoffi. testa. & in d.c.ex ra-
tione per Fely.& per Cu.in d.l.si expressim, fa-
cit cle.quam diu,eo.ti.de appel.& auth. si ta-
men cum ibi traditis.C.de tem.ap.Et cogni-
tio talis falsitatis spectat principi vt traditur
in cap. 2. de rescri. & quod plus est consuluit
Pau.de Castr.in consil. 21.in 6. colum. quod
dum disputatur super desertione appellatio-
nis non currunt fatalia, quia articulus inci-
dēs dū disputatur & anteqam terminetur im-
pedit cursum fatalium, ita vt ex sequestratio-
ne rescripti tanquam arguti de falso dicendū
sit impeditum esse cursum fatalium. Vnde ra
tione impedimenti iudicis & hac alia ratione
non est facienda vis super desertione,quæ cō-
munitati Clarasci alio ex capite nō potest ob-
32 esse. † nā sicut minor restituitur aduersus de-
sertionem appellationis secundum Bar.Bald.
& doct.in l.præses.C.de appel.& in l.1.C. si sæ
pi.in inte.re.po.& in l.fi.C.de tem. in inte. re.
pe.l.ait prætor.§. item si non & ibi Barto.ff.de
33 mino.Imol.in c.1.de resti.in inte. † sic & res-
publica seu communitas Clarasci.l.respubli.
& quod ibi dicit Bart.& communiter doct.re-
probata glo. C. ex qui. cau.maio.Bald.in l.1.
C.etiam per procu.causam resti. &c. Spec. in
titu.de resti.in inte.§.1.vers.quoq; & vers.seq.
& ibi Io.An.in addi.& hanc opinionem atte-
statur communem Pau.de Cast.in consil.313.
incip.vt bene attingatur,in quibus locis tradi
34 tur,† quod quibus casibus restituitur minor,
eisdem & vniuersitas vel villa.
35 Ad vnum etiam est aduertendum† quod exe-
cutio & missio in possessionē male fiebat con
tra Michaelem Bedinum qui non fuerat cita-
tus & cum quo non fuerat litigatum,secun-
dū veram opinionem quā attestabatur Alex.
in l.peregre.§.quibus in fi.cōmen.ff. de acqu.
poss. & in d.l.à diuo pio.§. si super rebus in fi.
commen.ff.de re iudica.vbi voluit quod hoc
nō obstante possessione nō priuatur,quinim-
mo licet ei propria auctoritate hoc non ob-
stante ingredi , & sic multo magis venientem
iudicem non admittere. Sic itaq; licuit nō pa
rere Spectabili D.Vicario exequenti,quia in-
iuste exequebatur & minus legitimè , nam vt
dicit Bar. in l.prohibitum per illum tex.C.de
36 iure fi.† officiali iniustè exequenti licet de fa-
cto resistere,facit ad idem, l. deuotū,de meta.
lib.11.per Cy.in l.1.C.vnde vi.post gl.ibi, vbi
etiam Bal.in 8.col.in 12.q.secūdæ prin. Guil.
de Cu.& doc.in l.vt vim.ff.de iusti.& iu. doc.
in c.dilecto,de senten.excōmu.in vi.& in glo.
in l.non videtur.§.qui iussu.ff.de reg. iur. nec
pro fuit agere auctoritate rescripti,principis,
quia forma & mens rescripti non seruabatur.
Item quia licebat prætendere ignorantiā exi-
stentibus in possessione, quibus non fuerat fa
cta intimatio,& qui non fuerāt citati.d.l.,phi-
37 bitium . † Et secundū cōmunem sententiam
& conclusionem quando iudex manifeste fa-
cit quid iniustum , ac minus rite etiā si faciat
exercendo officium licet ei de facto resistere,
d.l.prohibitum cum ibi traditis per Bar.& no
tatur in locis præallegatis; multo ergo magis
licitum est ei non parere. vnde in casu nostro
stante prædicta executione & missione in pos
sessionem euidenter iniusta,licuisset resistere
ergo & non parere. Vnde succedit quod com
38 minatio & impositio mulctarū est nulla† quia
quod fit legitimè seu lege permittente pœnā
non meretur.l.graccus.C.de adult.plus dico
secundum Bar.in d.l.prohibitum,quod si fuis
sent aliqui amici & cōplices qui præstitissent
auxilium vt missio in possessionem impedire
39 tur non incurrissent pœnam , † quia possunt
amici auxiliari oppressis vt ibi per eū, de quo
etiam per Bal.in d.l.1.C. vnde vi quod maxi-
me verū est vt non valeat dicta impositio mul
40 ctarum,quia† quælibet causa etiā iniusta ex-
cusat à pœna & contumacia, vt pulchre ad ꝓ-
positum dicit Pau.de Cast.in l. 1. §. is videtur
in 1.col.cum seq. vers. & breuiter collige per
glo.magnam in ver.fi.eiusdē l.ff. si quis iusdi.
non obtem. facit l. si plagij cum ibi notatis ꝑ
glo.C.de plagi. & l. igitur. ff.de li.causa & q̄d
notat Bart.in l.1.§.hoc autē. ff.si quis te.li. es.
41 ius.fue.† Et etiā ad hoc vt quis mulctari pos-
sit vltra prædicta requiritur quod præceptum
sit iustum,nam si foret euidenter iniustum po
test impune sperni & nō mulctari, vt vult Bar.
in d.§.is videtur in vlt.col.in secunda opp.fa-
cit l.2.& 3.ff.ne quis eum &c.& glo.in d.§. q̄d
iussu.subdit Bar.vbi supra paulò post,quod ita
demum si sit inexcusabilis contumacia quis
est pu-

est puniendus. & cum hac sententia transeũt Moderni in d.§.is videtur, addentes quod qñ in præcepto adesset pęna insolita impunè nõ paretur iudici, & contumax non punitur, per singulare dictum An. ad hoc propositum in l.fi.C.de cano.largi.lib. 10. Ex quibus sequitur. quod quia executio erat euidẽter iniusta ex rationibus præallegatis, & mulctæ excessiuæ, ac contra l.fi.C.de mõ.mul. licuerit syndico communitatis loci Clarasci spernere p̃cepta & impositiones mulctarum Spectabilis Domini Vicarii minus legitimè exequentis, sine metu solutionis ipsarum mulctarum, in cuius syndici potestate nõ erat facere ea quæ ei iungebantur si voluisset, & multo magis licuit Michaeli ac cæteris qui ius suum non tãtum cõmunitatis defensabant, & quibus sententia per ipsum D. Vicarium lata non poterat præiudicare, qui quoniã processit ad actũ executionis, non obstante inobedientia ipsorum mulctatorum mulctare non potuit vt dixit Pau.de Cast.in d.l. 1.§.is videtur in 2. colũ. quem sequntur ibi Moderni. & alia obstant mulctis quæ infra dicam. ex quibus sequitur quod Ioãnes Leuinus citatus vt personaliter postmodum compareret ad informandũ ipsum Spectabilem D. Vicarium de nonnullis tangentibus interesse cameræ fiscalis non potuerit condemnari in pœnam ducatorum L.

42 † & hoc alia etiam ratione quia iura volunt quem non posse mulctari ob contumaciam nisi sit verus contumax, & sic ter citatus vel peremptorie. vt dixit Pau.de Cast.in d.§.is videtur in d.ver. & breuiter, quem alij ibi sequũtur. & est aduertendum quod illa condemnatio & declaratio mulctarum nõ valet alio respectu, quia cum iste citatus foret syndicus communitatis loci Clarasci, qui est magnus locus & in quo multa sunt agenda & gereret officium publicum non fuit citandus, nec tenebatur comparere, vt habetur in l.1. ff. de in ius voc. & facit l.contra pupillum.ff.de re iu. maximè quia constabat Spectabili D. Vicario, ipsum esse syndicum vt apparet ex processu, qui syndicus ex notoriis impedimentis, & celeritatem exigentibus scilicet fortificationis loci & constructionis ac reparationis męnium ex mandato Principis, & eius vices gerentis, erat & adhuc est impeditus, vnde successit tum ex hoc impedimento męnium tum ex aliis circa suum officium versantibus ꝙ ipsa citatio quia iudici de impedimento constabat fuit nulla aut saltem non affecit ipsum syndicum impeditum, & qui per procuratorẽ exposuit impedimenta, per ea quæ notat Bar. & scribentes post eum in l.quæsitũ.ff.de re iu.

43 volentes † ꝙ ad hoc vt valeat sententia tenetur iudex excusatori alleganti impedimentũ qui se offert probaturum dare terminum ad verificandum illud, quod minimè factũ fuit. ad quod faciunt notata per Pano. & Cano.in c.querelam, de procur. vbi Panor. dicit post Bart.in d.l.quæsitum, quod aut fuit missus excusator qui obtulit se fidem facturum de legitimis impedimentis, & non fuit admissus, nec datus fuit sibi terminus ad probandum, & sententia est nulla ipso iure, aut nõ fuit facta oblatio de veristcando legitima impedimenta, & valet sententia, sed admittitur ea nõ obstante impeditus ad illa verificanda quibus ꝓbatis, remedio resti.in integrum sententia rescinditur. est ergo in casu nostro propter oblationem probandorum impedimentorum nõ admissam; declaratio mulctarum ipso iure

44 nulla. † quinimmo secundum quod pulchre declarat D.Maria.Soci.in tracta.citatio. in 5. articulo prin.in 28.quæstione, vbicunque impeditus citatur personaliter compariturus citatio est ipso iure nulla, ita vt cõsequenter nõ cõnstituerit citatos in contumacia tanquam inualida, ꝑ gl.in verbo venire in c.de causis,

45 de offic. dele. quæ vult ꝙ † citatio nostra fuit inualida alio respectu, quia talis modus citãdi generalis non modo est reprobatus à iure, sed etiam per decreta dominicalia tali citationi expresse obuiantia. & est aduertẽdum, quia causa inserta in citatione scilicet pro informando Spectabilem D. Vicarium citantẽ de nonnullis tangentibus interesse cameræ Ducalis, non erat talis vt teneretur personaliter comparere aliquis ex citatis, quia vt ipse Spectabilis D. Vicarius fuit attestatus cuius iuramento quo ad hoc obtulit se paratum stare Ioannes Leuinus erat solum ratione mulctarum vt ipse Ioannes postquam venisset perso-

47 naliter detineretur. † quo casu non tenebatur personaliter comparere vt per gl.& notata in c.1.de iudi.in 6.& in d.c.querelam & quæ ha-

48 bentur in l.fi.C.de procu. † nec ad locum nõ tutum.cle.pastoralis.§.pisana, de re iudi. c.accedens. vt lit.non conte.glo pen.in cle. appellanti, de appel. cum concor.ibidem allegatis, & quod habetur in c.de cętero, de sen.excommu.insuper est aduertendum, quia idẽ Ioannes Leuinus in prima sententia fuit condemnatus, tam propter inobedientiam quam propter periurium de quo periurio nõ fuit factus processus nec data defensio nec citatus ad sententiam audiẽdam super eo, vnde clarum est quod fuit nulla per ea quæ habetur in l. 1. C. de execu.rei iu.cle.pastoralis, de re iud.& in l. de vno quoq;, in prin.ff.de re iud.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

MOTIVA CONTRA MAGNIFICOS Dominos de Scarampis quod videantur teneri ad Ducale subsidium à Ciuitate Asten. postulatum.

CONSI-

CONSILIVM LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Concessum per literas vel priuilegium domini potest reuocari.*

2 *Interpretatio fieri debet, ne rescripta inuicem repugnent.*

3 *Exemptio non debet in aliorum præiudicium interpretari.*

4 *Priuilegium taliter interpretari debet, ne tertij præiudicium concernat.*

ET Primo quia impositio fuit facta per Ducalẽ Excellentiã per modum suffragij, quã videtur potuisse imponere, vt per dominum Præcep. nostrum Iacobũ de Sãcto Georgio in tra. de homagiis 12.& 14.col. Et agentes pro ciuitate ꝑ posse renitebant non obstantibus priuilegiis nostris quæ sua Excellentia nondũ confirmauerat. Secundo quia sua Excellentia imposuit onus subsidij ciuitati & patriæ seu dominio Astensi, in qua patria & dominio castra ipsorum dominorum de Scarampis continentur, vt demonstrat eorum sentẽtia lata per dominos Ioan. And. Bicardum de Salice. & Ioã. Cald. seu cum eius procuratore, & hoc cantant litteræ Excellentiæ Ducal. dicẽtes quod sunt de territorio Astẽ. esto quod non sint de iurisdictione & posse seu finibus ciuitatis pro ipsis castris quæ habent proprios fines &c. & tãto magis quia cum ciuitas haberet directũ dominiũ super ipsa castra & ipsi domini vtile translata ciuitate in principẽ ipsi veniunt accessoriè, & cum sua causa vt probatur in ipsa sententia non autem veniunt vt separati.

Tertio quia Excellentia Ducalis expresse declarauit se velle quod ipsi domini de Scarãpis tenerentur ad nouã seu ipsam impositionem subsidij requisiti à ciuitate & patria Ast, pro rata vltra concurrentem summam eius
1 quod soluerent, † nam certum est quod superior potest reuocare quod cõcessit per literas suas vel priuilegium, vt latè notatur in c. 1. de proba. & in proposito per Soci. in l. si ex toto in prin. ff. de lega. 1.

Quarto non videtur Excellẽtia Ducalis cõtrauenire literis per eam concessis ipsis dominis de Scarampis, quia pro eo quod soluerũt Ducali Excellentiæ non grauantur in impositione facta ciuitati & patriæ Astensi, sed in eo quod excederet ista secunda impositio incluso eo quod soluerunt. nihil enim differt in effectu, an per nouam requisitionẽ subsidii, an ꝑ augmentum prioris onus imponatur, vnde si literę concessæ ipsis dominis de Scarãpis non haberent impedire quominus noua impositio fieri nõ potuisset vt ex eis patet; pariter nõ habent impedire quominus sua prior impositio augeatur. Et hoc demonstratur in conclusione ipsarum literarum, dum Excellẽtia Ducalis dicit quod non teneantur contribuere cum ciuitate, quasi velit quod pro eadẽ summa debeant bis soluere, primo vt vasalli, secũdo simul cum ipsa ciuitate. & est aduertendũ, quia non dicit cum ciuitate & patria seu cum ciuitate & vasallis, vnde secundæ literæ declarant personas potius quam corrigant. Et hoc esse videtur æquum.

2 † Quinto debet fieri interpretatio ne ipsa rescripta inuicem repugnent, c. inter dilectos. §. cæterum cum ibi notatis, de fi. instr. Bart. in l. scripturæ. C. de fi. instru. Alex. consi. 121. incipiente visis 1. col. 5. volu. & sic erit sensus vt primæ litteræ eximant eos pro summa quam soluerunt, prout dicunt secundæ litteræ, & sic quod nõ teneantur bis pro eadem summa cõtribuere, alias literæ primæ essent in præiudicium tertij cõcessæ, videlicet ciuitatis & aliorum de dominio, quod non est præsumẽdum fuisse de mente principis. l. 2. §. si quis à princi
3 pe. ff. ne quid in loco pub. † Et ꝙ exemptio nõ debeat in aliorum præiudicium interpretari latè notat D. Ias. in l. auus, 3. col. ff. de pactis, & tanto magis non præiudicat ex quo est reuocata, præsupposito ꝙ esset in prejudicium tertij concessa, vt ibi per eum post Imol. in l. ab
4 omnibus ibi allegata. † Et hoc est generale vt rescripta vel priuilegia sint taliter interpretãda, ne concernant præiudicium tertij, vt per D. Ias. in l. fi. 4. & 5. col. de consti. prin.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

CONSILIVM LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Pater filiam etiam diuitem dotare tenetur.*

2 *Iuramentum facit ualere actum omni meliori modo.*

3 *Socer non tenetur nisi inquantum facere potest.*

4 *Iuramentum obligat præcisè ad factum & promissionem.*

5 *Iuramentum tollit exceptionem contrariam.*

6 *Iuramentum quod seruari potest sine interitu salutis æternæ, obseruari debet.*

7 *Iuramentum legi positiuæ non est subiectum.*

8 *Iuramentum tollit exceptionẽ deductionis ne egeat.*

9 *Bona alodialia & libera præsumuntur.*

10 *Bona q̃ ꝓhibent alienari an ꝓ dotibus sint obligata.*

OMNIPOTENTIS Dei, & gloriosæ virginis Mariæ inuocato suffragio. Viso instrumento iurato dotis constitutæ per Magnificum Do. Perciuallum Rotarium cõdominum Pleiæ &c. Magnificæ D. Annæ eius filiæ & promissæ Magni-

Magnifico D. Perciuallo condomino Montiselli in casum secuti matrimonij cum dicta D. Anna, quod secutum fuit & consumatum;
1 † nulla occurrit difficultas quominus dotis ꝓmissio valuerit, cũ pater ex officio teneatur filiam etiam diuitem dotare. Et posito quod filia habert aliunde bona q̃ pater administraret, & contingeret patrẽ dotem excessiuam ꝓmittere, nihilominus valeret cõstitutio & teneretur pater tradere, ac intelligeretur ꝗ̃ suomet promisisse ẽt in summa excessiua, secundum Bald. in d. l. fi. quod instrumentum cum sit iuratũ multo magis valet & maioris est roboris, † quia iuramentum facit actum valere
2 oĩ meliori mõ quo põt. l. cũ pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. 2. & ibi Bar. & in l. ex hac scriptura in 2. col. in fi. ff. de dona. Bart. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obl. cũ cõcor. Nunc aũt dubitatur, an possit fieri executio contra D. Perciuallum socerum insolidum de dictis dotibus.

Circa quod concludo quod si præsupponimus ipsum D. Perciuallum habere bona vltra summam dotis prædictæ quæ sufficiant ad eius alimenta, & tunc res sit clara, vt non pos-
3 sit aliquid excipi, † maxime quod socer non possit exigi nisi inquantum facere potest deducto ne egeat, iuxta l. sicut. ff. de re iudi. cum ibi notatis & nota. in l. ex diuerso in princi. & in l. rei iudicatæ. §. socera. ff. sol. mat. & hoc vt dixi intelligitur deducto ne egeat, idest quod commoda habeat alimẽta iuxta plene nota. per Bal. & docto. post Iac. de Are. in l. si maritus. ff. eo. tit. solu. mat. circa quod considerantur quicunq; redditus ipsius D. Perciualli, & etiam artificia qui cũ sit vnicus & ditissimus poterit cõmode & more Nobilis viri viuere etiam si minus haberet ducatis decemillibus quam habeat. & hoc habent arbitrari Spectabiles domini Cõpromissarij, facit l. in condẽnatione. ff. de reg. iur. Plus dico qđ attento iuramẽto apposito in cõtractu & ꝓmissione iurata de obseruando contenta in instrumento
4 nõ possit fieri talis deductio ne egeat, † cum iuramentum obliget præcisè ad factum vel ꝓmissionem. c. querelam & ibi Butri. ne præla. vi. suas, gl. singularis in l. si pecuniam in prin. ff. de condi. ob cau. Bald. in l. 1. in 7. col. C. de sen. quæ pro eo quod interest, vers. modo quero de aliquibus, Bal. in l. sed & hæc. §. pretor. ff. de procu. & in prælu. feu. in 6. col. Ang. in l. si conuenerit. ff. de iuris. omn. iu. & ibi etiã Pau. de Cast. & Moderni Inno. Butr. Pano. & Imo.
5 in c. veniens, de iureiur. † Item quia iuramentum tollit exceptionem cõtrariam, c. debitores, de iureiur. notãt doct. in c. ad nostram, eo.
6 titu. Imo. in l. si hæred. ff. de cõdi. & dem. † debet enim iuramentum seruari quando potest seruari sine interitu salutis æternæ, vt in regula iuris non est obligatorium, de regu. in. in 6. facit c. quamuis, de pactis eo. lib. & c. licet mu-
7 lieres, de iureiur. etiam in 6. † nec enim iuramenta sunt subiecta legi positiuæ cum dirigãtur in Deũ, d. c. debitores & c. si Christus, eo. tit. facit c. 1. de reg. iur. & c. cum esses, de testa.
8 † Stare ergo videtur cõclusio quod socer possit exigi pro dotibus promissis non obstante exceptione deductionis ne egeat, posito ꝙ essemus in tali casu propter iuramentũ, quãuis vt dixi ex aliis redditibus rerum feudaliũ possit Do. Perciual commode more nobilis viuere. Nunc alia posset insurgere difficultas, an si D. Perciual vellet dicere quod omnia ꝑdia etiam rustica quæ habet sint feudalia, ita præsumatur. & concludo breuibus quod nõ,
9 † quia bona præsumuntur allodialia, & non feudalia vt notant Hostien. & Io. An. in c. fi. in verbo respondet, de iud. & in c. nimis, de iureiu. Io. Andr. in addi. Spec. in tit. de feu. § quoniam ver. 21. in addi. incipien. cessante &c. notat Bal. in c. 2. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & in c. 1. in principio, de controuer. inue. & in l. libertas. ff. de stat. ho. Et posito quod essemus in casu in quo non essent nisi bona feudalia possent capi fructus feudorum imò secundum plurium doct. sententiam capi possent ipsæ proprietates rerum feudalium vsq; ad summam dotium, quem passum non possum examinare propter temporis breuitatẽ.
10 † Tertio occurrit difficultas, an pro dotibus Magnificus dominus Continus possit habere recursum ad bona quæ prohibeãtur alienari. & dicendum quod sic, maximè attenta hypotheca facta de bonis in instrumento dotali, & quæ præsumitur, iuxta l. 1. §. 1. C. de rei vxo. act. per tex. notabilem in l. creditoris. ff. de distrac pigno. & quod notatur in consilio 103. in consiliis domini Ioan. de Ana. maxime in addi. circa quod possem plura allegare & ita alias in facto obtinui.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Albertus Brunus.

Nobilis qui registrauit vel emit de prædiis registratis an sit immunis virture statuti superuenientis cõcedentis nobilibus immunitatẽ.

Et an appellatio suspendat statutum factũ super executione talearum post interpositam appellationem.

CONSILIVM XC.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas superueniens non prodest, nec se extendit de iure communi ad bona iam registrata.*

2 *Obligatus ad onera pro bonis registratis non potest postea se eximere.*

3 *Statutum an trahatur ad casus præteritos pendentes per viam appellationis.*

4 *Iudex appellationis tenetur iudicare secundum ius quod in prima instantia vigeat.*

VISO Statuto loci Tilij ab Excellentia Marchionali confirmato, & nuper edito quod est vltimum in ordine disponente, ꝙ omnes & singulæ personæ cuiusuis gradus & cõditionis existant habentes & possidentes prædia super finibus Tilij quæ fuerint & sint registrata in registro Tilij debeant soluere taleas & onera pterita. Contingit dubitari, an ille qui registrauerat prædia & postea factus fuit ex dominis dicti loci teneatur ad solutionem talearũ præteritarum, & maximè temporis quo reperitur fuisse ex dominis dicti loci.

Circa quod breuiter dicendum puto talem Nobilem teneri ad taleas pro prædiis ante re-
1 gistratis, tum quia † immunitas superueniẽs non videtur secundum aliquos prodesse nec se extendere de iure communi ad bona iam registrata, vt per Alex. in consi 145. incipiente quoniam abunde in fi. consil. 2. volum. & Bal. in authẽ. sed periculum. C. fine censu, vel rel. Tum etiam quia istemet Nobilis est ille qui
2 registrauit, † quo casu se obligauit ad onera re gistrando, vt dicit Bald. in d. auth. sed periculũ & Bar. in l. incola cum concor. ff. ad municip. adeo qđ non possit vel potuerit se eximere ab obligatione iam contracta, per prædicta & notata per Barto. in d. l. incola, facit. l. sicut. C. de act. & obliga. & tanto magis quia iste Nobilis fuit condemnatus soluere ante statutum conditum, nec prodest remissio facta filiis per istũ qui registrauit in præmium emancipationis per prædicta, videlicet quia fuerunt ipsa bona affecta oneribus ex registratione iam facta, & quia non prodest immunitas superueniens.
3 † Et quia posset vlterius dubitari, an ex quo iste Nobilis vt supra soluere cõdemnatus appellauit ad Excellentiam Marchionalem, liceat vti beneficio dicti statuti postea facti in exequẽdo auctoritate propria taleas, quasi videatur obstare appellatio, & illud quod dici solet quod statuta non trahantur ad casus præteritos pendentes per viam appellationis, vt per Bar. in repe. l. omnes populi in 2. q. quintæ principalis, ff. de iusti. & iure.

Ad hoc respõdetur tripliciter, & primo ꝙ ideo statutum superueniens non trahitur ad
4 causas per appellationem pendentes, † quia iudex appellationis debet iudicare secũdum ius quod vigebat in prima instantia, vt declarat Fely. in c. quoniam alias fi. 5. col. versic. limita tertio, de consti. & attenta hac ratione tẽpore primæ instantiæ quæ vigebat eius commune iste Nobilis de iure communi erat obligatus ad taleas vt supra fuit demonstratum, & ideo nõ prodest sibi pendentia appellationis. secundo respondetur quod istud statutum cũ non inducat obligationem de nouo dicitur declaratorium iuris communis quo casu trahitur etiam ad causas per appellationem pendentes vt per Fely. vbi supra ibi, Nam intellige &c. & in 8. col. in fi. ibi, excipiũtur ab ista &c. & tanto magis hoc procedit, quia sẽtẽtia in prima instantia fuit contra istum Nobilem lata. tertio videtur quod pro aliis annis pro quibus ille Nobilis non fuit conuentus non dicitur causa per appellationem pendere & nõ læditur Excellentia Marchionalis virtute huius statuti propter appellationem coram ea pendentem vel coram suo Magnifico consilio aut aliquo delegato, ex quo consensit statuto & illud confirmauit.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

Motiua an dominus terræ qui tenetur contribuere in collectis pro rebus confiscatis teneatur si res confiscatæ in homines subditos alienentur demum per dominum emantur.

Et si domino debeant vendi carnes minus duobus denariis pro libra, de quibus denariis intelligemus, an de his per quos solidi æstimantur, an de aliis.

CONSILIVM XCI.

SVMMARIVM.

1 *In collectis mutata persona mutatur status rei.*
2 *Cessante causa oneris vel priuilegij, cessat onus vel priuilegium.*
3 *Mutatione personæ onus vel priuilegium mutatur.*
4 *Res pphana reuersa ad Ecclesiã eximĩ à collectis.*
5 *Incola factus monasterij conuersus, non tenetur ad collectas quas antea pro rebus suis soluebat.*
6 *Forensis an possit collectari.*
7 *Prouisio in vnum casum extenditur ad alium similẽ in contractibus.*
8 *De quibus denariis intelligatur, quando domino carnes vendi dicunt, minus duobus denariis pro libra.*
9 *Verba secundum subiectã materiã sunt intelligẽda.*
19 *Pecunia quæ sit in obligatione consuetudo inspicitur.*

QVOD Magnificus D. Continus non teneatur ad collectam rerum primo confiscatarũ, & demum alienatarum & postmodũ per D. Continũ emptarũ stãte cõuentione ꝙ pro rebus confiscatis castrũ seu domini debeant diminuere de censu.
1 † Facit tex. in l. 1. cum ibi notatis. C. de imponenda lucratiu. §. res descriptione, lib. 10. dum ibi circa finem dicitur & notatur quod si res quæ veniunt ad aliquem titu. lucratiuo ex hoc sint obligatæ ad onera si contingat eas alienari & demũ ad eundẽ redire tit. oneroso non

non erũt amplius obligatæ ad onera. Facit qa
2 † cessante causa oneris vel priuilegij cessat onus vel priuilegium vt per Barto. in l. Ticia. §. vsuras per illum tex. ff. de lega. 2. & notata per Alex. in l. si cum dotem. §. si maritus, 3. colu.
3 ff. solu. matr. † sic etiam dicimus quod mutatione personæ mutatur onus vel priuilegiũ, vt per Bar. & alios in l. Paulus respondit. ff. de acqui. hære. iunctis notatis per gl. in l. incola. 2. ff. ad muni. & per Bald. in l. placet. C. de sa-
4 crosan. eccle. dum dicunt quod † si res prophana solita soluere collectas deueniat ad Ecclesiam vel conuersum, est ex empta à collectis, & prædicta latius declarat Alexã. consilio 35. incipien. viso processu penult. colum. quarto volum. dicens quod in collectis mutata persona mutatur status rei.

Quod procedit non obstante quod dominus Continus dici non posset dominus castri tempore emptionis, quia attenditur qualitas superueniens tempore tractatus de talea imponenda seu soluenda, per tex. & glo. in d.
5 l. incola. 2. vbi glo. dicit, quod † postquam qs factus est conuersus non tenetur amplius ad collectas quas antea pro rebus soluebat, facit etiam lex prouidendum cum ibi notatis. C. de decurio. libro decimo.

Vnde si consideremus ius commune quod non patitur, vt domini possint à subditis pro eorum rebus grauari collectis, sed vult totũ contrarium. D. Continus est exemptus à contributione census pro rebus prædictis quę amplius non tenentur tanquam confiscatæ, siue consideremus etiam naturam contractus, & eo maximè, quia in contractu adest clausula quod domini ꝓ rebus emptis ab hominibus non teneantur contribuere, quæ clausula fortius videtur operari quando quis emit à forē-
6 sibus, † qui minus possunt grauari collectis, & qui non sunt de iurisdictione communitatis argumento aut. & multo magis. C. de sacrosa. eccle. & l. in suis cum ibi notatis. ff. de libe. & posthum. & secundum Bart. in l. gallus. §. & quid si tantum in 2. colum. ff. de libe. & posth.
7 † prouisio enim in vnum casum extenditur ad alium similem etiam in contractibus per l. fi. in princip. ff. manda.
8 † Quo autem ad denarios qui debent minus solui per dominos quam per alios, videlicet duo pro libra carnium, multa me mouēt quod debeamus intelligere de denariis quorum nouem faciũt vnum quartum grossi. & non de denariis per quos ęstimatur libra Astēsis, sed per quos æstimantur solidi quorum viginti faciunt libram. Et primo moueor quia illi denarii non reperiuntur, vnde debemus intelligere de denariis qui sunt in vsu, & quando reperirētur deberemus intelligere de magis vsitatis vt per Zaba. in cle. si beneficiorum duodecima quæstione, de deci. post gl. Lau. & Pau. de Leaza. & hoc etiam ibi vult Petr. de Anchar. in penul. quæst. & Hostien. in titu. de censi. §. ex quibus in principio. Et fortius me mouet, quia libra carnium est consueta æstimari per denarios quorum nouem faciunt
9 quartum, vt de se patet † & verba sunt intelligenda secundum materiam subiectam. l. si in
10 vno principio cum vul. ff. loca. † & inspicitur talis consuetudo in dignoscenda quæ pecunia sit in obligatione vt per Hostien. vbi supra & per Bar. in l. semper. ff. de reg. iur. notatur per Oldr. consi. 158. in principio cuius verba tacito auctore iuxta solitum refert Io. An. in addi. Spec. in rubrica de conces. præben. vltima colum. per Alexan. consil. 21. incipiente circa primum vbi vltra prædicta dicit etiã attendi consuetudinem personarum contrahētium quæ semper fuit æstimare libram carniũ per dictos denarios quorum quatuor faciunt libram. & illa decisio quod intelligatur facta promissio de minore pecunia seu minima ꝓcedit in dubio, & cessantibus cõiecturis in cõtrarium secundum Barto. & Pau. de Cast. in l. paulus. ff. de solu. & in d. l. semper post glo. & in l. numinis. ff. de lega. 3. & Pau. de Castr. in l. cum quid. ff. si cert. pet. & Arch. in locis præallegatis & Specu. in titulo de solu. §. nunc aliqua in fi. & Alexan. & Socin. in consiliis præallegatis, volentes primo inspici consuetudines locorum & Parochiæ ac cõtrahentium & rei qualitatem, & quod ex coniecturis, & verisimili debeamus facere iudicium. Et prædicta fortius procedunt, quia tempore contractus carnes erant in vili precio. In reliquis credo quòd erimus concordes.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

Causa pendēs coram potestate loci potest per dominos loci ad se euocari.

Et officialis potest ad libitum reuocari.

Et non põt nisi de oĩum cõsensu refirmari.

CONSILIVM XCII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus loci potest causam pendentem coram potestate ad se auocare.*

2 *Episcopus potest interdicere cognitionem certi negocii suo vicario.*

3 *Iurisdictionem vicarij vel potestatis suspendit dominus loci, causam coram eo cœptam ad se auocando.*

4 *Magistratus officium assumens contra volũtatem domini graui pœna est puniendus.*

5 *Officialis non potest nisi de omnium consensu confirmari.*

6 *Officialis potest ad libitum reuocari.*

7 *In re communi melior est conditio prohibentis.*

NEMINI dubium est quin dominus loci possit in causa pendente coram potestate loci ipsi potestati mandare, vt supersedeat quousq; ipse dominus viderit an fiat iustitia vel iniusti-
1 tia, quia † potest dominus causam corā ipso potestate pendentem ad se euocare, vt in l. iudicium soluitur vbi doct. maximè Bald. Ang. & Pau. de Cast. ff. de iudi. & facit tex. in c. super quæstionum, de offi. deleg. vult notabiliter Panor. in c. vt nostrum 1. notab. de appellat. post Inno. in c. Romana, eo. titu. in 6. dicens quod
2 † Episcopus potet interdicere cognitionem certi negocij suo vicario, ita quod secundum Pan. nō valeant postea attentata per Vicariū, & dicit Panor. in d. c. vt nostrum, 2. notabili,
3 † quod talis reuocatio superioris est fortior quam appellatio & siue sit iusta siue iniusta suspendit iurisdictionem Vicarij vel Potestatis, per prædicta, & ista etiam sunt de mente Bal. in l. solent. § sicut, ff. de offic. procon. & Gemi. in c. 1. ve offic. Vica. in 6. cum ergo iste superior mandauerit prætenso Potestati ne procederet contra hominem suum, quousq; vidisset ipse superior acta & an subdito fieret iniustitia tenuit præceptū. & acta postea facta corruunt, quia in causa illius hominis & aliorū hominum domini prædicti erat eius officialis & procedere non poterat nisi tanquā eius officialis, cum aliàs nisi ex capite ipsius domini in illum hominem iurisdictionem non ha-
4 beret. † & aliàs diceretur sibi assumere officiū magistratus & esset pœna puniendus. l. 3. §. fi. ff. ad leg. iulia. ma. & quod notat Bar. in l. omnes populi in prima quæstione princi. in fine, ff. de iusti. & iu. vbi latè Dominus Ioā. Bap. de Cacialu. in 14. colum. & prædicta magis clara redduntur ex quo iste potestas euidenter probatur se gessisse pro potestate omnium cōsortium & nominatim dominorum qui prædictam euocationem seu prædictum præceptū fecerunt, arg. l. qui vniuersas. §. quod per colonum cum simili. ff. de acq. pos. quia gerendo se pro omniū potestate, videtur sibi ab omnibus hoc quod nomine omnium & singulorū gerat officium tacite fuisse mandatum, secundum Guil. de Cu. in l. 1. in princi. ff. de exer. & Alexan. in cons. 1. circa finem versicu. ad hoc etiam facit 2. volumi. Ita quod ex quo erat in causa euocata iusdicens pro domino euocante seu dominis euocātibus tenuerit euocatio & acta postea facta fuerint nulla per prædicta.
5 † Fortius dici potest quod iste non potuerit officium potestatis exercere, ex eo quia cum dicatur vt refirmatus in officio processisse nō teneat refirmatio quæ non sit de omnium consensu facta, vt est tex. in §. pe. inci. nunc autem nulli. & ibi Bar. & Ang. in auth. de defen. ciui. vult Bar. in l. quod maior. ff. ad municip. & in rep. dictæ l. omnes populi in 2. q. prin. ff. d̄ iust. & iure, Ange. Fulg. & Pau. de Cast. in l. iurisgētium. §. fi. alias in l. seq. quæ incipit maiorem. ff. de pactis, cū conco. ibi adductis p̄ dominū meum Ias. videlicet in d. l. iurisgentium. §. fi. 4. col. 5. limitatione & per Fely. in d. c. cū omnes 12. col. ver. 4. fallit, de consti. Et tanto magis attento quod fuit per ipsos dominos qui ci mandauerant vt supersederet reuocatus, & qui domini iusserant ipsi subdito eorū ne ipsi potestati pareret, cum vt dicit Pan. in d. ca. vt
6 nostrum, † liceat domino Potestatem ad libitum reuocare, cle. & si principalis, de rescri. & [illegible] l. iūdiciū soluitur vbi latè Bal. Ange. & Pau. de Cast. & Bal. in d. l. solēt. §. sicut cum cōcor. præall. Nec contradictio aliqua consortium obstat tum quia de iure contrariū non apparet, tum quia iste est homo & subditus inhibētium potestati qui quo ad hunc hominem gerit vices eius tātum qui est dominus hominis,
7 vt dictum fuit supra. † tum quia etiam in re communi melior est conditio prohibentis. l. Sabinus cum vulg. ff. communi di & maximè quando prohibens habet iuris præsumptionē pro se vt per Flori. ibi in primo notab. prout habent isti domini qui potestati inhibuerunt in causa subditi seu hominis alterius eorum, per prædicta & per tex. notabilem in ca. cum personæ. §. fi. de priuil. in 6. cum ibi notatis p̄ scribentes cum multis aliis concor. & fundamentis suo tempore adducendis.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

Officialis vbi sunt plures domini, an debeat ab omnibus poni.

Item an in dubio præsumatur ab omnibus deputatus vel de omnium mandato, & quid si gerat se pro deputato ab omnibus.

Itē an si aliqui, maxime q̄ stāt in loco dicāt se esse in quasi possessione deputādi q̄d iuris.

Et an præscribi possit talis facultas.

Et quid lite pendente super tali possessorio sit agendum.

Et quid generaliter sit vbi est discordia inter consortes.

Et an & quomodo feudum diuidi possit.

CONSILIVM XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Consensus omnium requiritur in constitutione officialis, vbi plures sunt domini.*

2 *Absens requiri debet in actu in quo facientium vtilitas vel affectio versatur, alias non valet.*

3 *Iurisdictio alternis annis diuidi debet, dominis discordantibus.*

4 *Lite pendente super possessorio eligendi quid sit agendum.*

5 Officialis

5 *Officialis an præsumatur ab omnibus deputatus vel omnium mãdato, & quid si se pro deputato ab omnibus gerat.*

6 *Quasi possessio præsentandi non prodest existenti in mala fide.*

7 *Territorium potest diuidi quo ad exercitium iurisdictionis.*

8 *Frater qui per multos annos solus res communes administrauit, non potest se possessorem dicere, sed iure familiaritatis vel amicitiæ tenuisse & administrasse.*

9 *Emptori virtute constituti facti non competit actio ex empto contra venditorem, vt res tradatur, sed competit tanquam possessori interdictum vti possidetis.*

10 *In habente causam ab aliquo communi, possessio in vno actu iurisdictionis probat omnibus quasi possessionem iurisdictionis quo ad omnes actus.*

11 *Officialis deputatio an præscribi possit.*

12 *eudum an & quando diuidi possit.*

13 *Præscriptio non extenditur.*

IN causa & lite vertente sub potestate dicti loci dicentibus aliquibus dominis ꝙ nolunt ꝙ procedat in officio pro eorum saltẽ rata parte, & aliquibus volentibus, ꝙ pro-
1 cedat,† certum est in iure quod in re communi melior est conditio, prohibentis, l. Sabinus, vbi docto. & late Flori. ff. communi di. cum multis concor. aggregatis per Fel. post glo. & alios in c. cum omnes in 10. col. versic. in ea glo. ibi, nihil valet nisi omnes consentiant, de constitu. cum isti domini dicantur habere rẽ communem vt singuli, vt per Panor. in c. prudentiam in principio 4. colum. de offi. deleg. & per Bartol. in l. si vni secunda colum. quinta quæstione. ff. de re iudic. vbi alij maximè Paulus de Castro dicẽs quod omnes simul habẽt ponere Vicarium seu Potestatem, & quod ita consuluit Romæ, vult Bald. in l. 1. in 5. q.
2 ff. de offi. consu. dicens † quòd si est actus in quo versatur facientium vtilitas vel animi affectio, prout est electio, requiri debẽt etiã absentes alias non, & quia non vt collegiũ, sed vt singuli eligunt, ad ꝙ etiam faciunt no. per Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. & in materia ista per Pan. in d. c. prudentiam in prin. 4. col. de off. deleg. post Guil. de Cu. in d. l. si vni. & per Imol. in d. c. prudentiam, 4. col.

Item certum est quod stante discordia dominorũ superior habet se intromittere astringendo illos, vt alternis annis ponant officia-
3 les & administrent, † quia secundum iura vbi plures domini discordant in vsu iurisdictionis coguntur à superiore ut diuidant alternis annis secundum Angel. in l. secunda. §. ex his vbi latius Alexan. in 4. columna. ff. de verbo. obligatio. vult Panor. in c. fi. vltimo notabili, de re iudi. vbi allegat glo. notabilem in ca. licet 16. quæstio. tertia, quæ idem dicit quando vna Ecclesia est subdita duobus Episcopis q discordant in administratione. idem dicit gl. in cap. primo, de iure patrona. de duobus patronis discordantibus circa ius patronatus iuxta tex. ibi qui loquitur de discordia patronorum, sequitur Roma. in singul. 757. incipiente sunt sub Regina Ioanna & Panormita. consil. 82. incipiente vltima colum. primo volumine & Fely. in dicto cap. fi. secunda colum. alias prima, de re iudi. & latè Fely. in dicto c. prudentiam secunda colum. vbi copiosè tangit hunc
4 passum. † & partibus etiam in hoc conuenire nolentibus si superior videat modũ prouidendi, vt quia homines subditi sint diuisi, habet ꝓuidere qđ quisque sua iurisdictione vtatur & ponat officialem quo ad suos homines, nam sicut qlibet dominus habere, ius reddere suis hominibus, ita poterit sine dubio loco sui ponere iusdicentem & potestatem, quod procedit in re clara, per ea quæ latè voluit Felyn. in rubrica de treu. & pa. in 6. fallen. cum quilibet sit inuestitus pro sua rata cum mero & mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione. Nec circa hoc fieri potest dubium siue quiá vt dixit Panormi. in ca. venerabilem in fi. commen. vers. extra glo. de elect. etiam pluribus electis in discordia dum pẽdet dubium quis debeat administrare & potius ius habeat quilibet administrat, & lite pendente, dum vnus dicit se esse in possessione & alius pariter, non prohibetur quisq; eligere, & vti sua possessione, dũ tamen circa hoc scandalum nõ versetur, quo imminente iudex vtriq; prohibet ne eligant secundum Panorm. in c. 2. in penulti. colum.
5 in fi. de in integrum restit. † Et magis quia appareat istos dominos esse quilibet pro rata ex dominis loci, & potestatem loci se gerere, pro omnium potestate, vt sunt duo processus in quorum altero potestas dicit se fuisse ab omnibus deputatum, quo casu omnes dicuntur in quasi possessione, per l. qui vniuersas. §. qđ per colonum. ff. de acquirenda possel. & glos. in l. cum hæredes in principio. ff. eo. dum vult etiam eum qui nunquam cepisset possessionẽ fieri possessorem per recognitionem conductoris seu rem tenentis. Et fortius quia gerens se pro locumtenente meo me sciente censetur de mandato meo in officio deputatus, vt per Alexan. consil. primo in fine, & consilio 177. in tertia colum. secundo volumine post Guiliel. de Cu. in l. 1. in principio. ff. de exer. Ita vt non obstet prætensa quasi possessio partis aduersæ dicentis se esse in quasi possessione insolidum deputandi officialem, saltem lite pendente, per prædicta & per text. notabilẽ in c. cum personæ. §. fi. ff. de priuileg. in sexto, vbi doct. & in §. ibi præce. dicentẽ non iuuare allegationem possessionis etiam cum præscriptione, nisi constet euidẽter, ex quo ꝑsumptio

iuris est contra eos, plus dixit Pano. in c. que-
rimoniam in col. fin. ver. vlt. quæritur, de iure
6 patro. & ibidem in medio commẽ. qđ † quasi
possessio deputandi seu præsentandi non pro
dest ei qui est in mala fide, nec præiudicat ha
benti ius etiam si non sit in possessione, ita qđ
taliter præsentatus sit remouendus. & dicitur
in mala fide qui habet conscientiam rei alie-
næ, vt ibi per eum post Innocenti. in d. c. secũ-
do, de in integrum restit. & idem voluit Pan.
in c. ex literis pen. col. de iure patro. & sic con
cludo qđ ratione hominũ diuisorũ quilibet
potest eligere potestatem sicut quilibet habet
eis ius dicere, vel quod sit stante scãdalo om
nibus interdicenda potestatis deputatio, vt di
xit Panor. in d. c. 2. pen. col. de in integrum re.
facit c. si vero, de iure patro. vbi dicitur quod
stante contentione inter patronos super præ-
sentatione superior deputat, vt deputatio ꝓ-
sit ius habenti, vult Bart. in l. in venditione. §.
item si vnus. ff. de bon. auctoritate iu. poss. cũ
multis concor. adductis per Fely. in prealle-
gata rubrica de treu. & pa. 6. col. vbi per mul-
ta iura probat quod stãte discordia inter de-
bẽtes eligere superior prouidet, & hoc est for
te æquius quo ad hominũ vtilitatem per ea q̃
dixit Paulus de Ca. in l. si vni. ff. de re iudic. in-
teresse hominum quod vnus tantum depute-
tur in loco officialis & dominos posse ad hoc
cogi, sed loquitur in hominibus indiuisis, nã
vt dixit Bal. in l. 1. 12. q. ff. de offi. cõsu. possunt
esse plures iudices in vno loco videlicet quili
bet per se in vno quarterio, & prout dicit An-
tonius de Butr. in d. c. prudentiam in princip.
7 † potest diuidi territorium saltẽ quo ad exer-
citium iurisdictionis, sequitur Bald. in c. 1. §.
præterea ducatus 2. col. vbi etiã alij. de prohi.
alie. feu. per Fede. dicens quod iurisdictio po-
test diuidi per species capitula & gradus ac re-
giones. De possessione autem potestatis non
est curandum cum ipse non possideat, sed di-
catur in officio detineri per nota. per Bar. in l.
& habet. §. 1. ff. de præca. cum concor.

Item non possunt isti domini in loco com-
morantes alio ex capite dicere se possessores,
cum si de qua deputatione eorum appareat
prout non apparet reperietur omnium domi
norum nomine facta, prout etiam cantant ꝓ-
cessus producti scripti manu ipsius potestatis
quos supra retuli, & non posset deputatio ali-
ter intelligi, quia vt dicit Pau. de Ca. in termi-
nis officialis præsumitur deputatio facta pro
partibus alienis iure communionis & fami-
liaritatis facta, ita dixit in l. qui iure. ff. de acq.
possessione per illum text. per quem dicit ibi
8 Bart. & post eum Alexander. & alii quod † fra
ter qui administrauit forte ꝑ 25. annos solus
res communes non potest dicere se possesso-
rem, sed iure familiaritatis & communionis
vel amicitiæ tenuisse & administrasse, sequi-
tur ibi Ange. & ideo omnes doct. ibi ac Alex.
volunt quod vbi constat de portionibus, pos-
sessio omnium intelligatur esse pro portione
tantum cuiuslibet eorum, quæ portiones fue
runt tempore inuestiturarum specificatæ me-
diante ordinatione iudiciaria quod quilibet
solum pro sua parte inuestiri deberet, & quod
quilibet teneretur suam ratam partem specifi
care prout factum fuit. insuper constat de pos
sessorio dominorum extra locum habitantiũ
per instrumenta venditionum in quibus ven-
ditores constituernnt se possidere partes ven-
ditas cum earum iuribus & pertinentijs no-
mine emptorum, quousq; possessionem acce
perint personalem &c.

Nam per tale constitutum facti sunt posses-
sores. l. quod meo cum materia. ff. de acquirẽ
da possessione, & ipsi venditores quorum ali-
qui adhuc viuunt actus quos fecerunt dicun-
tur fecisse nomine emptorum, & ad eorum
vtilitatem, merito Bar. in l. ab emptione. ff. de
9 pactis in 2. col. dixit ꝙ † emptori virtute talis
constituti non competit actio ex empto con
tra venditores, vt res tradatur, & ꝙ ei compe-
tit tanquam possessori interdictum vti possi-
dẽtis, & cum eo transeunt ibi Moderni ac Ma
thesila. in notabili 172. & secundum Bart. in l.
3. in quarta q. princi. in fi. 8. col. C. de pigno. li-
citum esset emptori recuperare de facto pos-
sessionem etiam à tertio qui vellet eam occu
pare. ad quod possem multas auctoritates alle
gare quas omitto cum sint cognitæ & gratia
breuitatis. Item adsunt aliæ probationes factę
in possessorio, quo ad venationes & concor-
diam factam cum hominibus circa illas, quo
ad ius patronatus castri, quo ad mandata si-
mul facta, circa renouationem inuestiturarũ
10 &c. † & quãdo quis habuit causam ab aliquo,
quasi possessio in vno actu iurisdictionis pro-
bat in omnibus quasi possessionẽ iurisdictio-
nis quo ad omnes actus, secundum Bart. in l.
1. §. si quis el primo, ff. de itine. actuq; priua. &
Pau. de Cast. in l. imperium post medium cõ-
men. ff. de iurisd. omni. iud. & Pano. in c. olim
in 3. colum. de præscrip.
11 † Et ex prædictis apparet non posse allegari
præscriptionem ꝙ domini aliqui præscripsis-
se potuerint ius deputandi officialem, tũ quia
sine possessione non currit l. sine possessione.
ff. de vsucapium quia non habet locum sub-
sistente mala fide, c. fi. de præscrip. & auth. ma-
læfidei cum ibi notatis. C. de præscri. tri. an. &
regula possessor cum vul. de reg. iur. in 6. ma-
xime vbi est ipse venditor qui vult præscribe-
re per nota. in d. c. fi. cum concor. circa quod
me non extendo cum nihil adhuc nec de prę
tensa possessione commorãtium in loco nec
de prætensa præscriptione probatum sit, nec
pro veritate probari possit, sed de contrario
multa probata sint per dominos extra locũ
commo-

cōmorantes.& si expediet plene allegabitur, quia dicere nō possunt ꝙ suo iure deputauerint, per no.in proposito per Paulum de Castr.in consi.163.incipien.in causa,tertia colū. in fin. in antiquis post Innocen.in cap.bonæ, de postu.præla.

12 † Cæterum facta diuisione feudi inter consortes hæc omnia cessare possunt,quæ negari non potest in hoc feudo qđ nō est dignitatis, vt per Barto.in l.arboribus. §.fi.ff.commu.di. & docto.in d.c.imperialem.§.præterea ducatus vbi Bal.inter cæteros.de prohibi.alie.feu. per Fede.& late Fel.in d.c.prudētiam in prin. 2.colum.de offic.deleg.& aduersus quam diuisionem præscribi non potest secundū Bart. in l.1.C.de annali exce. & late dominum meū Iason in §.quædam,institu.de actio.quicquid dicat Ang.post Oldr.in d.l.prima.

Et quam diuisionem etiam impedire non possent subditi vt per Alexan. consil.septimo & 25.3.volu. & quæ fieri potest, est ꝙ maior pars consortum contradiceret vt per Bald.in d.c.imperialem.§.præterea 3.colum.& Alex. consiliis præallegatis & Soci.in consi. 165.in antepenul.colum.& 278.in 2.colum. 1.volu. & Curtium seniorem in consil.69. & do.meū Iasonem in l. stipulationes non diuiduntur in princip. ff.de verb.obl.quæ opinio est communis quicquid in contrarium dicat Panor. consi.83.quem refert & sequitur Fely. in cap. quæ in ecclesiarum penult.colum. versicu.2. limita.de consti. Facta enim diuisione quilibet suam partem per se erit tenturus,& cessabit fundamentum quamuis debile quòd isti in communione habeant sine aliis deputare
13 potestatem,† & quia præscriptio non extenditur vt per Barto.in dicta leg.prima §.si quis el primo. ff.de itine. actuque priua. iunctis his quę late aggregauit Fely.in ca.auditis in 7.columna cum duabus sequen.de præscr. & aliis suo tempore allegandis.

Et cessabit ēt eo casu si forte diceretur præscriptum esse vt præsentes non vocatis absentibus eligant, iuxta nota. in capitulo cum in ecclesiis, de pręebendis in 6. quamuis veritas sit in contrarium & ibi dicta non conferant ad propositum.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Albertus Brunus.

CIVES SI ERANT LIBERI VIRtutute statuti à collectis pro prædiis quę habebant in villis subditis ciuitati, an sint pariter liberi ciuitate facta subdita alicui Principi pro prædiis acquisitis per eos in villis quæ posita erant in catastro villæ. Et an catastrum obliget bona vel personas eorum qui bona ponunt in catastro vel registro communis.

CONSILIVM XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciues liberi à collectis pro prædiis in villis ciuitati subditis, an sint liberi ciuitate facta subdita alicui principi, pro prædiis per eos acquisitis in villis, quæ positæ erant in catastro uillæ.*

2 *Relatum in referente esse censetur.*

3 *Registrum an obliget bona vel personas, bona ponentium in catastro communis.*

4 *Forensis an possit collectari.*

CONSIDERATO statuto ciuitatis Ast. sub Rubrica vt om-
1 nes terras &c. † videtur dicendum quod ciues Ast. pro prædiis quæ habent vel habebunt & sic in futurum in terris subiectis tunc communi Ast.non debeant onera subire nisi in ciuitate, cum statuentes tanquam domini possent hoc statuere,vt per Bal.consi.124.incipiē. consuetudo 3.vol.in fi.& in prin.& Rom.cōs. 161.incip.visis, qui loquitur in proposito, & in ciuitate Florentiæ post Gul. de cu. in l.neminem.C.de sacrosa.eccle.& Bar.in l.1.C.de mulie.& in quo lo.4.col.lib.10.cum simili.& ita etiam est de mēte Oldr. in consi.169.inci. factum, vbi loquitur ēt in proposito & Aret. consi.132.3.col.Et ex quo prohibetur in statuto ipsis de villis contrarium statuere vel ordinare & cōtraueniri sub pœna, etiā occasione cōsuetudinis vel cōcessionis &c. nō valet quod fit in cōtrarium,cum hæc clausula inducat annullationem actus aliter in contrarium facti. l.non dubium cū sua materia.C. de leg.Et hoc statutum fuit confirmatū per Illustrissimū dominū Ioā.Galeaciū cui ciuitas domina uillarū postea se submisit, qui refert se ad illam libertatem & exemptionē quam ciues habebant antequā se ipsi submitterent,
2 † quam relatum cēsetur esse in referente.l.asse toto cum vul.ff.de hæredi. institu.taliter ꝙ statutum videatur inesse in ipsa confirmatione dicti Illustrissimi Domini Ioannis Galeatii.Et vidi in submissione quam fecit ciuitas priuilegia ciuitatis & vt credo statuto cōfirmata.Non obstat registrum factum per ipsos de villis, quia non præiudicat propter prædictā clausulā prohibitiuam, & per ea q̄ scribuntur de submittentibus prædia in fraudē ecclesiæ, quia idem videtur quādo in fraudē ciuium. Et quia registratio eius qui vendidit ciui non facit prædiū tributarium, sed obligat ipsum registrantem tanquam ex pacto & promissione ad præstandū collectas pro prędio registrato ēt post alienationem vt per Bal.in authen. sed periculum.C.sine cen.vel.reli.vbi dicil ecclesiam non teneri virtute obligationis quæ insurgit ex registratione, licet bene teneatur quando

quando succedit in prædio tributario, prout et dicit Bar. in l. rescripto. §. sciendū. ff. ad muni. Et hoc etiam est de mente Barto. in l. inco la. ff. ad muni. vbi dicit illum qui registrauit non posse se eximere à registro, nisi vēdat alii qui registret, prout etiam dicit ipse Bald. in d. auth. sed periculum, subiungens ꝙ si res alienetur in eū qui non tenetur soluere collectas de futuro, puta ecclesiam, res nunquam leuabitur de æstimo venditionis, ita ꝙ venditor semper tenebitur pro illa re soluere collectā. Et ꝙ quando res non reperitur æstimata in registro pro certo & perpetuo onere sed indeterminate res non sit hypothecata, ita ꝙ non afficiat personam priuilegiatā si in eam transeat, voluit Bald. in commen. pacis constan. secunda charta in glo. in verbo munitiones, & ita ante eum tenuerunt Archi. Ioan. Andr. Imo. & Gemi. in c. 1. de immun. eccl. & Barb. consil. 1. 10. col. 3. vol. & est de mente Pau. de Cast. in l. inter debitorem. ff. de pac. 2. colū. & Ro. in l. si publicanus. §. de rebus vlti. col. ff. de publica. & prędicta clare decidit Bar. in consi.
3 180. incip. si aliqua, †volens quod ascriptio in registro non obliget nisi personā registrantē, quia onus soluendarum collectarū pro quib. fit descriptio in registro, nō inhæret rei rōne ipsius rei, sed ratione personæ, ita vt secundū eum non possit dici quod res trāsit cum onere suo, sed separata persona prædia remanent libera quamuis registrata, licet vbi prædia essent tributaria secus foret, vt ibi latius per eū prope fi. consilii & Ro. in d. l. publicanus. §. 1. & Panor. in c. fi. vlt. col. de vit. & ho. cle. q pau lo ante assignat plures alias rationes. & sic stat regula ꝙ non obstante registro mutata persona mutetur conditio oneris soluendi iuxta l. 1. C. de impo. lucra. de. cum ibi notatis li. 10. & l. ætatem in fin. ff. de censi. cum concord. de quibus per Alex. consi. 35. inci. viso processu pe. col. 4. vol. & ita transit Ro. in d. l. si publicanus. §. 1. ff. de publica. & Panor. in d. c. fin. vlti.
4 col. de vita & ho. cle. †Non obstat si dicatur ꝙ de iure communi forensibus collecta imponi non potest. l. libertus §. sola. ff. ad muni. l. rescripto. §. fi. ff. de mune. & ho. vbi Bar. & est cōmunis opinio cum collecta imponatur personæ pro rebus, & persona forensis nō sit subdita, & tamen pro prędiis registratis potest forensis collectari vt per Bald. in l. etiam in vlti. col. C. de exec. rei iu. & Pau. de Cast. in d. l. inter debitorem 1. col. cum simili. quia loquuntur in forense qui registrauit, & qui nō est priuilegiatus in quo vel registrum afficit eū, vel quia res est subdita nullo existente priuilegio in contrarium possunt fructus capi. Non obstat quod registratio facta per cōmune, prout communiter fit, possit afficere priuilegiatos, si non contradicunt vel appellant infra decē dies vt per Alexan. d. consi. 136. 3. colum. versiculo prætereа etiam posito in 2. volumi. quia istud est extra propositum cū registratio non sit facta per commune postquam res peruenit in ciuem nec ei intimata, cum ignoranti non currat talis terminus. l. 2. §. dies cum cō. cor. ff. quando ap. sit.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Albertus Brunus.

Instrumentum habens litteras diuersas repertum pœnes communitatem, an præsumatur suspectum.

Et an mandatum alienādi præsumatur in instrumentis antiquis.

Et an per inobseruantiam ambarum partiū sit à transactione recessum.

Et an in cōuentione facta cum dominis per homines ꝙ fratres non diuisi possint inuicem sibi relinquere possit sumi argumentum à contrario sensu quod nullo alio casu possit aliqua persona relinquere.

Et an cōuentio in casu testati trahatur ad cām intestati qn̄ fit inter dominos & homines.

CONSILIVM XCV.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum diuersas litteras habens pœnes communitatē repertum an suspectum præsumatur.*

2 *In generali mandato syndicatus etiam antiquo, non venit alienandi potestas.*

3 *Mandatū non præsumitur ex diuturnitate tēporis.*

4 *Solennitas extrinseca in instrumento antiquo præsumitur.*

5 *Propter inobseruantiam ambarum partiū est à transactione recessum.*

6 *Per actum contrarium ius suum deseritur.*

7 *Consuetudo reducens ad ius commune, non tantum tempus requirit sicut alia.*

8 *Præscribitur spacio triginta annorum in actibus meræ facultatis ex contractu inductis.*

9 *Argumentum à contrario sensu non sumitur in contractibus.*

10 *Casus omissus in dispositione iuris communis relinquitur.*

11 *Transactio in causa testati, an trahatur ad causam intestati, quæ fit inter homines & dominos.*

VISIS subtilib. allegationib. Clarissimi doctoris Domini Hieronymi Bucii sequendo illius ordinem licet possit hæsitati, † an
1 illa caducatio instrumenti antiqui & corrosio non vitiet ex quo sensus omnium clausularum videtur perceptibilis per tex. & nota. per Barto. in l. 1. §. si rosæ. ff. de bo. pos. secundū tabu. & no. in c. inter dilectos, de fin. instr. & fortius per no. per Bald. in l. inciuile in fin. comment. ff. de leg. vbi dixit ꝙ si una pars

pars potest intelligi nõ vitiatur per aliã non intelligibilem, tamen aggrauat suspicionem & nullitatem instrumẽti litera noua circa diẽ & sic in parte substantiali, & circa nomen notarii qui dicitur rogatus de instrumento syndicatus, & circa mensem instrumẽti syndicatus, per tex.& no.in d.c.inter dilectos vbi do. & Panor.in 3.col.& Fely.etiam in 3.col.dicũt hoc multum relinqui in arbitrio iudicis, & tanto magis est ipsum instrumentum suspectum ex quo nõ fuit obseruatum, vt infra dicitur. Nam super illa noua littera posset dici ꝙ ex quo hoc instrumentum reperitur pœnes cõmunitatem, præsumatur ab eis de communitate vel de eorum consensu facta, vt ꝑ Pau. de Castr.& Ale.in l.2.ff.de pact.& Bald.in l.si vnus.C.de test.& in l.1.versicu. quæro hic loquitur.C.de fi.instr.cum suis concor.

2 † Circa aliud hoc est validitatem cõtractus subtiliter dictum fuit illam nõ valere, eo qa in generali mandato syndicatus vel alio non venit ptãs alienandi per iura allegata & Alex. in l.si procurator.1.col.C.de procu. cum cõcor.& consuluit in syndicis communitatum Ale.consi.1.2.& 4.col.ac 3.5.vol. Quia si dicatur præsumi ꝙ instrumẽtum syndicatus esset ad hoc sufficiens & ꝙ subesset vtilitas ita trãsigẽdi propter tẽporis diuturnitatem & instrumenti antiquitatem, in quo videtur pro veritate consistere tota difficultas huius consilii;

3 respondetur † ꝙ solemnitas mandati, ac mandatum nõ præsumuntur ex diuturnitate temporis ẽt mille annorum vt per Bal. in l.2.C.si ex fal.instr.& in l.1.2.col.versi.sed pone ꝙ aliquis.C.de re.ali.non alie.& Alex.in l.sciendũ quinta col.ff.de verb.obl. & Fel.in c.sicut 30. col.ver.6.aduerte, de re iud.cum concor.per eos allegatis. Et licet Ale. in d.consi.1.incip. ponderatis penul.col.4.volu.cum quo aliqui Moderni consulendo transiuerunt, tenere videatur ꝙ præsumatur solemnitas mãdati vel syndicatus lapsu 30.anno.hoc tamen dicit cũ grano salis, videlicet quãdo concurreret quasi possessio & diuturna patientia, cuius cõtrarium hic fuit prout infra dicetur. Ideo bene dixit Panor.in c.Albericus vlt. col. de testi. ꝙ

4 † in instrumento antiquo præsumitur solemnitas extrinseca interuenisse quãdo adest aliqua præsumptio coadiuuans, cuius contrarium est in præsenti casu; quia adest contraria obseruantia vt infra dicetur.

5 † Circa inobseruantiã cõuentionis & transactionis ꝙ ex ea sit à transactione recessum præsupposito ꝙ fuisset valida, ẽt fuit copiosè allegatum, ad ꝙ facit l.si stillicidii in princ.ff.

6 quemad.serui.ami. vbi dicit Bal. ꝙ † per actũ contrariũ quis videtur deserere ius suum, & ille qui permittit sibi parari obstaculum videtur suo iuri renunciare. Facit qa inducta esset contraria consuetudo per tantum tempus vt per Bart.in repe.l.de quibus 5.colũ.cum dua. seq.ver.secundo q̃ro.ff.de leg. & tanto magis ex quo interuenerunt actus & cõtradictiones iudiciales quibus nõ obstantibus fuit contra transactionem obseruatum vt ibi. Facit quia ista cõsuetudo & inobseruãtia nos reducit ad ius commune vnde de facili admittitur cõtra transactionẽ vt per do.Iaso.in l.si vnus §.pactus ne peteret secunda & tertia col. maxime

7 in versiculo quinto facit ff. de pactis. † Et nõ exigitur tantum tempus in cõsuetudine nos reducente ad ius commune sicut in alia vt ꝑ Fely.in c.cum accessisset 16.col. septima limitatione, de consti.& dixit idem Fely. ibi in 12.

8 col.vers.2.declara.ꝙ † in actibus qui sunt meræ facultatis inductis ex cõtractu præscribitur spacio 30.annorum sicut & in aliis actionib. iuxta l.sicut & l.omnes C.de præsc. 30.anno.

Circa vltimum dico quod etiam stante trãsactione ꝓ ualida filius succedit matri, & ecõtra secundũ dispositionem iuris communis, nam instrumentum continet duo capita, primum quod fratres non diuisi possint inuicẽ sibi relinquere ex testato vel ab intestato sine aliqua molestia dominorum. Et sumere argumẽtũ à contrario sensu ꝙ nullo alio casu possit relinqui per aliquam persõnã fieri non potest, qa nec pater nec mater possent relinquere maxime filio simul non habitanti nec filiæ in loco maritatæ, quod non potest procedere vt per Bal.in l.apud antiquos.C.de furtis, di-

9 centem † in contractibus nõ habere locum argumentũ à contrario sensu, quãdo in contrario sensu esset contraria rõ, vel quando nõ esset eadem vel maior ratio. Et quod magis est non bene cadit contrarius sensus huic successioni repugnans, quia contrarius sensus est quod frater nõ habitans cũ fratre non possit illum instituere, & hoc nihil facit ad succes-

10 sionem inter matrem & filium, † sed est casus omissus qui relinquitur in dispositione iuris communis. l.si cum dotem in principi. ff.sol. matri.l.si extraneus cum concordan. ff.de cõditio.ob causam.

11 † Aliud caput est ꝙ homines dictæ cõmunitatis & vniuersitatis de cætero possint testari de bonis suis mobilibus & immobilibus & relinquere duas partes cui voluerint dũmodo tertia pars bonorum testamẽtis remaneat nitida domino qui pro tẽpore fuerit. Et hoc non officit huic successioni, nam cũ hoc caput loquatur de eo qui capit hæreditatem ex voluntate testatoris alias non successurus ꝑ illa uerba, cui uoluerit, non potest habere locum in eo qui alias fuisset ab intestato successurus cui defertur successio à lege & nõ ex voluntate testantis, quia sicut prohibita hæredis institutione nõ intelligitur prohibita successio ab intestato vt per Barto.& doct. in l.peto. §.fratre.ff.de leg.2.cum concor. Et etiam nõ videtur

videtur prohibita institutio de eo qui alias esset, successurus sine testamēto vt in successione inter matrem & filium vt per Ale.cons.23. incip.consideratis tertio dubio secundo vol. Ita in isto casu dispositio circa testantē vt possit cui voluerit relinquere dummodo seruetur tertia domino non habet locum in successione intestati, vel quando relinquitur successuro ab intestato, prout est mater.

Cæterum istud caput non conuenit contra matrem cui est necesse relinqui saltem legitimam. Ita quod non conueniat illa verba cui voluerit.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Albertus Brunus.

ALIENATIONE FEVDI FACTA in duos quis præferatur. Et an qui promisit de euictione quo ad certas personas possit extra illas obligari.

CONSILIVM XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Promittens de euictione, pro facto sui auctoris non obligatur.*
2 *Transigens de euictione non tenetur.*
3 *Vasallus si vendidit feudum duobus, præfertur qui domini habet consensum.*
4 *Vbi duo ad actus consumationem requiruntur, ille est potior in cuius persona illa duo concurrunt.*
5 *Pactum valet, quod quis non teneatur de euictione, nec ad precii restitutionem.*
6 *Non dicitur de instrumenti tenore quod iuris præsumptione resultat, licet de instrumento dicatur.*
7 *Non scriptus in instrumento, non potest tanquam scriptus eo vti, licet tanquam successor vel causam habens possit.*
8 *Intellectus ad l.emptorem.§.fi.ff. de actio.empt.*
9 *Quando in certo casu expresso, quis non vult de euictione teneri tunc in eo esse non tenetur ad pretii restitutionem.*
10 *Sententia super euictione expectari debet, antequā lis super precio moueatur.*

OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Marię nominib. & præsidio inuocatis. † In
1 causa mota per Nobiles Gasparem Lupum & Bernardinū de Alladio contra Dom. Philippinum de Flisco, tota difficultas stat super cessione facta per auctorē Nobilis Gasparis cuidam Valarboit, quæ videtur facta ante cessionem factā Nobili Gaspari, quia Nobilis Gaspar dixit se nullam cessionem alteri fecisse, quo casu videtur obligari ꝙ nec suus auctor cessionē alteri fecisset per not. per Barto, Bal. Pau, de Cast. communiter doct. in l. si seruus la.2.in princ.ff.de verb.obli.vbi Ale.& in l.stipulatio ista habere licere in princi. 3.colū. & ibi etiam Are.post Ro.ff.de verbo.oblig.not. Ale.in consi.18.incip. attentis vlti.col.5.vol. & quia ista causa fuit finalis, non videtur Do. Philippinus remanere obligatus per not. per Ale.post glo. & Ang. in l.si diuortio in prin. commen.ff.de verb.obl.& in consi. 22.incip. viso tit.q.1.col.circa fi.& per Bar.in l.demonstratio falsa.§.1.4.q.ff.de condi. & demonstr. Et quia esto ꝙ non tenerent ipsi Nobiles Gaspar, & Bernardinus de euictione saltem debent teneri ad preciū.l.emptorem.§.fin.ff.de actio.empt. & maxime quia videtur ꝙ simus in casu quo obligentur de euic.cum non tantum fuerit liti renunciatū, sed etiā cessæ actiones per not.per Ang.in l.siue apud acta.C.de
2 transac. † quamuis regulariter transigens de euictione non teneatur.l.si pro fundo.C. de euic. Sed præmissis non obstantib. veritas est ꝙ ipsa cessio nō habet obstare, eo quia ea mediante non potuisset Domi. Philippinus post transactionem factam cū Nobilibus Gaspare Bernardino ab ipo Valarboit molestari, ꝙ sufficit ipsi Do. Philippino cui mediāte dicta trāsactione fuit succursum contra euictionem. l.habere licere. ff.de euict. l. fi.cum concord. ff.de actio.empt. Et hoc demonstratur aperte in feudalibus, quia vt declarat dn̄s Bar. Veronen.in cautela sua 138.secundum meam impræssionem inc.si dn̄s vers.sed quid si vasallus
3 vbi dicit † ꝙ si vendat feudū duobus & scd̄s habeat consensum dn̄i prout habuerūt Nobiles Gaspar & Bernardinus, p̄fertur secūdus, eo quia prima alienatio cui nō accessit consensus dn̄i ante cōsensum ius non tribuit primo emptori p̄ c.1.de prohi. ali. feu. p̄ Lotha. & c.1.de prohi.alie.feu.per Fede. & sic potior est scd̄m eum qui prius habet dn̄i consensum cum scd̄m eum ante dn̄i consensum in feudo quis non habeat ius nec actionem, & hoc accepit ipse dn̄s Bart. ex notatis in c.si facta, si de feud.fue.contro. vbi Andr. de Iser. dicit talē secundum cui accessit consensus & voluntas dn̄i potiorem, etiam si in tali consensu dictū fuisset, saluo iure tertii, eo quia cū primus nullum adhuc ius quæsitum in feudo efficaciter haberet non pōt illud ius dici reseruatum, & notāda sunt verba And. ibi dum dicit ꝙ licet actionē haberet primus emptor cōtra alienātē, non tn̄ habebat actionem contra scd̄m emptorē, nec ius in re. Non est ergo curandum de feudi cessione facta in Valarboit cum licētiam & domini consensum nō habuerit, esto quod consensus domini fuerit reseruatus per prædicta, & quia reseruatio fortius facit & ad hoc tendit vt ante consensum reseruatum ius non transferatur, nec amplius posset prodesse consensus per prædicta. Pro quo facit, quia dixit Bald. in l.quotiens in medio commen. C.de

4 C.de rei vendic.† vbi duo requiruntur ad cõsumationem actus ille est potior in cuius ꝑsona illa duo concurrunt, vnde cum in alienatione rei feudalis, vt valeat & teneat sint necessaria titulus & domini consensus, ille est merito præferendus qui prius consensum ha
5 buit. † Tertium fundamentum est quia in casu dictæ transactionis ipsi Nobiles Gaspar & Bernardinus noluerunt teneri de euictione, nec de p̄cii restitutione nisi casu quo res euinceretur per Nobiles de Simonetis taliter ꝙ oporteret ipsum D. Philippinum ex toto locum Vguiliarum relinquere, quo casu voluerunt teneri de euictione, sed ad precii tãtum restitutionem. vnde secũdum Bal. Ang. & Saly. in l. non dubitatur. C. de euictio. & Bal. in l. 1. circa fi. commen. versi. 2. quæro C. de peri. & commo. rei vendi. est dicẽdum quod seruandum sit pactum, & quod quia prouisum est inter partes super soluendo precio non rehabendo euictione ab aliis sequuta non possit preciũ repeti, esto ꝙ adsit clausula per quã quis obliget se pro suo tantum dato & facto, vt dicunt Bal. & Ang. d. l. non dubitatur. Voluit enim dominus Philippinus teneri ad precii solutionem sine spe rehabitionis precii, nisi in casu inserto in ipso instrumento, q casus postmodum exprimitur quando euinceretur res per Nobiles de Simonetis, & ponderandũ est dum dicitur, in casu, quia de solo casu tantum sensit & sic de illo dominorum Simonetarum q reperitur expressus. Itẽ ponderãdum est dum dicitur, inserto, quia excluduntur casus qui non sunt scripti & expressi quamuis ꝑ
6 iuris interpretationem resultare possent † cũ secundum communem opinionem non dicatur de tenore instrumenti quod iuris p̄sumptione resultat licet dicatur de instrumento vt per Alex. in l. iurisgentium. §. quod fere in vltimis verbis. ff. de pactis, facit qđ notat Bal.
7 in l. si binę. ff. de iniu. rup. te. ꝙ † non scriptus in instrumento non potest tanquam scriptus eo uti licet tãquam successor vel causam habens possit, melius facit quod dixit Bal. in l. si pro te. C. de do. promis. vnde etiam ex verbo illo inserto excluditur iuris præsumptio de
8 facto auctoris, † & sic nõ obstat l. emptorem. §. fi. ff. de act. emp. quæ non procedit vbi esset de precio non rehabendo conuentum vt dicit ibi tex: & per Bald. in d. l. 1. in fi. C. de peri. & commo. rei vendi. & per doct. maxime per Pau. de Cast. post Saly. in d. §. fin. & notatur in d. l. non dubitatur.

9 Cæterum quando exprimitur certus casus & certa causa in qua quis non vult teneri de euictione, tunc extra casum illum non tenetur quis etiam ad precii restitutionem. l. qui libertatis in prin. vbi Bar. ff. de euic. Bal. in d. l. 1. circa fi. commẽ. & Pa. de Ca. in d. l. emptorem §. fi. versic. 2. casus. Sic ergo & in proposito, nã non tantum fuit expressum de personis ꝓpter quas vellent teneri ad precii restitutionẽ, videlicet dominorũ de Simonetis, sed fuit expressa qualitas casus euictionis, videlicet vbi contingeret ex toto euinci taliter quod oporteret Dominum Ppilippinum ex toto relinquere castrum vguliarum & locũ, vt uult tex. in d. l. qui libertatis in princip. vbi fuit expressa qualitas libertatis serui venditi secundum quam volebat vendens de euictione teneri, & dicitur quod extra illam qualitatem, aut si seruus aliter euincatur quam in illa qualitate, & illo casu nõ est locus repetitioni precii.

Et non obstat quod dicitur de causa finali, quia ex prædictis patet responsio, quod non obstet prior cessio secundæ & esto quod esset efficax adest pactum quod nihilominus debeat solui sine spe rehabitionis, quod valet ꝑ prædicta, immo ex quo ita fuit conuentum illa causa non dicitur finalis sed impulsiua per not. per. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de donat. & etiã ex eo quia non erat cessio necessaria ad effectũ transactionis vt per Bar. ibi. & quia adest alia causa, scilicet renunciatio litis propter quam communiter transigi solet tanquam potẽtior & necessaria, dicitur finalis per ibi nota. & per Alex. in l. fi. in antep. seu pe. col. ff. de condit. ob cau. quo casu sumus in terminis l. si ꝓ fundo C. de transf. vbi per transigentem fit cessio fundi & renunciatio & nihilominus euictio non debetur nisi quatenus promissum de euictione reperitur, ita quod hoc casu cessio veniat in consequentiam sicut in d. l. si ꝓ fundo, fundus.

Quartum fundamentum est quod Dominus Philippinus non possit fundare se in euictione aliqua cũ nulla sit subsequuta euictio, & nemo ei litem mouerit, ita quod ipse Dominus Philippinus in asserto instrumẽto anterioris cessionis non sit audiendus, cum promiserit ample quæstionem non inferre & in terminis dudum decursis soluere, facit quod vult Ange. in l. si dictũ. §. si cõpromisero ff. de
10 eui. l. si cũ quæstio. cũ ibi notatis. C. eo. † cum debeat sentẽtia expectari super euictione antequam lis super precio moueatur. gl. in proposito in l. si pro fundo. C. de transact. facit l. euicta. §. 1. ff. de euic. & l. super empti & l. siue C. eo. quæ sententia debet esse rite lata. l. si nõ iniuriam. C. eo. maxime quia non est in contrarium conuentum. d. l. siue in libertatem. Et si ille Valarboit insurrexisset posito quod & de euictione fuisset obligati ipsi N. Gaspar & Bernardinus mediante fideiussione preciũ ei fuisset soluendum. l. post pecfectam C. de don. vnde plus iuris habere nõ debet ipse Dominus Philippinus ex persona Valarboit. l. q in alterius cum vulg ff. de re. iu. Nec interuenerunt in p̄senti casu illa tria q̃ requiruntur, vt quis possit se super euictione fundare, de quibus

quib. in l. emptor. C. de euic. & in c. fi. de emp. & uendi. Nec dicatur quod dicta iura maxime d. l. post perfectam locū non habeat quia D. Philippinus sibi prouidit per pactū in contrarium, quia de cōtrario pacto nō apparet, videlicet quod non teneatur soluere mota lite etiā mediante fideiussione prout vul. l. illa immo totum oppositum dicitur quod teneatur soluere. Vnde Dominus Philippinus soluere tenebatur primo & ante omnia, & si qd contra eum obiectum fuisset debebat denunciare vt defenderetur, esto ꝙ euictionē ꝑtendere voluisset d. l. emptori, ita ꝙ ad ꝑsens nō veniret de validitate ipsius cessionis disputandū.

Super quo vltimo fundamēto fuit alias copiosius allegatum vbi dictum fuit quod Do. Philippino incumbebat onus implēdi in terminis & denunciandi ante lapsum & moram eius ipsis Nobilibus Gaspari & Bernardino, vt impugnarent ipsam secundam cessionem, quod fundamentum non uidi sublatum. In reliquis suppleant Deus & summa scientia Magnifici domini Regii senatoris cui causa commissa est audienda & referenda.

Laus Deo Omnipotēti & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

CONSILIVM XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Officium quo ad superiorem est arbitrarium.*
2 *Princeps etiam sine causa potest iurisdictionales cōcessiones reuocare.*
3 *Priuilegium pecunia concessum non potest à principe reuocari.*
4 *Astensis patria est patria et dominuim, separata et separatum à Regno franciæ.*
5 *Frater in causa fratris iudex esse non potest.*
6 *Concessio contra ius sine clausula non obstante non ualet vel quando non est geminata.*
7 *Inferior non potest contra ius disponere nec uti clausula non obstante.*
8 *Princeps ex causa concessionē suam pot reuocare.*
9 *Principi rescribenti contra honestatem, quando adest geminata prouisio est parendum.*
10 *Geminatio concessionis certam & præcisam mentem concedentis designat.*
11 *Interpretatio cessat in verbis claris.*
12 *Principis vehementior mens, ex geminatione & reiteratione coniecturatur.*
13 *Quis lite pendente sit in quasi possessione tuendus.*

OMNIPOTENTIS Dei & gloriosæ Virginis Mariæ nominibus & presidio inuocatis. In causa vertente inter Spectabilem Dominum Iacobū Pulsauinum ex vna parte, & Nobilem Secūdinum Vetulum ex alia, difficultas consistit in tribus articulis. Primus est an Regia maiestas potuerit auferre à Nobili Secundino officium nūdinarū de quo in actis. Secundus est an ipsa Regia maiestas hoc voluerit vigore cōcessionum factarum ipsi Domino Iacobo.

Tertius est quis lite pendente sit in quasi possi tuendus.

1 † Circa primum articulum certū est quod ille cui concessum est à superiore officiū saltem sine temporis præfixione potest ad nutū superioris reuocari, quia quantū ad superiorem officiū est arbitrarium, vt per Bal. in l. Iudicium soluitur. ff. de iud. & in l. quisquis, post Cy. C. si cer. pet. facit optime c. si gratiosæ, de rescr. in 6. & gl. in cle. 2. in verbo electionem, eo. tit. & tex. cum gl. in verbo non haberet in l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de excu. tut.

2 † Et in iurisdictionalibus concessionib. vt illas possit cōcessione nō obstāte reuocare et sine causa, voluit Bal. in l. qui se patris pe. col. C. vnde li. in versi. Item in cōcessis &c. Vbi limitat nisi esset iurisdictio cōcessa cū directo vel vtili dominio vt in feudo habente iurisdictionē, vel nisi princeps propter cōcessionē cōsecutus esset emolumentū. Et idē dicit ibi paulo ante in omni priuilegio vel rescripto, vide

3 licet † quod princeps possit reuocare nisi accepta pecunia vel propter emolumentū inde datum principi facta fuerit concessio. Et hoc etiam vult Pau. de Ca. cons. 285. inc. primum dubium. 1. col. per ç. veniens, de præscrip. & in c. 1. de const. in 6. quamuis esset ius quæsitum parti vt ibi per eum & per Bal. in d. l. qui se patris penul. col. & in locis præallegatis. Plus dicendum foret quod ēt si data pecunia Nobilis Secundinus consecutus fuisset ipsum officium minus teneret concessio & facilior fieri potuisset reuocatio. l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambit. iuncta l. fin. C. eod. titu. & notatur in ca. 1. vbi Aluaro. in 3. colum. in prima lectu. ad illū tex. de feud. guar. in vsi. feu.

Hoc fortificatur quia concessio facta Nobili Secundino fuit facta per Magnificum dominum magnum Cancellarium licet sub nomine Regiæ maiestatis, vt patet ex signatura suæ concessionis. Sed non sequitur ꝙ sua Magnificentia possit in Regno Franciæ conferre aliqua ex minoribus officiis, ergo & in patria

4 Astensi, † quia patria Astensis est patria & dominum separata & separarum Regno, taliter ꝙ non sit vnum & idem corpus, vt in simili de comitatu Tolosæ dixit Barto. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pign. act. cum suis concor. q̄ decisio decidit hunc casum, quod patet qa quādo Regia maiestas aliquid cōcedit in patria Astensi appellat se regem Franciæ & Dominum Asten. per not. per Bar. vbi supra, vbi vult consequenter quod patria Asten. non li-

5 getur ex consuetudinibus regni. † Postremo fortius

fortius potuit Regia maiestas remouere ipsum nobilem Secundinum, quia cum frater suus sit conductor nundinarum Ast. seu loci nundinarum contingeret ipsum Nobilē Secūdinum esse iudicem in causis fratris quod non licet de iure per not.in l.qui iurisdictio-
6 ni per Bar.& alios.ff.de iuris.omni.iud.† concessio cōtra ius non valet saltem sine clausula non obstante vel quando non est geminata vt notatur in c.2.de rescrip.vbi Pano.in notabilib. & in l.fi.C.si contra ius, & præsertim
7 quando non est ab ipsa Regia maiestate † cū nullus inferior possit cōtra ius disponere,nec vti clausula non obstante vt per Alex. in l.nemo potest in prin.commen.ff.de lega.1.vnde fuit cōcessio subreptitia propter tacitam inhabilitatē & etiam nulla quia cōtra ius & ab inferiore à principe emanata.Plus est qa esto quod tenuisset cōcessio nihilominus potuisset ex causa prædicta (ne frater sit Iudex in cā fratris)concessio officii etiam per Regiā ma-
8 iestatem facta reuocari,† quia princeps ex cā potest reuocare suam concessionem,vt traditur in c.1.de proba.vbi dominus Fely. in prima charta in quinta & septima declaratione.

Circa secundum articulum, an Regia maiestas voluerit ipsum Nobilem Secundinum priuare,certum est quod sic,quia conferendo Domino Iacobo, alteri voluit adimere. l. cū prętor in prin.ff.de iudi. Item hoc de necessitate demonstrat geminata prouisio facta in ꝑsonam ipsius D.Iacobi per not.in ca.si quādo vbi Panor.in secūdo notabili & in c.2.vbi Panor.in 3.notabili,de rescr.cum concord.vbi
9 dicitur quod † etiā si princeps rescriberet cōtra honestatem quando adest geminata prouisio est parendū.vnde multo magis quando
10 mandat honesta,† quæ geminatio concessionis certam & præcisam mentē concedētis designat vt per Io.And. & alios in c.porrecta, de confir.vti.vel inuti.Ant.de Butr.in c.1.3.col. de rescri.gl. in c.1.in verbo noscatur, de cōst. in 6.& 25.q.2.c.rescripta,Bal.in l.nec damnosa.C.de præci. imper.of.Alex. in l.1.in princ. ff.quod quis. iur. tertio hoc demonstrant verba clara concessionis factæ Domino Iacobo quod voluerit Domino Iacobo conferre &
11 Nobili Secundino adimere. † & quando verba sunt clara cessat omnis interpretatio.l. ille aut ille.§.cū in verbis.ff. de lega.3.& maxime
12 qa talia verba sunt multotiens repetita, †quo casu ex geminatione & reiteratione coniectu ratur vehementior mens principis.l.ballista ff.ad Treb. Panor. in c.cum dilectus in fin.de suc.ab inte.cum concor.
13 † Circa tertium articulum,quis sit in possessione lite & appellatione pendente tuendus,certū est quod tueri debet Dominus Iacobus,quia attento quod concessio facta Nobili Secūdino potuit reuocari & quod est cōtra ius consequenter sua appellatio non habet locum titulus nil nouari &c. l.2.3.& fi.C. quo. appe.non reci.& notat Bar. in l.sciendū ff.de appel.reci. Et hoc fortius procedit quia per inuestituram cum iuramento fidelitatis seu de fideliter exercēdo non transfertur possessio seu quasi, vt per multa iura probat Ale. in l.3.in prin.in 4.col.ff.de acqui. pos.nam in talibus possessio acquiritur per exercitium actuum ad officium congruētium & per obedientiam. c.in genesi cum ibi notatis, de ele. notat Inn.in c.in literis,de restit. spo. & est de mente Bal. in l. 2.in 9.col.versiculo sed pone cum versicu.sequen.C.de seruitu. & aqua de quibus non apparet in proposito.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

DOMINI IN LOCO COMMORANTES an possint præscribere facultatem deputandi officialem contra consortes alibi commorantes vel quasi possessionem. Et orta discordia ac lite pendente quid sit agendum.

CONSILIVM XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Domini commorantes an præscribere possint facultatem deputandi officialem contra consortes alibi cōmorantes vel quasi possessionem.*
2 *Sententia aduersarii requiritur ad acquirendā quasi possessionem & seruitutem præscribentem.*
3 *Præscriptione non potest se iuuare is cui ius commune resistit.*
4 *Ecclesia præscriptionem cum mala fide non tolerat.*
5 *Mala fides in occupatione feudi vel dignitatis præsumitur.*
6 *Probationes in iudicio summario fidem non faciunt in plenario.*
7 *Iudex in iudicio summario ex officio examinat & testes sumit.*
8 *Iudex prouidere tenetur ne partes ad arma veniāt.*
9 *Sententia lata in possessorio non appellatur, & si ab ea etiam licite fuerit appellatum secum portat executionem etiam coram iudice ad quem, donec fuerit diffinitiue retractata.*
10 *Ordinarius causam coram suo Vicario cæptam potest ad se auocare.*
11 *Lis qn̄ dicatur pendere ad inducēdū litis pēdentiā.*

1 ISTI domini residentes † in loco non possunt ꝑtendere quasi possessionem in deputatione potestatis ex eo quod dicant se istum refirmasse, quia vt alias plene allegatum fuit nō valuit refirmatio quæ non fuerit de omniū cōsensu facta, & quia veritas est ꝙ domini absentes à

loco & alibi moram trahentes fuerunt à prin
cipio & ex postfacto requisiti à residentib. vt
vellent esse contenti quod iste procederet in
officio, nec constat de deputatione magis fa-
cta fuit cõmuni consensu,& quia per aliquos
facta per residentes quam per absentes quę in
veritate censeretur omnium nomine, ac iu-
re communis facta vt per alias plene fuit alle
gatum, & quia cũ eius deputatio à principio
fuerit ad beneplacitum, & ita fuisse præsuma
tur vt per Bal.in l.solent.§.non vero 4. q.ff.de
offic.procon.& Bart.in l.de pupillo. §.si quis
ipsi in 2.col.3.q.cum concord.ibi per Alex.&
Modernos alleg.ff.de oper. no.nun.actus si q
reperiantur facti per dominos residẽtes sunt
clãdestini, & non possunt præiudicare domi-
nis absentibus & moram in loco non trahen
tibus.l.clam possidere in principio cum ibi
notatis & in §.1.ff.de acq.possess.est tex.in cap.
cum personæ.§.quod si tales,vbi pulchre do-
minus Philippus Frãchus in vltimo notabili,
de priuileg.in 6.dicens quod ex talibus acti-
bus non causatur possessio nec pręscriptio.iõ
Bart.in l. 1.§.hoc interdicto. ff.de iti.actuque
priua.in pen.col. versi. vlterius quæro vtrum
habeam necesse probare me vsum sciente ad-
2 uersario &c. dicit quod † ad acquirendũ qua-
si possessionem in actibus habentib. causam
discontinuam requiritur quod probetur ꝙ
quis sit vsus non vi, non clam, non precario,
& quod si quis prætendat præscripsisse ius ali-
quod debet probari scientia aduersarii,videli
cet quod sciret ipsum volentem acquirere fa-
cere tales actus & pateretur, & dicit in versic.
sequen.esse necesse hoc probari per fundan-
tem se in tali vsu,ex quo mala fides eius red-
ditur euidens,nisi probet aliquid ex quo bo-
na fides præsumatur, & dicit Bart. ibi in pen.
colum.in princ. versicu. venio ad sequentem
glo.debere constare de titulo vero vel putati-
uo quo mediante potuerit vtens credere tale
ius sibi competere.& ita in proposito consul-
uit Pau.de Cast.consilio 163.incipien. in cau
sa 3.colum.in antiquis,& ad hoc facit cap..1.
de præscrip.in 6.dum loquitur de præscriben
te habente ius commune contra se,& c.cum
personæ.§.fi.de priuileg.eod. lib.ideo Panor.
in c.si diligenti penulti.colũ.de præscrip. late
3 concludit † ꝙ is cui ius commune resistit nõ
potest se præscriptione iuuare propter malã
fidem præsumptam, nisi de titulo suo fidem
facit, quod dicit procedere etiam in terris q̃
4 non sunt ecclesiæ, propterea quia † præscri-
ptio cum mala fide non toleratur ab ecclesia
vt in regula possessor cum concor. in 6. & fa-
cit in proposito quod notant Cano. maxime
Imo.in c.cum ecclesia,de causa poss. & pro-
pri. quod quando quis vult præscribere ius
eligendi ad exclusionem aliorum præsuma-
tur in eo mala fides, licet secus quando quis
vult præscribere vt simul cum aliis eligat, &
secundum Pano.in consi.3.incip.nitar in pr̨
senti 16.dubio 2.volu.quem refert Fely.in d.
5 c.si diligenti 3.col.† præsumitur mala fides in
facto arduo sicut est occupatio feudi vel di-
gnitatis,& idem dicit Fely.ibi in 7. col.versic,
modo restringitur.Et quod sit necessaria sciẽ
tia & patientia tenent ibi omnes, probat late
Fel.ibi in 7.col.in fi.versi.2.restrictio,& tanto
magis hoc procedit quoniam vehemens est
præsumptio contra venditores volentes pro-
prie vẽditioni contrauenire per ea quæ dixit
Panor in d.c.si diligenti quinta columna ibi,
sed intelligo &c.

Et circa istum casum bene adaptatur deci
sio tex.in d.c.si diligẽti,dum dicitur vbi quod
si officialis cuius deputatio spectabat ad Ro-
manam ecclesiam recipiebatur per Archie-
piscopũ nomine Pontificis ad quem deputa-
tio & iuramẽti delatio spectabat, comproba-
tur quasi possessio Pontificis,quod si nomine
Archiepiscopi apparet de mala fide. Merito
igitur dixit Rom.consi.368.incip.præsens cõ
sultatio 2. col.quod difficilis multum est pro
batio talis præscriptionis licet loquatur in le
uioribus terminis. Et hæc omnia cessant,ex
quo vt dixi in alio consilio iste potestas se ges
sit pro officiali etiam absentium & pro depu-
tato ab eis.Et quia præsumitur ẽt ab absenti-
bus deputatus si probetur scientia eorum vt
per Ale.consi.1.in fi.2.volum. & latius dixi in
alio consilio facto in hac materia.Et hic solũ
restat videre an iuste fuerit ordinatum.Et qui
dem prima ordinatio suspensiua officii pote-
statis fuit iusta, tum quia non decebat quod
procederet inuitis dominis qui eum reuoca-
runt per allegata in primo consilio,per text.
in ca.1.& ca.si uero, de iure patron.cum iuri-
bus allegatis in secundo consilio. Tum quia
facta fuit citra præiudicium iuris partium in
6 iudicio summario, † Ita quod nõ faceret præ
iudicium in plenario cum nec iure probatio
nes sumptæ in iudicio summario fidem fa-
ciant in plenario, vt notatur in c. veniẽs & in
ca.causam el primo, de testi.& ideo text.& do
cto.in d.capitu.veniens & Panor. in cap.fra-
ternitatis, eodẽ titu.volunt quod in iudicio
plenario possint iidem testes examinari su-
per eadem materia non obstante publicatio-
ne,quod procedit etiam si in iudicio summa
rio fuissent probationes plenariæ receptæ,
quo ad modum probandi, dummodo non sit
reseruatus ordo iudicii in reliquis & in mo-
do procedendi,vt declarat Fely.in d.cap.cau-
sam 2.col.versicu.sed restringitur,vbi dicit ta
le iudicium non posse reduci ad plenarium.
7 & in tali iudicio proceditur ex officio † & Iu
dex ex officio testes examinat & probationes
sumit vt ibi,& per Bal.in l.ampliorẽ in princ.
versicu.ex prædictis. C.de appella. & in l.3.&
§.hoc

§.hoc autem iudicium in 4.& 3.col.de da.infe. Ita vt quo ad primam ordinationem non subsit locus querelæ. Quo autem ad secundã ordinationem quæ facta fuit post iurium exhibitionem & post exhibitũ processum alias factum, quod quisq; esset pro sua tantum rata inuestiendus, qua continetur quod potestas non possit se intromittere de hominibus nec quarta parte dominorum alibi residentium, ẽt non est locus querelæ, tum quia non apparet de aliquo contrario iure ipsorum dominorũ in loco cõmorantium cõtra quos est iuris ꝑsumptio per cap. ꝑsonæ. §. fi.de priuil.in 6.cũ concor. supra & in aliis consiliis allegatis.
8 † Et quia potuit superior requisitus se summatim informare quis possideat, & possessorem in possessione tueri tenetur & prouidere ne partes veniant ad arma vt per Bal.in l.quidam existimauerũt 2.col.ff.si cer.pet.& Cy.in l.1.C.uti pos.post Inn. in c.in præsentia de ꝓba.vbi Io.de Imo. dicit ꝙ hoc potest fieri sine libello & sine ordine iudicario, quod sequitur ibi Fran.de Aret.circa tertiam col. & Fel. in fi.commen.post Bald.in l.fi.in 1. col. C.de edi.di.Adri.tol.cum aliis concor.ibi traditis, notant Bald. Ale.& Moderni in l.super possessione.C.de transa.& pulchre Pau.de Castr.in d.cons.6.in antiquis & Fel.in rubrica de treu. & pa.prope fin.commen. & Dominus Franc. Cur.in rep.l.1.in 4.col.C.de prohib.sequ.pe.
9 † Et ab ista sententia in possessorio lata non licuit appellare de iure ciuili vt habetur in l. 1.C.si de momen.pos.fue.ap.& per Bar.in l.2. ff.de appe.reci.plus dixit Bald.in l.2.prope.fi. cõmen.C.de Epi.au.versi.vlt. quæritur, quod etiam vbi liceret appellare talis sententia secum portat etiam coram iudice ad quem executionem quousq; fuerit diffinitiue retractata, allegat ad hoc Are.& sequitur Pan.in cõsi. 55.secunda parte.& Pau.de Ca.cons.159.inc. in causa mota in fine in antiquis. Et tãto magis quia vt dictum fuit in aliis allegationibus superior in discordia vasallorum circa vsum iurisdictionis ex officio debet se intromittere. Nec iuuat dicere quod causa dicatur cępta in tribunali gubernii corã Magnifico D.Vicario, quia domini existentes in loco ibi contendebant quod esset ab aliis sibi dandus libellus, & domini exteri dicebant se non teneri iuxta d.consilium quintum Pau. de Cast.& quia Gubernatoris & Vicarii est vnum & idẽ tribunal.c.non putamus, de cõsue.in 6.Et qa ipse Dominus Vicarius est ille met qui in re-
10 gio consilio tulit ordinationẽ. † Et quia dominus Gubernator causam sui Vicarii potest ad se euocare, vt late per Panor.in c.vt nostrũ primo & secundo notabili, de appellati. cum
11 concor. adductis in primo consilio meo. † Et quia non dicitur lis pendere coram aliquo iudice ad inducendã litis pendentiã nisi cõtineatur in actis seu citatione plena facti narratio, secundum glo.in cle.2.vt lite non conte.vbi Pet.de Anc.in quinto notabili & Imo. in fi.commen. Male etiam fuerũt domini residentes conquesti, quod regium cõsilium se de possessorio impediret post litteras inhibitorias insignis curiæ Delphinatus, quia cum domini extra locum residentes turbarentur in quasi possessione sua q̃ est notoria, iudex à quo remanet iudex, cum non liceat appellanti prætextu appellationis spoliare vel turbare partem appellatam, & liceat iudici à quo super hoc prouidere vt est text.& ibi notatur in cap.an sit, de appella. habetur etiam in c.cum teneamur, eod.titulo.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Albertus Brunus.

LIBERTAS AN PRAESCRIBATUR ꝑ eũ qui diu habitauit in loco ne teneatur dño præstare iuramentum fidelitatis.

CONSILIVM XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus paratus præstare seruitia, quia non fuit interpellatus, quasi interpellatus fuisset, non præscribit contra dominum.*
2 *Libertas non præscribit contra dominum ex non obedientia vel non præstatione seruitii, seu non vsu iurisdictionis, quando non occurrit occasio.*
3 *Quæ sunt mere facultatis & à nostra voluntate dependent non præscribuntur.*
4 *Domus depressa an acquirat vicino seruitus altius* (nõ tollẽdi.
5 *Legis dispositio per nõ usum tollitur.*
6 *Obedientia & libertas à subiectione non præscribitur, nisi alius subiectionem illam acquirat, à qua talis volens præscribere dicit se exemptum.*
7 *Non auditur volens dare articulos de acquisitione exemptionis per præscriptionem obedientiæ, nisi ponat quod in eo talem obedientiam acquisiuit.*
8 *Per actum contrarium receditur à priuilegio.*
9 *Lex vel statutum ac etiam iuramentum rebus sic stantibus intelligitur.*
10 *Casus impossibilis à iuramento exceptus intelligitur.*

IN causa Spectabiliũ Dominorũ loci Calocii, non obstat ꝙ Nobiles Spinotus & alli, nunquã ꝑstiterint iuramentũ fidelitatis & seruitia ac obediẽtiã, q̃ præstãt hoĩes dñis, qa istud nõ habet in eis causare ꝑscriptionẽ nisi cõstaret ꝙ ireqsiti negassẽt tanq̃ liberi ab eorũ iurisd. & postea trãsissent tẽpora. ꝑ ea q̃ dixit Bald.in c.licet in scđo notabili vbi ẽt Alu.in scđo no-
1 tabili, si de feu.fue.contro.† vbi dicunt ꝑsumi vasallũ qui nõ fuit interpellatus ꝙ ꝑstitisset reuerentiã & obedientiã si fuisset interpellatus,

& quod non præstando sine interpellatione nunquam præscribit contra dñm suum.

Facit quod dixit Pano. in c. ad audientiam in penu. col. versi. sed iuxta prædicta, de præsc.
2 vbi vult ꝙ † subditis non præscribat libertatẽ contra dominum ex non obedientia vel non præstatione seruitii seu non usu iurisdictionis quando non occurrit occasio, idẽ dicit ibi Fely. in 8. col. vbi dicit ꝙ etiam si occurrisset casus & vsus non fuisset quia non erat opportunum, quod nihilominus non currat præscriptio. Plus generaliter dixit Fely. in c. cum accessissent. in 12. col. versi. limita. 2. de con-
3 sti. quod † in his quæ sunt mere facultatis, & q̃ dependẽt à nostra voluntate non cadit præscriptio, & ad prædicta faciunt quæ dixit Fel. in d. c. cũ accessissent, loco præallegato in prima limitatione in præce. col. & gl. in l. qui lu-
4 minib. ff. de serui. vr. præ. quę dicit ꝙ † si tenui mille annis domum meam vel murũ depressam ex hoc non acquiratur vicino seruitus altius non tollendi & ne luminibus suis officia-
5 tur. † pro quo etiam facit quod dicimus l. dispositionem non tolli per non vsum nisi ille non vsus habeat actum contrarium dispositioni l. vt per do. Ias. in l. de quibus 11. col. in quinto notabili. ff. de legi. clarius & latius ꝑ Fely. in c. 1. 4. & 5. col. versic. quarta declaratio
6 per totum illum versiculũ, de treu. & pa. † Ad prædicta facit c. cum non liceat, de præscript. vbi obedientia & libertas à subiectione nõ est præscriptibilis, nisi secundum Pano. ibi in pe. col. alius illã subiectionem acquirat à qua talis volens præscribere dicit se exemptum. Et ideo Fely. ibi in 4. col. versic. circa elegantem
7 dicit quod † non auditur volens dare articulos de acquisitione exemptionis per præscriptionem ab obediẽtia, nisi ponat quod alius in eo talem obediẽtiam acquisiuit. Ex eo igitur non est liquidata præscriptio & nõ cõstat quod euenerit occasio vtẽdi fidelitate vel vsu iurisdictionis cõtra Spinotum, & alios, vel ꝙ esset opportunum, vel quod requisiti denegauerint esse subditi, & ꝙ post denegationẽ lapsum sit tempus præscriptionis. Et vlterius nõ constat quod alius requisiuerit iurisdictionẽ à qua se volunt eximere, ideo non potest allegari aliqua præscriptio, immo essent exempti secundum eos ab omni iurisdictione præter regiam, de qua non est quæstio si non possent dici subditi in loco Calocii, contra tenorem instrumenti super quo se fundat, ex quo non constat eos esse originarios ciuitatis nec ibi habere domicilium. Quinimmo apparet ꝙ paruerũt iusdicenti loci Calocii & se inuicẽ coram eo conuenerunt, quo casu etiam si ha-
8 buissent contrariũ priuilegium, fuisset ab illo recessum per actum contrarium, vt per multa iura probat Fely. in d. c. cum accessissent in 12. col. versic. tertia regula, de consti. qui pôt videri. item si fuissent in actu alicuius præscriptionis, prout nõ constat eos fuisse, fuisset ex hoc interrupta per not. in c. illud, de præscrip. & in l. naturaliter. ff. de vsuc.

Item non obstat statutum Astẽ. loquens de loco Calocii & aliis de districtu As. quoniam ipsum statutum loquitur eo casu quo locus erat de districtu, & cũ per statuẽtes ipse locus fuerit separatus & extra iurisdictionẽ statuentiũ positus & factus sit de feudo regio, clarum est quod non potest in eo amplius habere lo-
9 cum statutum vt de se patet, † & quia dispositio legis vel statuti, ac etiam iuramentum intelliguntur rebus sic stãtibus vt habetur in l. quod Seruius vbi do. Ias. in 2. & 3. col. ff. de cõ-
10 di. ob cau. † quia à iuramento intelligitur exceptus casus impossibilis vt per gl. in c. quemadmodum, de iurei. cum impossibile sit ꝙ locus ille sit sub statutis ciuitatis Ast. ac sub iurisdictione statuentium seu ciuitatis, stante quod sit de feudo regio & alienatione facta per ciuitatem prout est veritas.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

SI QVIS MINOR FVERIT PER alium inuestitus qui de rato promiserit infra quatuor menses pro minore postquã fuerit ætatis legitimæ, an minor cadat in pœnam si factus maior, infra illud tempus non ratificet.

CONSILIVM. C.

SVMMARIVM.

1 *Minor debet restitui aduersus lapsum termini dati à iure pro petenda inuestitura.*
2 *Pacta et promissiones non astringũt nõ permittẽtes.*
3 *Argumentum de lege ad pactum valet.*
4 *Causa iusta excusat non petentem inuestituram.*

IN præmisso casu videtur intrepide dicendum quod iste Nobilis Ioan. Franciscus qui adhuc dicitur minor 25. annorũ sit tutus propter non petitam vel ratificatam inuestituram suo nomine factam, ac propter iuramentum fidelitatis non præstitum vel ratificatum variis rationibus.

1 † Et primo q̃a minor 25. annis pôt petere resti. in ĩtegrũ aduersus lapsum termini datũ à iure ꝑ petẽda ĩuestitura seu eius renouatione, scđm cõem opi. vt per gl. Iac. de Bel. Bald. And. de Iser. Alu. & Modernos in c. ꝑterea si q̃s, de ꝑhi. alie. feu. ꝑ Fed. cũ suis cõco. vbi dñt Bal. & Aluar. ꝙ vsq; ad 29. annũ pôt peti hæc restitutio licet quis regulariter teneatur petere infra annum & diem, d. §. præterea si quis vbi tex. Et prædicta fortius ꝑcederẽt si iste minor

nor habuisset seu haberet curatorem qui durante eo tempore assimilatur infanti, vt dicũt Andr. de Iser. & Aluar. in d. §. præterea si quis vbi Aluaro. in 3. colum.

Secũdo quia in veritate fuit inuestitus mediante persona alterius qui pro eo præstitit iuramẽtum fidelitatis, qđ videtur sufficere quo ad eum, vt per Aluaro. in c. si minori vlti. col. versi. quæro, an tutor, si de feu. fue. controue. Et si dicatur quod ipse qui petiit fidelitatem pro ipso Nobili Io. Francisco promisit de rato pro eo infra quatuor menses postquam ad legitimam ætatem peruenisset, respondetur quod hæc ꝓmissio solum arctasset promittẽ-
2 tẽ, & non ipsum nobilẽ Io. Franciscum, † cum pacta & promissiones sint personalia & non astringãt eos qui non promiserunt, vt in l. pe. & fi. C. res inter alie. acta. l. si vnus. §. ante omnia & l. si tibi. §. fin. cum multis aliis legib. ff. de pactis & l. si & me & titium. ff. si cert. pet. & patet in toto titu. rem ra. ha. Facit quod dixit Alua. in d. c. præterea si quis vltima col. versi. quid autem si ipse pubes, vbi vult imputandũ esse curatori & sic illi qui pro alio tenetur lap-
3 sum temporis non autem adulto, † & consequenter esse imputandum illi qui ex pacto teneretur ratificari facere arguendo de obligato ex lege ad obligatum ex pacto, quod argumentum valet vt per Barto. in repeti. l. omnes populi in 3. quæstio. tertiæ principalis ff. de iusti. & iure. & per Modernos in l. non impossibile. ff. de pactis.

Et prædicta fortius procedunt, quia inuestitura facta fuit simpliciter etiã quo ad ipsum Nobilem Io. Franciscum non autem sub conditione uel commemoratione, quod deberet ad illius validitatẽ sequi ratificatio infra quatuor menses post legitimam ætatem.

4 † Tertio iusta causa non petendi inuestituram infra tempus legitimum excusat, vt habetur in c. 1. quo tem. mi. vbi late doct. & per glo. 2. in d. c. præterea si quis vbi etiam docto. Et iste Nobilis Io. Franciscus habuit iustam causam nõ ratificãdi quia nesciebat qđ in inuestitura pro eo facta esset ꝓmissum de rato pro eo infra quatuor menses postquam peruenisset ad ætatem legitimam, & maxime qa multo tempore stetit absens, ergo &c.

Laus Deo Omnipotẽti & Virgini Gloriosę.

Albertus Brunus.

CONSILIVM CI.

SVMMARIVM.

1 *Domini terrarum an possint facere ordinationes pœnales contra offendentes in eorum prædiis, seu vt vulgo dicitur super bannis campestribus.*

2 *Item an possint particularem pro eorum prædiis constituere camparium.*

1 Quòd Possimus † banna ad libitũ imponere in loco nostro Ferrariarum & ordinationem super hoc, ac statutum facere contra offensionem facientes vel damnum dantes in prædiis nostris, habeo pro certo, vt consuluit Dominus Philip. Decius consilio 199. incip. visis, & latius tango in tractatu de legibus statutis & constitutionib. in primo volumine in articulo illo quis possit leges & statuta condere in §. quod domini terrarum seu domicilii possint, vbi tracto quæ statuta facere possint domini terrarum tenẽtes illas in feudum.

2 † Quod etiam possimus separatim ponere camparium seu denũciatorem pro custodia prædiorum nostrorum iura permittunt, cum quilibet habens merum & mixtum imperiũ hoc possit vt per Bar. in l. diuus la. 2. 1. col. ver. vlterius de istis denũciatorib. ff. de custo. reo. habetur per Ang. & Augu. in addi. in trac. male. in verbo nec nõ ad denunciationẽ in principio, & de horum multiplici officio memini tetigisse in repertorio meo alias tertio volumine statutorum in verbo denunciatio.

Laus Deo & Virgini gloriosæ.

Albertus Brunus.

An domini villæ inuestiti cum mero & mixto imperio habeant primas appellationes, & earum cognitionem.

Et quando habent primas appellationes, an omnes sint ab appellante adeundi.

Et quibus possint committere causam appellationis.

Et ad quem sit à tali commissario appellandum.

Et an possit ad eos in causa cuius commodum eis spectat, vt in pœna pecuniaria, appellari.

CONSILIVM CII.

SVMMARIVM.

1 *Domini villæ inuestiti cum mero & mixto imperio, an habeant primas appellationes.*

2 *A vicario non appellatur ad constituentem.*

3 *Vicarius quis dicatur.*

4 *Iurisdictionem ordinariam habens, causam specialem committere potest.*

5 *Appellans an omnes dominos adire debeat.*

6 *A commissario constituto per dominos villę, ad quẽ sit appellandum.*

7 *Causa committi non potest, ut ad committentem appellctur, quando subest præsumptio fraudis in appellatione ad superiorem deuoluenda.*

8 *Appellari non potest ad dominum in causa cuius cõmodum ei spectat.*

1 TRIA sunt in casu transmisso videnda, † primo an ad istos dominos potuerit appellari, & videtur secundum ius commune ꝙ non, quia simpliciter inuestitus non videtur habere cognitionem causarum appellationum, cum videatur sibi solum cconcessa illa iurisdictio quæ cohæret territorio, vt est de mente Ang. in l. 1. §. qui mandatam in fi. cōmen. ff. de offi. eius cui man. est iuris. sequitur Old. in proposito consilio 161. incipiente, Thema tale est secundo dubio, dicēs quod à Vicario domini villę non est appellādum ad ipsum dn̄m cum sint vnum & idē tribunal, vt ēt dixit Gemi. in c. Romana in prin. quinto notabi, li de appel. in 6. & est tex. in ca. putamus, de consue. in 6. dicens nō valere cōsuetudinem, quod à Vicario Episcopi ad Episcopum appelletur, cum sint vnū & idem tribunal, & sit contra substantiam appellationis quod ab eodē ad eūdem appelletur, vult Ange. post Bar. in l. præcipimus in princ. cōmen. per illum tex. C. de appel. vbi limitat & merito dixit Bar. in l. 1. §. 1. in summario, & in discursu commenti. ff. quis & à quo appelletur,
2 † quod à Vicario nō appellatur ad illum qui dedit eū Vicarium, sed ad superiorem eius q Vicarium constituit. Et secundum Bart. ibi in
3 fi. cōmen. † dicitur Vicarius ille qui gerit ordinarias vices constituētis, videlicet in eodē loco & tribunali, &c. de quo ēt per Bart. in l. ambitiosa col. fi. ff. de decr. ab ordi. fa. & Bal. in l. more. ff. de iuris. omni. iudi. & Do. Philip. Fran. in c. cū causam pe. & fi. col. de appel. vbi plenius dant modū cognoscendi, an quis sit ordinarius an delegatus ad vniuersitatē causarum, in tantum vt scd̄m Bal. in c. dilecti lo. vltimo prope fi. commen. de appe. iurisdictio vicaria sit maior quam delegata, vbi ēt dicit non appellari à Vicario ad illum qui eū constituit & in col. 2. dicit etiam non valere consuetudinē. Et quod non sit de iure communi à Castellano Vicario, vel Potestate villę ad vasallum dominū loci nisi sit inuestitus cum appellationibus appellandum, voluit dominus Iacobinus de Sancto Georgio p̄ceptor meus Taurinensis in suo tracta. feudorum quem ꝑ parte sub eo scripsi in clausula cum mero & mixto imperio 2. col. & hæc opinio apud nos seruatur, quamuis aliqui Moderni aliter senserint maxime D. Franciscus Curtius iunior in suo tract. feudorum in vltima parte in 12. quæstione, & in consi. suo secundo in quinto p̄misso. Est bene verū quod cum isti domini habeant iurisdictionē ordinariā in se ipsis residentē vt per Bar. in l. si vnus 2. col. de re iud. & Panor. in c. prudentiam quarta & quinta col. de offi. dele. & in c. cæterum, de iudi. & Bal. in
4 l. 1. in 6. q. ff. de offi. consul. † si causam cōmitterent specialem, prout quilibet habens ordinariam iurisdictionem potest per no. in l. more vbi Bart. prima & 2. col. & alii scribentes. ff. de iuris. omni. iudi. & Pano. in d. c. cæterū primo notabili in fi. & in quinta col. de iudi. per iura ibi allegata, tunc forsitan posset dici esse appellandum ad delegantem vt dixit Ang. in d. l. præcipimus in principio commen. & glo. in d. c. non putamus, ac Gemi. in 2. col. cum concor. vel si vniuersalem constituerent delegatum ad vniuersas causas villæ qui nō haberet proprium tribunal dominorum & ꝑut latius declarat Bar. in d. l. 1. §. 1. in fi. commen. ff. quis & à quo appel. sit, & Gemi. in d. c. Romana. 2. col. secunda oppo. & tunc secundum aliquos procederet illa opinio quod appellaretur ad dominum virtute regulæ iuris quod à delegato appelletur ad delegantem vt est de mente Bar. in d. l. 1. §. primo in fi. commen. & Gemi. in d. ca. Romana in principio. 2. col. 2. oppo. vbi ac etiam in d. c. non putamus in 2. col. hoc limitat, nisi cōiecturari posset quod hoc fieret in fraudem superioris appellationis ad superiorem deuoluendę, quamuis hoc secundo casu mulli contrarium teneant maxime Gemi. in d. c. non putamus 2. colū. post Io. And. & glo. in verbo officiali ibi & Philip. Fran. in c. dilecti. de appel. & ita procedat decisio Domini Francisci Curtii in d. consilio 2. in quinto præmisso iūctis his quæ dixit Ale. in rubrica. ff. de offic. eius antepenu. col. cum sequ. dum tangit quis proprie sit Vicarius & quis delegatus. Item hoc limitat Bald. in d. c. dilecti lultimo 2. col. de appel. nisi vbi adesset statutum appellandi ad dominum ab eius Vicario, quod impugnat Philip. Franc. in d. cap. non putamus. & pro nūc non examino, quia in facto mihi præsupponitur quod isti domini sint inuestiti cum primis appellationibus, quo casu in villa dicuntur duo tribunalia cōstituta vnum primarum causarū, aliud appellationū, per ea quæ dixit Bal. in l. 1. in 12. q. in fi. ff. de offic. consu. melius tamen est si vniuersitas potestatem eligat & superior confirmet vnum ex nominatis, per ea quæ notat Ale. in rubrica. ff. de offic. eius quarta col.

5 † Secundum quod est in casu isto videndū est, an isti domini in causa appellationis fuerint omnes adeundi. & hoc dependet ab illa quæstione quam ponit Barto. in l. si vni. 2. colum. videlicet quod si sint plures filii qui ab eodem vasallo descenderunt iurisdictio sit pœnes quemlibet insolidum, & possit per quemlibet insolidum exerceri, cum qua opinione transit ibi Alexand. licet Paul. de Cast. ibi & multi alii teneant cōtrarium, & cū opi. Barto. transit Pan. in d. c. prudentiam in prin. quinta col. & late Fely. in 1. col. nam quando non descenderent ab uno & eodem, omnes concordant quod non sit pœnes singulos insolidum, vt ibi & per Panor. in d. ca. cæterum 5. col.

5.colum. vers. & nota. ex hoc dicto de iudi. & Bal. in d.l.1.ff. de offi. consul. in 6.q. videtur tamen quicquid teneamus ꝙ propter difficultatem conueniendi excusatus sit appellans qui etiã separatim adiuit, maximè ex quo habuit maiorem partẽ dominorũ, per nota. in cle. 1. de appel. vbi idem dicitur quando à pluribus est appellandum & à pluribus sunt Apostoli petẽdi quod sufficiat adire maiorem partem si haberi potest, alias eos qui possunt haberi vt per Cardi. Imo. & alios in d. clem. i. facit quod dixit Bal. in d.l.1. in 4. & 5.q. ff. de offi. consul. & Card. ac Bal. in loco præalleg. ponunt multas quæstiones quæ possunt in talibus occurrere.

6 † Tertium dubiũ est circa appellationẽ à sententia lata per commissarium dominorũ ex quo non fuit appellatum ad dominos delegãtes, sed ad tribunal gubernij Astensis, cum potuerit causa appellationis cõmitti per dominos & delegari, iuxta ea, quæ habentur in auth. ad hæc. C. de iud. siue alicui priuato siue alteri ex ipsis dominis, vt per Panor. in c. cæterum primo notabili in fi. iunctis his quæ dixit ibi in 5. col. in fi. vers. & nota duo cum versic. seq. & meo iudicio non est hic dubium, eo ꝗa cum isti domini dicantur solum inuestiti cũ primis appellationibus non est credendum quod intendant se velle intromittere de secũdis in præiudicium superioris. l. cum prætor. in princ. ff. de iudi. cum glo. & l. inquisitio. C. de solu. & quia inclusio vnius est alterius exclusio vt ibi.

7 † Et quia causa committi non potest saltem, vt ad comittentem appelletur quando subest præsumptio fraudis in appellatione ad superiorem deuolenda, vt per Gemi. post glo. & Io. And. in d.c.2. de consue. in 6. vbi etiam D. Philip. Fran. etiam & Gem. & in d.c. Rom. in prin. 2. col. & Spec. in eo. tit. §. nunc tractemus vers. secundum præmissa quo casu à tali comissario licita fuit appellatio ad superiorẽ dominorum secundum Specu. & doct. præal. sequitur dominus Philip. Fran. in c. dilecti lo. vlt. 6. col. 3. q. in fin. vbi tractat cur à sententia Vicarij foranei ad Episcopum appelletur, & multas tãgit quæstiones in hac materia. & ista fortius procedunt in casu isto in quo agitur de pœna pecuniaria dominis applicanda, quia vt dicit Inno. in cap. cæterum, de iudi. in 2. colum. & sequuntur ibi alij

8 † non est appellãdum ad dominum, sed ad alium iudicẽ partium seu rei quando tractatur de pęna domino applicãda, vel iniuria sibi facta, nec .n. tunc potest habere cognitionẽ, vt per cano. in c. cum venissent vbi Panor. in 3. col. de iud. & per legistas in l. qui iurisdictioni cũ simili. ff. de iuris. omni. iu. vbi Bar. dicit in prin. commen. quod sicut nõ potest cognoscere, ita nec potest cõmittere alij cognitionem, sequitur Nico. de Neapo. in l. generali. C. de decu. lib. decimo in quæstione quam ponit, an dominus possit sibi ius dicere de homine suo.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Albertus Brunus.

Princeps an possit imponere collectam suis vasallis.

Et an dñs villæ suis hominibus & subditis.

Et si princeps imponat collectam in tota patria, an vasalli, & domini villarum teneatur contribuere.

CONSILIVM CIII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an teneatur soluere collectas pro bonis allodialibus.*

2 *Collectas imponere non potest habens merum & mixtum imperium.*

3 *Nobilitas tribuit immunitatem.*

4 *Mutatione personæ, mutatur rei acquisitæ conditio.*

5 *Iudices & officiales ad onera extraordinaria non tenetur.*

6 *Registrum an obliget bona vel personas eorum, qui bona ponunt in catastro.*

CASVS iste multas habet difficultates,

1 † An scilicet vasalli patriæ Astensis teneantur contribuere pro bonis allodialibus q̃ habent in villis eis subiectis, & de quibus sunt inuestiti cum mero & mixto imperio & omnimoda iurisdione, in collecta principi soluenda. Et præmitto ꝙ aliquando superior expresse imponit collectam vasallis, & non est materia nostra, sed de ea habetur ꝑ Bal. in c. conquerente, de offi. ord. & in l. neminem. C. de sacrosan. eccl. & Cal. in cons. 5. sub rub. de censi. & Spec. in rit. de feu. §. quoniam penul. col. vers. & nota quod vasalli. & Alexã. cons. 305. inci. viso themate 1. col. 2. vol. & in l. placet. C. de execu. mu. lib. 10. cum concor. de quibus per dominum Præp. in prælu. feu. penul. charta & dominus Io. And. & Rizar. de Sali. fecerunt vnum consilium pro dominis Curtis Milij de Scarampis tunc vasallis & ciuibus nostræ ciuitatis Asten. assumpto secum D. Io. Cald. à cuius consilij cauda ipse Calde. extrahit dictum consilium quintum. Et si aliquis Comes vel alius inferior dominus habeat vasallos, & imponatur collecta in casu ꝓmisso à principe vasallis quæ sit licita, non est comes sed possessor feudi astringendus, vt per Bal. in c. 1. §. 1. versi. nota quod feudum, in tit. per quos fiat inue. & not. in l. 1. de anno. & tri. lib. 10. & hæc non est materia nostra. & quid si tunc ecclesia sit vasalla. Io. Fab. in l. placet vbi dominus meus Ias. in pen. col. C. de sacrosan. eccle. Aliquando vero quærimus, an ipsi domini

mini castrorum immediati possit imponere collectas subditis,& hominibus eorum.& secundum ius cōmune dicendum est quod nō, vt per Bald.in l.cū multa.C.de bo.quæ libe.& Alex.in consi.145.inci.quoniam in princi.2. vol.cum concor.de quibus per dominū Præce.meum Taurinē.D.Iacobinum de S.Georgio in tract.feudorum in clausula cum mero & mixto imperio 4.col.ver.quæro vlterius,& vult Bart.in l.1.in fi.commē.C.de excu.mu.
Pro quorum declaratione pręmittitur il-
1 lud iuris certissimi, quod † licet ecclesia concedens etiam seruatis seruandis intelligatur solum concedere vsque in tertiam generationem, videlicet patrem filios & nepotes descēdentes ex ipso, non autem pro ascendentibus vel transuersalibus, vt in authent. de non alie. ecclesia. re. §. emphytheosim & in authē. hoc ius porrectum cum authē. qui rem & aliis sequentibus & ibi nota. per docto. C. de sacrosan. eccl. & in c. nulli, extra de rebus eccl. nō alien. tamen si fuit antiquitus consuetudo in feudum vel emphytheosim perpetuam concedere tenet consuetudo & seruāda est, vt de-
2 cima col. Episcopum vel Abbatem ca. 1. † nec mirum quoniam omnia licita facit vetustas, nec causa quærēda est, quia vim priuilegii siue constituti habere dignoscitur vt l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua. quot. & æsti. & l. 1. §. deinde. ff. de aqua plu. arcē. & in c. super quibusdam, extra de verb. sig. & habetur per Bart. in dicta authen. qui rem. C. de sacrosan. eccl.
3 † Quo fit vt agnati descendentes ex stipite primi acquirentis cuiuscunque gradus sint proximiores tamen decedenti siue decedenrib. sine liberis admittuntur ad feudum & emphytheosim etiam ecclesiæ vt deci. col. de succe. feud. c. 1. §. hoc quoque, & de gradi. succed. in feud. c. 1. §. his vero & de natura suc. feu. c. 1. circa fi. aut iure accrescendi aut principali ꝓuidentia vel à maioribus sc̄dm diuersas opiniones iuxta ea quæ habentur per Bart. in l. si mihi, & Ticio. ff. de verb. obl. & per glo. & Bal. in titu. an agna. vel fili. in princ. & in titu. qui feud. dare poss. ca. 1. §. cum vero Conra. vbi ēt Bal. dicit in versiculo, sed hic quæro in fi. Idē esse in feudo quod in emphytheosi.
4 † Quib. sic præmissis superest dubium casus nostri eo videlicet quia in feudo & emphytheosi ecclesię nouis non succedunt transuersales, vt in c. 1. de duo. fratri. de nouo benefic. inuestitis, & in titu. de benefic. fra. & quali. fra. fratri in feud. succ. c. 1. & in d. §. emphyteosim autem, de non alien. & per consequens sic in casu nostro vbi renouatis antiquis inuestituris fuerunt dicti fratres de nouo & tanquam apertis feudo & emphyteosi inuestiti videantur excludi fratres prædicti.

Sed his non obstantibus dicendum est de iure dictos Nobiles fratres superstites successisse in dictis feudo & emphytheosi fratribus eorum vt supra defunctis, dictumq; dominū præpositū teneri eos inuestire iuxta antiquæ
5 emphyteosis & feudi naturam, † etiam si sine præiudicio veritatis tempore quo presens dominus præpositus ipsos inuestiuit infra tempus debitum inuestituram non petierant & canonem debitum non soluerant, ex quibus causis dicitur feudum & emphyteosis amitti vel aperiri domino, vt in titu. quæ fuit prima causa benefic. amitten. in princi. & in constit. Feder. Imperialem. §. præterea & in l. 2. C. de iure emphy. & in cap. potuit, de lo. & conduc. quoniam si inuestiatur emphytheota & vasallus per dominum nouiter de feudo & emphytheosi antiquis licet commissis domino, nihilominus tale feudum, & talis emphytheosis sapiunt naturā feudi & emphytheosis antiq & antiquæ, & succedunt transuersales sicut primo succedebant secundū quod no. dicit glo. iuris ciuilis, ēt de vasallo q̄ quod plus est per

feloniam feudū amisit, in l. quod dicitur in fi. ff. de impen. in re. dot. fac. & in l. peculium. §. si hære. alie. ff. de pecu. & alia gl. in li. feu. in ti. de prohi. feu. ali. p Fed. §. insuper, & ibidē Iac. de Bel. & Bar. in d. l. qđ dicitur, ad qđ etiā optime facit c. 2. extra de feu. in responso primi q̄siti, & quia subrogatur vt l. si eū. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & insti. de actio. §. fuerat.
6 Faciunt etiam quæ habentur de Lazaro p gl. in l. seruus. ff. de acti. & obliga. & in l. ex his. ff. de leg. vbi dicitur ꝙ Lazarus resurgens à mortuis & sic renouatus debuit de iure recuperare bona licet renouata ei vita videretur alter homo, & p consequens in simili casu nostro tanquam de feudo veteri iudicandum, secundum quod etiam tenet do. Bal. in d. §. insuper vbi dicit quod si non fuit addita noua forma, sed secundū formā veteris & consuetæ inuestituræ succedūt transuersales, secus dicit ipse si fuit addita noua forma, qđ non fuit in casu nostro, qa noua forma adita nō fuit ipsi inuestituræ, immo in perpetuū inuestiti p se & successoribus suis, sicut ēt dicebant veteres inuestituræ quas se renouare asseruit, non autē eisdem nouam formam dare, idē etiam Ang. in
7 d. l. quod dicitur, vbi dicit † quod si vasallus vel emphytheuta non fuerunt priuati per sententiam vel ipso iure quod tunc iudicabitur sicut de feudo vel emphytheosi veteri, licet tā quā de nouo feudo vel emphytheosi sit inuestitus vasallus vel emphytheota, sed constat ꝙ per sententiam aliquam dicti Nobiles priuati non fuerant, quia de ipsa non constat nec præsumitur vt l. in bello. §. factæ ff. de cap. itē nec ipso iure priuati præmissis ex causis vt in c. sancimus 10. col. quo tempore miles inuesti. pe. debeat, & de feu. sine culpa non amit. c. 1. & per gl. in l. 2. ff. si ager. vec. vel emphy. & p aliam glo. & Bald. in dicta consti. Fede. §. calidis & per Bar. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci & in l. Imperator, eo. tit. & in l. 2. C. de iure emphy. & ibidem per Saly. & præsertim cum idem dominus præsens Præpositus non dixerit velle res illas esse cōmissas, immo contrarium affirmauit asserendo etiā tunc de præsenti dictos Nobiles esse emphytheotas & vasallos dictæ præposituræ iusq; directi dominij ad ecclesiam ipsam siue præposituram pertinere, sicut constat ex tenore instrumenti dictæ eius inuestituræ, sicq; saluata omniū opinione opus est de iure cōcludere dictos nobiles successisse in dictis reb. eorum fratribus sine liberis defunctis, & de ipsis rebus emphytheoticis & feudalibus dictorum quondam fratrum suorum inuestiri debere etiam si sine præiudicio veritatis ipso iure priuati fuissent, attenta maxime opinione glossarū iuris ciuilis & feudorū ac Iac. de Bel. & Bar. & aliis iuribus superius allegatis ad hoc, in quibus nō distinguitur an ipso iure vel non, sed solū requirunt quod fuerint inuestiti sicut fuerunt nobi
8 les memorati, † & quæ communis opinio seruanda est in iudicando vt l. 1. de pœna iudicis qui male iudi. Item eo magis res clarior redderetur in casu nostro si esset sicut Bartholomæus prædictus affirmans inuestituram fuisse ab initio petitam tempore debito & datam fuisse dilationem eisdem propter aliquos ipsorum absentes & debitum canonē soluisse temporibus debitis, secundum ea quæ habentur in l. sed si manente. ff. de præca. & in tit. de beneficio sine culpa non amittendo in rubro & nigro, si tamen quomodo esse velit, patet denique omni casu eisdem superstitibus locum fore successionis & inuestituræ eisdem merito concedendæ per iura prædicta, & quæ desunt supplere dignetur exuberans prouidentia nobilitatis venerabilis domini Præpositi memorati.

Io. Barth. de Scarampis I. V. Doc. Asten.

CONSILIVM CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Transuersales an in feudo vel emphyteosi renouatis succedunt.*
2 *Lazarus resuscitatus bona recuperauit.*
3 *Differunt feuda ecclesiastica ab aliis feudis.*
4 *Ecclesia potest in perpetuum feudum concedere.*
5 *Sine causa non dicitur qui morē maiorū insequitur.*

VENERABILIS Domine in facto nobilium de Sablonio subtilia motiua reuerentię vestræ non obstant eisdem, siue loquamur in feudo siue in emphytheosi, quoniam iura per vos allegata loquuntur in feudo vel emphytheosi de nouo concessis, nec solitis concedi, ideo in his non succedunt transuersales vt in iuribus per uos
1 allegatis; † casus vero noster loquitur in feudo & emphytheosi renouatis, q̄ renouatio sapit naturā antiquæ concessionis & inuestituræ, vt expresse dn̄t not. gl. in l. quod dicitur in fi. ff. de impen. in re dot. fac. & in l. peculiū. §. si hær. alie. ff. de pecu. & in tit. de prohi. feu. ali.
2 p Fed. §. insuper & ibidē per doc. † & in simili qđ dicitur de Lazaro resuscitato q cæteri debuit idem antiquus seu solitus hō nō nouus, & per consequens debuit recuperare bona, scđum ꝙ habetur per gl. & doct. in l. ex his. ff. de leg. in l. seruus. ff. de act. & obli. in quib. succedunt ēt transuersales, vt titu. de gradib. suc. in feu. c. 1. §. his vero & in ti. q feu. da. pos. c. 1. §. cum vero Conradus & ibi per gl. quæ dicit principali prouidētia vel à maiorib. &c. & in ti. an agna. vel fili. in prin. & per Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua versi. 155. & per Salyce. in l. 2. circa fi. C. de iure empæytheo. & per Bart. in l. à

in l.à titio & in l.si mihi & titio.ff.de ver. obl. & in aliis iurib, alias ad hoc allegatis, licet inter doc. sit differētia, an iure accrescēdi, an ex iure successionis, vt ibidē habetur, quod quantum ad effectum nostrū idem est. Nec obstat ꝙ dicantut semel aperta fuisse prędicta & cōsolidatū fuisse dominiū vtile cū directo, quoniam cū reuerentia hoc non est verū, quia licet competiisset ius dño cōsequendū per sententiam, tamen non ipso iure vt habetur per Innocen.in c,potuit, extra de loca.& per Spe. in eod.tit.§.nunc aliqua versi.47. ad quod est etiam text.in l.2.C.de iure emphy. qui vtitur verbo futuri temporis videlicet repellendum iuxta ēt ea quæ habentur per glo.in l.siquis in tantā.C.vnde vi. Itē secundum alios diuersæ opinionis saltem necesse est ꝙ dominus declarauerit & dixerit velle cōsolidari vt expresse dicit text.in d. l.2.C.de iure emphyt.quod non fuit aliqualiter in casu nostro, immo per vos exititit in cōtrarium declaratum, dum affirmastis tunc de præsenti ipsos esse vasallos &c.nec dixistis eos velle priuari feudo vel emphytheusi, immo contrarium affirmastis vt patet ex tenore renouationis inter eos p uos factæ, & sic etiam omnium scribentium saluata opinione successerunt & succedunt dicti fratres fratribus eorum defunctis.

3 † Nec obstat quod dicatur esse differentiā de emphytheusi vel feudo ecclesię ad alia feuda vel emph.aliorum secundum ea quæ habentur in l.etiam ff.sol.matrimo. & per Specul.in titu. de loca. §.nunc aliqua versic.113. in quo non succedunt nisi descendentes, quoniam sicut satis responsum fuit per allegationes primo factas & hi sunt de descēdentibus primi acquirentis antiquitus & sic principali prouidentia à maioribus suis dicuntur habere, secundum ꝙ dicit glo.in d.§.cū vero Conradus, in titu.qui feud.dare pos. & in aliis iuri-
4 bus ad hoc superius allegatis, † & licet sint res ecclesiæ tamen possunt vsque in infinitum cōcedi si antiquitus talis fuit consuetudo sicut in casu nostro, vt in titulo Episcopum vel Abbatem c.1.in principio & in auth. de non ali. §.licentiam & habetur per Barto.in auth.qui rem C.de sacr.san.eccl.nec mirum sicut alias dictum fuit, quia omnia licita facit vetustas quæ dicitur vim legis siue priuilegii obtinere vt l.hoc iure. §.ductus aq. ff. de aqua quot. & æsti.& in c.super quibusdam, extra de verb. significa. Quinimmo vt dicit Bald. in titu. de feud.da.in vicem l.com.ca.fi.in fin.sufficiunt anni 40.ad talem antiquitatem. si igitur sicut superius probatum est sapit renouatio facta per vos vim veteris inuestituræ, in vete rique inuestitura constat transuersales succedere vt in iuribus superius allegatis, clarissimum restat ius esse pro fratrib.antedictis.nec dicendum ꝙ sine causa ipsos inuestieritis, quoniā ante apprehēsam possessionem facere potui-
5 stis † nec dicitur sine causa qui insequitur morem maiorum ut l.1.§.permittitur.ff.de aqua quot.& æsti.& ibi p Barto.& in l.1.ff.de itine: actuq; priua. & in c. bonæ memoriæ, extra de postu.prælato.cum ibi no.& per Bald.in titu. qnemad.feud.ad filiam perti.c.1.circa fin.

Idem Io.Bart.de Scarampis.

DOMINI IOAN. IACO. DE Leonardis de Pisauro Comitis Montis Abbatis.

CONSILIVM CXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Veritas negligentius quæreretur, si mendaces aduersarios non haberet.*

2 *Delegatus delegantem representat, & eadem persona cum delegante reputatur.*

3 *Sacrilegii pœna est disputare de potestate papę.*

4 *Princeps cum aliquid rescribit ex certa scientia, nō est necessaria clausula, non obstante.*

5 *Princeps nulli formæ astringitur.*

6 *Papa est supra ius, extra ius, & contra ius.*

7 *Papa in his quæ sunt iuris positiui absolutam habet disponendi facultatem.*

8 *Primum ante se nihil habere potest.*

9 *Silentium imponendum est venienti contra id quod facit papa.*

10 *Papa si aliter facit quam promisit tenet actus.*

11 *Papa vnum tribunal cum Deo facit, vnde Augu.o mira potentia &c.*

12 *Papæ spectat concessio feudorum etiam regalium.*

13 *Papa concesśionē dignitatum vsurpat quantū pōt.*

14 *Imperium & oēs dignitates dependent à papa.*

15 *Papa imperatorem confirmat.*

16 *Regnis vacantibus hodie ad papam pertinet collatio non ad imperatorem.*

17 *Imperator licet se appellet Romanorum imperatorē tamen Romæ stare non potest, nisi per tres dies.*

18 *Imperator postquam coronatus est, Romę stare non potest, nisi per vnum diem.*

19 *Imperatoris potentia hodie diminuta est.*

20 *Papa dominus est totius orbis.*

21 *Deo quis audet dicere, quare huic parcis? Papæ quis audet dicere, quare huic parcis? ibi nu.20.*

22 *Papæ factum Dei factum reputatur.*

23 *Papa solus habet plenitudinem potestatis.*

24 *Papa adæquat quadrata rotundis.*

25 *Papę subdita est omnis creatura.*

26 *Papę maior est potestas quam sanctorum.*

27 *Fœmina regulariter non succedit in feudo, et ibi quare est &c.*

28 *Fœmina arma ferre non potest.*

29 *Priuilegium dicitur quod est contra vel p̄ter ius.*

30 *Priuilegium dicitur quasi lex priuata contra legē.*

31 *Inuestitura habilitans fœminas censetur esse priuilegium.*

32 *Priuilegium à papa reuocari poteſt etiam ſine cã.*

33 *Priuilegium etiam perpetuo manſurum reuocari poteſt à papa.*

34 *Cauſa in principe præſumitur. & nume. 264.*

35 *Præſumuntur omnia geſta per principem quod decẽter geſta ſint.*

36 *Princeps non præſumitur facere non facienda.*

37 *Voluntas principis præſumitur iuſta cauſa.*

38 *Pontificis literis & eius dicto creditur.*

39 *Creditur papæ etiam in præiudicium layci.*

40 *Princeps transgreditur diſpenſando.*

41 *Princeps tollit rem iudicatam.*

42 *Princeps tollit ius tertii.*

43 *Princeps etiam ſine cauſa auferre nobis poteſt dominium de plenitudine poteſtatis.*

44 *Factũ à principe ex certa ſcientia reuocari non põt.*

45 *Papa cum aliqud diſponit ex certa ſcientia videtur omne obſtaculum tollere.*

46 *Clauſula ex certa ſcientia præiudicat etiam illi cui ius quæſitum eſt.*

47 *Principis prærogatiua eſt vt ſine cauſa ius tertii tollere poſſit.*

48 *Princeps vt omnes fatentur cum cauſa ius tertii tollere poteſt.*

49 *Cardinalium collegium eandem habet poteſtatem quam haberet ſummus pontifex ſi viueret.*

50 *Sede vacante appellatio deuoluitur ad collegium cardinalium.*

51 *Collegium cardinaliũ ex grandi cauſa diſponere põt ea auctoritate qua diſponeret ſummus pontifex.*

52 *Matrimonium ne contrahatur inter certas perſonas prohiberi poteſt à papa.*

53 *Matrimonium à papa prohiberi poteſt ad tempus, & etiam perpetuo.*

54 *Papa ex cauſa diſpẽſare poteſt ſuper matrimonio iã conſumata.*

55 *Aetas duodecim annorum ad matrimonium cõtrahendum requiritur in fœmina.*

56 *Vaſallos habere per indirectum quos dominus feudi non vellet maximum reputatur præiudicium.*

57 *Subditorum intereſt non mutare dominos.*

58 *Dominorum intereſt non mutare uaſallos.*

59 *Dominus habere non debet emphytcutam alium cõtra ſuam voluntatem.*

60 *Dominus non debet habere vaſallum de quo non cogitauit.*

61 *Dominus poteſt iure licito non admittere vaſallum ſibi odioſum.*

62 *Maritus rerum dotalium cenſetur eſſe dominus, & ibi nume. 87.*

63 *Vaſallus contrahens amicitiam cum inimico domini priuatur feudo.*

64 *Rationem quærere ubi aliquid naturaliter ſentiamus nihil aliud eſt quam infirmitas intellectus.*

65 *Amicitia qualis ſit iter uirũ et vxorẽ, ibi remiſsiue.*

66 *Vxor & maritus vna caro, &c.*

67 *Amicitia & ſanguinis coniunctio ęquiparantur.*

68 *Vaſallus feudo priuatur contrahendo matrimoniũ cum inimico domini.*

69 *Vaſallus priuatur feudo ex oĩ alia cauſa non expreſſa quæ poſſet dici ſimilis vel maior expreſsis.*

70 *Pater ſi filium qui deliquerit in dominum non ſeparet à ſe, feudo priuatur, & ibi nu. 81.*

71 *Principem offendit qui eius partiariis et ſubditis iniuriam facit.*

72 *Præſumitur qui male ſe geſsit, ſe peius gerrere in futurum.*

73 *Inimicus reconciliatus ſuſpectus eſt.*

74 *Inimicus verus & pręſumptus æquiparantur.*

75 *Culpa patris filio non nocet, fallit in crimine læſæ maieſtatis.*

76 *Pater & filius cenſentur una perſona.*

77 *Inimicitia patris facit quod & filius inimicus pręſumatur.*

78 *Inimicitia cũ vno de familia facit ꝙ oẽs de illa familia inimici præſumãtur vſq; ad quartũ gradũ.*

79 *Inimicitia probatur ex ſola conuerſatione cum inimico.*

80 *Vaſallus ex conuerſatione ſolla cum inimico feudo pruari poteſt.*

82 *Vaſallus feudo priuatur alienando feudum in potẽtiorem, & ibi numero 84.*

83 *Feudum à domino potentiori facile recuperari non poteſt.*

85 *Datio feudi in dotem alienatio cenſetur.*

86 *Feudum in dotem dari non poteſt ſine conſenſu domini.*

88 *Potentiores perſonæ quæ dicantur.*

89 *Potentior appellatur etiam familiaris potentiorũ.*

90 *Experientia rerum magiſtra.*

91 *Citari potuerunt domini ciuitatis Camarinenſis vt perſonaliter comparerent.*

92 *Citari poteſt quis in criminalibus vt perſonaliter compareat.*

93 *Contumax excommunicari poteſt.*

94 *Contumacia quęlibet dicitur digna excommunicatione.*

95 *Excommunicari quis poteſt ex contumacia quę etiã ex parua re inſurgit.*

96 *Papa poteſt principes ſeculares excommunicare & ipſis contumacibus exiſtentibus ſubditos eorum à ſacramento abſoluere ne eis fidelitatem obſeruent & ſubditi dicto caſu non tenentur principi obedire.*

97 *Excommunicationis contemptum operatur, vt quis feudo priuari poſsit.*

98 *Excommunicatus omnis hęreticus dicitnr.*

99 *Excommunicatus ſi ſteterit in excommunicatione non caret ſcrupulo hæreticæ paruitatis.*

101 *Hęreticus non eſt capax feudi uel alterius dignitatis.*

102 *Excommunicationis exceptio, & quod pars in excommunicatione ſteterit per annum operatur quod pars excommunicata priuari debet cauſa.*

103 *Papa contra tenentes indebite terras eccleſię procedere poteſt etiam ipſis non citatis.*

104 *Vaſallus feudo priuatur propter notoriam culpã etiam ſine ſententia, & de facto.*

105 *Tyrannus expelli poteſt à ſubditis propria eorum auctoritate.*

106 *Tyrãnus dicitur qui dominatur auctoritate ꝑpria.*

107 Fur

107 Fur dicitur qui per hostium non intrat.
108 Iurisdictionem sibi occupare est incurrere crimen lesæ maiestatis.
109 Crimen læsæ maiestatis incurrit qui se opponit contra principem supremum.
110 Intruso obediendum non est, imò resistendum, & ibi nume. 112.
Hostem capere, repellere, & perimere licet.
113 Papa tam suam quam prædecessorum sententiam in melius mutat.
114 Ecclesia qñ enormiter læditur propter concessionẽ etiam ipsemet concedens reuocat.
115 Vni soli dare non debet quod sufficeret duobus.
116 Feudum solitũ concedi duobus vni dari non debet.
117 Prælatus vni soli non potest cõcedere feudum quod pluribus concedere solebat.
118 Prælati non debent querere dotare de bonis ecclesię nepotes, & consanguineos suos.
119 Inuestitura prior præualet secundæ inuestituræ.
120 Dominus si fecit duas inuestituras duobus, prima præualet.
121 Inuestitus primo ideo præualet, quia se cundo conferri non potuit sine culpa primi.
122 Vrbanus Papa, primo castrum in Comitatu Eugubij cõtulerat Bal. deinde illudmet alteri cõtulit.
123 Baldus vnquam potuit habere possessionem castri ei concessi à Papa Vrbano.
124 Duobus concurrentibus ad beneficium ecclesiasticum prior est qui primo gratiam collationis obtinuit.
125 Principem non decet suum priuilegium reuocare.
126 Princeps obligatur ex suo cõtractu sicut priuatus.
127 Princeps obligatur ex cõtractu sui prædecessoris.
128 Pactum principis tunc demum obligat etiam successorem, quando continet iustitiã & æquitatẽ.
129 Lex quotiens. C. de rei vendica. vendicat sibi locũ etiam in feudalibus.
130 Lex quotiens de rei vendicatione non habet locum in personis ecclesiasticis vendentibus in quibus semper præfertur primus emptor, dato quod secundo prius tradita fuerit res &c.
131 Ecclesia debet esse cultrix iustitiæ.
132 Ecclesia non debet in suis contractibus fraudem adhibere.
133 Lex quotiens de rei vendicatione limitatur non procedere in principe, nec in feudo antiquo ibi numero 130.131.
134 Tenor inuestituræ in feudalibus attenditur.
135 Feudum quale sit demonstrat inuestitura.
136 Feudum paternum, & antiquum &c.
137 Feudum quando præsumatur paternum.
138 Filius viuo patre intelligitur inuestitus, ac etiam possidere &c.
139 Feudum antiquum nouam possessionis translationẽ non expectat.
Quia continuatur in successores &c.
140 Lex quotiens. C. de rei vendica. non vendicat sibi locum in feudo antiquo.
142 Frater in feudo antiquo fratri succedit.
143 Frater in feudo nouo non succedit fratri, nisi quando inuestitura hoc expresse dicitur.
144 Voluntas patris seruanda est.
145 Testatoris voluntas pro lege seruanda est.
146 Patris consensus consideratur in matrimoniis contrahendis.
147 Filia si nubit sine consensu patris efficitur ingrata.
148 Virginalis pudoris non est quærere maritum, sed hoc curæ paternæ relinquendum est.
149 Mulieres sæpe contra propria commoda laborant.
250 Matrimonium contrahere sine consensu patris est contra bonos mores &c. & inducit odium capitale.
151 Directus dominus feudi dicitur feudum possidere.
152 Dominus directus feudi potest de facto spoliare iniustum possessorem, & feudum tradere iniuste spoliato.
153 Fructus debentur à die concessæ felloniæ.
154 Præsumitur pro Pontifice.
155 Arguendi non sumus si interdum de principis potestate disputare contingat.
156 Imperatori & Pontifici à Deo potestates limitatæ tributæ sunt.
157 Papam decet secundum leges viuere.
158 Imperij augumentum est se legibus summittere.
159 Pudor est se legibus non summittere.
160 Iustum est quod princeps credit in alijs in se crede re debet &c.
161 Papa solus secundum veritatem iudicare debet, & non ire per ambages.
162 Papa solus vt Deus iudicat.
163 Papa in terris sicut Deus est in cœlis.
164 Ecclesia, Princeps, & Deus pari passu ambulant.
165 Iudicium principis iudicio Dei cõforme esse debet.
166 Papa opera bona non faciens, minister Diaboli est.
167 Maior quanto quis est, tanto debet virtuosior.
168 Ecclesia debet esse auctrix, & cultrix iustitiæ.
169 Impossibile est omne indecens.
170 Actus Papales trahuntur in exemplum alijs.
171 Subditi solent esse tales quales sunt princeps.
172 Iesus cœpit prius facere quam docere.
173 Iustum est principem legibus suis optemperare.
174 Iura principis ab omnibus æstimantur, quando & ipse reuerentiam exhibet.
175 Iustitiæ ordo suadet, vt quis sui prædecessoris mandata seruet, si mandata sua seruari desiderat.
176 Leges Imperatoris Papa seruare debet, eo quia iustę sunt.
177 Leges Imperiales quilibet seruare tenetur.
178 Papa errare potest.
179 Papa sæpenumero vtitur excusatione, & timet ne reprehendatur.
180 Veritatem præhonorare sanctum est.
181 Veritatem qui sequitur, Deum sequitur.
182 Veritas omnia vincit.
183 Scandalum quodlibet tolerandum est potius quam veritas occultetur.
184 Supplicium pro veritate melius est pati, quam pro adulatione beneficium.
185 Pontificis intentio talis esse creditur, qualis est legis scriptæ & rationis naturalis.
186 Vasallum inuestitum Papa sine culpa conuicta & probata priuare non potest.

187 *Papa principē laicū priuare non potest sine causa.*
188 *Papa prælatum ecclesiæ priuare potest etiam sine causa.*
189 *Prælati censentur esse procuratores & nō domini.*
190 *Papa sine peccato suo & alieno, potest prælatum minus bonum deponere & meliorem ponere.*
191 *Utilitas publica & non priuata in officiis reipublicæ quæritur.*
192 *Res sua alicui non est sine culpa auferenda.*
193 *Dux Calabriæ, Comes Ferrariæ, Comes Prouinciæ, & similes domini sunt.*
194 *Princeps non potest disuestire vasallum, nisi causa cognita & inuicta culpa per sententiam.*
195 *Urbinum Ecclesiæ Romanæ feudum.*
196 *Dux Vrbini non potuit per Papam feudo priuari nisi de culpa conuictus fuisset.*
197 *Successor Imperij neq; Sedis Apostolicæ possunt principem sine culpa priuare.*
198 *Obligatio principis ligat successorem in dignitate.*
199 *Feudi concessio ab initio volūtaria est ex post facto necessaria.*
200 *Conuictus verbum exponitur, idest si contra vasallum fuerit probatum.*
201 *Uerbum conuictus scilicet testibus.*
202 *Feudi concessio contractus est vltro citroque obligatorius.*
203 *Infeudatio contractus est.*
204 *Feudum contractus est, & in suo esse perfectus.*
205 *Actui perfecto nihil addi, vel detrahi potest sine partium consensu.*
206 *Contractus feudi de iure gentium est.*
207 *Iura gentium immutabilia sunt.*
208 *Deus licet subiiceret principi leges & tributa, non tamen subiecit ei conuentiones, contractus & consuetudines feudales.*
209 *Deus ipse ex pacto obligatur.*
210 *Aequalitas in contractibus requiritur.*
211 *Princeps in contractibus communi iure vtitur.*
212 *Papa iure naturali ad obseruantiam contractus tenetur.*
213 *Princeps à dictamine rationis solutus non est.*
214 *Cōtractui princeps etiam de plenitudine potestatis contrauenire non potest,*
215 *Princeps vasallum inuestitum etiam de plenitudine potestatis non conuictum priuare non potest,*
216 *Contractuū naturæ sunt Papæ & Imperatori quædam elementa.*
217 *Papa sicut non est dominus elementorum, ita non est dominus contractuum.*
218 *Imperator non potest abusiuas facere dignitates.*
219 *Papa non potest supprimere dignitatem donec superest persona quæ præest dignitati, nisi ex magna causa.*
220 *Consuetudo disponens in principem maior est ipso principe.*
221 *Consuetudines feudorum ius naturale esse cēsetur.*
222 *Causa propter quam vasallus feudo priuare potest grauissima esse debet.*
223 *Occasio omnis non est sufficiens ad priuationem feudi etiam si committatur contra dominum.*
224 *Vasallus qui iurauit occidere dominum, & non occidit non priuatur feudo.*
225 *Regula quod vasallus non possit disuestiri sine culpa, est regula quę nunquam fallit.*
226 *Filiæ feudum conceditur à domino ob amorem & seruitium patris.*
227 *Marito filiæ ob seruitium patris feudum concedi potest.*
228 *Fœminæ feudū in pluribus casibus concedi potest.*
229 *Tex. in c. 1. quemadmo. feu. ad fili. & c. loquitur in feudo antiquo, & paterno, secundum aliquorum opinionem.*
230 *Feudum antiquum filiæ concedi potest in præiudicium agnatorū accedente auctoritate summi Pōtificis. contrariū ibi per Afflictū. vide infra in consi. Bruni qui sequitur suam opinionem.*
231 *Potestati principis in materia feudorum non est multum tribuendum.*
232 *Feudum ob remunerationem concedi potest vt trāseat ad fœminas etiam perpetuo.*
233 *Consequenti concesso videtur & antecedens necessarium ad illud.*
234 *Regula est quod cui conceditur aliquid omnia intelliguntur concessa sine quibus illud explicari nō potest.*
235 *Impossibile dicitur, cuius cōtrarium est necessariū.*
236 *Filiorum appellatione in materia feudali veniunt tantum filij ex legitimo matrimonio.*
237 *Fœmina filios sibi adoptare non potest.*
238 *Fœmina filios generare non potest licet concipere possit.*
239 *Ea quæ cum honestate facere non possumus impossibilia reputantur.*
240 *Verba in proprio casu intelligi debent.*
241 *Filius proprie dicitur qui ex viro & eius vxore dicitur.*
242 *Expressum dicitur etiam illud quod sub generalibus verbis continetur.*
243 *Matrimoniū liberum est, & in paradiso institutū.*
244 *Matrimonium permissum videtur nisi expresse prohibitum sit.*
245 *Matrimonium liberū est etiam habentibus feuda.*
246 *Neapolis seruatur constitutio Regis Caroli circa matrimonia contrahenda, quæ prohibet feuda dari in dotem sine permissu principis.*
247 *Inuestitura alia abusiua, alia vera & realis.*
248 *Penitentiæ locus non est in contractu feudali, quando res integra non est.*
249 *Feudum datum gratia vtriusque adhæret naturæ pacti & contractus nominati, & renuntiari non potest, inuito domino.*
250 *Illustrissimu D. Iulia de Varrano non potuit disuestiri sine culpa.*
251 *Paulus summus Pontifex tertius etiam de plenitudine potestatis non potest Illustrissimam D. Iuliā priuare sine culpa, ibi & sup. nu. 214. & 215.*
252 *Tenor inuestituræ attendi debet.*
253 *Ea quæ cum consilio fiunt magis valent.*
254 *Quod fit auctoritate iuris iustè fit, si iustè bene.*
255 *Potestas Pontificis sibi locum non vendicat circa contractus & nu. 263. cum seq.*
256 *Papa maiorem habet potestatem super personis ecclesia-*

imò est operæprecium & virtuosum.

327 Inimicus noli esse proximo pro amico.

328 Homo animal sociabile est.

329 Ciuitatum constructio ad vitam humanam multũ fuit necessaria.

330 Viuere nullus posset sine amico.

331 Amicis indigent omnes homines.

332 Fœmina data fuit in adiutoriũ uiri.s.generationis.

333 Matrimonij laudes ibi remissiuè.

334 Feudum dari potest in dotem ab ipsamet muliere inuestita.

335 Feudum dari potest in dotem inæstimatum, secundum communem opinionem.

336 Matrimoniũ regulariter non contrahitur sine dote.

337 Fœminas dotatas esse necessarium esse.

338 Dos non est de substantia matrimonij.

339 Verbum necessarium idest vtile.

340 Lex prospicere videtur ad ea quæ generaliter contingere solent.

341 Coniunctus facta coniuncti scire præsumitur.

342 Scientia præsumitur quando aliquid manifestum & publicum est in loco, vt ibi Deci.

343 Consentire videtur, qui potest contradicendo impedire, & non contradicit.

344 Scientia domini sine contradictione in alienatione feudi facta per vasallum consensum operatur, ibi per Aluarot.

345 Mulier matrimonium contrahendo non videtur dare bona sua in dotem, si de dote nulla est habita mentio, secundum communem opinionem.

346 Comes reginę nubens, rex non efficitur, si regnum non est datum in dotem.

347 Alienatio in potentiorem facta vt vasallo noceat necesse est quòd facta sit malo animo, vt domino noceat.

348 Potentior dicitur qui est maior domino feudi.

349 Potentiores dicũtur qui possunt esse terribiles aduersæ parti, & ei vultum teribilem ostendere.

350 Potentior vt reputari posit talis necesse est, quod habeat potestatẽ de iure & de facto super aliũ.

351 Pontifex omnes principes excedit.

352 Pontifici subest omnis humana creatura.

353 Citanda est pars in vnoquoque actu ei præiudiciali, alias quod agitur non valet.

254 Citatio requirit causam in notorijs, vbicunq; defensio competere potest.

355 Papa procedere non potest etiam de plenitudine potestatis, parte non citata, quod sine dubio procedit in criminalibus.

356 Citatio ex causa remoueri potest, quæ tamen causa apparere debet.

257 Causa non præsumitur in principe procedente per viam iustitiæ.

358 Assertioni principis super causa non statur.

359 Papa si non potest, multo minus delegatus debet posse.

360 Citatio debet esse personalis & nõ per edicta, quando citans ad locum citati tuto accedere potest.

361 Sententia lata virtute citationis factæ per edicta, quando citatus potuit personaliter citari est ipso iure nulla præsertim in criminalibus.

362 Citatio personalis semel facta non sufficit quando citatus potuit iterum faciliter citari.

363 Citatio affixa & statim eleuata habetur pro non facta.

364 Præceptum factum sub pęna amissionis feudi cum causa esse debet ad naturam feudi pertinentẽ, alias vasallus feudum non amittit vigore talis præcepti.

365 Citatio non continens causam nulla est.

366 Citatus in dubio præsumitur ignorare causam, quare citatur.

367 Citatio quòd quis personaliter cõpareat debet causam continere.

368 Comparere quis potest per procuratorem, etiam ꝙ citatus sit vt personaliter compareat.

369 Causa omni casu exprimenda est à iudice, quum à communi regula recedit.

370 Paria sunt ꝙ citatio non interuenerit vel minus legitimè interuenerit.

371 Citatio si non est legitimè facta, processus & sententia & omnia insecuta nulla sunt.

372 Citatio omnis quæ per aliquod accidens secum affert defesionis citati impedimentum, non arctat citatum.

373 Ciatio quæ non potest parere effectum per quem inducta est, scilicet facultatẽ defensionis, nulla est.

374 Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere, etiam cum literis saluiconductus.

375 Citatus quando debet per territoria inimicorũ trãsire, vel in eorum manus posset incidere, comparere non tenetur.

376 Citatus non tenetur comparere, si familiaris alicuius potentis ei inimicatur, etiam si aliter de odio potentis non constat.

377 Citatus quum timet vim inferri, non solum personæ, sed etiam causæ, puta propter partialitates, non tenetur ibi per procuratorem comparere.

378 Citatus ad locum non tutum, non tenetur mittere procuratorem sine causa ardua.

379 Citatus ad locum non tutum, non tenetur mittere excusatorem.

380 Notorium non releuat ab onere allegandi, licet releuet ab onere proponendi.

381 Notorietas loci non tuti releuat ab onere allegandi & proponendi.

382 Inimicitia iusta est causa excnsandi quem, vt Romam non vadat.

383 Timor iustus periculi dat iustam causam recedendi ab eo, cui quis ciuiliter & naturaliter obligatus est.

384 Impossibilia dicuntur quæ sine salutis periculo fieri non possunt.

385 Impossibilium nulla est obligatio.

386 Rogamina principum iustum metum inducunt.

387 Blanditiæ principum inducunt iustum metum.

388 Metum iustum inducit timor perditionis omnium bonorum, sicut timor perditionis vitæ.

389 Minæ causant inimicitias capitales.

390 Metus siue inferatur à principe, siue ab eius nuntijs, vel commissariis non refert.

391 Citatio ad locum notoriè nõ tutũ est ipso iure nulla.

392 Citatio quando constat de impedimento citati circundanda est.
393 Excōicatio lata cōtra impeditū cōparere nulla est.
394 Excommunicatio antequam feratur debet precedere culpa vel mora.
395 Excommunicari non potest citatus ad domum, nisi probetur quod citatio ad eius notitiā puenerit.
396 Excommunicatio iniusta non ligat quo ad Deum, licet quo ad homines liget.
397 Dei gratia quis sine peccato priuari non potest.
398 Excommunicatus iniuste, patienter & humiliter ferens Coronam apud Deum consequetur.
299 Rebellis dicitur qui contra prosperitatem Papæ vel Imperatoris rebellat.
400 Rebellis dicitur subditus rebellans principi transfugiendo ad hostes.
401 Notorietas per probationes apparere debet quando proceditur citatione commissa contra indebite tenentes terras ecclesiæ.
402 Tyrannus ille dicitur, qui leges euacuare quærit & populum in seruitutem reducere.
403 Tyrannus dicitur qui in ciuitate Imperatori vel Pontifici subiecta sibi tyrannidem occupauit.
404 O felix regnum cui Rex sapiens est.
305 Crimen læsæ maiestatis multis cōmittitur modis.
406 Resistere licet contra officialem Papæ aliquid de facto facientem.
407 Amici & vicini etiam quod vocati non sint, venire possunt ad opē ferēdū amico, iniuste oppresso.
408 Defensio vasallo licita est etiam excedendo terminos status sui & inuadendo contra dominū denegantem sibi iustitiam facere.
409 Hispani & Cathelani ius suum non consequentes, bella contra dominos inducunt.
410 Pontifici præcipienti aliquid præiudicans bonis tēporalibus, non est obediendum.
411 Rex rliquid iniuste præcipiens, in illo actu rex dici non potest, & non obediens ei, regi inobediens nō dicitur.
412 Cor regis aliquid iniustum præcipientis non est in manu Dei.
413 Vicinis & consanguineis & etiam extraneis licitū est dare adiutorium iniuste oppressis.
414 Occidere hominē licet etiā pro defensione bonorū.
415 Duci Vrbini licuit adiutorium præstare filio existēti in ciuitate Camerini.
416 Excommunicato etiam iuste, in extrema necessitate existenti prouidendum est ne fame pareat.
417 Alimenta licet denegentur dari hosti, cōsanguineo tamen hostis dari possunt.
418 Cōuersari licet cum cōsangnneo excommunicato.
419 Rex facilius potest cōcedere feudū quam prælatus.
420 Consanguineis & attinentibus feudum dari potest in pluribus casibus.
421 Consanguineo bene merito feudum dari potest.
422 Consanguineo sicut & aliis dari potest feudum.
423 Charitas prima à seipso incipit.
424 Papa duo regna sibi subdita vnire potest, & eisdē vnum regem proponere.
425 Papa de duabus prouinciis vnam facere potest, & de vna duas.
426 Ducatus dignitas non diuiditur.
427 Vnum principem habere populi interest.
428 Multitudo principum mala.
429 Vnus est Deus et vnum caput inter cætera mēbra.
430 Humiles faciles sunt ad dissentiendum.
431 Reipublicę melius per vnū quā per plures consulit.
432 Feudum quale sit ex inuestituræ tenore ostenditur.
433 Tenor inuestituræ vim contractus habet.
434 Inuestituræ tenor, licet naturæ feudi repugnet, attendi debet, & nu. 435.
436 Feudum paternū vsq; ad quartum gradū dicitur.
437 Feudum antiquum dicuntur vltra quartū gradū.
438 Legem nouam appellamus omnem inductam post l. 12. tabularum.
439 Feudum nouum siue quæsitum dicitur, quod primo non quæritur, sed nouiter incipit in personam quærentis iure sue, idest opera & industria vel ex magnificentia principis.
440 Feudum antiquum, paternum, uel auitum uocatur quod à quocunq; à superioribus est id acquisitū.
441 Verbum quocunq; hoc est ab eo parente, qui fuit illius agnationis communis.
442 Feudum paternum & maternum.
443 Nouum feudum tamdiu dicitur, quamdiu non transit ad descendentes.
444 Antiquum tunc incipit esse feudum, cum incipit transire ad descendentes.
445 Feuda in sui principio nouiter quæsita fuerunt ex munificentia dominorū nec transibant in filios.
446 Feudum paternum & feudum antiquum quomodo differant.
447 Feudum nouum dicitur quod non est antiquum nec paternū, et in quo quis nō habet causam ab alio.
448 Feudum auitum dicitur de nouo acquisitum quod habuit initium in personam primi inuestiti.
449 Feudum vnum diuersis respectibus dici potest & nouum & paternum.
450 Feudum Camerini nouum feudum.
451 Feudū antiquū ad dominū reuertēs nouū efficitur.
452 Qualitas ista quod feudum antiqum sit, non præsumitur, & probari debet.
453 Dictionis quamdiu natura est inducere conditionē extinctiuam.
454 Personale feudnm dicitur illud quod ad vitam cōceditur.
455 Feuda multa sunt quæ non transeunt ad hæredes ex iuris dispositione.
456 Distinctio Fabri in l. quotiēs. C. de rei vendic. inter nouum & antiquum feudū continet in se rōnem.
457 Inuestitura abusiua dicitur quādo quis simpliciter inuestitus est sine traditione possessionis.
558 Inuestitura propria & realis dicitur quando post verbalem inuestituram traditur possessio.
459 Possessio non trāsfertur per abusiuam inuestiturā, per propriam autem secus.
460 Verba ista videlicet, inuestio te per nostrum annulum, non requiritur in inuestitura.
461 Plus est possessionem feudi dare, quam inuestituram verbalem facere.
462 Firmius est, quod est subnixum traditione, quam prolatione verborum.

463 Posses-

463 Possessionem dare maius est quam inuestituram concedere.

464 Inuestitura secunda quæ habuit possessionẽ præfertur primæ inuestituræ.

465 L. quotiens. C. de rei vendic. locum habet etiã in bonis feudalibus.

466 Secundus realiter inuestitus potior est.

467 Communis opinio in iudicando tenenda est.

468 Probatio ex facie instrumenti apparens, probatio probata dicitur.

469 Feudum non transfertur sine vera traditione propter excllentiam feudi.

470 Actus qui loco traditionis habetur, remissiue.

471 Dominium neq; possessio non transfertur sine vera traditione vel quasi.

472 Possessio non transfertur sine traditione, nec etiã ex contractu principis.

473 Verbum tradidit in instrumento appositum, non ꝓbat possessionẽ traditam fuisse.

474 Traditio facta à domino ex causa habili, non transfert dominium nisi recipiens impleat contractũ ex parte sua &c.

475 Dominium Ecclesiæ & ciuitati acquiritur sine traditione.

476 Possessio nec Ecclesiæ nec ciuitati acquiritur, nisi sit actualiter apprehensa.

477 Dominium in contractu principis transfertur sine traditione si constat de principis voluntate.

478 Inuestitura principis transfert ius in re duobus concurrentibus, primo quod princeps hoc dicat, secundo quod feudum sit vacans.

479 Verba geminata exuberantem & magis exploratam disponentis voluntatem ostendunt.

480 Sermo duplicatus censetur cum maiori deliberatione & ampliat effectum & plus operatur.

481 Verba non aurea præcisam habent naturam.

482 Princeps dicitur lex animata in terris.

483 Forma inducitur ex verbis prohibitiue prolatis.

484 Possessionem propria auctoritate accipiens, prædo dicitur.

485 Iurisdictionis alienæ vsurpator capite punitur.

486 Verba cõprehensa in inuestitura post tui obitũ &c. æquipollẽt ac si dicatur donec vixeris possideas.

487 Conditio liquidanda est priusquam instrumentum exequatur.

488 Infeudandi potestatem habens apponere potest cõditionem & pactũ inuestituræ prout ipse vult.

389 Possessio castri vel villæ non probatur per obedientiam vasallorum, nisi fuerit vacans.

490 Feudum personale quod dicatur.

491 Papa si concessit in vicariatum ciuitatem vsq; ad 10. annos & interim decedat ille qui concessit, non transit ad hæredes illa ciuitas.

492 Forma inuestituræ dat legem contractui.

493 Hæredi ex persona defuncti qui possedit vsque ad mortem non competit remedium possess. reintegranda ibi per Corneum.

494 Possessoria remedia, remissiue.

495 Opi. Io. And. in c. continebatur, de his quæ fi. Præ. à communiter reprobatur.

496 Clericus et Ecclesia, licet strictius obligentur quam laici, non tamen sequitur, ergo si vendant & postea tradant alteri non transferatur dominium.

497 Bal. in c. inuestitura, de no. for. fide. loquutus est cũ passione.

498 Princeps aliquid concedendo ad instantiam partis dñminiũ transferre non potest, sicut nec priuati.

499 Filius in feudo nouo patri succedit.

500 Filius post mortem patris debet esse solicitus vt capiat possessionem antequam dominus feudi, nec sufficit recollegisse fructus.

501 Possessio non probatur ex perceptione fructuũ post Kalen. Martij.

502 Fructus post Kalendas Martij pertinent hæredi feudatarij.

503 Recuperandi interdicto filius experiri non posset, si possessio feudi post mortem patris à tertio occupata est.

504 Fundamentum cum deest omnia corruunt.

505 Papa errare potest.

506 Papa in iure obliuisci potest.

507 Papæ erranti in iure dici potest vos fallit obliuio.

508 Papę dici potest, salua maiestate res se aliter habet.

509 Principes habere dicunt plures consiliarios.

510 Dubia causarum quandoq; nescimus dissoluere propter peccata.

511 Verisimile nõ est quẽ compulsum in vrbe Romana.

512 Verisimile non est, vbi ius redditur quod quis non consequatur iustitiam.

513 Falsitatis imago est illud quod verisimile non est.

514 Experimentum verorum sermonum est, vt concordet cum rebus sensatis & verisimilibus.

515 Veritas & falsitas contraria sunt.

516 Contraria vincantur.

517 Deus actum repugnantẽ in esse producere nõ põt.

518 Corda hominum soli Deo nota sunt.

519 Beneficium principis effectum habere incipit à die scientiæ illius cui conceditur.

520 Animus à solo Deo cognosci potest.

521 Animus per testes probari non potest.

522 Animus est quid latens iu corde, et quid inuisibile.

523 Cor homninis solus Deus cognoscit.

524 Mentis cogitatio probari debet quod fuit expressa.

525 Intentio siue propositum in mente retentum, nihil operatur.

526 Alimenta à coniuncto iure consanguinitatis & pietatis amore præstita videntur.

527 Probatio debet per necesse non per possibile cõcludere, ibi per Doct. in d. l. non hoc.

528 Testatoris dispositio super feudo nihil valere

529 Consensus patris non est necessarius in matrimonijs contrahendis.

530 Matrimonia debent esse libera ab omni coactione.

531 Filia nec exhæredari, nec alimentis priuari potest propter hoc quod matrimonium contraxerit sine consensu patris.

532 Testatoris præceptum conditionem inhonestam continens non est seruandum.

533 Papa à Deo missus in terrã vt orphanos & oppressos defendat, præmiet bonos, & malos puniat.

534 Papa si quẽ viderit se bene gerere in officio, debet ad maius officium promouere.

535 Virtus

535 *Virtus enim lenta & est, omnium percunctatrix.*
536 *In labyrinthum erroris incidunt, qui inculpant antequam intelligant.*
537 *Tales erga subditos nostros existere debemus, quales nos si subiecti fuissemus nostros vellemus esse præpositos.*

ALTISSIMI Redēptoris sub expressione Trinitatis nomine inuocato, qui in personis trinus, in substantia vnus existit. c. fi. de consecr. dist. 5. de sum. tri. c. 1. & 2. in causa, & causis quæ versæ & actitatæ fuerunt inter Illustrissimos de Camerino possidētes ex vna, & D. Herculē de Varano ex altera. Visis inuestituris, petitionibus porrectis per prædictum D. Herculē in curia Romana, processibus, sententiis in fauorem prædictorum de Camerino possidentium, & demū oretenus audito processu actitato per delegatos Sanctissimi D. nostri Papæ, & intellecto ꝙ processum fuit, ut asseritur, ad priuationem, & ad excommunicationem contra prædictos Illustrissimos possidentes, in omnibus quæ dicturus sum me submittendo determinationi sanctæ matris Ecclesiæ, protestans nihil intendens pertinaciter defendere, sed omnia tenere, vt tenet sancta mater Ecclesia, vt mor is est consultoris, secundum Abb. in c. qui ꝑ noua. vbi bonus tex. de verbor. signific. arguam ad
1 partes, † quia negligētius veritas quæreretur si mendaces aduersarios non haberet, vt dixit Card. sancti Sixti de Turre Crem. de potestate Papæ 2. par. 4. lib. c. 1. & facit tex. in l. munerum. §. mixta. ff. de muneri. & hono. deinde respondendo obiectis concludam in fauorem præfatorum Illustrissimorum possidentium.

Nam plures esse arbitror qui prima facie habendo respectum ad sententiam priuationis contra Illustrissimos prædictos dicerent iustè fuisse condemnatos & priuatos in curia Romana, quia licet talis sententia fuerit lata à delegatis suæ Sanctitatis omnimodo ab eius Sā-
2 ctitate censetur lata, † cū delegatus representet delegantem. c. sanè de offi. deleg. & l. 1. §. 1. ff. de offi. eius cui mandata est iuris. & eadem persona reputetur cū delegante, vt notat Pau. de Cast. consi. 117. notandum, col. fi. quem allegat Decius consi. 143. in casu col. 1. circa medium, & col. 2. vol. 1. ideo tū ex ista ratione, tū quia apparet de inuestitura facta per suam Sāctitatem in personam Do. Herculis cum tractetur de facto Pontificis, hac ratione genera
3 li videtur dicendum, vt supra, † cum de potestate eius sanctitatis disputare pœna sit sacrilegij. l. disputare. C. de cri. sacr. & notat Bal. in l. fi. col. 1. C. senten. rescin. non pos. vbi per eū,
4 † quod quando princeps aliquid rescribit ex certa scientia non est necessaria clausula non
5 obstante, quia constat de mente principis. † & princeps nulli formæ astringitur, nec ab eo exquirenda est ratio, cur ita facis, quia est in in eo pro ratione voluntas, allegat. l. 1. ff. de constit. princi. quæ licet loquatur in Impe. tamen idem esse de summo Pōtifice, attestatur Specu. in tit. de leg. §. nunc o tendendum. ver. 89. allegat 19. disti. c. in memoria, notat Barb.
6 in consi. 1. col. 4. vol. 2. † Et sua sanctitas est supra ius, cōtra ius & extra ius, & omnia potest, vt dicit Bal. in c. super col. 7. de causa possessionis, & proprieta. alleg. l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupti. & idem Bald. in prælu. fe. col. 9. & est omnia & super omnia, vt dicit ēt Bal. in c. 1. col. 2. ver. pone quum de propriet. secundum quod eum allegat Deci. cons. 588.
7 viso, vol. 4. † quæ omnia sine aliquo dubio ꝓcedunt in his quæ sunt iuris positiui super quibus liberam & absolutam habet disponendi facultetem, c. proposuit, de cōcessio. prębend. facit lex princeps. ff. de legibus, notant Canoni. in c. 1. & c. quæ in ecclesiarum, de constitu. Legistæ in l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. & pulchra verba dicit ad propositum Curtius senior cons. 50. ver. 11. dicunt col. 2. cum seq.
8 & est causa causarum. † & quod primū est ante se nihil habere potest. Bal. in ca. Ecclesia S. Mariæ, col. 3. extra vt lite penden. † & venienti contra id quod facit sua Sanctitas, imponēdum est perpetuum silentium, secūdum Bal. in tit. de pace constan. §. si quis autem, versic.
10 imperialis, alias vers. non admittimus. † & si aliter facit quam promisit tenet actus 9. q. 3. §. cum & sequen. ad finem, 11. distin. ca. si Papa. cum ibi nota. cum similibus allegatis per Catal. in suo tracta. de potestate Papæ, nu. 51. de euius sanctitatis suprema potest. late loquuntur docto. vbi Ias. post Bal. in l. rescripta. C. de preci. impera. Cano. in c. quę in ecclesiarum, de constitutio. & vbi supra, & Cardi. Sancti Sixti in libro quem edidit de potestate Papę lib. 4. ca. 113. Catal. in tractatu supra allegato vbi Bologninus in additio. ad eum sparsim per Barb. in lib. de præstantia Cardi. & in pluribus consiliis maximè cons. 1. vol. 1. & multa conge
11 rit Bru. consi. 1. † & adeo admirabilis est talis potestas quod vnum tribunal cum Deo facit secundū Barb. in præall. cons. col. 1. Vnde beatus Augustinus hāc ptātem primo cognoscēs & admirans in beato Petro Apostolo in sermone quodam Apostolorum Petri & Pauli, qui incipit, fortis, ita inquit. O mira potentia & ineffabilis gratia Saluatoris. Quis plebeiū piscatorem apostolorum facile crederet principem, & regibus obsistere, & leges sanctificare, & regis oībus imperare, mundū legibus refrenare, quem refert Turris Crema. vbi supra, c. 114. col. 2. & facit tex. in c. per venerabilē, extra qui filij sint legiti. ibi non solū in ecclesiæ patrimonio super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem, verum etiam in aliis
12 regionibus, † ad cuius sanctitatē spectat con-

cessio etiam feudorum regaliũ, per tex. in c. 1. de feudo Marchiæ qui tex. cum loquitur tantũ de Imperatore, ibi Bal. ante medium ausus
13 est dicere.† quod Papa vsurpat cõcessionem talium dignitatum quantum potest, eum simpliciter sequitur Aluar. circa princi. & Zasius sub tit. qui feu. dare possunt in prin. qui tamẽ Bal. acriter reprehenditur per Martinũ ibi cir
14 ca medium, & sequitur Dom. Car.† quia secũdum catholicam veritatem imperium & omnes dignitates dependent à Papa, tanquam à primo principio, vt plenè traditur in c. ad apostolicæ, de re iudica. lib. 6. per Io. And. & alios in cle. pastoralis, de re iudica. & bona gl. in c. ad nostram, verbo ecclesiæ, de hæreti. & notat Bal. in cons. 233. vol. 3. & 453. præsumendum,
197 vbi dicit extra glo. † quæro an Papa vel imperator possit priuare Ducẽ,Regem, vel Marchionem, vel alium Principem in dignitate reali vel ducali,ex regno,ducatu,vel marchionatu.Respondeo dicit secundum Bald. quod non,nisi conuicta culpa, vt est casus in principio huius c. & prosequendo subdit amplius, neque successor Imperij,neque sedis apostolicę,possunt nisi conuicta culpa. & alleg.c.nouit.& Bal.ibi,de iudiciis.Cuius verba retuli tã quam multum pertinentia ad decisionem casus nostri, vt tollatur omnis difficultas illorum qui vellent dicere dictum c. non vendicare sibi locum in põtifice,siue successore suę sanctitatis,licet probabiliter dubitari nõ pos-
198 sit,† quia hoc in iure clarum est quod obligatio Principis etiam ligat successorem in dignitate vt tradunt Bal. Abba. & communiter scribentes in c. 1. de proba.vbi Deci. colum. 4.versi.2.no.docto. & Affl.in rubrica qui successores teneantur,la prima,& Iaco.de Sanc. Georgio in sua inuestitura ver. princeps uers. scilicet an princeps & latissime per Ias.in cõs. 1.2.dubio col.2.vol.1.inci.quamuis. & ibi in tex.in d. c.1. de natura feudi. habentur verba ista,non poterit eos disuestire sine culpa.& gl.
199 colligit argumentum, † quod cõcessio feudi ab initio voluntaria est ex postfacto necessaria,allegat l.sicut.C.de actio.& obliga.facit rubrica decisiua de feudo sine culpa nõ amittendo & ibi in nigro, vt nemo miles sine cognita culpa beneficium suum amittat nisi ex culpis his vel causis conuictus fuerit.quẽ tex. extendit ibi glos. ad omnes alias personas, & est text.in c.sancimus.quo tempore miles.ibi nisi conuicta culpa. & not. hoc Aluar. & alij
200 in d.c.† & illud verbum conuictus. Aluar. in c.1. colu.1.de feu. sine culpa. exponit idest contra uasallum fuerit probatum.per text. in l.qui sententiam.C.de pœnis, & l.4.C.ad l.Iuliam maiesta.facit tex.vltra eum in l.si quis in hoc vbi Pau.de Cast.C.de epis.& cleri.vbi per
201 eum, † quod verbum conuictus exponitur scilicet testibus. & de verbo conuictus facit mentionem Iaco. de S.Georgio recognosce-
202 re in feudum.colu.6.in fi.& ratio est, †quia concessio feudi in casu de quo agitur censetur esse contractus vltro citroque obligatorius,secundum Panor.in c.quæ in ecclesiarũ,de constituti.sequitur ibi Deci.col.14.no. Curti.seni.consi.49.colu.pen.consi.l.colu.li. Affl. si de feu.fue.controuer. inter dominũ
203 & agna. † ibi quia infeudatio est cõtractus vltro citroque obligatorius, quia datur gratia vtriusque. iser. in cap. 1.circa finem. ex quib.cau.feu. amit. quem allegat & sequitur Affic.de pace iuramen.firman.in prin, col.3. in c.1.glo.de nat.feud. vbi Afflc.colu. pen.& in c.1.quibus mod.feud. consti.potest. col.4. Zasius.& Ias.cons.177.pro veritatis. col.2.vbi pulchre loquitur. & consi. 233. pro veritatis. col.3.col.2.& Beltran.consi.340.benemerite col. 2.vol.3. Cacialu.in suo tract. de feu.4.& 5.regula.& latius quam alibi Clau de Seys.de diffinitione feudi. versi.4.ergo est videndum qui est.in col.pen.& fin. firmat hoc Campeg. inter consi.Bru.cons.nu.2.col.4.vbi per eum,
204 † quod feudum est contractus, & in suo es-
205 se perfectus, † & perfecto actui nihil addi-vel detrahi potest sine consensu partium. per l.sicut. C.de acti.& obli. & sunt verba Bald.in consi.32.pridie.vol.4.not. Bart.in l.iurisgent. § quinimmo.col.7.vbi doc.ff. de pactis.Cur. iuni.consi.1.col.13.vol.1.& Deci.in c.cæterũ,
206 colu.2.de iudicijs. † Cum igitur infeudatio contractus sit & de iure gentium, vt tradunt
207 docto. & maximè Claudi.vbi supra, † Et cũ iura gentium sunt immutabilia vt §. sed naturalia, instit. de iure gen. secundum quod dixit Ias.consi.1 col.1.circa fi.vol.1.Ideo summus principes non debet posse contrauenire,
208 quia licet Deus ei subiecerit leges & tributa, nõ tamen subiecit ei cõuentiones contractus & consuetudines feudales quibus obligantur, vt per prædicta multum notabiliter, & plene tradit Ias.consi.1.col. 1.vol.1.vbi prædicta extendit locum habere etiam in Papa, & allegat Abb.in c.1.de proba. & not.Bal. in c.1.de natu.feudi per illum tex. & idem Bald.
209 in c.1. de probatio. † quia & Deus ipse obligatur ex pacto, vt Bal.inquit in l.1.in princ. ff. de pact. ubi magistrum sententiarum refert ita dicentem de Principe. Idem Bal. tradit in
210 l.pen.C.de dona.inter uir.& uxo. † in con-
211 tractibus enim ęqualitas requiritur.†Et ideo princeps communi iure vtitur, vt Bal.dicit in l.ex imperfecto ad fi.de testamen.Iacob. de S. Geor.in sua inuest.ver.princeps in prin.nota. pulchre Fel. in c.1. colu.4. extra de proba. ibi
212 † quia Papa inquanxum priuatus censetur illud egisse, & ad eius obseruantiam tenetur
213 iure naturali, † nam quamuis lege positiua princeps non obligetur, à dictamine tamen rationis non est solutus, vt dicit Bald. in l. si aquam.C.de serui. quem & alios allegat & sequitur Deci. in c.1. in princ. extra de probat.
214 † vbi extendit quod princeps non posset ẽt de plenitudine potestatis contrauenire. & allegat

legat Pau.de Cast.in l.digna vox.C.de legi.&
adducit rationem, vt ibi per eundem Deci..n
d.c.1.Deci.consi.151.maximi ponderis.colu.
7.vol.1.ibi, quia quando princeps ex contra-
ctu obligatur etiā de plenitudine potestatis
contrauenire non potest, & in consi.293.uisis
col.fi.ibi,nec etiam de plenitudine. uolu.2.&
idem tenet Ias.consi.2.colu.6.uol.1.& consil.
233.pro ueritatis.col.4.vol.2.& ibi col.fi.vbi
215 per eum allegando Bal. † quod princeps ēt
de plenitudine potestatis uasallum non cōui
ctum priuare non potest. & alibi dicit etiam
multum egregie Bal.in consi.275.2.partis in-
cip.quod pro regula in feudis traditur in pe-
216 nul. col. † quod natura contractuū sunt Pa
217 pę & Imperatori quædam elemenra† & ideo
sicut Papa nō est dominus elementorum, ita
non est dominus contractuum. quem refert,
& sequitur Ias.consi.86.in causa.colu.6.& ibi
col. 6. verbo quod contractibus sua sanctitas
contrauenire non potest etiam de plenitudi-
ne potestatis.uol.3.faciunt quæ no. per Curt.-
iuni.in consi.1.uol.1.col. 3.& in suo tractatu
de feud.2.parte. q.12. vnde dixit Bal.signāter
in authe.omnes peregrini. C. commu.de suc
218 cessio.† quod ex quo consuetudo feudorū
dictat quòd princeps non possit priuare du-
ces, nisi prius per pares iudicētur indigni,cer
te non poterit Imperator statuere contrariū,
& abusiuas facere dignitates.d.c.primum. de
219 nat. feu. vbi per eundem Bald. † quod Papa
non potest supprimere dignitatem donec su-
perest persona quę pręest dignitati, nisi ex ma
gna causa quem sequitur, & allegat Barba,
220 consi.1.col.2.vol.1. †quia consuetudo quę
disponit in ipsum principem maior est ipso
principe, vt Bal ibi supra de natura feudi.& in
c.1.§.1.uers.nunquid.de noua forma fidelita.
221 †vbi dixit quod consuetudines feudorum cē
sentur ius naturale,idem dixit Bal.in authen.
omnes peregrini. C.commu.de succes.quem
sequitur Curti.senior consi.l. col.52.vbi pul-
chre loquitur, & Curti. iuni. in suo tracta. de
feu.2. parte. q.12. vbi notanda verba dicit Ias.
consi. 1.col.7.vol.1. & signanter per Afflc.su-
per constitu.regni in præludijs.q.6.colu.2.&
in c. inuestitura, col.2.de forma fideli. & ista
conclusio vltra superius adducta comproba-
tur ex auctoritatibus infrascriptis, videlicet
Alex.in consil.30.ponderatis.col.2. & 3.vol.
5.& consi.3.eod.vol.& consil.303.perspectis,
col.2.vol.6. & Ias.consi. 1. volu.1.vbi pulchre
loquitur Brun. consi.1. col. 3. & 4.Campe.in-
ter consi.Bruni numero.20. & Affli. decisio.
regni Neapo.nu.307.in fina.verbis. Ia. de Sā.
Georgio in sua inuestit. ver. promiserunt nō
committere felloniam.& Curti.iunior.cons.
137.habita. colum. 1. & vbi supra per Iac. de
222 Sancto.Georgio, † quod causa propter quā
vasallus feudo priuari possit debet esse grauis
sima.& expressa in iure secundum Affiic.si de
feud.defun.§.licet vasa col.2.& ibi per Cur.
223 iunior.vbi supra,† quòd non omnis occasio
est sufficiens ad priuationem feudi ēt si com-
mittatur contra dominum. allegat tex.in c.1.
224 quib.ex cau. feu.amit. † & hinc est si vasal-
lus iurauerit occidere dominū, nec occidit
per hoc non priuatur feudo. secundum And.
de Iser.& Alua.in c.1.§.i.in tit.quę sit pri.cau.
benefi.amit. & Iac.de S. Geo.dict.que vasalli
promiserunt non cōmittere felloniam colu.
225 10.ver. circa hoc. † & regula ista quod vasal
lus non possit disuestiri, nisi sit conuictus de
culpa, est regula quæ nunquā fallit. secundū
Ias. qui pulchre loquitur in facto suo proprio
in consi.93.quanta mihi iniustitia. uol.3.
226 †Nec nouum est quod feudum conceda-
tur filiæ à domino ob amorē & seruitiū patris
vt est text. in c. vnico. in titu. quemad. feu.ad
filiā perti.& per illum tex. not. Fulg.in consi.
227 4.ad id de quo quæritur.col.fi. † vbi idē di-
cit de marito filiæ, quia nō refert an per filios
vel per generos seruitia exhibeātur. l.3.C.de
natu.libe.in fine.& quod feudū dicta de cau-
sa propter seruitium patris dari possit filię,no.
Ias.consi.114.ad obiecta. vol.1.& ibi per doc.
in d.c. 1. quemadmo. feudum ad filiam. vbi
quod ob amorē vel seruitiū patris,vel ipsius fi
liæ feudum dicto casu filiæ concedi potest, &
228 nota.Zasi.in titu.de feu.succes.char.57.† &
licet fœminæ dari possit feudum in pluribus
aliis casibus de quibus per docto.in d. c.1.per
Ias.vbi supra,& doct.de succes.feudi.§. filia.&
de his qui feudum dare. §. & quia vbi Affiict.
nono nota.& Iaco.de S.Geor.in sua inuestitu
ra in uer.& fœminis. & late per Curt. iunior.
in tertia parte sui tracta.de feudis,in princ. &
per Zasi.in vsibus feudorum, de feudi succes.
tamen satis est nobis quòd casus noster sit in
229 c.1. præallegato.† Qui text.licet apud doc.
sit in maximo discrimine quorum multi di-
xere illum textum loqui in feudo paterno &
antiquo, prout consuluit Bologni. latissime
in consi.1.vbi per eum,quod secundū opinio-
230 nem suam & antiquorum doctorum.† feu-
dum antiquum concedi filiæ potest etiam in
præiudicium agnatorum ob amorem, & ser
uitium patris,accedente maxime auctoritate
summi Pontificis,prout consuluit Dec.cons.
498. viso casu colum. 7. uolum. 4. Quorum
dicta pro nunc non affirmo,quia videntur po
tius fundata super potestate principis quam
super iustitia naturali secundum quod in si-
mili dixit Afflict. in tit. de his qui feu. da poss.
colum.7. contra opinionem Bruni & Cāpeg.
231 inter consil. Bru.1. & 2.consi. † cui potestati
Principum per ea quæ dixi supra in ista mate
ria feudali non est multum tribuendū, & tra-
dunt doct.in d.c.1.vbi Affict.quemad.feudū
ad filiā pertineat, & Curt.seni.cōsi.l.nu.427.
&

& Iuni. in d. suo tracta. de feudis in 3. parte in prin col. 2. & Zasi. in tit. de feu. succ. c. 57. siue igitur dictum capitulũ loquatur in nouo siue antiquo feudo, cum sumus nos in feudo nouo respectu D. Herculis, vt inferius demonstrabitur, nõ est præsentis disputationis, & sat est quod ista vna est de falentiis traditis, videlicet quod fœmina succedit in feudo, & licet alias feudum non esset solitum cõcedi fœminis, sed tantum masculis, & vsq; ad certum tē-
232 pus, † potest tamen ob remunerationem cõcedi vt transeat ad fęminas, & etiam perpetuo secundum Nico. de Neapo. Iacob. de Belui. & Alua. in c. 1. in prin. qui feu. da. pos. & Car. in c. ex parte, extra de feu. no. Soci. consi. 84. accuratissime, col. 2. vol. 3.

233 † Et pro præmissorum corroboratione ad vnum aduertendũ puto, quia Illustrissimæ D. Iuliæ Ducissæ fuitq;, & est data licentia libere contrahendi matrimonium sine aliqua conditione. colligitur ex tenore inuestiturę ipsius Illustrissimæ ex verbis illis videlicet Domina Iulia & etiam filij masculi vsq; in tertiam generationē, & ibi tam ipsa quã eius filij masculi, & legitimi vsq; in tertiã generationē, vnde consequenti isto dato, & cõcesso quod possit filios habere, videtur & antecedẽs necessariũ ad illum concessum quod matrimonium est sine quo consequens concessum stare nõ pos-
234 set, est tex. in l. 2. ff. de iurisd. omni. iudi. † & est regula quæ quotidie allegatur, videlicet, ꝙ cui conceditur aliquid intelliguntur omnia concessa, sine quibus illud explicari non potest, facit tex. in l. fi. ff. de offi. eius cui man. est iuris. c. præterea. c. suspicionis, extra de offi. de lega. & tex. in l. 3. §. fi. ff. de pen. lega. cum allegatis per Ias. Moder. in d. l. 2. ff. de iuris. om. iu. Ias. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. Deci. cons. 77. viso vol. 1. col. 2. & consi. 488. col. 1. vol. 3. Barba. consi. 1. col. 17. volum. 1. & Turris Crema. de potesta. Papæ cap. 116. quod sine dubio procedit stante quod verba inuestituræ, de filiis legitimis hoc clare demonstrãt cum impossibile sit, nisi præcedente legitimo matrimonio filios legitimos habere attentis
235 his quæ inferius dicentur. † Cum illud dicatur impossibile, cuius contrarium est necessariũ. l. 1. in fi. C. de his quæ pœnæ no. not. Ang. Areti. insti. de iure natu. §. sed quod principi, col. 2. Impossibilitas hoc probatur ex §. naturales, si de feu. fue. contro. inter dominum &
236 agna. iuncto §. adoptiuus. † vbi quod vbiq; appellatione filiorum veniunt in materia feudali tantum filij ex legitimo matrimo. vt ibi per Affl. in fortioribus terminis in d. §. naturales, 2. notab. quæ conclusio probatur, dato etiam quod abfuisset illud verbũ legitimus ex alio capite, quia non aliter nec alio modo, nec per aliam viam Illustrissima Domina Iulia potuisset filios habere, nisi mediante ma-
237 trimonio, † cum fęmina adoptare sibi filios
238 non possit. §. in plurimis, insti. de adopt. † qa fœmina non potest filios generare, licet possit concipere. l. vt quæritur. ff. de ædil. edict. videtur esse matrimonium concessum ex cõces-
239 sione consequentis, † quia ea quæ cum honestate facere non possumus id facere impossibile esse reputatur, vt per multa iura hoc late firmat Dy. in c. nõ est obligatorium, de reg.
240 iur. in 6. † & maximè quia verba debent intelligi in casu proprio, ꝑ tex. in c. Rodulphus, de rescrip. & not. Dec. consi. 406. vol. 3. & con
241 sil. 275. in causa, col. 5. vol. 2. † Sed proprie filius dicitur qui ex viro & eius vxore nascitur, l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. licet hæc dicta sit ex abundanti, cum ex verbis inuestituræ expresè constat matrimoniũ fuisse cõ-
242 cessum, † & satis expressum dicitur illud qđ sub generalibus verbis continetur, vt declarant Bart. & Ang. in l. prætor ait. §. 1. per gl. ibi
243 ff. de noui ope. nun. accedat prædictis, † quia quatenus ex verbis de quibus supra ꝑmissum non intelligeretur, tamen cum de se liberum sit, cum institutum sit in Paradiso. 32. q. 2. c. sicut. §. his ita, secundum Iser. cap. imperialem. col. 7. de prohi. feu. alie. no. Ias. in l. 1. ff. sol. ma. col. 4. & Affl. late in const. post mundi, colũ. 3. & debet esse liberum, c. gemma. de sponsa. l. Ticia. cum ibi nota. ff. de veb. oblig. cum allega.
244 per Alex. consi. 117. lib. 1. permissum esse intelligitur, cum generaliter matrimonium permissum videtur, nisi expresè prohibitum sit, vt dicit tex. in c. cum ap. de sponsa. & not. glo. in c. 1. de cogna. spiri. in 6. in verbo contractũ in fi. & Deci. consi. 501. ciuitate Alexandriæ,
245 vol. 3. † quæ conclusio procedit, & locũ habet etiam in habentibus feuda, secundũ And. de Iser. in constitutio Regni Neapo. incip. honorem nostri diadematis, sub rubrica de vxore non ducenda sine permissu curiæ, vbi Iser: glosando verbo honorem dicit imò destructionem animæ istius Federi. Imperatoris ꝓhibentis per obliquum matrimonia instituta à Deo in Paradiso, & subdit vnde talis lex nõ
246 ligat in foro Dei, vt ibi per eum, † Quæ constitutio honorem etiam in dicto regno correcta fuit per Regē Caro. vt in d. vol. constit. habetur ad char. 225. de matrimonio cõtrahendo, & ibi per illam constitutionē habetur ꝙ licitum sit quibuscunq; feuda tenentibus matrimonia libere contrahere, dummodo inter fideles contrahantur, & feuda in dotem non dentur. Honorius vero Papa in capitulis quæ ipse fecit in dicto regno statuit quod omnib. esset libertas contrahendi matrimonia absq; licentia Regis, & dare in dotem mobilia & immobilia & etiam feudalia non obstante aliqua constitu. contraria quod incipit in matrimoniis; cap. 63. licet vt ibi in dicta constitutio. honorem, dicit Afflict. in dicto regno re-

spectu donationis feudi seruetur constit. Regis Caroli, restat tamen matrimoniũ liberũ.

Ex quibus omnibus plures oriuntur conclusiones in fauorem Illustrissimæ Do. Iuliæ Ducissæ possidentis.

Prima quod ob seruitium & merita paterna de quibus fit mentio in inuestituris, & sunt notoria, & de facili quatenus opus esset possent probari potuerit inuestiri.

Secunda quod fuit inuestita, & est facti cõclusio & patent inuestiturę tam ipsius Illustrissimæ quam Illustrissimi eius patris in amplissima forma.

247 † Tertia quod inuestita est non abusiua inuestitura, sed reali attenta possessione actuali Ducis Camerini, per not. per doct. in tit. quid sit inuestitura, & per Curt. iunior. in suo tract.
248 de feu. c. 17. col. 2. † & ex isto capite, cum cõtractus feudalis habuerit, & habeat suam perfectionem, & sic quod res amplius integra nõ sit locus pęnitẽtiæ non est, vt dicit Ias. in cõsi. 93. quanta mihi iniustitia, vol. 3. ad idem facit quod no. Bal. post Iser. in prælu. feud. col. 4. ibi
249 † quod feudum datum gratia vtriusq; adhæret naturæ pacti & contractus noĩati, & ideo reuunciari non potest inuito domino, cũ certa sit obligatio &c. & ibi pone quod vasallus iurauit &c. vbi etiam per Afflict. in d. prælud. col. 15. & per Barb. in c. insinuatione, col. 2. extra de feudis signanter per Bal. consi. 311. præ-
250 mittendum, col. pen. volu. 2. † quod non potuit disuestiri & priuari sine culpa conuicta, per nota. in d. c. 1. de natu. feudi, & ibi supra, & tradit Dec. consi. 410. in causa, col. 3. volu. 3. & consi. 544. in causa, col. 3.

251 † Quarta nec etiam summus Pontifex præsens tanquam successor non posset dictam Illustrissimam priuare etiã de plenitudine potestatis sine magna causa, vt dictum fuit & inferius dicetur.

252 † Quinta & vltima ꝙ prędictæ Illustrissimę data fuit licentia contrahendi matrimonium vt demonstrãt verba & tenor inuestituræ qui attendi debet, secundum Deci. consi. 191. vol. 1. & Afflict. quæ sit prima causa benefi. amitt. §. est & alia col. 2. & alibi sæpe per docto. quæ inuestitura cum facta fuerit, & sit cum cõsensu Cardinalium fere omnium fortior redditur ad fauorẽ prædictæ Illustrissimæ, per not. per Barba. in suo tract. de præstantia Cardi. q.
253 2. primæ partis, † quia ea quæ cum consilio fiunt magis valent. l. non dubium. C. de repu. not. Iser. c. 1. de prohi. feu. aliena. per Loth. & Affli. qui succes. teneantur, col. 12. Ex qua vltima conclusione suboritur & alia conclusio quod Illustrissima domina potuit se nubere, tũ permissu legis cuiuscunq;, tũ permissu põ-
254 tificis, † & si qđ fecit iuris auctoritate fecit, si iure, iuste, si iustè benè 14. q. 4. c. quid dicam quę text. allegat Affl. in qui success. teneantur.

col. 1. & facit tex. in l. gracchus C. de adulte.

Et si non obstarent contraria superius allegata res ista nullam haberet difficultatẽ. Qui
255 bus tamen respondendo. † primo non obst. ea quæ dicta sunt de potestate Papæ, quia ex ꝑdictis patet responsio illam sibi locũ non vẽ-
256 dicare circa cõtractus & bona feudalia, † sed locum sibi vẽdicare in personis ecclesiasticis in beneficialibus, super quibus maiorẽ habet auctoritatem quam super laicis, vt optimè declarat Petr. de Palu. & Turris Crem. vbi supra Franc. in c. quãuis, de rescrip. in 6. Mar. de La. de prin. conclusio. 35. incip. imperator. & tradit Dec. in c. quæ in ecclesiarum, col. 11. vers. secundus casus, de cõst. & D. Ias. in l. quotiẽs, col. 4. & 5. C. de rei vendi. & hic possent adduci omnia quæ dicta sunt supta, videlicet, quod Papa etiam de plenitudine potestatis non põt diuestire vasallum. Nec obst. quod habilitatio fœminę censetur priuilegium, quia posito qđ priuilegium vocari possit, ꝙ tamen de iure est isto casu, vt d. c. 1. quemad. feudum, & non cõ-
257 tra ius, † tamen ex quo transiuit in vim contractus non posset, nec potest reuocari, nisi eo mõ quo dictũ fuit supra, per tex. in c. 1. de nat. feu. & sic sine causa. l. qui fundos. C. de omni agro deser. lib. 10. secũdũ Bal. in l. qui se patris, 3. char. C. vnde libe. no. Affl. quę sint rega. col. 8. hoc probat tex. in l. fundi. C. de fun. patri. & latius quã alibi Affl. qui cõcordantes allegat in consti. ea quæ decus in 1. not. 1. lib. constit. regni Neapoli. & latissimè per Ias. in consil. 1.
258 fere per totum, & ibi, col. 6. † vbi quod priuilegium concessum siue subdito, siue non subdito quod trãsiuit in vim cõtractus reuocari non possit sine causa, & allegat doct. in c. quæ in ecclesiarũ, de constit. vt ibi per eũ, quæ om-
259 nia sine dubio procedunt † quando priuilegiũ concessum esset propter merita, quo casu de se irreuocabile est, vt no. pulchre Ro. cõsi. 435. in præsenti col. 4. sequitur Affl. vbi multa allegat in d. constitu. ea quæ ad decus, sub rubrica quod nullus priuatus, col. 2. lib. j. cõst.
260 † vbi dicit quod semper quod Rex aliquid concedit propter grata & accepta seruitia semper est obligatus vigore cõtractus ad eius obseruantiam, & ibi dicit quod licet Francis. de
261 Are. non ausus sit firmare † ꝙ priuilegiũ cõcessum ꝑpter grata & accepta seruitia, vel ob seruitia recipienda sit cõtractus, quia videtur recipiẽs habere causam liberatiuã ex quo priuilegium sponte cõceditur & reliquerit cogitandum, tamen vt ille vbi supra dicit Affli. cõmunis est opinio quod tale priuilegium contractus censeatur à qua dicit ipse non esse recedendũ, & allegat multa bona ad propositũ,
262 † quod princeps contractui cõtrauenire nõ
263 possit, vt ibi per eum 1. & 2. colũ. † & merita probantur isto casu etiam in præiudicium tertij cum de eis facta sit specialis mentio scđm Bald.

Bal.in l.illud q.4.C.de sacrosan.eccle. Ias. vbi pulchre loquitur in cons.227.Carolus col.9. vol.2.quæ merita allegata per suam sanctitatem sunt etiam nototia,quæ de facili per instrumenta,& testes probari possunt. & facit ẽt quia ista concessio feudi concessa est non in priuilegium sed in modum concessionis vel conuentionis, quia Papa recepit censum, & sic certum precium, & alia seruitia annuatim quæ denotant contractum & irreuocabilem, per not.per Afflict.in c.1.de successio. feudi,
264 col.4.† Nec obstat ꝙ in principe causa præsumatur,per ea quæ notat Abb.in c.quæ in ecclesiarum,secundo membro,extra de constit.
265 cũ aliis superius adductis, † & ꝙ voluntas principis habeatur pro iusta causa, per l.1.ff. de officio præto.& per glo.in l.relegati. ff.de pœnis,& sic quod causa debeat præsumi tam in delegatis, quam in sua sanctitate,ꝑ ea quæ
266 dicta sunt supra, † & quod literis Pontificis in quibus fit mentio de pluribus in fauorem domini Herculis eum restituendo contra inuestituras aliorũ Pontificũ credatur, per tex. in cle.1.de proba.& per not.per Præp.Medio. in ti.quo tempore miles.§.sancimus,& quod dicit Ang.in l.si verberatum.§.1.ff. de rei vendica.cum aliis superius allegatis, videlicet qđ Papa de potestatis plenitudine,& ex certa sciẽtia possit tertio præiudicare ꝑ allegata supra pro parte cõtraria;quia omnibus breuiter re-
267 spõdẽdo & dico † causam in principe disuestiente vasallum non præsumi, nisi de ea appareat, & iustificetur secũdum quod finaliter residet Fely.in c.quæ in ecclesiarum,quem allegat & sequitur Dec.ibi col.13. in fi. de cõst. & idẽ dixit Præp.de feu. sine culpa nõ amit. & Mart.de Lau.de Princi. concl.86.princeps,& faciunt omnia quæ allegata sunt supra in fauorẽ Illustrissimæ D.Iuliæ in ea parte in qua dictum est vasallum sine causa quæ appareat non posse disuestiri.not.Campegi.inter consilia Bru.cons.2.col.5.facit glo.in l.antepe.ff. ex quib.cau.maiores, ibi si iusta causa sit,not. Ias.in consi.105.in causa col.pen.vol.1.& cõs. 177.graue.col.4.in fi.latè Cur.senior cõsi.49. col.pe.nec creditur suæ Sanctitati de causis,licet plures alleget pro corroboratione iuriũ Domini Herculis,quæ vt inferius apparebit in responsionibus ad obiecta quæ dantur ad fauorem prædicti domini Herculis per inuestituram ei primo factam per Paulum secundum, pro maiori parte sunt non verisimiles, mendosę,& continentes iuris expressum erro-
268 rem.† & isto casu quando princeps mendosus est,ei non creditur, secundum Iser.qui suc-
269 cesso.teneantur in c.1.†. vbi quod principi etiam cum suis consiliariis isto casu non cre-
270 ditur. † quia sicut est dominus, ita sunt eius cõsiliarij,prouerbio.13.& Ecclesia.11.c.vide. 11.q.1.c.præcipue,& c.qualiter ibi. de accusa.

quę omnia notat Afflict. qui successores, ibi. col.15.in fi.ver. quid autem & quod imò suæ Sanctitati non credatur apparet ex superius
271 nota.dum dictũ fuit, † quod vasallus debet testibus cõuinci.& not.Dec.in c.quæ in ecclesiarum,col. 14. vbi concordantes allegat, de constit.Dec.consi.410.in causa,col.3.volu.3. & consi.544.Serenissimus,col.2.volu. 3. non obstante tex.in ca. 1.de probatio.in cle. quia respondet ẽt Ias.in cõs.86.in causa col. 5.vol.
272 3.† quod tunc debet stari verbis narratiuis Pontificis quãdo Papa se fundat in facto à se
273 gesto,† secus quando verba Papæ narratiua sunt de facto alieno, & alibi gesto, & allegat Cardina.cõs.98. incip.Papa,& Franc.de Aret.
274 consi.164.sicut Ioãnes scripsit,† nec ille tex. procedit in præiudicium tertij,secundũ An-
275 char.cons.296.præmitto,circa fi.† quia non potest Papa per verba eius narratiua vel enũciatiua priuare aliquem iure suo absq; culpa, vt no.Abb.in cle.1.de proba.ꝑ tex. in d.c.1.de feudo sine culpa,& Abb.in c.quæ in ecclesiarum,col.fina.de constit.quem allegat Dec.in præallegato consi.454.colum.penu.& 410.in causa,col.4.& 407.visis,col.fi.& cõtraria alle-
276 gata superius per illum tex. † in dicta clem. possent procedi cum limitationibus superius
277 dictis, vel procedunt in beneficialibus † in quibus Papa plenam habet potestatis plenitudinem,est tex.in cap.proposuit,de concessio. præben.c.2.in prin.de præben.in 6.cum simi. per Fely.& Deci.in d.c.quæ in ecclesiarũ, vbi supra & not.Beltran.consi.137.vol.3.& ista responsio semper mihi placuit, & est de mente Panor.in c.audientiam, de præscrip. vbi latè Fely. col.3.cum seq.ver.dum dicit Abb.quem sequitur Clau.de Seyssel.qui feu.da.poss. col.
278 7.circa me.† præterea quatenus staretur & præsumeretur pro verbis narratiuis suæ Sanctitatis,tamen probari potest causam expressam fuisse falsam, vel Pontificem fuisse motum ex affectione inordinata non aliqua ratione legitima,ita multum notabiliter limit. Abb.in c.dudum circa med.de priuil.Abb.in d.cle.1.de prob.quem sequitur Ias.consil.86. in causa col.5.vol.3.& Clau.de Seyes.qui feu. da.poss.col.7. licet Abb.vbi supra nõ alleget,
279 † & quod verbis Papæ non credatur nota. Curti.iuni.in 2.parte sui tracta. q. 12. & seni.
280 consi.49.col.penul.& consi.50.col.74.†quę omnia superius sic firmata procedunt nõ obstantibus clausulis, de plenitudine potestatis ex certa sciẽtia,& similibus quæ non operantur,nisi fuerit & sit processum cum causæ cognitione,secus si sine causæ cognitione aliqđ factũ fuerit,vt notabiliter colligitur ex decis. Rotę q̃ habetur deci.nu.230.Papa cofirmando ex certa scientia, vbi ad hoc allegat Spec. in tit de lega.§.nũc ostendendũ,ver.18. & tradit Soci.cons.164.colum.3.vers.sed ad istã,&

sequitur Deci. cons. 407. visis, col. fina. in fi. &
281 Dec. consi. 410. † vbi idem dicit de clausula
282 motu proprio, in causa col. 5. † quia etiam vt dictum fuit princeps taliter obligatur in similibus quod etiam de potestatis plenitudine contrauenire non potest, vt longe dictum fuit, & latè habetur per Ias. cons. 237. præsens
283 consultatio, vbi per eũ, † quod princeps non potest infringere iura vasallorum, quia poten
284 tius est ius naturale, quam ipse princeps, † & vbicunq; mentio fit de amissione feudi semp intelligitur cõuicta culpa ordine iudiciario, non obstante quod habeat plenitudinem po
285 testatis, † quia fortior est consuetudo feudi quã gratia principis, vt ibi per eum, & faciunt quæ dicit Afflict. ad propositum in dicta con stitutione ea quæ ad decus, & Deci. cons. 528. pro resolutione, col. 2. & per totum, volu. 3. & in consi. 600. inspecto, colũ. 1. cum si. superius
286 allegatis, † ex quibus patet dictum Ange. in d. l. item si verberatũ. §. 1. ff. de rei vendi. quem refert etiam Ias. in l. Barbarius, col. 7. in fi. ff. de offi. præto. & in l. fi. C. si contra ius vel vtilita. publi. col. pen. & in l. ciuitas col. 5. ff. si certum peta. Curti. iun. consi. 1. col. 10. versi. 3. aduertendum, non procedere, & cõmuniter reprobari, vt Ias. in locis vbi supra, & doct. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. quod dictum arrogans & pſumptuosum appellatur inter cons. Brun. consi. 12. col. 25. vers. non obstat, pro cuius responsione faciunt ea quæ pulchre dicit Ias. consi. 177. graue admodum, col. 2. in fine, volu. 2. Ex istis igitur sic discussis & enucleatis remanet firmata conclusio hæc, quod ad hoc vt prædicta Illustrissima Domina Iulia potuerit priuari feudo necesse sit quod cõuicta fuerit de culpa & ordine iudiciario, quia causæ non præsumuntur, sed apparere debent per prædicta quæ clara sunt.

Modo videndũ est, an causæ superius imaginatæ fuerint tales, quibus mediantibus iudices delegati potuerint deuenire ad sententiam excõmunicationis & priuationis, prout deuenerunt. & dicendum est quod non, & maxime quia de causis, vt fertur, nullibi appa-
287 ret. † Vnde licet aliquo casu in principe causa præsumeretur tamen in inferioribus quibus data est potestas q̃ in principe est illa non præsumitur, sed intelligitur vt ipsi ptãte vtantur ex causa quæ appareat, secundum Bal. in l. rescripta. q. 3. C. de preci. imper. offer. sequitur Alex. cons. 94. consideratis his col. pen. vol. 1.
288 & Deci. consi. 288. quæritur, col. pen. † & paria sunt non esse, vel esse & nõ apparere. l. duo sunt Ticii de testa. tute. & quia nõ est mihi nota qualitas testium qui fuerunt examinati in contumacia præfatorum Illustrissimorũ possidentium, & ipsis Illustrissimis ignorantibus
289 isto casu, † cum testes requirantur omni exceptione maiores. ꝑ tex. in c. 1. quot testes sunt necessarij ibi in littera, summæ & integræ opinionis, & not. Iac. de S. Geor. verbo & promis. eidem domino præstare seruitia, col. 11. sub versi. item quæro, & facit in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipul. & per nota. per doct. vbi Affli. de contro. inuesti. in 5. notab.
290 & in tit. qui testes sunt necessarij, † quod regulariter procedit in quacunq; causa criminali & magna, no. Bart. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæst. & Bal. in c. sacramentũ, de consuetu. recti feu. vbi Afflict. col. 2. & Ange. in l. fi. de quæst. & in l. si quis alicui. C. ad legem Iuli. maiest. & alibi sæpe, & per Afflict. quid sit
291 inuestitura. §. si vero inuestit. † & ille dicitur omni exceptione maior contra quem nulla potest opponi exceptio. secundũ glo. instit. de inutili. stipulat. §. item verborum, & glo. in ca. 1. ver. maiores, extra de consangui. Barto. in l. admonendi, col. 4. ff. de iureiuran. & Afflict. in d. §. si vero inuestit. & alibi sæpe per docto.
292 † & ista qualitas qđ testes tales sint debet articulari & probari, secundum Bart. & Ange. in l. 1. §. si quis neget, quemadm. testamen. aperi. quem sequutus est Deci. cõsi. 37. in causa, col. 4. vol. 1. & cons. 321. in causa, vol. 2. col. 4. Alex. consi. 62. in causa, vol. 1. & Barb. consi. 6. illud col. 4. vol. 4. & consi. 32. scribitur, col. 8. vol. 1. & in terminis nostris hoc voluit Iacob. de S. Georg. in sua inuestit. verbo dictiq; vasalli ꝓmiserunt non committere felloniam, vbi idẽ
293 dicit, & etiam † quod ad probandam ingratitudinem seu felloniam contra vasallum vltra quod testes debeant esse omni exceptione
294 maiores dẽnt esse quinq;, † & iste est vnus de casibus in quo duo testes non sufficiũt, sequitur Zasi. quemad. feu. aper. c. 103. & ideo quatenus testes non fuissent tales habentur, ac si
295 nõ essent producti, † quia paria sunt non ꝓducere testes, & producere inhabiles, vt not. Iser. in consti. regni pessimam. & not. in l. 1. §. quibus. ff. qđ quisq; vniuer. & ff. de aucto. tu. l. 2. & qui satisdare cogan. l. quotiens. cum allegatis per Afflic. qui testes sunt necessa. c. 1. col. 2. quæ tamen dicta sint incidenter & superficialiter, quia processum non vidi. Seruiunt tamen ad ea quæ dicta sunt supra quod contra vasallum alleganda, & probãda est culpa, per nota. in locis supra allegatis, & per Affl. in ca. 1. de natu. feudi in princip. vt cognoscatur cuius qualitatis debeant esse testes & probationes contra vasallũ, quę causæ quatenus probatæ fuissent, vt dictum fuit non sunt considerabiles tanquam non obstantes, & non veræ.

Et capiẽdo primã de matrimonio cõtracto cõtra prohibitionẽ collegij Cardinaliũ replicatur, Et primo videlicet ꝙ tpe quo fuit facta inhibitio ꝑdicta iam matrimonium contractum erat. Hoc in facto consistit, & de facili probari potest. Item similiter in facto probari potest præfatam Illustrissimam Do. Iuliã puberem,

berem,& tunc annorum vndecim cum dimidio, staturæ, & personæ talis, qualis conuenit personæ puberi, cum qua matrimonium de præsenti contrahi potest, prout cũ sua Excel. contractum fuit. facit tex. in c. continebatur, circa fi.& in c.puberis,& c.fi.extra de despon.
296 impub.vbi per dicta iura patet, † quod non attenditur annus 12.dummodo malitia,& sic discretio suppleat ætatem,nota. hoc late Ioã. Lup.vbi cogerit opinio. Canonistarũ in suo tract.de matrimo.col.13.vers.vlterius quæri-
297 tur,quæ ætas,vbi per eum concluditur, † qđ ante 12.& etiam in nouennio cõtrahi potest matrimonium,dummodo iudicium adsit ad contrahendum,& not.Alex.in l.2.col.3. in fi. ff. de vulga.& pupilla.

Præterea posito quod prohibitio præcessisset,quod tamen falsum est, demõstrari potest fuisse nullius momenti ẽt defectu potestatis collegij Cardinalium quatenus à dicto colle-
298 gio ꝓcesserit, quod si verũ sit,Deus scit,† & hoc quia collegium Cardinaliũ excepta potestate eligendi Papam secundum formã traditam in c.vbi periculum,de elect.lib.6.vacãte sede nullam habet iurisdictionẽ, vt est text.
299 in cle.ne Romani,de elect. §.irritum, † per quem tex.confunditur opinio Barto. in l.vbi absunt.ff. de tuto. & cura. supra in contrariũ allega.secundum Barba.in cons.1.col.16.ver. 3.præmitto,vol.1.vbi dicit per illum tex.in d.
300 cle.† quod mortuo Papa iurisdictio,& potestas ipsius Papę nõ remanet apud collegium. Hoc idem voluit ibi gl.in d.c.vbi periculum. §.ideo quæ.per illum tex.de ele.lib.6. & Aug. de Ancona de potesta.Papæ,q.3.ver.ad nonũ, & prosequendo Barba.hanc opinionem in d. consi.1.col.24.allegat tex.in d.c.vbi periculũ
301 §.prouisionis,& per illum text.dicit † quod Cardinales nõ possunt disponere etiam de minimis vacante sede,& adducit tex.in eo. ca.in §.iidem quoq; Cardinales sic vacent accelerandę prouisioni attẽtius, quod nequaquam de alio negocio se intromittant,nisi adeo vrgens necessitas incideret pro defendenda terra Ecclesiæ, cui omnes & singuli Cardinales arbitrrantur succurrendum, & ibi Barba.col. 28.approbando eandem opinionem contra collegium Cardinalium reprobat glo. in ca.
30 nullus 79.distin.† quæ voluit mortuo Pontifice collegium Cardinalium posse Cardinalẽ
303 creare,dicens illam gl.non bene loqui † qa mortuo Papa Ecclesia non remanet sine spõso, & in d. cons.idem approbando dicit Bart. errasse in eius dicto in d.l.vbi absunt, hoc idẽ cõtra Bart.voluit Bal.in tract.scismatis,col.1. ver.suppono.& Alex.sequitur in apostillis ad Bar.in d.l.vbi absunt,de tut.& curat.datis ab his. Ex his igitur colligitur argumentum nõ valere de Pontifice ad collegium Cardinalium, quia licet Papa posset se intromittere super matrimonio,hoc collegium nõ posset per prædicta,cum in dictis iuribus tantũ vnus casus super quo auctoritatem habeat colle-
304 gium exceptuatur,† ideo exceptio in casib. non exceptuatis firmat regulam,vulgata l.nã quod liquide.§.fi.ff.de penu legat.

305 † Nec obstat quod casus de quo agebatur censebatur esse similis, & quod exceptio facta in vno ad similem casum porrigatur, vt not. Abba.per illum tex.in c.iurauit,de proba. & in c.ad audientiam,de cleri.nõ residen. quod procedere videtur etiam si exceptio facta sit per dictionem taxatiuam tantum per no. per Barto.in l.si constante in prin.ff.solu.matrim. cum si.per Deci.alleg.consi.151.maximi,col. 5.in fi.& col.6.volu.1.quia respondetur quod imò in dictis iuribus contra collegium allegatis expresè apparet, quod reseruatis casib. pertinentibus ad electionem & casu defensionis terrę eo modo,vt ibi in dictis iuribus derogatũ esse cõprehenditur oĩbus aliis casib. qui
306 alia via,vel alio modo includi possent. † & est ibi casus legis ideo sine aliqua dubitatione l.ancillæ.C.de fur.vbi Bald. præterea casus de quo agebatur multum dissimilis fuit & est à casu comprehenso in dictis iuribus, quia hic non tractabatur de defendenda aliqua ciuite, sed tantum de impediendo matrimonio, pro quo, vt dictum est, habita fuit licentia à summo Pontifice,quod matrimonium factũ fuit cũ vasallo benemerito,& fideli sedis Apostolicæ,non autem odioso,vt præsuppositum fuit supra in allegatis in contrarium, & ideo collegij non intererat, vt etiam inferius demonstrabitur.

Præterea ponderentur verba dicti §.iidem,
307 ibi,omnes,& singuli † Cardinales quæ operantur vt omnes concorditer cõsentiant actui gerendo,adeo ꝙ licet alias sufficeret factum à
308 maiori parte,† in aliis casibus, in illo nõ esset satis nisi omnes consentiant, ita voluit gl. ibi in d.§.idem. c.vbi periculum,de elect.lib. 6.ver.singulis,faciunt quæ no.per Alex.in l.& suum.§.hodie. ff. de pac. quod autem omnes Cardinales consensum adhibuerint cum sit fundamentum intentionis volentium super
309 illa prohibitione se fundare eis † incumbit onus.l.ei qui dicit.ff.de proba.cum similibus quæ & alia multa dicta sint ex abundãti, quia vt audiui magnum sit fundamentum super prohibi.prædicta, cum vt dixi hoc in facto ꝓbari potest, videlicet quòd prohibitio post matrimonium contractum emanauit, & hoc est sine dubio.

Nec obstat quod tale matrimoniũ contractũ fuerit & sit cũ inimico sedis apostolicę,habito respectu ad Illustrissimũ patrẽ Illustrissimi Ducis Camerini per ea quæ dicta sunt de amicitia cum inimico Domini,& quæ not.ꝑ Iac.de S.Geor.in sua inuesti. verb.dictiq; va-

ſalli promiſerunt non committere felloniã,
col. 1. & propterea ꝙ prędicta Illuſtriſſima po
tuerit licite feudo priuari, per not. per glo. in
l. 1. §. cum patronus. ff. de offi. præfect. vrbis,
310 cum ſimil. ſupra alleg. † quia prædicta om-
nia falſiſſima ſunt cum illuſtriſſimus Dux Vr
bini fuerit & ſit fidelis vaſallus & ſeruitor &
benemeritus ſedis apoſtolicæ, & ita appellari
311 põt, & debet, † cum benemeritus dicatur il-
le qui aliquod inſigne ſeruitium fecit, vt not.
glo. 12. q. 2. c. ſi quis & Alex. conſ. 55. cõſidera
tis col. 2. vol. 1. & quia probari poſſunt multa
inſignia ſeruitia pręſtita per ſuam Excellentiã
in augmentũ Sedis Apoſtolicæ, & circa con-
ſeruationem diuerſarũ terrarũ Eccleſiæ tam
tpe Pontificum pro tempore quam collegij
ſede vacante & penès ſuã Excellentiam ſunt
breuia diuerſorum Pontificum & collegij
Card. in quibus fit mẽtio de pluribus ſeruitiis
notabilibus, ideo cum res iſta notorium cõti
net, ſuper his non inſiſtam non obſtãte bello
312 allegato contra Leonem Pontificem, † quia
pro iuſtitia dicti belli, non eſt opus multa di-
ſcurrere & allegare, attento quia non ſolum
Romandiola, imò tota Italia imò verius to-
tus chriſtianus orbis palam loquitur prędicat
& ſcit qualiter ſua Excellentia vi & manu ar-
mata ſpoliata fuit, non ob alium finem, niſi
vt Leo Pontifex inueſtiret de ſtatu ſuæ Excel-
lentiæ Laurentium de Medicis nepotẽ ipſius
ſummi Pontificis obliti tot beneficiorum cõ
ſecutorum à ſua Excellentia tpe quo exulta-
bat domus de Medicis, quem Laurentium &
Iulianum Clementem poſt Põtificatum ap-
pellatum & alios quam plures de primatibus
dictæ domus recipit in viſceribus cordis. bel-
lum igitur illud non fuit inter Eccleſiã & ſuã
Excellentiam, ſed inter Laurentium de Medi
cis & ſuam Excellentiã, vt declarãt ꝓteſtatio-
nes factæ per ſuã Excellentiã, antequã bellũ
moueretur, & litteræ directæ collegio Cardi-
313 nalium, † vnde ex diuerſis recta non fit ill a-
tio iuribus vulgaribus, & ad propoſitũ in ter-
minis noſtris not. Iaſ. conſi. 86. in cauſa colũ.
3. vol. 3. ibi dicit nihil fuit factum aut attenta-
tum principaliter quod tenderet contra per-
ſonam Papæ, ſed ſolum cõtra Ducem Valen-
tinum hoſtiliter per Romandiolam graſſan-
tem & ibi loquitur de recuperatione ſtatus fa
314 cta illo tempore à Duce Vrbini † vnde licuit
ſuæ Excellẽtiæ etiam manu armata, poſtquã
ſpoliatus fuit eius ſtatus & bona recuperare
etiam ſi ſteterit ad recuperandum per 10. an-
nos ſecundum Bald. in l. ſi à non dominis. C.
de his qui à non domi. allegat dictũ Hugo. §.
d. c. ius naturale. & notat Affli. vbi concordã-
tes allegat in conſti. regni in tit. de cult. pacis.
col. 9. & latiſſimè in conſtit. circa violentiarũ
4. not. q. 2. & Soci. in l. 1. §. qui præſens col. 2.
ff. de verb. oblig. & Iaſ. in terminis in d. conſi.
86. in cauſa col. 2. 3. & 4. vol. 3. quod hoc ſit ve
rum videlicet quod inimicitia fuerit particu-
laris, oſtendunt actus ſubſequentes poſt mor
tẽ dicti Leonis 10. quia Illuſtriſſimus Dux Vr-
bini acceſſit ad pedes ſanctiſſimi Adriani in
ciuitate Romæ & ſua Excellẽtia filiali amore
à ſua ſanctitate & ab omnibus Cardinalibus
amplexata fuit, & confirmata in ſtatu cũ inue
ſtituris longe emptoribus & maiori fauore
quam fuerant primæ omneſq; proceſſus con
tra ſuam Excellentiã fuerunt caſſati & annul
lati tanquam notoriam iniuſtitiam continen
tes, qui actus ſubſequentes clare oſtendunt
nullã inimicitiam pręceſſiſſe inter ſedem apo
315 ſtolicam & ſuam Excellentiam, † cum actus
qui ſequitur declarat & oſtendit volũtatem ꝑ-
cedentem. §. pauonum. inſti. de rer. diui. l. ſed
& ſi Iulianus. §. pro in ff. ad Macedo. not. Bar.
in l. cætera. §. 1. de leg. 1. Dec. conſi. 336. in ca-
ſu vol. 2. in prin. Dec. conſil. 421. plenè, col. 3.
vol. 3. Deci. conſi. 476. concluſionem volu. 2.
col. 1. Deci. conſi. 459. colum. 4. & conſi. 559.
in caſu, colum. 1. volum. 4. nequaquam fatebi
tur ſua Excellentia cũ ſit & ſemper fuerit ani-
mi deuotiſſimi erga ſedem apoſtolicã quod
contra illam vnquam habuerit inimicitiam
non obſtantibus his, quæ ſupra dicta ſunt de
inuaſione caſtrorum & aliorum locorum tẽ-
pore belli, quia minime verum eſt, quod eo
modo quo dictum eſt fuerint inuaſa, & quate
nus de aliquibus damnis illatis ſubditis Eccle
ſiæ apparere poſſet non malo animo prędicta
316 facta fuere, ſed vrgẽte neceſſitate belli, † quę
neceſſitas ſæpe illicitum facit licitum, vt mul
ta cumulat Girar. de Petra ſancta in ſuo ſing.
317 num. 100. quod vltimum eſt, † & multa tole
rantur ex cauſa neceſſitatis, quæ alias non cõ-
cederentur, vt not. glo. quæ concordantes al-
legat. in l. j. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd.
318 & gl. in c. nõ eſt, de reg. iur. † & neceſſitas nõ
eſt ſub lege. l. 1. de offi. conſulis, not. Alex. in l.
principalibus. ff. ſi cer. pet. cum ſimil. alleg. per
Afflict. in conſti. vſurariorum, col. 5. & in ca.
licet vaſall. col. 3. & 4. ſi de feu. fuerit contro.
inter dominũ & agna. imò ipſa legẽ facit ſibi.
1. q. 1. c. remiſſione. §. 1. no. Iaco. de Ardizo. in
ti. quid ſit feu. Præterea à ſanctiſſimo Pap. cũ
conſenſu Cardinalium omnia quæ vrgente
neceſſitate fuere commiſſa tempore belli ꝑ
ſuã Excellentiam fuerunt remiſſa extincta &
abolita vt patent inueſtituræ, ampliſſime oſtẽ
dunt hoc cenſus qui ſoluuntur ab eius Excel-
lentia & recipiuntur in curia Romana, tan-
quam à fideli & benemerito vaſallo, quæ om
nia multũ operãtur ad oſtendendum ſeruitu
tem ex parte ſuæ Excellentiæ & amorem ex
319 parte ſedis apoſtolicæ, arg. eorũ. † quæ not. ꝑ
Iaco. de S. Georg. in ſua inueſt. verſ. qui quidẽ
inueſtiti præſtiterunt iuramentum, col. 11. &
per Curt. iun. in ſuo tracta. ex quibus cau. feu.
amit.

amit.23.q.col.pen.& per Afflict.in tit.de feu.
sine cul.in prin.col.pe.facit glo.instit. de iniu
riis.§.fi.cum latè not.per Afflic.in tit.de pace
iur.firman.verb.iniuria.colū. 7.vbi per eum,
320 † quod multis modis remittitur iniuria, &
facit quod not.Bal.in tit.de prohi.feu. alie.§.
insuper,vers.nisi dominus sponte eum in ami
321 citiam, † quæ similiter ex abundanti dicta
sunt,quia de amicitia & seruitute ipsius Excel
lentiæ manifestè constat & cōtraria superius
allegata vēdicāt sibi locū in aliis terminis no
stris in quibus multa fuerunt licita suæ Excel
lentiæ suadēte necessitate, & iusta defensione
in qua si aliquid excessit probari potest & no-
toriū est ꝙ id fuit absq; culpa suæ Excellentiæ
& eidē ꝑmissa.ad cuius propositū multa pos-
sent adduci in fauorem suæ Excellentiæ de q-
bus per docto.& Mod.maximè in l.vt vim,de
iust.& iu.& facit elegans tex.in l.qui cum ma
ior.§.si libertus in fi.ff.de bon.libert.ibi igno-
scendum est enim ei,& ꝙ pulchre not.Zasi.in
tit.ad quem feu.aper.c. 101. ibi hoc casu nec
vasallū priuari credimus, quæ omnia super-
flua sunt stantibus quæ superius dicta sunt in
præsenti articulo,& propterea eum id factum
ꝑ suam Excellentiam iuridicum fuerit & sit
& sine dolo suæ Excellentiæ iniuria appellari
322 non potest nec debet, † quia iniuria sine do
lo nō cōmittitur, vt dicit gl. in l.magna.ff.de
verb.obl.Bar.in l.quod nerua.colū.10.ver.itē
quæro vtrum lata culpa.ff.deposi. cum alleg.
323 Beltran.cons.360.col.pen.† etiam quælibet
causa excusat quem à dolo, & sic à delicto li-
cet iniusta sit.l.3.§.potest.ff.de lib.causa, cū si.
de quibus per Ias.in cons.86.in causa colū.3.
volu.3.&alibi sæpe per docto.& quamuis his
q̄ dicta sunt de copulatione amicitiæ ex istis
pateat responsum,placet tamen dicere quod
non procedunt eo modo quo supra allegata
324 sunt,† quia ad hoc vt ex copulatione ami-
citię cum inimicis domini vasallus feudo pri
uari possit necesse est q̄d talis copulatio ami-
tiæ facta sit in damnum & iniuriam domini
directi secundum Imol.cle.de iureiur. & glo.
in tit.hic potest esse tit.quib.mo.feu. amit. &
est de mente glo.in c.1.§.1.in ti.quæ sit prima
cau.benef.amit. sequuntur ibi Andr. de Iser.
Bal.& Mart.de Lau.& Aluar.in illo paruo ti.
hic potest esse tit. & ꝓbatur in c.1.in tit. quot
325 testes sunt necessarij,† ex quibus infert mul
tū signāter And.de Iser.in d.c.porro quod nō
sufficeret dominū probare quod vasallus co-
pulauit amicitiam cum inimico ipsius,nisi ēt
probet quod hoc fecit in iniuriam & damnū
ipsius domini puta vt inimici redderētur po-
tētiores.à domino,non aūt vasallo incumbit
onus probandi negatiuam istam,l.quod non
copulauit amicitiam cum inimicis domini
in damnum ipsius domini,istam sequitur Iac.
de S.Geor.in sua inuestit. verb. dictiq; vasalli
promiserunt non cōmittere fellonium. col.
3.& 4. quam opinionem tanquam commu-
nē apud feudistas sequitur Curt. iuni. in suo
tract.in 4.par.ex quib.cau.c.15.& Affi.in deci-
sio.rei Neap.decisio. 307. circa fi.pro quibus
omnibus faciunt pulcherime notata per Ias.
consi.86.in causa.col. 2.volu.3.& prædictorū
326 ratio est, † quia copulare amicitiam nō est
de genere malorum,immò est operepretium
& uirtuosum.l.latę culpę.§.amicos.ff. de ver.
significa. & est præceptum diuinum, vt patet
327 Ecclesia.7.ibi, † pro amico noli esse inimi
328 cus proximo,& deriuatur à lege naturæ,†cū
homo animal socciabile sit, vt habetur pri-
mo Politi.per Aristo. secundum Soci.in rub.
de verb.obli. inde dixit Aristo.lib. 8.Ethico-
329 rum,† quod multum fuit uecessaria cōstru-
330 ctio ciuitatum ad uitā humanam. † eo quia
331 nullus viuere posset sine amico, † & subdit
Philosophus amicis indigent inuenes ut rele
gentur à concupiscentijs, & senes ad famula-
tum. & qui diuitias possident opns habēt ami
cis, & sic de singulis speciebus, vt late prose-
quitur Beatus Thomas de Aquino in libr. de
regimine principum, libr.4.faciunt quæ late
dixit Io.de Lign.in suo tract. de amic.& Affi.
in proœ.constitu. regni Neapoli.libr. 1. quæ
no.Iaco.de S.Ceorg.vbi supra, licet prædicta
procedunt in amicitia,quantofortius proce-
dere debent in martimonio contracto à do-
mino in paradiso terrestri;vt patet in text.c.fi.
de frig. & malefi.vbi glo.quia non erat con-
332 ueniens hominem esse solum, † ideo fœmi
na fuit ei data in auditorium viri scilicet ge-
nerationis, vt dicitur Genesis. c.2. & Ecclesi.
c.18.quod uinculum tam necessarium est ge
neri humano,& tam permissum de iure, facit
333 tex.in l.liberorum.de verb. signi. † de cuius
sacramenti laude plene habetur in summa
Astensi.libr.8. & in sacramentali Stephani de
Gaieta per Lucam de pen.in l.mulieris.C.de
inco.lib.10.per Affi.in consti. post mūdi.li.1.
col.3.& passim per doc.in rubr.& l.1.ff.soluto
matrimo.

Nec obstat quod datio censeatur alienatio, & propterea si sic est,ut videntur probare iura in contrarium allegata,quod ex quo alienatio facta est in potentiorem quod saltē ex isto capite censeatur iustificari priuatio.

Quia huic contrario plures accommodātur & faciles responsiones. Et primo quia datio feudi in dotem non est simpliciter & absolute prohibita,& multi sunt tex.ex quibus argui
334 potest, † quod feudum in dotem dari possit
ab ipsamet muliere inuestita, vt late tradit Za
si.in vsibus feu. sub.titu.de feu.succes. c. 66.&
videtur probari ex text. in c. 1.de inuę. quam
Titius accepit,& in c.1. de eo qui sibi & hære
335 di. † & quod feudum in dotem dari possit
dummodo detur inæstimatum. tenent com-
muniter

munitér docto. relati per Curi. iunio. ad quē
me remitto in suo tracta. de feu.ex quib.cau.
feu.amit.q.4. quæ omnia procederent in ca-
su de quo agitur etiam quod feudum datum
fuisset æstimatum attenta licentia summi Pō-
tificis cum consensu Cardinalium concessa
Illustrissimæ D.Iuliæ.per regulam superius al
legatam.d.l.2.ff.de iuri sd.omnium iudi. quæ
licentia obtenta videntur ēt omnia alia con-
336 cessa, † & sic etiam datio dotis sine qua re-
gulariter matrimonium constare non potest
nec contrahitur. facit tex.in c.nullum. il pri-
mo 30. q. 5. vbi dicitur nullum matrimoniū
sine dote fiat. & tex.in c.aliter.c. nostrates.ea-
dem 30.q.5.& 31.q.2.c.Lotharius, & tex.in l.
337 1.ff.solu.matri. vbi dicitur † necessarium esse
338 se fœminas dotatas esse, † & licet diei pos-
sit matrimonium consistere posse etiam sine
dote, per tex.in l.pen.in prin.de donatio.ante
nup.& facit text. in auth.præterea C.unde vir
339 & vxor. vbi Deci.† qui exponit uerbum ne-
cessarium in l.1.ff. soluto matri. idest utile, &
474 sessio, & ibi Ange. Aret. colu. 2. † quod vltra tradit. factam à domino ex causa habili requiritur ꝙ recipiens impleat contractum ex parte sua vel quod soluat precium vel quod fides habeatur de precio vel aliter impleat contractum & allegat gl. & doct. in l. traditionibus, C. de pact. & tex. in l. ex placito. C. de rer. pm. & tex. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & l. ædiles. §. 1. cum gl. ff. de ædil. edict. & ibi hoc idẽ sentit Ias. in d. §. per traditionem in addit.
475 ad Porcium, † & licet aliquando ex solo tit. cõtractus, transferatur dominium sine traditione in certis casibus specialibus, puta in Ecclesia & in ciuitate & aliis similibus enumera
476 tis per gl. in l. si ager. ff. de rei vendi. † tamen nunq̃ acquiritur possessio nisi sit actualiter apprehensa, vt l. cũ duob. §. idẽ respõdit. ff. ꝓ soc. l. commiss. ff. de pu. cum si. per Ias. adductis in cons. 148. viso col. 2. vol. 4. & idem sentit Riminal. in l. traditionibus in fi. versi. C. de pact. nec etiam adsunt aliqua verba in inuestit. Pauli secundi quibus mediantibus ostendi possit
477 de volũtate summi Pontificis, † quod voluerit absq; traditione dominiũ transferri in prædictum D. Herculẽ, prout necesse fuisset præsupposita ꝓ vera opinione Io. And. in c. olim, de verb. sig. in nouel. quem sequuntur allij de quibus per Ias. in d. l. traditionibus col. 2. C. de pact. & in l. quotiens col. 8. C. de rei vendic. & in cõs. 163. vol. 2. not. Iac. vbi supra verb. princeps vers. sed quæro, quã tamen opi. indistinctè non approbo, videlicet quod speciale sit in principe contrahente ꝙ dominium transferatur sine traditione, ita declarat illud dictũ de principe Afflict. in tit. quid sit inuesti. c. 1. col. 4. vers. item quando princeps dicit & allegat And. de Iser. vt ibi per eum Affl. in prælu. feu. col. 16. in fi. vbi sic dicit. Item est sciendũ quod princeps potest per suum contractum expresse transferre vtile dominium rei quam concedit in concessionatum sine traditione possessionis eius si in contractu dicat quod ꝑ dictum contractum transferatur dominium vtile in eum vt dicit notanter And. de Iser. in c. 1. quid sit inuesti. & Afflict. in prælud. const. regni Neap. q. 12. col. 2. ibi, quod verum est ꝙ per inuestituram principis transfertur ius in re duobus concurrentibus, primo quod princeps hoc dicat, secundo ꝙ feudum sit vacans & consistat in sola principis volũtate & ita dicit debere intelligi verb. Bal. in prælu. feud. &
478 Ange. l. offi. de rei vendi. istud idem † quod necesse sit, quod de volnntate principis appareat, signanter voluit Præposi. Medio. de quo Affl. mentionem non facit in c. inuestituram col. 2. in fi. cũ seq. de noua forma fidelitatis & idem sentit Ias. in d. l. quotiens, col. 8. in fi. ver. ex verbis priuilegij liquere põt & Iacobi. in verbo princeps, col. pe. vers. nisi apparuerit de præcisa intentione principis, in casu enim de quo agitur non solum possessio feudi tradita non fuit & est per inductionem corporalẽ in possessionẽ prout opus est per not. in c. ex literis, extra de consuet. & in l. hæredes. ff. de acq. pos. cũ allegatis per Alu. in c. 1. quid sit inue. & per quæ dicta sunt superius, & nõ solũ non cõstat de mẽte principis eo modo quo dictũ fuit in fauorem prædicti D. Herculis, sed ex tenore inuestiturę manifestè apparet principem voluisse aliquo modo posses. transferri in præfatum, probant hoc verba illa tu sicut asseris regas & gubernas iunctis verbis sępius repetitis, & supra ponderatis postquam euocante altissimo te rebus humanis eximi contigerit & non antea & ibi in inuestitura, te sublato de medio & ibi post tui obitum, quæ verba cum
479 sint totiens reiterata, † & geminata exuberantem & magis exploratã voluntatẽ disponẽtis ostendunt vt not. in l. balista. ff. ad Trebe. & no. Bart. in l. cũ scimus, de agrico. & cẽsi. lib. 11. cum si. vt congerit Rom. in l. si vero. §. de viro in 3. fallen. ff. sol. mat. Dec. cons. 582. pro fundamento, col. 1. in fi. vol. 3. & in consi. 584. visa col. 2. eo. vol. & Curt. sen. cons. 60. Dux Philip
480 pus col. 6. † Sermo duplicatus censebitur cũ maiore deliberatione. c. & Christus vbi doct. extra de iureiur. & ampliat effectũ & plus operatur secundũ Curti. seni. cons. 49. memoriæ, col. 14. & consil. 50. colum. 27. & per eundem in consi. 67. sapienter colum. 19. & in consil. 54. super articulo, colum. 2.
481 † Ponderanda enim sunt verba inuestiturę & non antea quæ præcisam videntur habere naturã, secundũ Bal. per gl. ibi. in l. si quidem, col. 2. de excep. adeo qđ modificatio aliqua à verbis separata non admittitur secundum

quod not. Dec. cons. 61. col. 2. vol. 1. quæ cum
482 sint prohibitiuè ,plata à principe,† qui dicitur lex animata in terris. §. pen. in auth. de cõsulibus & glo. in l. & quia, de iurisdi. omn. iud.
483 † videtur formã inducere per not. per Bart. in l. fi. in fi. C. de vendi. rerum ciuita. sequitur Fely. in c. cũ dilecta, col. 9. ver. octauum signũ, de rescript. & Alexan. in l. quid si nominatim vers. sed vbi lex. ff. de lib. & post. & tradit Dec. in c. in nomine domini, de testi. quæ annullãt actum in contrarium factum, vt ibi supra per doct. pterea supra visum fuit, quod nulla isto casu facta fuit traditio, vnde licet alias fuisset in curia Romana probatum de aliqua posses
484 sione D. Herculis,† quod mihi difficile videtur, tamen ex quo ante traditionẽ propria auctoritate accepisset possessionem, prædo diceretur. est tex. expressus in l. fundi & l. si ex stipulatione, ff. de acqui. poss. Ex hoc dixit in terminis nostris Iac. de Ardi. sub rub. vtrum ex sola inuestitura seu porrect. baculi & in tit. vtrũ do
485 minus neces. &c.† & dicto casu tanquã vsurpator alienæ iurisdictionis debuisset capite puniri secundum Affli. in tit. de feu. Marchię col. 2. quod autem nunquam aliqua possessio fuerit apud præfatum D. Herculẽ vltra testes quos non vidi examinatos in curia Romana, patet ex facie inuestituræ & ex illis verbis te sublato de medio & post tui obitũ, quæ æquipollent ac si dicatur donec vixeris possideas,
489 per ea † quæ tradit Dec. in simili in cõs. 476. conclusionem vol. 4. & ex verbis superius relatis sicut asseris regas & gubernas, quod gubernium iam gestum approbando summus Pontifex videtur & in futurum illudmet approbasse facit in argu. tex. in l. si quis mihi bona. §. sed si quid, de acquir. hæred. & quod not. Aret. in l. legata inutiliter, de lega. 1. & tex. in sui ratione in l. Iulianus. ff. qui satisd. cogan. tum ex istis verbis, tum ex aliis comprehensis in inuestitura redditur clara principis intentio, quia inuestitura conditionalis est, per no. in c. 1. per illum text. qui succes. teneantur & per docto. in c. 1. vbi Affl. 4. not. de feu. da. in uicem l. commissoriæ. quæ est quod vita Iulij Cæsaris durante nullum ius nullaq; actio cõpeteret prædicto D. Herculi facit tex. in l. cede re diem, de verb. signi. & quod scribit Deci. in consi. 421. plenè col. 2. vol. 3. vbi quod etiam instrumentum quod ex forma statuti haberet executionem paratam, si in eo sit aliqua con
487 ditio nõ potest fieri executio nisi prius † cõditio liquidata sit secundũ Bald. in l. causam col. fi. C. de execu. rei iud. vt tradit Dec. vbi su
488 pra, nec est dubium,† quod quilibet habens potestatẽ infeudandi possit apponere condit. & pactum in inuestitura, prout ipse vult secũdum Ier. in prelu. feu. quem sequitur Affl. ibi col. 2. per tex. iu l. in re mandata. C. mandati & l. 1. ff. de solu. vt ibi per eum, si ergo posses-

sio durare debebat in personam D. Iulij Cæsaris, durante eius vita tanquã non vacans non potuit à prædicto Dom. Hercule seu ab aliis eius nomine occupari secundũ Præpo. in tit.
489 quid sit inuestit. col. 1. vbi, † quod etiam per obedientiam vasallorum vel subditorũ recipientium aliquem ad possessionem, non probatur possessio castri vel villæ nisi talis possessio fuerit vacans, vt ibi p eũ. vnde somniarunt consultores D. Herculis in curia quando intẽtarunt remedium possessorium restituendæ,
490 † quia cum feudum istud personale sit, vt visum fuit & patet ex verbis inuestituræ, & per not. per Afflict. de his qui feu. da. poss. §. notãdũ col. 4. & col. 7. vers. 6. species, ideo extinctũ fuit cũ persona Ridulphi, facit tex. in l. qui personale. ff. sol. matr. & quod not. Alex. in fortioribus terminis ad quem me refero breuitatis causa in l. quia personale, col. 3. ff. solu. matri.
491 † vbi quod si Papa concessit ciuitatẽ, in vicariatũ vsq; ad 10. annos, & interim decedat ille cui concessit non trãsit ad hæredes & allegat Bal. vt ibi per eũ cuius Bal. dictũ dicit esse verum & quæ not. Imol. in c. postulationẽ extra de postul. prælat. & hoc non habet dubium, attenta forma inuestituræ quæ dat legẽ contractui, & quæ attendi debet per not. per Curt. sen. in cons. 48. super col. 1. Vnde prædicto D. Herculi ex persona prædicti Rodulphi eius patris non potuit cõpetere aliquod remediũ
493 possessoriũ, † tum quia pater eius possedit vsq; ad mortem, pro quo dicto facit quod voluit Corne. consi. 18. viso col. 3. vol. 1. tum qa ex persona patris & eius successione nullũ ius transmissum fuit, cum vt dictũ est illud extinctum sit, eo quia personale secundũ Bal. in p̃lu. feu. col. 11. & ibi Præpo. col. 4. tum etiã ex persona propria ex quo nunquam consequutus est possessionem, nec potuisset consequi, vt dictum fuit, durante vita prædicti Iulij Cæsaris, & etiam quia non adimpleuit quæ adimplenda erant pro parte sua. per nota. per doct.
494 in d. §. per traditionem. insti. de rer. diui.† & de omnibus remediis adipiscendæ, retinẽdæ, & recuperandæ possessionis, de quibus omnibus per Spec. in tit. de causa poss. & proprie. & de adipiscendis per Ier. in c. 1. si de feu. fuerit contro. cum allegatis per Affl. in tit. de feu. cognitio. col. 18. per Soci. in cons. 33. prosequendo, col. fi. vol. 1. & de restituendis per docto. in l. rẽ quæ nobis, vbi Bal. Nouel. ff. de acq. poss. cõgerens plura remedia possessionis recuperandæ, & aliqua per Fely. in c. dilecti, in vers. si de clero. col. pen. in fi. de maiori. & obe. & in c. sæpe, de restit. spoliato. & per Hip. in repetiti. canonis reintegrandæ non impressæ, & per doc. in §. nihil cõe, l. naturaliter. ff. de acq. pos. nullum reperiri poterit quod competere possit prædicto D. Herculi quæ remedia enumerare longum esset, & extra casum, & propterea

rea contra ipsum rectè & ritè sententiatū esse dicendū est isto tempore quo litigauit in curia, & contra ipsum reportauit tres sententias conformes. ex quibus etiam patet firmatam esse conclusionem istam uidelicet, quod secūda inuestitura realis, propria & uera præferri debeat primæ dicti D. Herculis tanquam impropriæ & abusiuæ. ex quibus etiam patet formaliter esse responsum adductis in contrariū
495 † non obstante opini. Io. And. supra allegata in contrarium in c. cōtinebatur. de his quę fiunt à prælatis in nouel. quia vt Ias. dicit in d. l. quotiens. col. 4. C. de rei uend. illud dictum communiter reprobatur. Idem dixit Pręposi. Mediolanen. in tit. si de feu. fuerit controuer. inter do. & agna. c. si facta, & communem cōtra Io. An. sequitur ibi col. 2. ubi dicit hęc for
496 malia uerba, † Nam esto quod strictius obligetur clericus & ecclesia quam laici, non tamen sequitur, ergo si uendant, & postea tradant alteri non transferatur dominum, & ꝓsequitur vt ibi per eū, & à communi opinio. in iudicando non est recedendum.

Nec obstat id quod dictum fuit de contractu principis, quia supra late responsum est, & quod de priuilegio dixit Bal. in c. inuestitura, de noua for. fide. & in prelu. feu. col. 6. & alibi sæpe in locis pro contraria parte allegatis.

Quia similiter supra responsum extitit, & clarius respondendo negatur hoc quod inuestitura vbi nominatur D. Hercules censeatur esse priuilegium, cum nihil contineat quod contra ius commune dici possit, facit elegās doctri. Bal. in col. 4 in prælu. feu. quem allegat Affli. ibi col. 13. Præpo. col. 4. & quod censeatur esse merus contractus, & abusiua inuestitura quæ re integra reuocata fuit per secundam propriam inuestitu. faciunt superius allegata in fauorem Dominæ Iuliæ in prin.

Præterea doctri. Bal. in d. c. inuestitura non
497 esse veram, † & Bal. fuisse loquutum cū passione, cū esset in facto proprio. firmat ibi Afflict. in d. c. inuestitura, ibi videndū. Quæ omnia tanto fortius procedere videntur, quanto nominatio prædicti D. Herculis facta fuit ad
498 instantiam & requisitionem partis, † quo casu aliquo modo princeps transferre nō posset dominium, sicut nec priuatus sine traditio. Ita distinguendo hanc opi. approbat Ias. in d. l. quotiens. col. 4. & faciunt pro ista opin. quæ ipsemet Ias. not. in l. traditionibus. C. de pact. vbi Deci. licet hæc ex abundanti dicta sunt, cum manifeste comprehendatur mens principis fuisse aliquo modo dominum nolle transferre, ut longe dictum fuit supra.

Nec obstat quod feudum de quo agitur antiquum esse censeatur, & quod inuestitura cēseatur potius confirmatio quam noui iuris collatio per superius dicta, quia supra ostensū fuit feudum de quo agitur personale & nouū esse, non autem antiquum, & paternum. pro quibus faciunt nota. per Iac. de Ardizo. 2. parte. sub rubrica quid sit nouum feudum.

Præterea contraria intelligi debent quando vasallus antiqui feudi reperitur esse in possessione, vt multum clare hoc declarat Alua. in tit. quid sit inuesti. col. 1. ibi cum iam vasallus sit in possessione, & allegat tex. in c. 1. in fi. quo tempo. miles, qui text. clare præsupponit vasallum esse in possessione.

Nec obstat quod dicit Ias. in d. l. quotiens. C. de rei vēd. col. 9. per nota. per Bal. in l. cum antiquioribus, quia casus noster est multum diuersus ab illo, cum in casu de quo agitur fi-
499 lius non succedat patri, † prout regulariter in feudo nouo succedit, per tex. in c. 1. de gra. succe. in feu. ubi glo. & docto. cum nota. per Afflic. in tit. de his qui feu. dar. poss. §. notandum col. 3. in fi. & in dicto casu loquitur Bal. & Ias. sed secus est in casu nostro in quo ex tenore inuestituræ quæ derogat omni naturæ feudorum, vt dictum fuit feudum personale est, & nullum ius transiuit ad filium ex persona patris cum illud extinctum fuit morte Rodulphi. Præterea dictum Bald. non est verum & contrarium uoluit Ioa. Ray. in suo feudali comprehenso. §. præterea col. 2. & istam opinionem contra Ias. & Bal. tanquam communem sequitut Afflict. in c. 1. col. 17. de feud. cognit. & ibi col. 38. vbi dicit, debet ergo esse so-
500 licitus † filius post mortem patris, vt capiat corporalem possessionem feudi antequā do-
501 minus. † nec sufficit recollegisse debita feudi, quando est mortuus pater post calendas martij, quia ex hoc non probatur eius posses-
501 sio ex quo fructus post calendas martij † pertinent hæredi feudatarij, vt in c. 1. §. his consequenter, hic finitur lex Corra, & prosequitur vt ibi per eum, præsupponendo semper quod feudum de sui natura transeat ad filios, & idē late prosequitur Zasi. in vsib. feu. in ti. quid iu
503 ris vasallus. c. 33. vbi per eum † quòd si feudum à tertio occuparetur filius interdicto recuperandi experiri nō posset, & allegat Bal. & alios, vt ibi per eum & in tit. de feu. pater. c. 7. vnde sublato fundamento quod feudū istud fuerit & sit personale respectu Rodulphi, & ipsius D. Herculis & sic non transmissibile ad
504 hæredes, omnia † quæ dicta sunt superius ꝓ parte contraria coruunt, tanquam corruente fundamento, arg. text. in c. principatus & in c. cum Paulus. 1. q. 1.

Nec conclusioni superius firmatæ obstant causæ allegatę per summum Pontificem Paulum. 3. in fauorem prædicti D. Herculis, quia his longe superius responsum est, quia Pontifici non creditur in præiudicium alterius, vt
505 dictum est, & maximè, † quia sua sanctitas errare potest, secundū Bal. & Ias. in l. quod Principi vbi Ias. col. 1. ff. de const. prin. & q̄ sua Sāctitas

506 ctitas errare,† & obliuisci in iure possit pro-
batur vltra superius dicta per tex. 23. distin.c.
præterea cum not.per Bar. veron.in l.si cõtra
col.v.ff.de vsucap.pro empt. notant Bal.Abb.
& Fely. in c.cũ à nobis,de te testi.vbi Fely. col.
507 3. dicentes quod Papa errat in iure tanquã
homo potest ei dici,vos fallit obliuio,& si sua
Sanctitas non bene recordetur de facto põt
sibi dici salua Maiestate quod non debeat in
illo errore persistere; ita dixit Ias.in repet.l.ad
monendi col. 80. in fi. & inde dixit Martinus
508 de Laud.conclu.248.in tract.de prin.†ꝙ li-
cet stetur dicto papæ, potest tamen ei dici qđ
salua Maiestate sua aliter res se habet, sed si
quandoq; Principes errant, cum habeant seu
habere debent plures cõsiliarios,vt dicit Mar-
ti.de Lau.conclusi.154.incip princeps credẽ-
509 dum est; † quod à prædictis cõsultoribus na
510 scatur error, † quia quandoq; nescimus du-
bia causarum dissoluere propter peccata, vt
dicit Bal.in c.quia procurator col.6. de elect.
& not.Afflict.in decisio. Regni Neapolit.vlti.
iu.fi. ver. Vnde discurrendo causas quas sua
Sanctitas allegat in inuestitura videbimus nõ
versimiles & longe aberrantes in iure & in fa
cto, & propterea nullius efficaciæ & conside-
rationis. & in primis consideranda sunt ver-
ba inuestit. ibi eum causante affinitate, quia
idem Io. Maria nec iustitiæ complementum
&c.cum causa hæc aberat & in iure & in facto
qa vt superius visum fuit ex quo præfatus D.
Hercules nunquam possedit iuste condemna
tus fuit super remedio possessorio, similiter
quod tempore Adriani non potuerit conse-
511 qui iustitiæ complementum, est † quid non
verisimile & contra iuris præsumptionem, est
tex.in l.1. C.de his qui propter met.iudi. non
appell. ibi in sacro enim comitatu nostro ni-
hil timere potuisti, & not.Bar.in l.non est ve-
512 simile, quod metus cau.† ibi quod in vrbe
Romana non est verisimile quem compulsũ,
& idem in omni loco vbi regitur iniustitia si-
513 mili modo,†& ideo illud qđ verisimile non
est falsitatis imago est,secundum Bal.in l.scri
pturæ col.2.C.de fide.instru.not. Alex.consi.
514 52.volu.4.† Quia experimentum verorum
sermonum est vt concordent cum rebus sen-
satis & verisimilibus secundum Bal.in l.1.col.
2.C.de ser. fugi. & isto casu sua Sanctitas con
trariatur dicto proprio D.Herculis in suppli-
catione porrecta, contrariaturq; sua Sãctitas
in suometdicto ibi, dum dicit quod Do.Her
cules non potuit consequi complementium
iustitiæ super possessorio, & inferius subdit
quod prædictus D. Hercules non potuit se in
tromittere in administratione viuente Iulio
Cæsare,quod possederit & non possederit ista
515 sunt contraria, † quia veritas, & falsitas con-
traria sunt, & vno posito alterum remouetur
c.cum humilitatis. 22.q.2.vbi glo. fi.not.in l.
1.C.de fur.cum simi. per Deci. traditis consi.
179. lætatus col.10.cum ergo causę allegatę
per suam Sanctitatem contradictionem & re
516 pugnantiam contineãt,†& sic impossibilita
tem vitiari debẽt.l.vbi repugnantia. ff.de reg.
iur.l.script.C.de fide institu.c.imputari. eod.
517 tit.de fide instru. † cum actum repugnãtem
etiam summus Deus non potest in esse pro-
ducere secundum Ange.consi.187. hic pun-
ctus,& Ias.consi. 148. viso.col.4.uol. 4.vbi ita
arguit contra quandam epistolam Principis
de Polẽtia, & ibi dum sua Sanctitas dicit, ꝙ si
bi constat quod prædictus D.Hercules habue
rit ratum isto casu sua Sanctitas similiter se
constituit in locum Dei volendo perscutari
518 renes & corda hominum, †quę soli Deo no
ta sunt secundum Ias.in l. his ad quem. ff. de
acqui. hære. & alibi sæpe. vnde cum ius illud
tale,quale sit,qđ vigore inuestiturę Pauli Secũ
519 di competebat prædicto Herculi, † ex quo
non potuit competere, nisi a die scientiæ se-
cundum communem opini.de qua per Ias.in
l.beneficium.col.8.ff. de const.prin.quod sua
Sanctitas potuerit scire cor prædicti D.Hercu
culis, & quando habuerit scientiam, & quan-
do ratificauerit, ex quo non reperitur, neque
actus,neque verbum aliquod prædicti D.Her
culis quod illis tẽporibus, nec sciuerit, nec
520 ratum habuerit, †cum animus ipsius à solo
Deo cognosci potuit, ut inquit glos.in l. 2.ff.
521 de interroga. actio † quia animus alicuius p
testes probari non potest secundum Inno. in
c.super hæc,de renuncia.quem sequitur Bal.
in l.siqui† filio. §.eius qui, de iniust.rup. irri.
522 testa.† & est quid latens in corde,& quid in-
uisibile qui non percipitur sensu corporeo,&
non videtur,sc̃dm Bal.in l.precib.col.9. C.de
prec.Imp.off. Ross.in trac.sup ornat. mulier.
523 col.antepen. † cor enim Hominis solus De
us cognouit Bal.consi.383.volu.5.ut de se pa
524 tet & not.Hypp.cons.96.col.2.†& cogitatio
mentis probari debet quod fuit expressa.text.
in l.qui cum tutoribus.§.transactio.ff.de tran
sactio. alias babetur pro omissa.l.si extraneus
ff.de conditi. ob causam.& not.Afflict.ex qui
525 bus causis feud. amit.col. 12.† & hoc quia
intentio seu propositum in mente retentum
nihil operatur.l.cum donationis.C.de tran-
sactio.& l.si maiores,& l.interpositas,& de cõ
dit.ob cau.l.si repetendi,pro quibus etiam fa
ciunt no.per Pau.de Cast.in l.mutum,de acq.
hære. consideret quilibet quantum hoc sit ve
risimile quod eius Sanctitas prædicta impossi
bilia nouerit,non obstante causa allegata per
suam sanctitatem super alimentis præstitis &
526 receptis,†quia quatenus fuissent præstita ali
qua alimenta ex quo nõ præcesserunt aliquæ
potestationes illa iure cõsanguinitatis & pie-
tatis amore videntur præstita, nec iste est actus
qui necessario arguat ratihabitionem cũ ex
multis

multis capitibus à coniuncto maximè Princi pe alimenta recipit possunt secundum notata per docto. in l.alimenta & l.necessarius. C.& ff. de nego. gest. & propterea cum necessario
527 causa ista non concludat,†dicendum est nō reuelare l.non hoc cum ibi not. C.vnde cognat.non obstātibus clausulis appositis in dicta inuestitura in præiudicium Illustrissimorum posidentium,quia omnibus supra respōsum fuit, & facit ad proposit.elegans consiliū D. Ias. in consil. 86. in causa per totum & ibi colu.pen.colu.3.licet etiam animi mei fuisse multa alia adducere in fauorem prædictorū tamen cum superuenirit mors Illustris.Ducis Mediolani necesse est vt ad alia negotia me vertam his quæ dicta sunt supra contentus ex quibus conclusio remanet & solidissima in fauorem prædictorum Illustrissimorum cum ipsi tanquam habentes inuestituram realem & propriam præferri debeant D. Herculi habenti solam inuestituram impropriam & abusiuam per disposi.l.quotiens.C.de rei vendic. similiterq; quod prædicti Illustrissimi non potuerunt priuari à Sanctissimo.D.N.Paulo Pōtifice per tex.in c.1.de.nat.feu. vt late supra dictum est non obstantibus adductis in contrariū, quibus omnibus formaliter responsum ex ticit,non obstante etiam quod supra dicebatur de testamento Illustrissimi D. Io. Mariæ patris Illustrissimæ D. Iuliæ per quod de volūtate patris appareat, videlicet quod prædicta Illustrissima deberet se nubere vni ex filiis prę
528 dicti D.Herculis,†quia in primis sciendum est quod vbi tractatur de feudo vbi nulla ualet testatoris dispositio, quia vasallus non potest de feudo testari, vt est generalis regula quæ habetur ex tex.in c.1.in prin.ibi nulla ordinatione defuncti manente vel valente, de succes.feu.facit tex. ad idem in c. 1.§.donare. qualiter olim.feu.pot.alien.& quæ notan.per doct.in locis superius allegatis, & per Affic. si de feu.fue.contro.in princi. cum late nota. per Curti.iunio.in suo tracta. de feu. ex quibus causis in 4.q.penul.& cum iste non sit casus noster, quia prædictus Illustrissimus aliquid non disponit de feu. Decuius dispositione aliquo modo dubitare contingat. sed tantum super, matrimonio contrahendo nulla etiam pœna apposita quatenus contrauentū
529 fuerit.† et vt paucis agam, dico consensum patris non esse necessarium secundum ius ca
530 nonicū in matrimoniis contrahendis, † qa matrimonia debent esse libera ab omni coactione & pœna.c.cum locum in c.requisiuit. c.gemma.de sponsali.c.pen.& vlt.& quod ibi per docto. de secundis nuptiis. not. pulchre. Abb.consi.12.primum.col. 1.& sequenti vbi late, & respondet ad c. honorantur. 22. q. 2 procedere de honestate non de necessitate,vt ibi per eum & not.in d.c.honoratur, & habetur per Fely.latissime in c.1.col.6. cum seq.de
531 sponsalibus.†et quia casus est clarus, videlicet,quod filia vel filius non possit neque exhęredari, neque alimentis priuari, propter hoc quod matrimonium contraxit sine consensu patris,& quod super matrimonio, neque ius ciuile,neque statuta particularia possunt aliquo modo disponere,sed quod solum attendatur ius canonicum,ut habetur in locis superius allegatis & remissiue per Afflict.in 12. prælud.col. 2.in constit. regni & latius quam alibi per Deci. in l. nuptias vbi uidendum.ff. de reg.iur.vlterius non insisto pro quibus facit consilium in fortioribus terminis Beltrā. consi.149.viso casu uol.1 accidente maximè, quia si matrimoniū de quo à testatore sit mentio habuisset locum fuisset dedecori conditioni & statui prædictæ Illustrissimæ, & non conuenisset,vt de se patet inspecta paupertate personarum filiorum D. Herculis & cum obtu-
532 ratione dignitatis ipsius,† Et ideo quatenus præceptum testatoris pœnale fuisset quod nō est præceptum tale & talem conditionē quasi inhonestam & propterea impossibilem fuisse & esse reiiciendam, concludendum est,facit text.in l.non tantum.§. si emancipatus, & quod ibi Bar.de bonorum posses. contra tab. l.filius.ff.de condit. insti. l. nepos proculo.ff. de verb.signi.cum simil.allegatis per Beltran. in consi.ubi supra,& per Iac.de Ardizo.in tit. uirum vasal.domi.excommuni.qui loquitur in terminis fortioribus,quæ clara sunt ex quibus omnibus manifeste constat de iustitia prędictorum Illustrissimorum & cū ad eius san-
533 ctitatem spectet defendere orphanos,† & oppressos per tex.in c.1.87.distin.in glo.& nota. in l.1.quando Imperator secundum Martin. de Laud.conclu.116.& cum sit missa in terrā à Deo vt præmiet bonos & malos puniat.ca. solitæ de maiorita. & obed. & c.ad reprimēd.
534 de offi.ordin.† & si quem uiderit se bene gerere in officio debet ad maius officium præmouere per tex.in l.in nomine domini.C.de offi.præfe.l.ut uirtutum.C.de statuis & imagini.& not.in l.1.circa prin.ff. de iusti, & iure secundum Laudensem in tract.vbi supra con clu.99.incip. Principes non debet sua Sanctitas opprimere & præcipitando cōtrarium fa-
535 cere, † quia scribitur,uirtus enim lenta est &
536 omnium percunctatrix,& qui inculpant antequam intelligant incidunt in labyrinthum erroris secundum text. in c.sciendum. 29. distin.quia sua Sanctitas si bene percunctabitur cōditionem Illustrissimi Ducis Camerini inueniet eum deuotum sedis Apostolicæ, fortem iustum, seuerum, grauem, magnanimū, largum, beneficum, liberalem. & certe maioris magistratus, & gratiæ suæ Sanctitatis dignum, & sic patri in omnibus similem, & si a Sanctitas obliuisci non debet verbis.c.quorum dam

537 dam 74.distin.† vbi tales erga subditos nostros existere debemus, quales nos si subiecti fuissemus nostros vellemus esse præpositos, quem tex. & alios concordantes allegat Corset.in c.grandi col.19.de supplend.negli.prælatorum Laus Deo.

Et ita vt supra conclusum fuit iuris esse puto ego Ioã.Iacobus Leonardus. I.V.D. de Pisauro, ad præsens orator apud Serenissimum dominum Venetum pro Illustrissimo Duce Vrbini, Et in fidem præmissorum me propria manu subscripsi,& sigillum meum consuetũ apponere feci consilio rectius sentientis semper saluo. Iterũ Laus Deo omnipotenti &c.

ALBERTI BRVNI * CONS. CXV.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina est capax feudi, etiam dignitatis.*
2 *Principatus nec administratio eius transit in maritum per contractum matrimonij.*
3 *Feudum nõ venit in datione generali omniũ bonorũ.*
4 *Fœmina capax est etiam feudorum aliorum non continentium dignita.*
5 *Fœmina habilitari potest ad feudũ à Principe etiã in præiudicium agnatorum.*
Princeps ex suprema eius potestate habilitare potest fœminam etiam in præiudicium agnatorum.
6 *Princeps successioni derogare potest quando nondũ fuit delata si hoc facit ex certa scientia, aut si delata nondum tamen agnita.*
7 *Princeps alteri præiudicare, & alteri dare potest hæreditatem etiam aditam ante apprehensam possessionem.*
8 *Disponere licet de feudo nouo cum domini consensu per acquisitorem.*
9 *Feudum Camerini in personam D.Herculis nouum.*
10 *Feudum Camerini in personam D. Iuliæ paternum & auitum.*
11 *Feudum idem esse potest respectu aliquarum personarum antiquũ,& respectu aliarũ nouũ & nu.15.*
12 *Lucrum qui sentit ab vna persona, non debet eius factum impugnare.*
13 *Patris factum in feudo nouo nocet filio.*
14 *Beneficium circa alterationem feudi concessum Iulio Cæsari transiuit in filium, idest D.Io.Mariam.*
16 *Concessio facta per Paulum.2.Pontificem fuit contemplatione Iulij Cæsaris.*
17 *Vasallus cum domini consensu feudum quod alias ad plures de volueretur potest ad ius primogenituræ reducere.*
18 *Melius per vnum quam per plures gubernatur.*
19 *Feudi concessio facta absente parte non tenet.*
20 *Feudi concessio antequam ille cui conceditur acceptet & ratificet reuocari potest.*
21 *Ratificatio debet fieri infra tempus, alias inuestitura non proderit vasallo.*
22 *Præsumitur pro sententia.*
23 *Iuuentus, & leuitas personæ excusat transgressionẽ præcepti.*
24 *Præcepto superioris non parẽs propter aliquam suã particularem causam non dicitur contemnere.*
25 *Parentelam, vel amicitiam contrahendo, quod quis propter hoc cadat à feudo contra legem est.*
16 *Amicitia vt sit causa iusta quod quis à feudo cadat debet esse principaliter in damnum domini.*
27 *Mandatum contra legem non ligat.*
28 *Matrimonij libertas impediri non debet.*
29 *Matrimonium impediri potest in certum genus personarum non veniendo ad specialitatem.*
30 *Præceptum sub pœna amissionis feudi fieri non debet, nisi super pertinentibus ad feudum.*

OMNIPOTENTIS Dei, & Gloriosæ virginis Mariæ nominibus inuocatis.

Requisitus in scriptis redigere ea quæ mihi occurrunt pro defensione veritatis in fauorẽ Illustrissimæ D. Iuliæ in causa successionis ducatus Camerini, vt detur occasio plenius deliberãdi, inuenio multa obstare Magnifico D. Herculi de Varano ne possit in ipso Ducatu succedere, & ipsam Illustrissimam dominam à successione excludere.

1 † Et primo quia fœmina est capax feudi etiã dignitatis, vt per Bald.in c.significauit.1.col. de rescrip. & not.in c.dilecti filij, vbi Panor.& docto.de arbi.& vult Marti. de Lau. in tracta. de principi.ver. 176.incip.regina. Quæ capacitas durat etiam si ipsa mulier siue sit Regina
2 siue Ducissa &c. nubat, † cum per contractũ matrimonij, nec principatus, nec administratio eius transeat in maritum, secundum Bal.
3 & Marti.de Lau. in locis præalle.† nec in generali datione bonorum in dotẽ veniret feudum c. 1. §.in generali. cum ibi not.maximè per Mart.de Lau.si de feu.fue.contr.inter do.
4 & agna.† quod autem sit capax aliorum feudorum si sibi conferantur sunt infiniti tex. vt in c.1.§.hoc autem qui feud.da.poss. & in c.1. §.filia vero.de succe. feu. & in c.1.de feu.fœmi. cum infinitis concor.

Secundum pro D.Iulia prædicta facit, quia licet non esset nominata in inuestituris dominorum Papæ Nicolai & Pauli.2. fuit tamẽ
5 per D.Clementẽ 7.† habilita ac si esset masculus,& nominata in ipsis inuestituris quod videtur fieri potuisse etiam in præiudiciũ agnatorum propter Principis seu Papæ auctoritatem,& supremam eius potestatem, vt in simili de spurio, seu naturali legitimato ad feudi successionem dicũt doct. in c.1.§.naturales vbi Bal.circa prin.commen.si de feu.fue.contro.inter dom.& agna. & ita tenet Lud.Bolo. in suo consi.1.& do.Ias.in consi.& Deci.cõsi. 390. incip.quoniam ex facto.4.& 5.col.& do. Campegi.cons.2. inter mea consilia feudalia inserto

inserto post multa ad propositum per me ibi aggregata in meo consi. 1. quorum dicta transcribere longum foret, quæ habilitatio facta fuit ad integram successionem dicti Ducatus prout iura exigunt, c. 1. §. præterea Ducatus,
6 phi. alie. feu. per Fede. † potest enim princeps ex certa scientia successioni derogare quãdo nondum fuit delata, aut si delata nondum tamen agnita, vt habetur in l. gallus. §. & quid si tantum, vbi plene Ale. Soci. & Moder. ff. de libe. & posthu. post Pau. de Cas. & Fely. in c. quæ in ecclesiarum. 18. col. 5. declaratione de consti. & Alexa. consi. 88. incipi. visis codicillis. 2.
7 volu. † vbi idem dicit esse in hæreditate adita ante apprehẽsam possessionem vt possit princeps præiudicare & alteri conferre.
8 † Tertio pro ipsa D. Iulia facit quia de feudo nouo licet disponere cum domini consensu, per acquisitionem, vt volunt Andr. de Iser. & Alua. in pen. q. in c. 1. in prin. de alien. feu. pa. vbi plene Do. Affli. & Præpo. in fi. commen. & Ale. consi. 18. incipi. super primo. 2. col. versi. & potuit. uersi. seq. 5. vol. & Barba. inter consilia Alex. consi. 55. incip. illud afferan. col. fi. 4. vol. & Do. Ias. in l. 2. penul. col. C. de iure em-
9 phi. † cum iste Ducatus Camerini sit saltem
10 in persona D. Herculis feudum nouum, † licet quo ad D. Iuliam sit paternum, vel auitũ,
11 vt de se patet, † cum possit idem feudum respectu aliquarum personarum esse antiquũ, & respectu aliarum esse nouum, vt per Bal. in c. 1. in prin. in 1. no. vbi etiam Aluar. & alij si de feu. fue. contro. interdo. & agna. & Alex. cõsi. 10. incip. ponderatis. 1. col. versi. non obstat. &
12 seq. 3. uol. † ex qua enim persona quis lucrũ sentit non debet eius factum impugnare, ut in regula iuris ex qua persona, & in l. cum à matre. C. de rei vend. hunc secundum Iac. de
13 Belui. in c. 1. §. 1. de succes. feu. † in feudo nouo factum patris nocet filios generaliter. Et satis est quod sit nouũ respectu Domini Herculis, in cuius præuidicium renouata fuit in-
14 uestitura, † cum beneficium à iure concessũ D. Iulio Cæsari circa alterationem feudi noui transiuerit in filium, videlicet, dominum Ioannem Mariam l. si quis filiumfami. §. 1. ff. de acqui. hære. l. si pactum, cum simi. ff. de probа. accedente scilicet consensu Domini Pontificis. Nam prima concessio facta per Papam Nicolaum fuit facta Dominis Rodulpho, & Iulio Cæsari fratribus de anno. 1448. ad vitã
15 eorum. † iuxta. c. 1. in prin. de feu. mar. & Dominus Rodulphus decessit de Ann. 1464. quo tempore fin. tum fuit in eo feudum prædictũ, & de Anno, 1468. ipse Dominus Iulius Cæsar obtinuit à Domino Paulo Secundo Papa vt post mortem ipsius Domini Iulij Cæsaris filij sui ac nepotes ex prædicto fratre in quorũ numero erat Dominus Hercules posseut in ipso feudo ad eorum vitam succedere, quod feudum fuit nouum in persona nepotum & paternum in persona D. Ioan. Mariæ filii D. Iulij Cæsaris aliter quod quo ad Dominum Herculem ipsum, feudum sit nouum, & noui feudi qualitates assumat. Quæ conclusio ma-
16 ximè procedit, quia constat euidenter † quod ipsa concesio facta per Dominum Papa Paulum. 2. facta fuit contemplatione ipsius Domini Iulij Cæsaris, iuxta not. per Alu. & And. de Ise. & plene Affl. in d. c. i. in prin. de ali. feu. pa. faciũt nouo. p Bar. Frã. de Are. Soc. & Moder. in l. qui Romæ. §. flauius. ff. de uerbo. obliga. & etiam faciunt ad hoc iura quæ adducta sunt quod feudum concedatur filiæ ob amorem, & seruitia patris.
17 † Quarto pro ipsa D. Iulie, quia potest vasallus cum domini cõsensu feudum quòd alias ad plures deuolueretur reducere ad ius primogenituræ esto quòd alij nominati in inuestitura excludatur fauore feudi quòd reducitur ad meliorem statum, & primogenituræ,
28 † cum melius per vnum quam per plures gubernetur vt voluit Pau. de Cast. consi. 163. incipi. in causa in antiquis & Fely. in c. prudentiã in princ. in 2. col. de offi. delega. D. Ias. consil. 107. in 4. vol. cum ita sit in concessione facta domino Io. Mariæ. ac D. Iuliæ.
Quinto pro ipsa Illustrissima. D. Iulia facit
19 † quia concessio facta per D. Paulum. 2. Pontificem, D. Iulio Cæsari & eius filio, ac D. Herculi & nepotibus facta fuit ipsis D. Herculi & fratribus absentibus & quod magis est nõ cõstito acceptauerint quo casu non tenuit iuxta text. & nota. in l. absenti maximè per Bar. & Pau. de Cast. ff. de dona. & vult Alex. consi. 10. inci. ponderat. 2. col. versi. hiis consonat in fi. 4. volu. aut saltem ante eorum acceptationẽ,
20 † ratificationem potuit alteri irreuocabiliter concedi vt ibi nota. per Pau. de Cast. & per Panor. in c. cum venissent in 2. col. vbi etiam Ant. de Bu. de rest. spol. & Ale. in l. quod meo in 1. col. ff. de acqui. posses. & consi. 110. incip. visis. 1. col. versi. non obstat. 1. vol. volentes qđ si ego possideo nomine Titij, & desinam possidere antequam Titius ratificet ita quòd interim possessio in alium transferatur non competat Titio remedium recuperandæ possessionis eo, qa non potest dici possedisse ex quo non ratificauit in tempore & dicit Bal. in c. 1. in princ. 1. col. quo temp. mil. quem sequitur
21 Alex. in d. l. quod meo 1. col. quod † si negotiorum gestor infra anum capiat inuestiturã nomine Ticij vasalli à domino feudi talis in uestitura non proderit vasallo, nisi infra tempus seu annum ratificet, ad quod facit dictũ Ale. in ipso cõsi. 10. ver. præallegato in 3. vol.
22 † Sexto pro ipsa D. Iulia facit sententia priuationis feudi lata contra ipsum D. Herculẽ & totam familiam de Varano postquam sententiam de ipso feudo inuestiti fuerunt Illus.

Do.Ioan.Maria pater, & ipſa D.Iulia filia pro qua ſententia præſumitur, vt per doct.in l.fin. C.de legi.& in cle.1.de proba.& per Do.Iaſo. in l.ſi teſtamentum.C.de teſtamen.

Nec videtur D. Iulia poſſe priuari ratione contemptus mandatorum cætus dominorũ Cardinalium ne nuberet ſine eorum licẽtia,
23 † quia dato quod præceptum fuiſſet licitum tamen qualitas perſonæ, & iuuentus, ſeu leuitas excuſarent tranſgreſſionem, ſecundũ Marti.de Lau.in trac.de princ.ver.185.incip. conſueuit ſeruari vbi allegat.Bal. facit quod dixit Bal.in impreſſis conſil.158.incipi.ſuper eod.
24 pen.col.3.uol.†& quia non parens mandato ſuperioris propter aliquam ſuam particularẽ cauſam non dicitur contemnere, nec peccare, ſecundum Cardi.in cle.1.in 3.no.de ſepul.
25 †& quia contra legem eſt quod quis cadat à feudo faciendo parentelam, vel contrahendo
26 amicitiam cum inimico domini † quando hoc nõ fit principaliter in damnum domini, ſecundum Aluar. in §.porro, quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. quod dictum ſequuntur communiter doc. & Moder. ſummiſtæ in tracta.feudorum,& Do.Iaſ.in l.ſi non ſortem
27 §.libertus.1.col.ff.de condi.indeb.†Ideo mãdatum contra legem non ligat, nec quis parere tenetur c.ſi quando, vbi Panor. & alii de re-
28 ſcip.† & tantomagis ex quo impediri nõ debet libertas matrimonii, nec cogi.c.requiſiuit,& c.gemma, de ſponſa.ubi Zochus & mo
29 derni in d.cap.requiſiuit, tenet † quod ſolum poſſit impediri in certum genus perſonarum non veniendo ad ſpecialitatem, cum in caſu iſto prohibitio eſſet generalis reducens ma-
30 trimonium ad voluntatem D.Papæ,†Et inſuper præceptum factum ſub pœna amiſſionis feudi fieri nen debet, niſi ſuper pertinentibus ad feudum, vt dicit Inno.in ca.cæterum, de iudi.& Io.Blan.in ſumma ſua feudo.in tit. quib.mod.feu.amit.circa fi.cum concor. adductis per Domi. Iacob.de S. Georgio in ſua inueſtitura in clauſula dictique vaſalli promiſerunt recognoſcere.4.colum. verſicu.inſuper quæro, cum ſeq.

Laus Deo, & Virgini Glorioſiſſimæ.

Et ex prædictis ac alijs copioſè adductis per Magnificum, ac præſtantiſſimum D. Ioannẽ Iacobũ de Leonardis. I. V. D. Piſauro cogor arbitrari Illuſtriſſimam D.Iuliam eſſe ad ſucceſſionem Ducatus Camerini admittendam & Magnifico D. Herculi præferendam, ſalua ſemper veritate, ac iudicio cuiuslibet rectius ſentientis etiam ſemper ſaluo, Et in fidẽ præmiſſorum ego Albertus Brunis Aſtenſis Iureconſultorum minimus hic me ſubſcripſi cum affixione ſoliti ſigilli mei.

CONSILIVM CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura in qua reperitur nominatus D.Hercules appellanda eſt potius ſimplex pollicitatio quam inueſtitura.*
2 *Pollicitatio dicitur ſolius offerentis promiſſo.*
3 *Pollicitatio magis dicitur dictum quam pactum cũ conſenſu duorum vel plurium non habeat.*
4 *Pollicitatio dicitur quæ fit abſenti citra nuncium uel epiſtolam.*
5 *Obligatio non naſcitur ex pollicitatione, niſi quando pollicetur ciuitati Eccleſiæ vel pauperibus.*
6 *Inueſtitura requirit verba, & quòd ipſe partes ſint præſentes.*
7 *Inueſtitura abſente parte non valet.*
Inueſtitura dicitur donatio inter viuos.
8 *Inueſtitura actus eſt qui debet fieri à præſenti in preſentem.*
9 *Dotarium fieri non poteſt, niſi in præſentia vxoris, vel eius procuratoris.*
10 *Donatio facta ẽt pauperibus abſentibus non valeret.*
11 *Abſenti quando conceditur inueſtitura nuncius dedebet eſſe ſpecialiter deſtinatus.*
12 *Procurator debet habere ſpeciale mãdatum pro abſente ad ſe præſentandum coram domino, & ab eo obtinendum inueſtituram.*
13 *Iuramentum fidelitatis preſtari poteſt per procurarem ad hoc ſpecialiter mandatum habentem.*
14 *Frater in materia feudorum ſtipulando fratri non acquiret.*
15 *Mandatum non præſumitur.*
16 *Diuturnitas temporis annorum mille non facit preſumi ſolennitatem mandati.*
17 *Abſentiam partis ſupplet Deus de iure canonico cõtrarium ibi vide.*
18 *Alteri per alterum de iure canonico ſtipulari non poteſt.*
19 *Contractus factus à principe reuocari nõ poteſt, ſicut non poteſt reuocari contractus initus à priuato.*
20 *Princeps poſt ſuam conceſſionem renocare ſicut poteſt reuocare ſtatutum, vel reſcriptum, niſi prætextu talis conceſſionis aliquid fuiſſet lucratus, quia tunc reuocare non poſſet.*

REDEMPTORIS noſtri & glorioſæ Virginis Mariȩ nominibus iterum inuocatis.
1 † Succincte addendo his quæ dicta ſunt per me ſuper inueſtitura in qua D. Hercules reperitur nominatus, dico dictam inueſtituram appellari debere potius ſimplicem pollicitationem quam veram vel abuſiuam inueſtiturã. probatur ex doctrina doct.in rub.de verb.ob.
2 vbi pulchre hoc declarat Iaſ.col.2.ibi,†ꝙ pollicitatio dicitur ſolius offerentis promiſſio,
3 per tex.in l.pactum.ff.de polli. † & ſic pollicitatio magis dicitur quam pactum cum conſenſum duorum vel plurium non habeat, vt ibi

ibi per Ias. qui subdit secundũ communẽ opi.
4 Legista. & Canoni. † tunc demũ dicatur polli citatio si fiat absenti citra nuncium vel episto
5 lam, secus si præsenti, † ex qua pollicitatione quis non obligatur, nisi quando pollicetur ci uitati Ecclesiæ, vel pauperibus, vt Ias. vbi sup. col. 4. circa fi. medij, quod procedit etiam de iure canonico, vt per eum col. 4. cũ non oria tur, nat. obligatio secundum Abb. cap. cum inter vniuersas de elect. & est communis opi. secundum Alciat. in cap. cum contingat de iureiuran. nume. 229.

Vnde cũ sumus in mera, pollicitatione nõ inuestitura dicendum est illam potuisse reuocari tanquã inefficacẽ. faciunt not. per Bar. in l. qui absenti de dona. & quæ alleg. Mag. Bru. in suo cõsi. Et vltra ea quæ adducit sua Excel. hoc voluit in terminis Affl. in tit. quid sit inuestitura p illũ tex. col. 10. 6. not. vbi sic dicit no.
6 tex. ibi inuestituram facere dicentẽ, † quod in inuestitura requiruntur verba, & subdit, ergo inuestitura requirit ꝙ ipse partes sint præsen-
7 tes, † alias inuestitura quæ dicitur donatio inter viuos absente parte facta non valeret, & licet ipse nõ alleget, hoc voluit Bald. in rub. C.
8 de contrahen. emp. q. 18. vbi † quod inuestitura actus est qui debet fieri à præsenti in præsentem, & sequitur Iac. de S. Georg. in sua inuest. ver. præsentes, est tex. in c. cum olim, de re iu. iuncto tex. in c. ex ore. de his quæ fiũt à maio. parte capi. secundum Oldr. consil. 117. super eo. no. Abb. in c. tenor. col. pen. de re iudi. vbi Fely. col. pen. ad idem facit quod voluit Affli. in tit. quali. poterat olim feu. alie. col. 10. vbi
9 loquendo de Dotario dicit nõ posse fieri, † cũ censetur esse donatio, nisi in præsentia vxoris,
10 vel eius procuratoris, † ꝙ subdit quod si fieret donatio etiam pauperibus absentibus non valeret, vt ibi per eum, & alleg. glo. in l. illud. C. de sac. san. eccle. & l. nec ambigetur, de dona. Nec conclusioni superius firmatæ obstat, qđ prædicta inuestitura videatur facta interueniẽte nuncio, vt videntur demõstrare verba illa, videlicet, ad tuam requisitionẽ quia vt ex facie inuestituræ apparet, referũtur ad personã
11 Dominæ Iuliæ, non autem Herculis, † præterea quando inuestitura absenti cõceditur nũcius debet esse specialiter destinatus, vt sentit Bart. in d. l. qui absenti, ff. de dona. & Affli. in tit. quid sit inuest. col. 10. 6. not. hoc clare Frã. in c. si tibi absenti, col. 4. de præb. lib. 2. faciunt quæ in indiuiduo voluit Iaco. de S. Georg. in sua inuestit. ver. qui quidem inuest. præsti. iu-
12 ramentũ, col. 3. vbi per eum, † ꝙ procurator
13 debet † habere speciale madatum pro absente ad se præsentandum coram domino, & ad præstandum iuramentum fidelitatis, & ab eo obtinẽdum inuestituram, seu renouationem inuestituræ, & prosequitur vt ibi per eum. in casu ergo nostro cum pro Do. Hercule non interuenerit neq; generalis, neq; specialis nũ
14 cius, dicendũ est vt supra. † Quia etiam frater stipulando in materia feudorũ fratri absenti nõ acquirit. secundũ Bar. in l. si mihi & Ticio, col. 2. ff. eo. tit. de verbo. obli. sequitur Ias. in l.
15 stipulatio. §. alteri, col. 2. ff. de verb. oblig. † & mandatum non p̃sumitur. secundũ Alex. in l. sciendum, col. 6. de ver. obli. Bald. in l. 1. C. de reb. alie. non alie. & clarius, in l. 2. C. si ex falsis
16 instru. † etiam diuturnitas temporis annorũ mille non facit pręsumi solennitatem mandati, vt per docto. vbi supra & not. Alexan. consil. 1. volumi. quarto. & Fely. in c. sicut, colum. 19. de re iud.
17 † Nec ob. quod de iure & æquitate canonica Deus suppleat absentiam partis, & sic de iure illo quod oĩ casu alteri per alterum stipulari possit, secundum glo. 1. q. 7. c. quotiens cordis oculus, quem Bal. alleg. in l. illud. C. de sacrosan. eccl. & in l. certi conditio. §. si nummos. ff. si certum peta. & alibi sæpe vt per Ias. in d. l. stipulatio. §. alteri. col. 2. ff. de verb. obli. & qđ in terminis no. Affl. in tit. quid sit inuestu. in prin. col. fi. no. 6. allegando tex. in d. c. quotiẽs cordis, firmat inuestituram factã absente parte de iure canonico valere, quia contrarium
18 verius est, videlicet, † quod imò etiam de iure canonico alteri per alterum stipulari non potest, vt latè prosequitur & comprobat istã opi. D. Ias. vbi supra in d. § alteri, col. 2. ver. 5. limita. & Fel. in procе. Grego. col. 4. 5. & 6. vbi concordantes allegat, & loquitur in fortioribus terminis & est cõmunis opin. secundum Alcia. c. cũ contingat nu. 229. de iure patro. quia vt verba inuestituræ ostendũt, apparet ꝙ promissio facta fuit absente dicto D. Hercule nullo alio nomine ipsius interueniente, nec pro eo acceptante, pro quibus facit glo. in l. stipulatio. §. si quis insulam, vbi Ang. ff. de ver. oblig. cum. not. per Fel. in proę. vbi supra col. 6. in fi. ex quibus omnibus cõcludendum est nos esse in casu satis claro, & placet adducere consi. Ias. nu. 56. incipi. circa, per totum, & ibi col. fi. vol. 1. qui loquitur in casu magis dubio vbi sic dicit, nec obstat quod illud edictum generale transiuerit in cõtractum, cũ subditis & omnibus, quorum interest propter stipulatio
19 nem publicæ personæ in ea contentam, † & contractus factus à principe reuocari non potest. c. 1. & ibi Bal. de natu. feu. sicut nõ potest reuocari contractus initus à priuato l. in commodato. §. sicut. ff. commod. l. sicut. C. de act. & oblig. quia ad hoc respondeo ex verbis no. Bald. post Nicol. de Mutina in l. qui se patris, col. 10. C. vnde libe. vers. & scias, quod licet re
20 nunciatio vbi formaliter tenet Bal. † qđ princeps potest suam cõcessionem reuocare, nec dicitur alicui facere iniuriã, sicut posset reuocare statutũ vel rescriptum, nisi prætextu talis cõcessionis cõcedens aliqđ fuisset lucratus à

suscipiente, puta aliquam dationem, vel aliquod factum, vel aliquod implementum, tūc non potest princeps talem contractū reuocare propter reciprocum factum, sed vbi nullū factum nulla datio, nullum implementū intercederent talis contractus censetur mera dispositio voluntaria, quæ etiam ex sola voluntate principis etiam sine alia causa potest tolli, & eidem derogari, sic igitur applicādo prędicta ad casum nostrum cū ex parte D. Herculis nullū factum, nulla datio, nullum implementū, & qđ fortius est nulla ratihabitio interuenerit posito millies non concesso quod illa nominatio transiuerit in contractum, potuisset tamen reuocari, prout reuocata fuit ꝑ superius dicta, & quæ supe. in prędenti meo consilio allegata sunt. & quoniam inuestitura Illustrissimæ D. Iuliæ trāsiuit in perfectum contractum, & ex parte eius Excellētiæ sequutum est factum datio, & implementum illam non potuisset nec posse aliquo modo reuocari aperto marte dicendum est per prædicta, & per tex. in c. 1. de natura feu. Laus Deo.

Vt superius conclusum est iuris esse arbitror ego Io. Iac. Leonard. de Pisauro I. V. D. & Orator. ad præsens pro Illustrissimo Duce Vrbini apud Serenissimum Dominium Venetum. Et in fidem præmissorū scripsi, & subscripsi propria manu, sigillumque meum cōsuetum apponere feci consilio rectius sentientis semper saluo. Et iterum Laus Deo omnipotenti. &c.

*CONSILIVM CXVII.

SVMMARIVM.

1 *Munus extraordinarium quare sic appelletur.*
2 *Intellectus ad glo. in l. rescripto. §. fi. in ver. numerū. ff. de mune. & honori.*
3 *Collecta munus extraordinarium,*
4 *Princeps pro imperii subsidio extraordinarias collectas imponere potest.*
5 *Princeps quando opus habet & necessitas exposcit, collectam subditis suis potest imponere.*
6 *Iuramentum fidelitatis astringit vasallum domino præstare auxilium.*
7 *Auxilium præstandū est domino sumptibus vasalli.*
8 *Vasallus tenetur adiuuare dominum etiam contra propinquos & agnatos.*
9 *Vasallus debet adiuuare dominum contra patrem, fratrem & filium.*
10 *Vasallus etiam amicos domini adiuuare tenetur.*
11 *Vasallus sequitur dominum in bello extra teeritoriū & ipsius domini patriam.*
12 *Territorium domini censetur, vbi dominus est cum suo exercitu.*
13 *Vasallus tenetur adiuuare dominum in bello iusto et ad defensionem facto.*
14 *Clerici tenentur adiuuare dominum pro defensione patriæ.*
15 *Clerici ad custodiam ciuitatis tenentur, quum rex inuaditur, aut subitus timor inest, pro qua debent etiam diuina officia præmittere.*
16 *Reipublicæ fauore tenentur vltra debitam portionē.*
17 *Principi licet grauare subditos soluentes focularia pro subuentione contra barbaricam gentem.*
18 *Vasallus tenetur offensioni domini obuiare.*
19 *Vasallus vlero debet auxilium offerre domino.*
20 *Vasallus ingratus insidiis domino paratis occurrere debet.*
21 *Vasallus ingratus domino feudo priuatur.*
22 *Vasallus tenetur adiuuare dominum facientem bellum ad offensam contra hostes christianæ fidei.*
23 *Concessum pro Imperatore, multo magis pro Christo concedi debet.*
24 *Emergentia de nouo, nouo indigent auxilio.*
25 *Inopia inopinata superueniente cautio prius remissa præstari.*
26 *Priuilegatus non excusatur à necessitatibus propter bellum occurrentibus.*
27 *Immunitas non excusat à collectis, propter belli necessitatem impositis.*
28 *Princeps tempore guerræ, propter necessitatem calices & cruces argenteas recipere potest.*
29 *Casus emergētes faciunt trāsire de solitis ad insolita.*
30 *Necessitas legem non habet, & nu. 182. & 200.*
31 *Superindictum propter casus emergentes, & necessitatem imponitur.*
32 *Subditus impositionem à principe factam esse cum causa præsumere debet, etiam causa non apparēte.*
33 *Vasallus nollens soluere onus impositum propter imminentis belli periculum, priuatur feudo.*
34 *Vasallus ex omni causa non expressa, quæ possit dici similis vel maior expressis, feudo priuari potest.*
35 *Vasalli multis periculis sunt subiecti.*
36 *Vasallus vna etiam sola culpa feudo priuatur.*
37 *Causa similis vel maior expressis quæ sit, iudicis arbitrio relinquitur.*
38 *Papa est supra ius, contra ius, & extra ius, & omnia potest.*
39 *Papa est omnia & super omnia.*
40 *Papa nulli formæ astringitur, nec ei potest dici, cur ita facis.*
41 *In principe pro ratione voluntas.*
42 *Sacrilegij crimen est de potestate Papæ disputare.*
43 *Papa non reddens vices suas vasallo non priuatur ꝓprietate feudi.*
44 *Papa satis est quod ita velit, & obediendum est.*
45 *Domini non essent domini si nollent sibi obediri.*
46 *Papæ obediendum est, etiam si præceptum malum videatur.*
47 *Papa non habet qui sua facta iudicet, nisi solū Deū.*
48 *Papa grauare locum duplici pedagio nūquam velle præsumitur.*
49 *Papa in concessione exhibendi pedagij motu proprio facta locum duplici pedagio grauare præsumitur.*
50 *Iustitiam facere, in commissione vel rescripto quid importet & nu. 247.*

Potesta-

51 Potestatis plenitudo nihil aliud est, quam iuri communi seu ordinario derogare.
52 Plenitudo potestatis quid sit.
53 Plenitudini potestatis nihil, nisi duo resistit.
54 Domini non possunt de iure noua seruitia imponere & nu. 56. & 64.
55 Domini facientes bellum, ciues vexare non debent, sed de propriis bonis exponere.
57 Angariæ & collectæ non possunt à dominis suis subditis induci.
58 Princeps suis solitis stipendiis contentus esse debet, & non angarias imponere.
59 Princeps exigens stipendia iustitiam ministrare tenetur, & subditos ab incursu latronum custodire, alias tenetur ad restitutionem.
60 Vasallus domino suo iustitiam facere tenetur.
61 Dominus vasallo suo tenetur iustitiam facere, & dū contra ius non grauare.
62 Vasallun domino subuenire pecunia non tenetur.
63 Anima corpore preciosior.
64 Princeps contenti esse debent oneribus & muneribus tempore concessionis bonorum impositis, & supra nu. 56.
65 Nouitas in homagiis induci non debet.
66 Seruitia indebita à dominis per metum extorta præsumuntur.
67 Mandata principum publicam vtilitatem tangētia, sumptu publico & absq; subditorum incommodo exequi debent.
68 Domini eorum marsupio se præmunire debēt & onerosi non esse, neque acerbi, sed moderati & in iustitia humani nu. 70.
69 Dominus tempore necessitatis vltra æstimationem seruitiorum personalium sibi debitorum ab hominibus suis exigere non potest.
71 Republicæ & principis commoditati spectantia sumptu publico & regio perfici debent.
72 Feudo dato pro certo seruitio, noua impositio fieri non potest.
73 Pontifex max. ab Ill. Vrbini Duce nihil aliud exigere potest præter quod in inuestitura est deductum.
74 Dominus paciscendo cum vasallo à legis dispositione recedere videtur.
75 Feuda vt plurimum videntur esse conditionata.
76 Castrum certis pactis & conditionibus subiectum in aliis liberum remanet.
77 Conuentio qualibet suis precisis terminis includitur.
78 Onera certa subeuntes ad alia compelli non possunt.
79 Quod vno dicitur de aliis prohibetur.
80 Feudum datum sub certo determinato seruitio, contractus est hincinde obligatorius & perfectus.
81 Actui perfecto, sine partium consensu, nihil addi vel detrahi potest.
82 Dominus vasallo fidem illam seruare tenetur, quam vasallus domino.
83 Iuramentū nō obligat iurantē, cui fides nō seruatur.
84 Fidem fallere graue est.
85 Conuentionis fidem non seruans, eius emolumēto priuandus est.
86 Pacta seruanda sunt.
87 Pacta seruabo, processit ab ore Dei.
88 Deus etiam ligatur pacto.
89 Forus fori & forus poli concordant quod pacta seruentur.
90 Deus si contrahere posset ex contractu obligaretur.
91 Promissa etiam pacto nudo, pudor est recusare.
92 Principi conuenit verbum, semel locutus est Deus.
93 Princeps etiam motu proprio reuocans quod prius fecit, circunuentus fingitur.
94 Præsumptio iuris & de iure probationem in contrarium non admittit.
95 Princeps tanquam fons iustitiæ voluntatem constantem habere debet.
96 Principibus cōuenit illud verbū, quod scripsi scripsi.
97 Princeps vnum calamum & vnam linguam habet.
98 Princeps debet esse immobilis, sicut lapis angularis & sicut polus in cœlo.
99 Princeps sicut priuatus ex contractu suo obligatur, & nume. 240.
100 Princeps ex contractu cum subdito obligatur.
101 Pacta & cōuentiones mundū sustinent, quæ si princeps subuertere posset peior mundi homo esset.
102 Deus non submisit principi pacta & contractus, sicut leges.
103 Princeps non est solutus lege diuina vel naturali.
104 Motus proprius maiorem habet efficaciam, & maiorem præsupponit deliberationem.
105 Pontifex ex capite inuestituræ & promissionis nihil præter ordinarium Illustrissimo Vrbini Duci potest innouare.
106 Papa ordinarium censum remittere potest.
107 Rex astrictus est iuramento vt non imponat collectas nisi hoc ex priuilegio habeat.
108 Princeps contrahendo iure communi vti debet.
109 Ius ex contractu quæsitum princeps auferre non potest.
110 Vasallus domino seruitium diminutum præstare nō potest.
111 Dominus à vasallo vltra debitum seruitium nō debet exigere, & nu. 116.
112 Dominus & vasallus ad paria iudicantur.
113 Vasallus in eisdem habet dominum obligatum, in quibus vasallus obligatus est domino.
114 Dominus & vasallus correlatiua sunt & dispositū in vno censetur & dispositum in alio.
115 Correlatiuorum eadem est virtus.
117 Vasalli seruitium conueniens alterari non potest.
118 Adhoa in feudo antiquo soluitur.
119 Pontifex contractui & sui verbo non potest contrauenire.
120 Seruitio duplici pro feudo quis grauari non debet, & nume. 123.
121 Tributa pro capitibus præstantes, ad alia obsequia deputandi non sunt.
122 Prouinciales tributa soluentes alias operas exhibere non debent.
124 Grauatus in vno in alio releuatur.
125 Grauari duplici onere pro eadem re quis nō debet.
126 Vasallus onere duplici non debet grauari, etiam qđ domino magna immineret necessitas.
127 Prohibitio duplex est fortior.

Necessi-

201 Necessitas licitum facit, quod lege licitum non est.
202 Necessitas doli præsumptionem cessare facit.
203 Necessitatis nomine omne impedimentum iustum intelligitur.
204 Vasalli non debent ad insolitum seruitium & eorũ ministerio contrarium grauari.
205 Seruitium feudi præstatur secundum qualitatẽ debentis, & loci. & nu. 207.
206 Vasallus cui à domino præcipitur vt ad exercitum vadat, quomodo ire debeat.
208 Argumentum de personis ad locum valet.
209 Quod nõ fuit excogitauit in suo statu retinetur.
210 Vasallus qui astringitur ad seruitiũ de quo non fuit cogitatum, inobediens est domino impune.
211 Durius est pecunia quam persona seruire.
212 Impossibilium nulla est obligatio.
213 Uniuersitas quæ non capit malefactores quos capere tenetur, excusatur si sunt potentiores.
214 L. impossibilium. ff. de reg. iur. habet locum in contractibus sententijs & præceptis.
115 Petrus non obediuit principibus sacerdotum prohibentibus sibi prædicationem.
216 Papa extraordinarias collectas imponere non potest, quando non vult vel non potest vti plenitudine potestatis.
217 Custodes iuste mercedem accipiunt ab eis, pro quorum salute vigilando laborant.
218 Munus extraordinarium seu extraordinaria impositio quomodo cognoscatur.
219 Vasalli à muneribus extraordinariis ex noua causa & ad qublicam vtilitatem impositis non excusantur nisi causam habeant.
210 Excusare se nemo potest à necessitatibus propter bellum.
221 Publica vtilitas est cuilibet priuilegio præferẽda.
222 Dux Vrbini immunis est ab extraordinario grauamine ex Papæ voluntate.
223 Munus extraordinarium imponi non potest contingente casu solito euenire.
224 Vasallus grauari non potest ad extraordinarium munus propter bellum impositum, quando concessionis tempore de casu belli cogitatum fuit, & supra nu. 222.
225 Verba sine aliqua diminutione in bulla Papæ apposita, extenduntur etiã ad onera quæ ratione belli imponuntur.
226 Verba aliquid operari debent & non frustatoria esse, & in inuestituris superflue apposita non censentur.
227 Actus perfectioni non solum voluntas sed etiam potestas requiritur.
228 Præsumptione non est opus in claris.
229 Clausulæ motu proprio & ex certa scientia voluntatem denotant & demonstrant.
250 Factum à principe ex certa scientia non potest in dubium reuocari & nu. 293.
231 Audiri quis non debet aduersus factum principis ex certa scientia.
232 Clausula plenitudine potestatis vbi est, nihil opponi potest, quominus suum sortiatur effectum.
233 Princeps quum scribit clausula de plenitudine potestatis, nihil opponi potest quo gratiam annullet.
234 Clausula ex plenitudine potestatis supplet omnes defectus & de iuribus eius non potest amplius disputari.
235 Clausularum multarum virtus remissiue.
236 Princeps potest quemlibet ab oneribus eximere, & cuilibet imponere.
237 Princeps solus imponit superindictum, & solus reuocat priuilegium.
238 Princeps de plenitudine potestatis aufert vasallo feudũ, reuocat contractum, & alia plura facit.
239 Papæ generalis dispositio nõ derogat priuilegiis singularium personarum, etiam si fiat per modum legis & pertinet ad publicã perpetuã vtilitatẽ.
241 Princeps & ciuili & naturali ratione, sicut alij, obligatur.
242 Princeps si ex contractu non obligaretur nec alij sibi, esset loco præsulis exul.
243 Princeps contractui suo contrauenire non potest ẽt de plenitudine potestatis & nu. 245.
244 Clausula de plenitudine potestatis non tollit concessa per viam contractus.
245 Promissio facta virtute pacti seu contractus superueniente publica necessitate non reuocatur.
247 Iustitiam facere quid importet.
248 Stututa particularia vincunt leges Imperatorum.
249 Princeps se referens ad ius, de consuetudinario vel statutario intelligitur.
250 Causa commissa secundum leges & consuetudines, secundum consuetudinem potius est terminãda.
251 Promissio principis pro facto habetur.
252 Princeps grauando subiectos defendere certa loca, eos solos qui sunt in eodem periculo & locis grauare videtur.
253 Papa quæ facit, vt Deus agit, & à via iustitiæ declinare non debet.
254 Papa vel princeps non debet vnum altare cooperire, vt aliud discooperiatur.
255 Papa non præsumitur velle ius alterius auferre.
256 Plenitudo potestatis ad aliquod iniquum non extenditur & nume. 309.
257 Deus iniusta facere non posset & nu. 310.
258 Defensio tolli non potest.
259 Defensio naturalis est & non ciuilis.
260 Statutum prohibens posse opponi exceptiones, illã nõ tollit quæ ex eiusdem statuti capite cõpetit.
261 Ratione qua aliquid indulgetur apparente, ad causas similes quas identitas associatur, fit extensio.
262 Extensio fieri non dicitur vbi mens & omnimoda ratio concurrunt.
263 Genus omnes species comprehendit.
264 Generalis ratio omnes casus complectitur.
265 Pisaurum & Senogallia in regione Piceni.
266 Inclusio minus ad aliud extenditur, quando eadẽ militat ratio.
267 Priuilegium cui concessum extenditur ad alium ratione communis.
268 Expressum dicitur quod sub generalibus verbis cõtinetur.
269 Sufficit posse colligi ex expressis.
270 Expressum dicitur qđ verbis generalib. colligitur.
271 Ratio anima cuiuslibet dispositionis.

ALTISSIMI Redemptoris nomine inuocato. In hac causa Illustrissimi & excellētissimi Ducis mei cōtra impositionem factam, à summo Pontifice profecto maximam iustitiam esse puto pro parte suæ Excellentiæ & præmissa protestat. quod in negotio isto illud solum tenere intēdo, quod tenet sancta Romana Catholica Mater Ecclesia, & quod omnia quæ scripsero in fauorem præfati Illustrissimi mei, vera puto, salua semper præfatæ Sanctæ Ecclesiæ determinatione.

Licet prima facie videretur dicendum pręfatum Illustrissimum meum, teneri, & obligatum esse ad dictum munus extraordinarium,
1 † quod dicto modo appellatur, cum non ob causam ordinariam, sed ob causam extraordinariam occurentem imponitur, facit tex. vbi feudistæ in §. & extraordinaria quæ sint regai
2 † & sic debet intelligi glo. in l. rescripto. § fin. vers. munerū. ff. de mu. & hon. & in l. placet.
3 C. de sacros. eccl. † Quæ dicit collectam esse munus extraordinarium, quod etiam tenet Bar. in cōsi. punctus quæstionis talis est, & no. Cass. in suis consue. ad chartas 34. sub. § extraordinarium, & in terminis nostris Ripa in l. ex toto col. pen. ff. de leg. 1, † quia cum expe-
4 dit reipublicæ, Princeps imponere potest extraordinarias collectas pro subsidio Imperij & reipublicę est tex. in d. §. extraord. Quæ sint regaliæ, & concordat tex. in l. iubemus, nullā C. de sacrosanct. eccle. & l. neminē eo tra. ibi pro felicissima expedit & traditur pro regula,
5 † quod quotienscunq; dominus opus habet & necessitas illud exposcit, imponere potest collectam subditis suis, secundum Io. Bles. in tit. quibus mo. feudū amit. & pro hoc allegat tex. in c. prohibere extra de censib. & in hoc dicit se sequi Rodofredum in sua summa libellorum, quem allegat Cass. ad c. 31. num. 7. in suis consuetu. not. Iac. de sancto Geor. in suo tract. de hom. col. 10. versicu. nunquid, & eo. tract. col. fi. vbi pulchre loquitur.
6 † Continetur hoc in iuramēto fidelitatis qđ vasallus domino auxilium præstare teneatur est tex. in c. 1. de for. fid. ibi auxilium ubi doc. & Marti. Laud. & habet in c. 1. de noua form. fid. ibi

fid.ibi auxilium meum tibi præstabo,vbi simi-
liter doct. Et quod vasallus spoliatus tenea-
tur auxilium Domino præstare in guerra est
text.in c. domino guerram in tit. Hic finitur
lex & incipiunt consue. regni.Et c. 1. verb. si
contigerit in tit.de noua for.fidel.& c.1.quib.
mod.feu.amit.cum allegatis per Afflict. quæ
7 sint regal.§.extraordinaria col.1.& 2.†& tale
auxilium præstandum est domino sumptibus
vasalli, vt dixit Iac.de Ardizone in vsibus feu.
sub rubrica cuius expens.col.1. maximè quā-
do feudum bonum est, & sufficiens, prout vi-
detur esse feudum status suæ excellentiæ secū-
dum not.per Iaco.de Sanct.Georgio, & pro-
8 miserunt præstare debita seruitia,colu.1. † &
vasallus non solum tenetur dominum adiu-
uare contra inimicos eius per text. in l.si quis
in graui.§.si cum esset.ff.ad Sill.c.de form.22.
q.5.c.ego enim de iureiur.& c.cum clerici de
verb.sign.cum nota.per Io.de Anan.consi.7.
visis, col.2.sed etiam contra agnatos & pro-
pinquos & c.secundum Affl. in prælud.feud.
9 col.14. † & contra patrem,fratrem & filiū ip-
sius vasalli,p tex.in c.1.§ fi. vbi doc. in tit.hic
finitur lex. & est communis opinio secundū
Zasi.ad quid vasa.domino teneatur. c.40.nu.
10.in suo trac.feud.licet de filio contra patrē
aliter sentiat.Quia esset vt ipse dicit contra p̄-
10 cepta diuina,patrem offendere, †& non solū
vasallus dominum adiuuare tenetur, sed etiā
amicos domini secundum Io. Blanc. quibus
11 modis feud.amit.col.5.† & quod dictum est
de auxilio præstando in guerra, procedit etiā
in guerra facta extra territorium seu patriam
ipsius domini, secundum Bal.in c.1.in ti.qui.
12 mo.feu.amitt. † quia scd̄m eum in quocun-
que loco est dominus, cum suo exercitu ibi
censetur esse territorium,not.Alua. qui. mo.
feu.amit.c.1.col.3.quæro an vasallus,& Cur.
13 iun.de feud.4.q.princi.q.3.† quod multo ma
gis procederet, & sine dubio quando bellum
iustum sit, & ad defensam factum, vt ibi per
docto.in d.c.1.quib.mo.feu.amit. & per Iac.
de San. Geor. & promiserunt præstare debita
seruitia col.2.no.Affl.post Iserniam quæ fuit
prima causa ben.amit.§. sed nec alia colū. 2.
14 † & non solum laici, sed etiam clerici tenean
tur quando bellum fit pro defensione patriæ,
prout in casu de quo agitur, pro defensione
totius Christianitatis, secundum Iac. de San.
Geor.vbi supra col.8.versic. 18. & in tract.de
homag.col.fin. voluit hoc Abbas in ca.sicut
15 il 2.de iureiur.vbi per eum.† quod si Rex in-
uaditur aut timor est subitus & improuisus
tunc omnes apti ad pugnam seu custodiā te-
nentur fauore reipublicæ, & clerici hoc casu
tenētur ad custodiā, vt in c. peruenit & quod
ibi no.de immunitate eccles.& debēt præter-
mittere diuina officia & custodiæ vrbis omni
no vacare, secundū Luci. de pen.de quib.mu.

vel præst.l.cum ad col.fi.in fin.lib.12.ad idem
quod not.Ripa consil.26.videtur colu.pen.&
vlt.& facit etiam tex.ad proposit. in l.semper
16 §. Quibusdam.ff.de iure immunit. † pro ista
parte facit etiam.Nam certum est quod cum
fauor Reipublicæ subest, tenetur etiā quis ul-
tra debitam portionem exemplū est,in l.polli
citatione & l.pen. ff.de pollicit. & in l.2.C.de
hære.actio cum simili. per Afflict.in rub.quæ
sint regalia col. 12. & sequenti qui per multas
rationes videtur quasi in terminis p ista parte
17 cōcludere,† quod Principi licet grauare sub-
ditos regni soluentes focularia pro subuen-
tione contra turcas & barbaricam gētem, vt
ibi per eum, & non est expectandum quod of-
fensa sit in actu, sed cū est in potentia ad actū,
18 † vt offensioni obuietur, tenetur vasallus do-
minum adiuuare per ea quæ dicit Bal. in l. &
in lege in 2. lectu.ff.loca.& no.Cass.in suis cō
19 sue.ad c.113.col.1.& isto casu, †non debet ua
20 sallus quæstam expectare, sed offerre, † quia
vbicunque insidias scit domino esse paratas,
occurrere debet arg. C.de ijs quib. vt indig.l.
vlt.in fi.& sequitur Io. Blan. quib. mod.feud.
amit.col.5.& facit tex.c.1.§.si delator, quæ sit
prima causa ben.amit.& est regula generalis,
21 † quod cum vasallus ingratus est contra do-
minum, feudo priuatur.Ita probat tex.in c.de
forma circa fi.22.q vl.quem alleg. Curtius in
4.q.prin. in in princi. & facit.text.in c.1.§.sed
& qui delator quæ sit prima causa,bene.amit.
& tex.in c.1.§.1. hic finitur lex corradi.
22 †Et non solum præfata procedunt ad defen
sam, sed etiam procederent si guerra fieret ad
offensam, cum dominus vellet ire contra sar
racenos. & hostes Christianæ fidei, isto etiam
casu dominus licite potest queştā facere,& au
xilium petere ad hominibus suis. Ita signāter
dixit Io.Blanc.in sua summa, in ti.quib.mod.
23 feud.amit.§.& hæc autem mouetur,† quia si
p exercitu Imperatoris peti hoc potest, mul-
to magis pro exercitu summi Imperatoris S.
Iesu Christi.Quem sequitur Io.Ray.in suo cō
prens.feud. in §.firmiter.c. Imperialem in tit.
de prohibi.feu.alie.& Iac.de S.Geor.promise
runt præstare debita seruitia col. 8.in prin.
Comprobantur præfata, quia licet alias Il-
lustrissimus meus non esset obligatus de iure
24 tamē causa noua subsistente teneretur, †quia
quæ de nouo emergunt,nouo in digent auxi-
lio,l. de ætate.§ ex causa.ff.de interrogat. act.
cum similib.in glo. allegatis, & facit tex.in l.
25 plane.ff.vt in poss.legat.in fine vbi† superue-
niēte inopia inopiata,cautio quæ remissa erat
præstari debet cum similib.allegatis per De-
cy.consi.335.viso col. 1.& tradit Decius cōsi.
581.viso colu.5.circa medium,vbi per eum ꝙ
prohibitio quod quis molestari non possit,lo
cum habet nisi ex noua causa, & not.in simili
Claud.Aquen.qui feud. dare possunt col.23.
& in

& in terminis nostris Iac. de S. Geor. in tracta. de homag. col. fin. ibi Dicebam tamen si immuneret magnum periculum domino ita ẽt concludunt communiter doct. in l. si ex toto in principio, ubi late Ias. & Soci. ff. de legat.
26 1. vbi per eos† quod à necessitatibus occurrẽtibus propter guerram, nullus potest se excusare ratione alicuius priuilegii idẽ not. Curt. Iuni. consi. 61. habita. col. 6. vbi dicit commu-
27 nem esse opin. Doct. quod† non obstante immunitate, superueniente guerra ratione istius nouæ causæ quis collectari possit, & sequuntur alii de quibus per Cardi. Parisium consil.
28 68. quæritur. col. 3. volu. 1. † & princeps tempore guerræ potest recipere calices & cruces argenteas, secundum Cyn. in l. neminem C. de sac. san. eccle. quem allegat. Afflict. de cap. qui Cur. vend. §. similiter potest col. 3. nu. 21.
29 † nam propter casus emergentes reciditur à
30 solitis & transitur ad insolita, † quia necessitas hoc facit quæ legem non habet, secundũ
31 Bal. qui loquitur in superindicto, ꝙ† alias regulariter imponi non posset consi. 435. super eo. volu. 5. quod tempore necessi. imponitur, & quod subditi cum causa iusta. s. pro defensione status grauari possint, not. put. de Synd. de excess. imp. col. 1. in fi. & Luc. de Pen. in l. annonas colu. 2. ibi Quia frementibus bellis de
32 erogat. milit. à non li. 12. † & subditus semper debet præsumere quod cũ causa impositio facta sit à Principe, etiam si causa non appareat secundum Afflict. quę sint regalia, sub ver. uectigalia, col. 2. in prin.
33 Cum† igitur subsistat causa tam rationabilis propter imminens periculum belli Teucrorum, non videtur quod aliquo modo dubitari possit de iustitia oneris impositi, & ꝙ si dominus meus nolit soluere quod priuetur feudo, per tex. in c. 1. §. sed nec alia iustior quæ sit 1. causa, ben. amit. & no. in c. 1. §. ad hęc, Hic finitur lex cor. & in c. 1. §. licet vasallus vbi Afflict. si de feu. defunct. fuerit controuers. not. 1. ibi si post requisit. non seruit perdi feudum & in titu. de pace tenen. sub. §. Quicunque ad uocatiam, & hoc quia regula est generalis, & multum prægnans & sub se multa complectitur, vt uerbis Curtii iunioris utar, in suo tractatu de feud. 4. q. princip. 40. causa vbi quod
34 † ex omni alia causa, non expressa quæ possit dici similis vel maior expressis vasallus potest
35 feudo priuari ex quo constat† ꝙ vasalli rema
36 nent subiecti nõ multis periculis† & vna culpa sola sufficiunt vasallus feudo priuetur secũdum Ia. de Ardiz. de feu. sine culpa non amit.
37 & seq. Barb. cons. 11. illud col. fi. vol. 2. † & quæ dicatur similis vel maior relinquitur, arbitrio iudicis, vt ibi per Curtium vbi supra, qui iudex in casu nostro cum sit summus Pontifex,
38 † qui cum sit supra ius, & cõtra ius, & extra ius omnia potest, secundum Bal. in c. cum super
39 in 1. col. de causa poss. & propriet. † Nam sua sanctitas est omnia, & super omnia, secundũ Bald. in c. 1. qualiter Dominus, à propriet. priuetur & not. Ias. consi. 68. dicta col. 5. volu. 3.
40 † & nulli formæ astringitur, nec ab eo exqui-
41 renda est ratio, cur ita facias, † quia est in eo pro ratione voluntas, secundum Bal. in l. fi. col. 2. c. sententiam rescindi non posse & not. Affli.
42 quæ sint regalia in prin. col. pe. † & de eius potestate disputare est crimẽ sacrilegij committere. C. de diuer. rescrip. l. sacrilegij cum not. per Guid. Pap. consi. 65. viso col. 4. & Ias. cõsil.
43 145. circa col. 3. vol. 2. † & si Papa non reddit vicem suam, vasallo non priuatur proprietate secundum Bal. in c. 1. qualiter Dominus ꝓ. priet. priuetur vbi Affli. vol. 2. & in tit. hic finitur lex corad. nu. 4. & in c. 1. col. pen. in fin. de form. fid. & decis. Neapol. nu. 265. Illustrissi-
44 mæ col. 3. † & videtur esse satis quod ita vellit
45 & obediendum est, † quia alias domini non essent domini si nollent sibi obediri, secundũ
46 Affli. hic finitur. lex Federici not. 30. † & obediendum est suæ prædictæ sanctitati, etiã si pręceptum malum videretur, † quia non habet
47 qui sua facta iudicet, nisi solum Deum, nota. Affli. in rubrica quæ sint regalia, col. 6. & sub. §. regalia nu. 132. quæ sine dubio procedere, videtur attento quod sua Sanctitas motu ꝓprio onus istud ĩponit, † quo casu licet prin-
48 ceps, nunquam præsumatur velle grauati lo-
49 cum duplici pedagio, † fallit tamen in cõcessione exhibendi pedagium motu proprio facta secundum Io. An. in add. specul. in titu. de causa poss. & propriet. §. quia vero versic. quid de colligentibus in add. incipient. super.

Prædictis tamen non obstantibus contrariũ puto uerius. s. quod nullo modo iudices S. Sancti iudicare possint, nisi in fauorem Illustrissimi Ducis mei.

50 Et imprimis aduertendum esse puto, † quia Papa committit vt in causa ista iustitia fiat, q̃ verba & comiss. maximè ponderanda sunt, q̃a important vt fiat quod iuris est, ita Bal. in c. cũ venisset col. 2. versi. quæro Papa mandat quòd iustitia fiat extra de testib. effectus enim horũ verborum est quod vnicuique tribuatur q̃d suum est, & q̃d iuris ordo obseruetur. Vt not. Ange. in §. exhæredatos in auth. de hær. & fal. sequitur Deci. in c. quæsitum col. 2. 1. nota. de offi. delegat. & in consi. 199. lætatus col. 12. & consi. 198. col. fin. per Fely. in c. canonum statuta col. 21. versi. & si dicatur facias iustitiam de const. hoc idem sentit Signor. de homod. consi. 5. cum inter col. 2. in fine. Ias. in l. causas col. 2. c. de transact. & expresse vero consi. 67. circa colu. vbi per eum quod talis commissio idem operatur ac si diceretur fiat, quod de iure est præfata verba enim operantur quod Papa non intendit vti suæ potestatis plenitudine immo vt dixi velle se confirmare cum iuris

communis

51 communis diſpoſitione, † quia vti poteſtatis
plenitudine nil aliud eſt, quam derogare iuri
communi ſeu ordinario auctor Alex. conſil.
30.ponderatis col.3.in fi.vol. 5.& Fely.c.non
nulli.col.11.de reſcrip.not.Barbat. conſi.60.
52 huic col.10.vol.4. vbi dicit quod † plenitudo
poteſtatis eſt plenitudo arbitrii nulli neceſſita
ti ſubiecta, nulliſq; iuris publicæ regulis limi
tata,& Socy.conſi. 27. in præſenti col.2.volu.
53 3.†& plenit.poteſt.nihil reſiſtit niſi duo.ſ.di-
uinum & immutabile ius & naturale & neceſ
ſarium ſecundum Bal.conſil.457.ad euiden-
tiam vol. 5.ſi ergo ſumus in terminis iuris cō
munis, quia ita eſt res clara redditur in fauo-
54 rem prædicti Illuſtriſſimi Ducis mei, †quia
domini non poſſunt de iure imponere ſerui-
tia noua cum præſumantur impreſſiua, vt di-
xit Bal.in c.1.in prin.colu.1.qualiter vaſallus
55 iurare debeat fidel.†nec debent quādo faciūt
bellum vexare ciues ſed de ꝓpriis imponere
56 no.Pau.de Ca.conſ.2.in cauſa vol.1.†nec poſ
ſunt inducere hoībus ſuis angarias, & perāga-
rias,qa debita Seruitia,ſuis limitibus dēnt eſſe
cōtenta vt inquit Bal. in l.in quibus. c. de fidei
com. cū allegat. per Iac. de S.Geo.in tract.de
homag. col. fi.& no.Bal.in l.cum multa in fi.
57 C.de bon. quæ lib.vbi dixit, † quod dominus
non poteſt ſuis vaſallis imponere angarias, &
collect.per tex.in l.domino Prędiorum.C.de
Agricol.& ceſſit & l.1.ff.qui & à qui cum ſimi
libus per Alber. Bru. conſi.31.dum quæritur
col.2.& no.Paris de Puteo de ſynd.c.3.§.exce
58 dunt in col.1.vbi†pulchre loquitur,debet.n.
princeps eſſe contentus ſuis ſtipendijs ſolitis,
59 & conſuetis, †quæ habet pro iuſtitia miniſtrā
da,vt patet ad Rom.c.13.& vt cuſtodiat ſubdi
tos ab incurſu latronum alias tenetur ad reſti
tutionem, ſecundum Sanctum Thom. 22.q.
63.verba ſunt Afflict.quæ ſint regalia. §.vecti-
60 galia poſt.Iſer. col.1. †& ſicut vaſallus domi-
no ſuo tenetur facere iuſtitiā c. 1. §. Item qui
domino ſuo,quæ ſit pri. cauſa benefi. amit.&
61 in c. 1. de noua for.fidel. † ſic etiam econtra
dominus tenetur vaſallo ſuo iuſtitiam facere
cum contra ius nō grauare nec ab eo aliquid
auferre iniuſte,not.Iſer.in coſt. reg.vt partici-
patio circa finem, & Affli.in deciſ.regni Nea
pol.nu.265.Illuſtriſſimæ in meis col.17.& fa-
cit tex. in c.1.§.licet vaſallus ſi de feudo fue-
rit controuer. inter.D.& agnat. vbi eſt tex.qđ
62 †vaſallus non tenetur ſubuenire domino de
63 pecunia etiam ſi viderit ipſum perire, † & ſic
etiam imminere periculū animæ quæ eſt cor-
pore precioſior.l.ſancimus.C.de ſac.ſan.eccl.
c.cum infirmitas de pen. & remiſſ.quem text.
allegat Io.de Ana.conſil. 7.viſis & ponderatis
& Iaſ.in l.ex toto col.fin.in in prin.ff.de legat.
64 1.†& debent Principes eſſe cōtenti oneribus
& muneribus impoſitis, tempore conceſſio-
nis bonorum factæ ſuis vaſallis,nec vltra de-
bent eos grauare.l.cum ſatis.§.caueant.C.de
agricol.& cenſit lib.10.not. Bal.in commen-
to pacis conſt. ver. pactiones vbi per eum qđ
65 † non debet indici nouitas in homagiis & qđ
66 † indebita ſeruitia pręſumantur à dominis ꝑ
metum extorta no.præpoſit. Ale.vbi pulchre
loquitur in prælud.feud.col. 22.ibi nec rele-
uabit dominum quod quandoque homines
ipſa indebita ſeruitia & ſequitur poſt Mart.de
Lau.de princ.conclu.95.Iac.in eo.tracta.& §.
vbi ſupra col. 9.facit text.in auth.de mandat.
princi.§.deinde competens verſi. & neque cū
67 ſeq.†vbi executio mādatourm Principis,quæ
tangūt publicam vtilitatē,iubentur fieri ſum-
ptum publico & abſque incommodo ſubie-
ctorum,ad idem tex.in auth. de mandat.prin.
§.illud & §.ſed neque & in aut.vt iu.ſine quo,
quo ſuffra.§.itaque in fine,vbi ſic dicitur,nos
autem ſufficientem Imperio quæſtum puta-
mus, vt collatores ſola fiſcalia tributa confe-
rāt,& nihil aliud extrinſecus, quęratur, quod
ſubiectis omnem commoueat vitam ſequi-
tur Luc.de Pen.in l.Anonas, vbi pulchre lo-
quitur de erogat milit.anon.li.12.& facit tex.
in auth. vt nulli iud.§. Nulli, ibi dum dicitur
neque angariis aut alio quocunque Diſpen-
68 dió grauari noſtros ſubiectos, † domini de-
bent ſe præmunire de eorum marſupio, vt
dicit Iac.de Homagiis vbi ſupra & not. multū
eleganter Bal.in l.1.in fi.c.de operib.liberorū,
69 vbi ſentit quod † etiam tēpore neceſſit. vltra
æſtimationem ſeruitiorum perſonalium ſibi
debitorum dominus ab hominibus ſuis exi-
70 gere non poſſit†domini non debent eſſe one
roſi vel acerbi, vel contumelioſi,ſed modera-
ti,quod ver.moder.ad diminutionem & ſub-
tract.ſe habet nō ad augmentum, ſecundum
Luc.de Pen.C.de can.largit. lib.10.l.præcepit
colu.2.& in l.hac,de omni agro defert lib.11.
cum efficacia benigni, & cum iuſtitia huma-
ni ſecundum Ardiz.in ſumma de feud.ſub ru
brica cuius expenſis in fi.& not.Io.Blanc.qui.
71 mod.feu.amit.col.4.& hoc quia†omnia quę
pertinent ad Regis & reipub. commodit.per
fici debent ſumptu Regis & publico, vt C. de
Fabri.l.fi.& not. per Afflict.in rub. quæ ſint re
galia col. 11.ibi cum ideo habent tributa & re
gni redditus,vt regnum ſeruent & abſque ſub
ditorum grauamine iuſtitiam faciant.

Et quod iſta impoſitio noua fieri nō poſſit
ex pluribus rationibus demonſtratur ſed pri-
72 mo quia† feudum datum eſt à ſummis ponti
ficibus,ſub annuali ſeruitio penſionis,& ſic ꝓ
ſeruitio certo ſecundum Affli.in prælud.feu.
col. 15.ibi præſtes tantam pecuniam certam,
& prout dari poteſt,ſecundum Aluaro.in qui
bus cauſis feud.vbi etiam Afflict.col.2.& quę
73 ſit prima cauſa ben. amitt. §. lix. nec alia † in
quo vltra illud,quod deductum eſt, in inueſti
tura,& pacto ſua Sanctitas exigere non poteſt
hoc

hoc in terminis voluit Ioã. Ray. in suo compres. feu. §. firmiter col. 3. versi. quæro, quid si fuit concessum feudum, quem sequitur Ia. de S. Geor. in sua inuest. verb. promisserunt præ-
74 stare debita seruitia, col. 9. vers. 22. quæro. † qa dominus ita paciscendo, cum vasallo videtur voluisse recedere à legis dispositione, & contentari de eo quod fuit deduc. in pacto, quod
75 ibi dicit esse bene not. † quia vt plurimum feuda videntur esse conditionata & est tex. quem allegat. ibi iuncta glo. in c. 1. §. similiter lultimo de capi. qui curiam vendidit, & tunc non tenebitur vasal. aliud facere domino, si fuerit dictum, & ibi in d. §. similiter nota. etiam hoc Affli. & præfacta etiã comprobari possunt, ex his quæ not. Bart. consi. 59. commune spoleti
76 vbi per eum quod † castrum subiectum certis pactis & conditionibus in aliis remanet liberum sequitur Rom. cons. 444. ante dictum castrum col. 2. & Socy. consi. 74. in præsenti col.
77 4. & hoc quia † quælibet conuentio suis præcisis terminis includitur, & tradit Decy. consil. 360. perscrutatis col. 4. vol. 3. & Pau. de Cast.
78 consi. 363. circa primum col. fi. vol. 1. ibi † qui subit certa onera, non potest ad alia compel-
79 li vel † facit etiam, quia quod de vno dicitur de aliis prohibetur, l. fi. C. de pact. conuet. l. cũ prætor in prin. de iud. l. maritus dum similibus. C. de procurat. & no. in simil. Brun. consi. 31. dum quæritur col. 2. & Affl. quæ sint regalia in prin. col. 1.

80 Et videtur esse ratio, quia † feudum datũ sub certo determinato seruitio, vt puta, vt seruiat de vno equo, vel de certa quantitate pecuniarum contractus est, & hinc inde obligatus & perfectum secundum Iser. de capi. qui ver. uẽdidit, c. 1. quem allegat & sequitur Affli. in d. c. 1. § similiter versi. quid si aliquis habet feudum ad certum & determinatum seruitium quia datur gratia vtriusque not. Iser. c. 1. circa fin. ex quibus causis feud. amit. & Affl. de pac. iur. fir. in prin. colu. 3. & c. 1. quibus mo. feud. const. potest & in prælud. feud. col. 14. Ias. eo. loco, col. 4. & 24. in prin. & consi. 177. colu. 2. & consi. 233. col. 4. & Card. Paris. consi. 1. col. 3. vol. 1. & est contractus in suo esse perfectus, no. Campe. inter consi. Brun. consi. nu. 2. col.
81 4. † & actui perfecto nihil addi vel detrahi potest, sine partium consensu, est text. in l. sicut. C. de act. & oblig. & sunt verba Bal. consil. 32. Pridie, vol. 1. not. per Bar. in l. iurisgentium. §. Quinimo colu. 7. vbi docto. ff. de pact. Curt. iuni. consi. 1. col. 13. uol. 1. & Deci. c. cæterum col. 2. extra de iud.

Quæ omnia maximã vidẽtur habere æquitatem, per ea quæ tradunt doct. in col. 1. ubi
82 etiam Affli. c. pen. de form. fidel. vbi qđ † dominus tenetur illam fidẽ seruare uasallo quã vasallus seruat domino arg. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. & not. in c. 1. de noua for-
83 ma fidel. ubi gloss. dicit quod † iuramentum non est obligat. si iuranti non seruatur fides, facit tex. in l. cum proponas. C. de pact. & c. peruenit. de iureiur. cum allegat. ibi per Afflict. in dicto c. 1. de form. fid. colu. pen. in fin. not. Aluaro. quæ fuit. 1. causa ben. amit. §. nec alia
84 ibi quia † graue est fidem fallere, & qui nõ ser-
85 uat fidem conuentionis, priuandus † est eius emolumento, facit tex. in c. esto subiectus cõ. si. distinct. quẽ allegat Affl. de form. fid. col. 6. Quæ sine aliquo dubio procedunt in casu de quo agitur, in quo sua Sanctitas expresse & in indiuiduo promisit aliquid non innouare, vt habetur in motu proprio suæ Sanctitatis & in confirma. inuest. ibi in dictis locis & quod de cætero titi, frui & gaudere sine innouatione aliqua &c.

86 † Nam pacta & cõuentiones, seruandæ sunt, l. 1. & l. iuresgentium. §. prætor ait. ff. de pact. & dicit Bal. in rubri. de constit. in princ. quod
87 † constit. pacta seruabo processit ab ore Dei,
88 & dicit Bal. in l. 1. ff. de pact. quod † Deus etiã ligatur ex pacto, & cor. in l. si paciscenda, in 2. q. princ. C. de pac. quod forus fori, & forus po-
89 li concordant, in hoc quòd † pacta seruentur, quia Deus hoc vult not. Lancellot. in l. nõ am-
90 plius. §. 1. ad fin. ff. de lega. 1. vbi per eum, † qđ si Deus posset contrahere, obligaretur ex con-
91 ctu, † & debet quis verecundari recusare id, quod pacto etiam nudo promisit, vt ibi per eũ cum multis similibus de quibus inter consil. Brun. consi. 12. patres colu. 5. & per Deci. in l.
92 Nemo. potest ff. de reg. iur. vbi quod † Principi conuenit, illud verbum, semel loquutus est Deus, & dixit Bal. cons. 279. pridie. lib. 3. quod
93 † quãdo princeps etiam motu proprio reuocat illud, quod prius fecit, fingitur circunuentus, ita quod contrarium probari non potest,
94 † quasi sit præsumptio iuris & de iure, quæ probationem in contrarium probari non admit-
95 tit & subdit Bal. quod † in Principe, tanquam in fonte iustitiæ, debet esse constans volũtas,
96 † & quod Principibus conuenit illud verbũ,
97 quod scripsi scripsi, † & quod princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam & non plures, quia scriptum est, quæ processerunt de labiis meis non faciam irrita, & debet
98 esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo, sequitur Curt. Iuni. consi. 170.
99 habita col. fi. in fin. verb. princeps † obligatur ex suo contractu, sicut priuatus, doct. vbi Deci. c. 1. de proba. & Ripa in suo respons. 28. qđ
100 perfecta, col. 4. vbi per eum quod † procedit etiam si cõtrahat cum subdito & no. laud. de princi. conclusio. 454. princeps †, alioquin nõ esset princeps, quia cogeretur hominum carere consortio, non enim reperiret qui cum eo contraheret, vt ibi per Ripam si posset à con-
101 tractu pro arbitrio discedere † & princeps si posset subuertere pacta & conuentiones quæ

sustinent mundum esset peior homo mundi, & diceretur infidelis & nō inueniret hominē qui secum conueniret secundum Afflict. d.c. qui cur.vend. similiter potest col. 5.num.29. hoc dixit etiam Soci.consi.64.col.4.vol.1.faciunt contra not. per doct.in c.1.in tit.de na-
102 tu.feud.ubi quod, †nam licet Deus sibi sub miserit leges,nō tamen submisit pacta,& cōtractus not.Bar.Bald. & alii in l.digna vox.C.
103 de leg. †& licet sit legibus solut.non est tamen solutus lege diuina vel naturali, sub qua sunt actus sui, clem.pastoralis de re iud.

Et omnia supradicta fortiora reddūtur ex ꝑmissionibus duplicatis à sua Sāctitate ema-
104 natis vt pater in confirmatione inuestit.† & in motu proprio suæ Sanctitatis quæ gemina tę ampliant effectum,& maiore præsupponūt deliberationem,& habent maiorem efficaciā & plus operantur per ea quæ tradit Curt.Senior consi.49.memoriæ col.14. quam simplicia verba vt ibi per eum, & consil.l.memoriæ col.27. & præsupponunt in sua Sanctitate magnam deliberationē quod aliquo modo non fiat innouatio,tradit Curt.Sen.consi. 60.Dux col.6.& consi.72.sapienter col. 19.& plura cōgerit ad proposit.Corset.in suo trac.de verbis geminatis, & habetur per Seyss.qui feud.dare possunt colu. 2.

105 † Cum ergo sua Sanctitas ex capite inuestituræ,& sic ex contractu,ex quo seruitium habet determinatum,& ex capite etiam quia expressè hoc promisit non innouare obligetur
106 eo maximè † quia potuit remittere Duci meo etiam censum ordinarium, facit text.in l.1.de cēsi.ff.no.Luc. de Pe.in l.medicos post glo.verb.personalibus.C.de prof. & med.lib. 10.sequitur Afflict. quæ sint regal.in prin.nu. 139.& Paris.consi.70.inhærendo vol.1. col.& consil.69.potest col. 1.& 68.eo.volu.1.& cum sua Excell. habeat quod innouari non possit hoc ex priuilegio,concludendum est,vt supra pro quibus etiam facit quod no. And.de Isern. quæ sint regal. verbo extraordinaria,vbi Affl.
107 col.fi.ibi per eum†quod ex est astrictus iuramento,vt non imponat, nec imponere faciat collectas,& quod no.etiam Afflict. in d.§.extraordi.colu.3.ibi nisi expressè hoc habeat ex priuilegio, & quod dixit Card. Parisius cōsil.
108 11.Castrū,col.7.vol.1.vbi per eum,qđ†prin-
109 ceps cōtrahendo vti debet iure cōmuni † & quod ius quæsitum ex contractu,princeps alicui auferre non potest etiā ex plenitudine potestatis & allegat Bal. & alios vt ibi qui multa bona dicit,ad quem me refero.
110 † Præterea sicut vasallus domino præstare non posset seruitium diminutum, vt refert. Isern.in c.vasallus,si de feud.fuerit controuersia,quem allegat Afflict.quæ fuit prima causa ben.amittend.§.nec alia,col.5.circa fi.& not. Bru.de stat.fœmi.exclud.art.9.12.q. col.pen.
111 & Corset.in trac. de minimis.q.14.†ita nec dominus à vasallo debet posse exigere vltra debitum seruitium per not.per Raim.de feu. §.firmiter col.3.& per Iac.in verb.promiserūt præstare debita seruitia col. 9,versi.22.quæro,
112 & per regulā illā quod† vasallus & dominus iudicātur ad paria quæ est in c.1.de form.fide.
113 & in c. de form. 21. q.5.†nam sicut dominus habet uasallum obligatum in multis, ita uasallus in eisdem habet dominum obligatum vt l.Imperialem in fi. vbi Iser.de prohib. alie-
114 nat.per Fed.† sunt enim ista correlatiua dominus & vasallus vt dispositum in vno censetur & dispositum in alio, vt nota.per Iaco. de Aluar.in c.1.§. Præterea in 2.not. quid sit inuest.quem allegat & sequitur Affli. in suis decis.Neapolit.265.Illustrissimæ col.1.ad idem per Afflict.in c.1.de form.fid.Ripa in suis respons.nu. 20.id in effectu quæritur col. 2.& ꝑ Iac. promiserunt præstare debita seruitia. 23.
115 q.ita in simili†cum correlatiuorum ead.sit uirtus arguit Corset.de potesta. regia.q. 102. incipiēt vtrum rex & Affl.in c.1.§.similiter potest nu. 29.de capit.qui Cur.vend.& facit regula oppositorum de adiectione & detractione, de qua per Ias.in l.si ex toto in prin.ff.de lega.
116 1.†& quod vltra debitum dominus à vasallo exigere non possit voluit expressè Afflic. si de feu.fue.controuers.§.licet vasallus colu.2.ibi officio enim iudicis expeditur iam si dominus vltra debitum à vasallo &c.not.Afflict.ex quibus causis feud.amit.col.14.versi.de serui-
117 tio autem certo feudi.vbi per eum,qđ† quādo seruitium est conueniens non potest alterari,& not.Affli. de capi.Corad.§.similiter col.
118 1.vbi dicit quod † in feudo antiquo soluitur adhoa.sicut consuetum est,& si aliter dicere-
119 mus † possent Pontifex contractui ex verbo suo contrauenire, quod non est dicendum ꝑ not.supra & Parisium, d.consi.11.col.7.vol.1.
120 † & duplex seruitium haberet pro feudo, ꝙ esset inconueniens & absurdum,& contra cōsuetudinem secum Affl.in §.sed Nec alia col. 5. quæ fuit prima causa benefi. amit. & sic ꝙ Dux meus posset & contra pacta & contra ius duplici onere grauari, pro ead. re quod esset contra l.priuati & quod ibi not.Bar. C.de excusat.mun.lib.10.vbi etiam Io.de Plate.& Lucas de pen. & eod.titu.l.pen. sequitur Brunus consi.31. dum quæritur col.fi.facit text. in l.1.
121 vt rusticani nullū obs.lib.11. vbi†illi qui præstant tributa pro capitibus ad alia obsequia deputando non sunt,cum ibi not.per docto. & est text. in l. vnica. C. ne op.à collact. exig.
122 lib.10.vbi dicitur quòd†prouinciales qui tributa soluunt non debent alias operas exhibere,& not.And.de Isern.quæ sint regalia sub.§. plaustrorum, quem ibi allegat.Affl.col.5.vbi
123 †quòd vasallus nō debet duplici onere grauari, quia si vasallus grauatus est, in seruiēdo

vel

vel soluendo adhoa quando guerra est releuari debet in alio vt collectam non soluat,
124 †per regulam qui in vno grauatur in alio releuatur, per text. in l. eum qui ff. de iureiur. cũ similibus, vt ibi per Afflic. pro quibus faciunt quæ dicta sunt supra & text. in l. Nauis. §. cum autem. ff. ad l. Rod. de iact. l. incola. l. fin. §. Itẽ rescripserunt. ff. ad municipia. l. qui dotem in fi. ff. de dot. prælegat. l. titia cum testament. §. qui in vita deleg. 2. quæ iura allega. Aymo. consi. 3. spectabilis col. 2. & prosequitur vt ibi
125 per eum quod† pro eadem re duplici onere quis grauari non debet, & tradit late bonus de Cortil. in suo tract. de Nobil. 5. parte num. 45. vbi ex quo ipsorum feudalium bonorum intuitu sunt grauati domino ad seruiendum, eidem personaliter, non est æquum vt etiam illorum occasione ad munera re alia teneantur cũ nõ debeat quis duplici onere grauari al
126 legat, & prosequitur vt ibi per eum qđ† ibi dicit locum habere & si magna immineret necessitas domino, quia etiam illo casu militat præfata ratio duplicis grauaminis, & sequiquitur Iac. de S. Geor. in tracta. de homagijs col. pen. circa finem ibi & non debent duplici onere grauari.
127 † Concurrit ergo contra imposit. præfatam & legis prohibitio & hominis, & sic duplex ꝓhibitio quo casu fortior redditur. per ea quæ not. Bal. in c. præterea de capi. Cõr. vbi per eũ
128 quod† quãdo prohibitio noua ait dicitur ꝓhibitioni veteri habet prohibitionem ampliare, de quo dicto mentionem facit Ias. qui feu. dare possunt col. 12. & not. pulchre. Claud. de Seyssello qui feudum dare possunt col. 20. &
129 21. qui fundamentis Ias. respondet, † & uno impedimento sublato quatenus tamen tolli posset reliquum remaneret sicut in simili dixit not. & Cur. sen. consi. 67. sapienter col. 19. vbi allegat etiam Bal. in c. 1. §. donare in titu.
130 qualiter olim feud. poss. alie. vbi dicit qđ† inquantum auth. resque. C. communia delegat. permittit certo casu posse alienari res subiectas restitutionis vt est ibi casus, limitatur & non habet locum, quando testator expresse prohibuit res illas alienari, quia tunc etiã nõ poterunt alienari, in casu concesso, quod dictum dicit ibi Curtius in d. loco esse peregrinum & mirabile cognitu, & auditu, comprobat & sequitur Claud. de Seissel. qui feud. dare poss. col. 20. & 21. qui accommodando ad nostram decisionem, & si alias sua Sanctitas potuisset Duci meo impositionem imponere postquam tamen voluit quod nõ possit innouari videtur voluisse quòd etiã in casu in quo alias de iure posset, quod innouari non
131 posset, †vt verba illa aliquid operentur cum quodlibet verbum etiam minimum non debeat esse sine virtute aliquid operandi, vt not. Bal. in rub. C. de contr. empt. cum concordãt. traditis per Deci. consil. 414. viso col. 2. & per Ias. quasi in term. qui feud. dare possunt colu.
132 12. & eo maximè quia†semper verba contenta in inuestitura, interpretari debent in fauorem vasalli contra dominum suum Affli. in prælud. feud. colu. 15. versi. iuxta hoc quero & sic in fauorem libertatis vasalli ita arguit in simili Abb. consi. 94. lib. 1. & consi. 26. colu.
133 2. versi. sed prædictis lib. 2. vbi quod †præscriptio libertatis contra onera, est fauorabilior &c. & sequitur Aymon cõsil. 3. spiritualis col.
134 2. † quia etiam sumus in concessione quam facit Papa in temporalibus, quæ fauorabilis, est, & in qua lata fit interpretatio secundũ De
135 ci. consi. 349. viso colu. 1. vol. 3. †Et si de iure priuilegium totalis immunitatis, late debet interpretari, & contra concedentem. l. beneficium. ff. de constit. princip. in c. 10. cum dilecti in fi. extra de don. & tradit Iac. de S. Geor. in tract. de homag. col. pen. Parisi. cõsi. 68. vol. 1. & Ias. in l. si ex toto colu. 3. circa med. ff. de leg. 1. quanto magis debet late contra concedentẽ præsens de quo agitur interpretari, mediante quo solum tractatur de non imponendis nouis oneribus quæ iura abhorrent vt di
136 ctum fuit†debet enim ordinare quęlibet dispositio sic intelligi, vt nulla sequatur inhumanitas vel absurditas quæ intelligentia sumitur à discretione naturali, secundum Bald. in consi. 29. 3. vol. & tradit euerard. in sua topica in loco absurdo & quanta inhumanitas sequeretur si sua Excellentia grauaretur patet ex prædictis & inferius dicendis.
137 † Conualidantur vltra præfata iura Ducis mei eo quia nunquam suæ Excellentiæ & ꝓcessoribus suis fuerunt imposita talia onera,
138 vel similia ultra censum ordinarium†ex nõ usu enim taleandi seu collectandi inducitur præscriptio libertatis, aduersus talia onera nota. Abb. consi. 101. colu. 4. uersi. Quinimmo attentari posset quòd repetit. est consi. 68. lib. 2. allegat doct. Bar. in l. cũ scimus. C. de Agricol. & censit. vbi Io. de Plat. & late per Ias. in l. fi. de consti. prin. col. 10. 3. q. prin. & in l. de q. bus not. 6. ff. de leg. in l. falso C. de diuers. rescript. & in l. rem non nouam. C. de iudi. & in l. si filius, qui potestate col. 5. ulti. not. de lib. & post. habetur etiam per Dec. in c. cum accessis
139 sent col. 4. de consti. †vbi si ciuitas obligata si mittere exercitũ, si casus necessitas euenit, & nõ mittit, libertas præscribitur & no. Aym. consi. 101. spectabilis col. 2. à centum enim annis citra & vltra & per tantum tempus cuius contrarium non extat memoria millies euenit casus similis & etiam maior cum in Italia fuerunt captæ ciuitates à teucris & per dictũ tempus, dato qđ magna fuerit necessitas nunquam illi status fuerunt grauati, quæ præsci-
140 ptio uim habet priuilegii expresse concessi à Principe tradit Excellentiss. Alciat. in l. munus

nus de uerb.sig. refert Iaſ.in l.de quibus col.
13.ff.de legib.& aliis, quo refert.Bald.in ſuo
tract.de præſcrip. ſecunda parte tertiæ partis
prin.col.5. Pariſius.c.cum nobis col. 2. uerſi.
3.concluſio extra de præſcription. & facit qđ
not Igneus in ſuo tract. an Rex Fráciæ recog.
141 Imperat.col.22.vbi dixit ꝙ† ſubditus nel ua
ſallus ſi ceſſauerit per longius tempus quam
triginta annorum à ſolutione tributi vel præ
ſtatione fidelitatis licet poſſet ſe eximere à ſer
uitute & libertum ſe facere reſpectu ſeruitu-
tis,& tributi iuri tamen ſuperioritatis nō pr̨
ſcribit, & allegat vt ibi per eum, euenit ergo
caſus ſimilis quod Papa indiguit ſeruitio ſi-
mili quo cum non uſus ſit illud uidetur ami-
ſiſſe præfata & per ea quæ late tradit Balb.in
ſuo trac.de præſcri.4.parte quartæ partis prin
cipal.uerſ.6.quæro & quæ no.Iac. de S.Geor.
142 in tract.de homag.col.fi.†vbi quod conſue
tudo non ſoluendi collectas defendit eos qui
143 non ſoluerunt quia† conſuetudo dat priui-
legium ut dicit noc.in c.nouit extra de iudi-
144 ciis & magna eſt uirtus conſuetudinis†quia
dat iuriſd.perſonæ priuatæ, & habet uim de-
145 creti ut ibi per Iac.† & conſuetudo princi-
pium ſeruanda eſt inter eos Affli. de cap. qui
curi.uend. ſimiliter nu.28. vbi per eum quod
146 † regreſ. non ſunt conſtituti vt auferant bo-
nas cōſuetudines inductas inter caput & mē-
147 bra ideſt inter ipſos & barones†ubi extat cō
ſuetudo ceſſant lex & princip. reſcript.ſecun-
dum Bal.c.1.in prin.de feu.cogn.no. venaſt.
148 conſi.8.in cauſa col.fi. in fi.& †ſi prædicta ꝓ
cedunt in præſcribenda totali libertate quāto
magis procedere debent in caſu de quo agi-
tur,in quo ſolum tractatur de tuenda liberta-
te ne noua imponantur ſeruitia contra ius &
facit ꝙ no.Cyn.poſt.conſi.Bar.inter cōſi.Bal.
nu.400.col.fi.ibi in ſtatu quo reperiuntur de
bent conſeruari & non induriori, & ibi ſtete-
runt tanto tempore in eorum libertate vol.4.
149 ſup. 1. nec prædictis obſtaret ſi diceretur ꝙ
alias Illuſtriſſimus pater Ducis mei fuit req-
ſitus ad ſimilia onera licet non fuerint ſoluta
quia poſito non conceſſo quod hoc uerum
150 eſſet,† dico quod talis requiſitio potuit fuiſ
ſe poſt completam præſcriptionem quo caſu
nil eſſet ſecundum Fely. c. illud col.pen. 5.cō
cluſio.de præſcrip.& c.vigilanti colu.pen.eo.
tit.vbi Pariſius col.pen.& in c.fi.nu.41.eo.tit.

Nec obſtat quod non ſit locus præſcriptio-
305 anno col.3.& consi.110.col.antepen.† & si
aliter diceremus contraria starẽt simul in eo-
dem subiecto videlicet qđ ex facie bullæ sua
Sanctitas concederet locis maritimis immu-
nitatem. vel saltem quod non prætenderet ea
306 grauare & ex eadem bulla grauarentur,† &
sic quod sua sanctitas vellet & nollet eo tem-
pore quod esse non potest c.cum marte.de ce
lebr. miss.& l.si quis de verb.ob.not.Io.de Li-
gn.in tra.de amit.sub.§. an quis possit plures
amicos & esset contra,tex.in l.1.c.de furt.
307 Nec similiter obstant claus.de plenitudi-
ne potestatis quia dicta clausu.non tollit con
cessa per viam contractus vt sæpius dictũ fuit
308 & not.Paris.consi.1.nu.87.vol.1.† ner per di
ctam claus.præsumitur quod velit tertio præ-
iudicare nec iuri suo derogare not.ibi Paris.
& Gozad.in consi.14.prima facie col.5.vol.j.
109 † plenitudo enim potestatis non extẽditur
ad aliquod iniquum secundum Cur. sen.cõs.
73,col.29.in fi.& not.Alcia.in l.debitorẽ col.
fi.in fi.c.de pact.& dicit Fulg.consi.61. domi-
310 na Catherina col.pen.quod †vulgo de Deo
cœlesti dici solet ꝙ omnia potest non tamen
potest iniustum facere nec præsumitur man-
dare inhonestum vel impossibile secundum
Marti.de Lau.de prin.conclus.147.& ad pro-
posit.plura adducit Neuiza.cons.12. inter cõ
311 sil.Bruni col.24.conseq.†& ista suprema Pa
pæ potestas intelligitur claue discretionis prę
cedente ita dicit glo.solemnis in c.quanto in
glo.2.de iureiur.& glo. in ca.non est de voto
& tex.in c.manet 24.q.3.& dicit Bal.in d.cap.
quanto in 3.col.quod illud verbum gl. est te-
nendum fixum cordinam illud quod dicitur
ꝙ Papa potest omnia intelligi debet claue di-
scretionis non errante sequitur Ias.cons.145.
pro veritatis col.3.vol.2. vbi quod secundum
312 Archid.in c.cõsequens 11. dist.quod† dispẽ
313 satio Papæ sine causa dicitur dissipatio, † &
cum Papa vtitur clausula de plenitudine po-
testatis sine causa iusta vti dicitur plenitudi-
ne tempestatis vt dixit Io.de Silua.1.q.2.par-
tis col.5.in fi.& ibi per eum in d. col.6. quod
dominus Iesus improperabit eis qui impo-
314 nũt aliis onera grauia & importabilia, † &
sua potestatis plenitudo locum sibi vendicat
in beneficialibus secundum not.per Alcia.in
sua præsumpt.6.de qua supremi Principi po-
testate multa bona adducit Affli.de capit.qui
Cur.vendid.§. similiter potest col.3. cum se-
quẽtibus duabus & pulchre loquitur Alciat.
in l.censere.ff.de verb.signi.& Zasius de orig.
iur.sub.§.eod.tempore verb. ratum vbi addu
cit Claudiani carmina.

Nec tibi quid liceat, sed qd fecisse decebit.
Occurrat, mẽteq; domet respectus honesti.
Tu ciuem, patremq; geras,tu cõsule cũctis.
Nec tibi,nec tua te moueãt,sd publica nutu.
In commune iubes, si quid censes ve tendũ.
Primus iussa subit, unc obseruantior æqui.
Fit populus,nec ferre vetat,cũ viderit ipsum
Actorem parere sibi,componitur orbis.

Regis

Regis ad exemplũ, nec sic inflectere sensus.
Humanos edicta valẽt, quàm vita Regentis.

Hoc idem dicit laud. de princip. conclus. 547. non omne & sequitur vt ibi per eum quę
315 dicta sint ex abundanti † cum de sua sanctitate dici possit ò fœlix Regnum quæ vt dictũ fuit sub verbis illis generalibus bullæ non uidetur voluisse comprehendere Ducem meũ
316 per superius dicta, † quia uerba impersonalia referuntur semper ad personam, ad quam iuris dispositio refertur secundum Bald. in l. contra iuris .§.fin. in princip.ff.de pact. & not. Brun. de rebus dub.c.4.col.4. ea propter cum secundum Ius, ad Ducem meum dicta uerba generalia breuis nec meus nec ratio vt in simili dixit Bal. consi.445. quatuor nu.7.vol.4. non possunt referri dicendum est vt supra nõ obstantibus aliis quibuscunque adductis in cõtrarium quia ex prædictis patet responsio.

Laus Deo & Virgini Gloriosæ.

Vt supra conclusum est iuris esse arbitror ego Io. Iac. Leonardus de Pisauro. I.V. D. Comes montis Abba. & ad præsens orator pro Illustrissimo Duce Vrbini Apud Serenissimũ Dominum Venet. in cuius rei fidem & testimonium me propria manu subscripsi & sigillum meum consuet. apponere feci cõsilio rectius sentiẽtis semp saluo & iterũ. Laus Deo.

*CONSILIVM CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vnitas facit quod actus correspectiui censentur.*
2 *Pactum vnum ex vicinitate alterius contemplatione initum videtur.*
3 *Donatarius qui post donationem se ad aliquid obligauit an donationis contemplatione fecisse censeatur,*
4 *Hospitale obligans se ad dandum aliquid singulo anno mulieri quæ ei prius aliquid donauerat an cẽseatur fecisse præcedentis donationis contemplatione.*
5 *Frater an pręsumatur dotare sororem animo donãdi.*
6 *Præcedentia sequentia declarant.*
7 *Quæ in continenti fiunt in esse videntur.*
8 *Contractus duo inter eas partes vnus post alterum incontinenti confecti vnus gratia alterius factus præsumitur.*
9 *Transigens cui promissa ex transactionis causa non seruantur potest à promissis recedere.*
10 *Vasallus non tenetur seruare iuramentũ domino non seruante promissa.*
11 *Regula l. cum proponas, habet locum etiam si quis in minimo contraueniat.*

ALTISSIMI Redemptoris nomine iterũ innocato quia post redditum consilium mihi in facto pręsupponitur quod inuestitura & motus proprius in psonam Illustrissimi Ducis mei emanarunt & ce-
lebrati fuerunt eodem tempore & quasi eo-
dem puncto & in continenti quo facta fuit re
signatio status Camerini, quo casu censentur
1 actus isti correspectiui videlicet † vnus cele-
bratus propter alterum, quod esse verum cla-
re ostendunt etiã verba illa in motu & in in-
uestitura præterquam etiam ad Ducatum Ca
merini & alia in instrumẽto transactionis de-
super initæ confecto contenta est doctr. Bald.
in l. petens col. pen. ver. nũc venio. C. de pact.
sequitur Alex. in l. si ex pluribus in addit. ad
Bar. ff. de solutio. not. pulchre Conr. consi. 96.
videtur in hac consultat. col. 1. & consi. 192. li
cet videatur col. 1. vol. 1. conf. 57. in causa col.
6. & 288. viso col. 4. vol. 2. & alibi sæpe in suis
consiliis congestis per nouiss. in l. legem quã
dixisti col. 3. C. de pact. not. hoc Dec. cõs. 336.
in casu col. 1. & consi. 562. col. 1. & multũ ele-
ganter Soc. consi. 273. in præsenti, col. 4. vbi p
2 eum † quod vnum pactum ex vicinitate con-
templatione alterius initum videtur, & alleg.
Bal. vbi supra in d. l. petens. C. de pact. & tex. in
l. 1. §. de honorandæ quarum rerum actio nõ
detur per quẽ tex. vt ipse dicit consuluit Fulg.
3 ꝙ † si post donationem donatarius obligat se
ad aliquid censetur hoc fuisse contemplatio-
tione illius donationis, & quod Pau. de Cast.
4 consuluit quod † si mulier donat aliquid Ho
spitali & eadem die Hospitale se obligat mu-
lieri ad dandum decem singulis annis cense-
tur hoc fecisse contemplatione præcedentis
donationis ex actuum vicinitate, & alleg. Bal.
consi. 382. circa thema prædictum vbi cõclu-
5 dit quod † licet frater videatur dotare sororẽ
animo donãdi. l. vnica. §. accedit. C. de rei ux.
act. tamen si eadem die apparet instrumentũ
quietationis factę per sororem fratri, præsu-
mitur dotasse contemplatione illius quieta-
6 tionis, † quia præcedentia declarant sequen-
7 tia † & quæ incontinenti fiunt videntur in es-
se vt ibi per Soci. faciunt not. per Reuerendis
simum Parisium consi. 97. Statutum Cæsenæ
col. fi. & c. per docto. in d. l. petens. C. de pact. &
in l. lecta. ff. si cert. pet. per canonis in c. officij
vbi Bal. de elect. & trad. Fel. in c. pastoralis sub
verbo ad identitatem col. 2. extra de rescriptis
8 dicens quod quando duo contractus sequun
tur unus post alterum incontinenti licet non
dicatur inter partes quod secundus fiat pro-
pter primum tamen præsumitur quod vnus
sit factus gratia alterius & quod inuicem cor-
respondeant, quem alleg. & sequit. aquen. in
d. l. petens col. fi. in fine & si prædicta compo-
sitio videlicet cessio iurium status Camerini
inuestituræ in personam Illustrissimi Ducis
mei, & promissio de non innouando, & om-
nia alia in eis contenta facta sunt prout vere
sunt correspectiuæ & vna propter alteram ce-
lebrata sequitur necessario quod si sua sancti
tas vellet contrauenire promissioni de nõ in-
nouando

nouando

nouando qđ credendũ nõ est pro summa suę sanctitatis integritate & iustitia qđ similiter sua Excellentia posset si vellet (Cõsulto enim dico si vellet, quia scio suã Excellentiã nolle vnquam tpe contrauenire volũtati suæ sanctitatis.) posset dico sua excellentia si vellet contrauenire cessionibus & renunciationibus & consensui super eisdẽ præstito super statu Camerini per text. cũ ibi not.ꝑ doct.vbi ẽt Dec. col.2.3.not.l.cum proponas.C.de pact.secundum cuius tex.regulam arguunt docto.super adducti,& Ro.notanter cõsi.244.pro euidẽtia
9 vbi † ꝙ si transigenti ex transactionis cã ꝓmissa nõ seruantur licitũ est &c. & simili argum. vtuntur alij de qb.per Dec. in D.3.no.& not. Dec.cõs.265.in instr.2.col.ver.3. aduertendũ ibi pacta videntur facta ad inuicẽ vnũ contẽplatione alterius, & ibi frangenti fidem fides
10 &c. 27.vbi per eum ꝙ † vasallus nõ debet seruare iuramentũ si dñs nõ seruat quod ꝓmisit, & alleg.gl.in c.1.de for.fid.hoc idẽ not.Pet.de bella pert.in suo tract. de feu. qualiter vasal.à fidel.& obed.in fi.ibi item si dominus nõ obseruat q̃ promisit vasallo,& alleg.tex.in d.l.cũ ꝓponas,& ad istud ꝓpositũ possent multa adduci q̃ dicta sunt in consi.ꝑcedenti ad pag.10. & super ꝓmissione de nõ innouãdo, & q̃ vltra ibi dicta latissimè cumulat Cors.in ca.grandi
11 sub nu.68.extra de suple.negli.palat. † q̃ reg. d.l.cũ proponas vendicat sibi locũ ẽt si quis in minimo cõtraueniet, vt ibi per doct. & per Dec.in quarta amplia. quæ oĩa superius dicta de actibus & instrumẽtis correspectiuis dicit esse bene notan.D.Io.Franc.Purp. in d.l. legẽ quam dixisti ꝑp materiã inobseruãtiæ de qua in d.l.cũ proponas.C. de pact.quæ maxime ꝓcedunt,quia Illustr.Dux meus nisi suæ excellentiæ promissum extituisset de non innouãdo nõ fuisset alias facturus accordiũ prędictũ, & ita præsumendũ est per l.cũ de indebito, de proba.cum si.& per not.per purpureat.in d.l. petens col.pe.C.de pact. ibi in dubio præsumendum quod non eram alias facturus, & allegat Ang.in l.1.de eo ꝑ quẽ fact. erit & alios vt ibi per eũ,hæc.n.dicta sunt raptim & currenti calamo debita cum reuerentia &c.

Ita vt superius conclusum est iuris esse arbitror ego Io.Iac.Leonard.qui supra salua semper ex.in cuius fidem me subscripsi & sigillũ meum consuetum apponere fere.

MARTINI DE LAVDE.

CONSILIVM CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio feudi pro se & hæredibus &c. in extraneum sine agnatorũ consensu non tenet.*
2 *Ius alteri quæsitum sine eius facto tolli non potest.*
3 *Princeps sine iusta causa feudum conditionatum nõ potest auferre.*
4 *Intellectus ad c.1.§.fi.quæ sit pri.cau. benef.amit.*
5 *Alienatio feudi paterni,& antiqui in agnatum non descendentem à primo stipite,non valet.*
6 *Agnatio qualiter consideretur in feudis.*
7 *Emancipatione non tolluntur in materia feudali iura agnationis.*
8 *Agnati & collaterales in feudalibus vsq; ad quem gradum,admittantur.*
9 *Paternum feudum quod dicatur.*
10 *Alienatio feudi facta in agnatum remotiorem an valeat sine agnatorum proximorum consensu,nu.14. 17.& 18.*
11 *Regulæ iuris communis sequi debent, vbi iura specialia non sunt in feudis.*
12 *In his quæ tendunt ad iuris communis correctionem in consuetudine,non proceditur de similibus ad similia,nisi sit eadem ratio.*
13 *Feudum alienari prohibetur fauore dominorum, & etiam agnatorum.*
14 *Disponi non potest de iure tertij in eius præiudicium, sine suo consensu,& nu.17.*
15 *Feuda vadunt in ascendentes & agnatos.*
16 *Alienatio feudi in quemcunq; fiat valet in præiudicium alienantis.*
18 *Nostrum sine facto nostro à nobis auferri non potest.*
19 *Agnatus proximior præfertur remotiori & extraneo emptori.*
20 *Feudum paternum alienari non potest in agnatum remotiorem,etiam consentientibus agnatis primi vel secundi gradus.*
21 *Feudum est inalienabile sine voluntate domini.*
22 *Feudum paternum & antiquum alienatur consentiẽtibus domino & agnatis ab quos feudum spectat.*
23 *Alienatio feudi paterni & antiqui facta in agnatũ proximiorem & immediatum valet sint alicuius consensu.*
24 *Qui omnes tangit debet ab omnibus approbari.*
25 *Alteri per alterum nõ debet iniqua cõditio afferri.*
26 *Dominus an vero agnati præferantur in alienatione feudi antiqui & paterni.*
27 *Filius alienantis feudum & consentientis an excludatur à feudo & agnati admittantur.*
28 *Filius contra patris fidem venire non potest.*
29 *Simplicis renunciatio in se obligationem non habet.*
30 *Filius alienantis vel consentientis tacens anno, vel consentiens alienationi tacitæ vel expressæ,vel non petẽs inuestituram infra annũ excluditur à feudo.*
31 *Alienationi legitimæ præfertur filius alienãtis agnatis,illegitime vero agnati sed non filius.*
32 *Filius qui patris hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarii,non excluditur à feudo illegitimæ à patre alienato.*
33 *Vasallo refutanti feudum paternum succedunt agnati.*
34 *Feudum alienatum an statim possit auocari, an vero mortuo alienante non expectata morte agnatorum consentientium alienationi.*
35 *Infeudatio feudi paterni & antiqui valet in vita infeu-*

infeudantis, sed per agnatos post eius mortem potest reuocari.

36 *Agnati an & quando possint feudum alienatum sine pręcij annumeratione vocari.*

SPECTABILES Domini comites Masini fuerunt inuestiti de Burgario Masini castro mandimento villa dicti loci, & de mero & mixto imperio & iurisdictione, prędicti loci, & quorundam aliorū locorum ab illustrissimo principe. D. D. Duces Subaudiæ pro se se & eorū hæredib. vt cōstat publico instrumento: postea vero D. Petrus vnus ex prædictis dominis comitibus nō habēs filios legitimos & naturales, sed spurios tm̄, fecit alienationem in D. Iacobum extraneam personam, vel forte agnatum non proximiorem, & forte non ex linea descendente è primo masculo, sed vlterioris gradus de agnatione, forte per decimum gradum vel vltra, cum consensu proximorum agnatorum qui erāt in primo gradu agnati vero qui sunt in tertio gradu & proximiori quam sit alius exceptis dictis agnatis cōsentientib. dictę alienationi, vellent reuocare dictam alienationē, quæritur quid iuris: & circa prædictum Thema resultant infrascripta dubia, examinanda. primum dubium est, vt cum dictus D. Petrus potuerit dictum feudum primum & antiquū alienare in dictum D. Iaco. extraneum in præiudicium agnatorū, proposito in facto quòd D. Iacobus in quem sit facta alienatio, sit extraneus, nō agnatus: Dubium secundum est, vtrum valuerit alienatio, si dictus dominus Iacobus in quē sit facta alienatio sit agnatus respectu ascendentium primi vasalli, & sic sit agnatus transuersalis dicti primi vasalli: non autem sit agnatus descendens à primo vasallo, & sic à stipite primo, à quo exordiū habuit feudum non descenderit dictus dominus Iacobus. Tertium dubium est videlicet supposito quòd dictus D. Iacob. sit agnatus respectu stipitis, tamen vltra decimum gradum an dictus Iacobus in quem dicitur esse facta alienatio censeatur extraneus in materia feudali cum sit vltra decimum gradum è linea transuersali. Quartum dubium est an valeat alienatio facta in agnatum remotioris gradus, qui tamen est intra septimum gradum, in linea transuersali: & sic supposito quod dictus Iacobus sit infra septimum gradum dicto D. Petro alienāti in præiudicium agnatorum prioris gradus qui non consenserunt alienationi. Quintum dubium est an agnatus proximior præferatur agnato sequenti uel extraneo in emendo dummodo velit tanto dare de precio quantum extraneus. Sextum dubium est an saltem potuerit alienari feudum in agnatum remotioris gradus successibilis, tamen cōsentientibus agnatus primi vel secundi gradus in ptæiudicium agnatorū tertij vel quarti gradus. Septimum dubium est an consensus ipsorum priorum agnatorum qui consenserunt alienationi noceat eorum filijs, ita vt nō possint ad feudum venire propter alienationem paternam, & admittātur alij agnati transuersales, an vero admittatur dominus. Octauum dubium est an statim possit euocari feudum alienatum, an vero dūtaxat mortuo primo alienatore non expectata morte agnatorum consentientium alienationi. Nonum dubium est an precium sit numerādum ab agnatis an vero possit sine precio auocari à dicto. D. Iacobo. Circa primum dubium quo quæritur an dictus do. Petrus potuerit dictum feudum paternum & antiquissimum alienare in dubium D. Iacobum extraneum in p̄iudiciū agnatorum proposito in facto q̄. D. Iacob. in quē sit facta alienatio sit extraneus non agnatus dicendum est omissis scholasticis disputationib. superuacaneis. dictū. D. Petrum nō potuisse facere alienationem in dictum. D. Iacobum in præiudicium agnatorum, vt est casus, in. c. titius. si de feu. fue. controuer. in princ. & gl. in d. c. titius, in gl. q̄ incip. remouetur ergo, & in c. in gl. magna. de successio. feu. fac. c. j. de alie. feu. pater. & c. 1. si res, per quos fiat inuest. 2 & vtrobiq; not. & est ratio in promptu † quia ius alteri quæsitum, sine eius facto tolli non potest. l. si partem. §. 1. ff. quemadmodum serui. cōsti. l. si arrogatior. ff. de adoptio. sed agnatis est acquisitum ius in feudo antiquo & paterno, vt in c. 1. §. hoc autem notandū, qui feuda. pos. & in c. 1. §. 1. de gradi. succe. in feu. er-3 go non potest tolli amplius † etiam si esset imperator non posset feudum conuentionale sine iusta causa auferre not. D. Barto. in. l. qui se patris. ver. & scias quod si renunciatio in manibus domini in 9. col. C. vn. libe. Et prædicta vera in feudo paterno & antiquo, in feudo autem nouo non requiritur consensus agnatorum, sed solius domini. c. 1. de no. benefi. inue. secus vt dixi in paterno & antiquo in quo veniunt collaterales, ex beneficio domini & promissione stipitis, d. c. 1. de alie. feu. Sed contra prædicta opponitur & immo videtur quod feudum debeat venire & reddire ad dominū, non autem ad agnatos, quia ex alienatione feudi vasallus videtur dominum cōtemnerē. c. 1. ad fi. quæ sit pri. ca. benefi. amitten. quia respondeo quòd loquitur in feudo nouo, vt pa-4 tet ex pręcedentibus. † Secundo intelligo & respondeo. d. c. 1. §. fi. intelligi debet, quando nulli existunt agnati, & ita intelligit ibi Domin. Iacob. de Belui. in fin. aparatus. Et nota quòd dominus feudi non potest graciam facere in præiudicium agnatorum secundum. Domi. Andr. de Iser. in c. 1. si Vasall. feu. priue. ex prædictis

dictis apparet dictam alienationem feudi in extraneum factam in præiudicium agnatorũ non consentientium non valere. † Circa secundum dubium quo quæritur vtrum valuerit alienatio si dictus Dom. Iacobus in quem est facta alienatio sit agnatus respectu ascendentium primi vasalli & sic sit agnatis transuersalis dicti primi vasalli, non autẽ sit agnatus descendens à primo vasallo, & sic stipite primo à quo habuit exordium feudum, non descenderit dictus Do. Iacobus, dicendum est dictum D. Iacobum qui non fuit ex descendẽtibus primi vasalli, iudicari vt extraneum, & regulariter non succedere in feudum, vt in c. 1. de succes. feu. & est casus in cap. 1. in vers. si enim Ticij auus, de grad. succe. in feu. cum si. & iste casus est clarus ideo vlterius non insisto. † Circa tertiũ quæsitum valet supposito ꝙ dictus D. Iac. sit agnatus respectu stipitis tamẽ vltra decimũ gradũ, an dictus Dom. Iacob. in quem dicitur esse facta alienatio cẽseatur extraneus in materia feudali, cum sit vltra decimum gradum è linea transuersali. Respondi præmittendũ esse agnationẽ in materia feudali aliter considerari in iure consuetudinario feudali, aliter iure ciuili, nam nomen agnationis de iure ciuili sumitur quia agnati dicũtur cognati per virilis sexus personas cognatione coniuncti quasi à patre cognati veniũt frater eodẽ patre natus filius fratris nepos vel ex eo, & similes, vt probatur Instit. de legi. agn. tu. in prin. & in l. iurisconsultus. §. 1. ff. de gradi. cum si. in feudis aũt non tam curatur agnatio q̃ genus paternũ, vt in c. 1. de succes. feu. & in c. 1. per quos fi. inuest. & in c. 1. de gra. succe. in feu. Et ideo inquit nota. d. Bald. in auth. in succes. in 2. col. C. de suis & legit. † ꝙ per emãcipationem in materia consuetudinaria feudali, non tollũtur iura agnationis, vnde in feudis nomen cognationis significat potius genus quàm qualitatem. † quod genus agnationis quo ad ius succedendi in transuersalibus an sit restrictum in linea transuersali successiua vsq; ad septimum gradũ in feudis, an vero extendatur vsq; ad infinitum, magnum dubiũ est in feudis. Pro cuius dubij declaratione sciẽdũ est, ꝙ in bonis non feudalibus successio in linea transuersali hodie est vsq; ad decimum gradum, secundum glo. approbatam Instit. de successio. agna. in §. fi. & nota. Dyn. in tract. de succes. ab intest. circa fi. in vlt. col. sed in bonis feudalibus magna est hæsitatio apud maiores nostros, nam primo fuit opinio glossarũ, q̃d collaterales in feudo paterno & antiquo succedũt in infinitum, hodie vt est gl. quæ incip. hodie in ca. 1. de success. feu. & glo. quæ incip. hæc olim, in c. 1. in §. si capitanei, de feu. Marchiæ, idẽ tenet D. Petrus de Ceruo. in ca. satis. de prohi. feu. per Lotha. & ibi refert Bal. Eandem quoq; sententiam amplectitur Hosti. tũc vocatus Henricus Episcopus Eburdunensis in sua summa feudorum tit. quali. feu. consti. vers. natura successionis, cuius verba sunt hęc: collaterales succedunt & primo fratres, cum fratrum præmortuorum filiis, deinde agnati vlteriores vsque ad fratres patrueles, hodie vero vsque ad septimum genitum immo vsque in infinitum, vt infra qui debeant succedere, c. 1. de consuetudine vero imperii non succedit nisi filius descendẽs & reuertitur feudum ad Imperatorem & cõfert cui vult, & sic dicit se vidisse in Alemania, pluries per proceres iudicari. In Francia vero succedit primogenitus. Odof. idem tenet in summa in ti. qui poss. succ. in feu. in prin. cuius verba hęc sunt, quod hodie omnes succedunt in infinitum, vt in c. 1. & pen. de succes. feu. & in c. si capitanei, de inuest. quam dicit Ticius a Sempro. alii habent rubricam, qualiter vsus beneficij, alij habent rub. de feu. Marchiæ, idem tenet effectualiter licet videatur variare, quòd vsque ad 10. D. Iaco. de Ardizo. in summa sua tit. de succe. feud. §. & succedunt collaterales, cuius verba hæc sunt, collaterales omnes ex masculis descendentibus ab eo qui feudum acquirit vsq; in infinitum si est feudum paternum, vt infra hic incipiunt consuetudines Regni. §. vasallũ in fi. & infra qui de succes. in feudo primo reuerso, vel vsq; ad decimum gradum tantum vt institut. de success. cognat. §. penult. & hoc verum est etiam in ascendentibus ex latere, vt infra qualiter vsus benefic. sit tenen. §. si quis miles mortuus, & tunc agnati vel collaterales, licet videantur succedere agnato, vel collaterali, succedunt tamen propter inuestiturã prædecessorum maiorum, uidelicet in quasi locum maiorum patris seu aui uel aliorum, ut infra qualiter usus ut benefi. sit retinen. §. 1. Et infra de capit. cora. c. omnibus. §. præcipimus, in fi. Aliam autẽ partem tenet Do. And. de Iser. in c. 1. §. quoq;, & tenet quòd usq; ad septimum gradũ duntaxat succedunt collaterales, idẽ quoque tenet D. Bal. in c. 1. si capita. de feu. Marchiæ, qui ait ꝙ ita cõmuniter tenetur licet Bal. non bene ibi uideatur affirmare pedes, idem quoque tenet d. Bal. in auth. defuncto. C. ad Tertul. in fi. 1. col. licet d. c. 1. de feu. Marchi. uideatur stare cum distinctione Do. Iaco. de Bel. quo ad effectum in uers. sed secũ cundũ merã naturã feudi D. Iac. de Bel. cuius opi. uidetur amica consuetudini feudali fœdere distinctionis. has omnes concordat opiniones, titu. de feudo. c. 1. ad fi. hoc modo, aut feudum de acquirente facit transitũ primordialiter ad descendentes & eo casu transit ad descendentes in infinitum etiam transuersales discendentium, sed ad transuersales acquirentiũ regulariter nõ, ut de grad. suc. in feu. §. 1. & de natura successio. feu. §. fi. aut de acquirẽtib. primordiariter fecit trãsitũ ad collaterales

les ex pacto vel in aliis casibus quibus potest, de benefi. fratris, c. 1. tamē nō progreditur vltra septimū gradū d. §. hoc quoq; idē tenet Io. Faxoli de Pisis in sua summa tit. qui suc. in fe. vers. sed quæritur vsq; ad quē gradum, & sic in effectu concludunt. d. Iac. & Io. quod ad collaterales in infinitum descendit feudū mō sint collaterales descendētes à primo stipite, vasallo, & hæc pars vult, ꝓbare in c. 1. §. hoc quoq; sciendum secūdum veram literam quæ dicit vsq; ad septimum gradū imò in infinitū, sicut vsurpatum, t. it. qui feu. da. poss. & in c. 1. de na. successio. feu. in tex. ibi & ex latere omnes per masculos descendentes, vsq; in infinitū, si feudū sit paternū, † & not. quod feudum dicitur
9 paternū quicunq; ex superioribus id acquisiuerit, vt dicit tex. in c. 1. de natura successi. feu. & est casus in c. 1. ad fi. quando vasal. feu. priuet. cui defera. in te. ibi vsq; in infinitū. Reuertendo nūc ad propositū articuli si tenemus illam opi. quod successio in collateralibus non sit vltra septimū gradū geniculū, tunc dictus D. Iac. tanq̄ successibile reputatus extraneus, & consequente alienatio erit prohibita in eū, nedū respectu agnatorum, sed etiam respectu domini, cum nō sit successurus in feudo, quia dominus & agnati offenduntur, c. 1. de prohi. feu. alie. per Loth. cum vtrobiq; not. quia cessat ratio, quę dicetur in sequēti dub. si aūt diceremus successionem in collateralibus esse in infinitum, respectu collateraliū descēdentiū à primo stipite, tūc dicendū vt in sequenti dub.
10 † Circa quartum dubium an valeat alienatio facta in agnatū remotioris gradus, qui tū est intra gradū successibilē, in linea transuersali, & sic supposito quod dictus Iac. sit intra septimum gradum dicto D. Petro alienanti in præiudicium agnatorū prioris gradus qui nō
11 consenserunt alienationi. † Est præmittendū q̄d quoties nō habemus iura specialia in feudis in dubio habemus sequi regulas iuris cōis
12 c. 1. in feu. de feu. cogni. † Nam in his quæ tendunt ad correctionem iuris cōis in consuetudine, nō proceditur de similibus ad similia. l. 1. C. quæ sit lon. consue. & ibi not. in glo. & in l. de quibus. ff. de legi. nisi etiā eadē rō. l. q̄ propter necessitatē, in gl. ff. de reg. iu. & not. illud & auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle.
13 † Secundo præmitto quod alienatio feudi est prohibita nedū fauore dominorū, vt in c. j. de prohi. feu. alie. per Feder. sed etiā fauore agnatorum, vt in c. 1. vers. nec in filiam, de alie. feu.
14 † Item præmitto quod nemo potest disponere de iure tertij in eius præiudicium sine eius consensu vero ficto vel præsumpto, ēt si sit in spe, dummodo sit spes iuridica c. 1. in princ. de succe. feu. l. si cū hermes. C. locat. Modo his ꝑmissis redeundo ad quæsitum, est dicendum ꝙ alienatio rei feudalis facta vni ex agnatis ꝓximioribus etiam non cōsentiente domino, respectu domi valet, q̄a in hoc nō offenditur dominus nec fit contra naturā recti feudi nec
15 cōtra legis prouidentiam. † cum feuda vadāt in descendentes & agnatos. c. 1. §. hoc autē notā. qui feu. da. poss. & not. in glo. in c. oēs filij, si de feu. fue. contro. & in c. 1. de successio. feu. & de grad. suc. in feu. cū simi. cum igitur mētio seu intentio primi datoris saltē legis prudentia, fuerit ꝙ feudum veniret ēt in infinitū, in successores descendentes ex primo vasallo non sit contra legē, si vni ipsorum fiat alienatio feudi. liquet igitur q̄d in agnatos cuiuscū que gradus proximiores permittitur alienatio quo ad dominū, quia in hoc ipse nō offenditur, conclusio est ergo breuis, ꝙ quo ad dominum dicta alienatio valet si fuerit facta in
16 agnatū proximiorē, † Capio modo personā alienantē, nam dicendū est, quod rei feudalis alienatio in quemcunq; fiat valet in præiudicium ipsius alienātis, quia si est iuridica ex ea obligatur scd̄m naturam ipsius obligatonis, si autē non sit approbata dicta alienatio alienans ꝑdit iura sua, vt in c. 1. vers. alioquin, de alie. feu. & in c. 1. de eo, qui finē feu. facit, & D. Inno. in c. ex parte de feu. & per D. Bal. in titu. quibus mo. feu. amit. versi. vel si cum filia. Ex prædictis apparet ꝙ respectu vasalli alienātis tenet alienatio quo ad sui præiudiciū de feudo in agnatos, seu aliquē ex eis ēt in gradu remotiori, & hoc modo possunt intelligi multa iura puta. c. 1. §. sed & res per quos recipi. inuestit. ibi nisi tibi, vel alij posteriori. in cap. 1. de aliena. feu. paterni, ibi tamen si paternum &c.
17 † Capio modo personam agnatorum nō cōsentientiū, qui sunt in anteriori gradu quā sit agnatus in quē facta fuerit alienatio & hic est diligenter aīaduertēdum, aut est facta habēti parē in gradu agnationis seu successionis, & tunc valet irreuocabiliter seu irresolubiliter alienatio, q̄a si nō fuisset facta dicta alienatio feudū ad eum deueniret, mortuo feudatario tanquam ad proximiorem, in ordine successionis, seu in gradu agnationis, vt in ca. 1. de success. feud. & in c. 1. de gra. suc. in feu. cum multis simili. Si vero haberet parilem in gradu, tunc nō tenet efficaciter, quia mortuo alienatore reuocatur seu resoluitur respectu parilium proportionibus, quæ ad dictos spectassent pariles alienatione non facta, quia † ꝙ no-
18 strum est sine facto nostro, à nobis auferri nō pōt l. si sticum. §. fin. ff. de noua. & in reg. iuris. id quod vestrum est, & q̄a nemo potest disponere de iure tertij, vt in tit. ne fi. pro pa. & in ti. ne vxor pro mari. & facit c. 1. §. econtrario, de inuesti. de re alie. fact. & in l. fi. §. sed quia vestra. C. de communi. de leg. facit quod no. D. Bal. in c. 1. de alie. feu. pater. & in c. 1. per quos si. inue. vbi autē fieret alienatio nō proximiori agnato aliis nō consentientibus, per proximiores non consentientes reuocari potest, li-

ret alienatore viuente valeat tamen reuocari per dictos proximiores non ascendentes, secundum formam dicti c. 1. §. sed & res, & eo mortuo resoluitur ipso iure, nisi obstet annalis cursus vel consensus superueniēs c. Ticius, & ibi gl. super verb. p annum, si de feu. fue. cōtro. & d. Bal. in c. si clientulus, de alie. fe. & ibi, D. And. Iser. cōcluditur ergo ex prædictis omnibus quod feudū perpetuum non potest alienari nisi proximiori agnato paribilem nō habenti, vel proximiori in gradu in ordine successiuo, & hāc partem puto verissimam, quia procedit secundum dispositionem iuris communis & æquitatem & cōsuetudinem feudorum, vt patet per iura & autoritates in superioribus allegat.

19 †Circa quintum articulū valet quo quæritur an agnatus proximior præferatur agnato sequenti vel extraneo in emendo dūmodo velit tātum dare de precio quantum extraneus, respondi agnatum esse præferendum, secundū D. And. Iser. in c. 1. p quos fi. inuest. in vers. & hic agnatus præfertur, & est glo. in vers. proximiore in c. 1. in §. sed & res, titu. per quos fi. inuest. in vers. glo. quod agnati, & est casus in c. 1. §. sed & res, tit. p quos fiat inuestitu. ibi nisi tibi vel alij proximiori, pro æquali precio accipere volenti.

20 †Circa septimum quo quæritur an saltem potuerit alienari feudum in agnatum remotioris gradus successibilis tamen consentientibus agnatis primi vel secundi gradus in præiudicium agnatorū tertij vel quarti gradus in hoc articulo variant maiores nostri, nam collegium Mediolanense tenuit alienationē feudi paterni etiam sine cōsensu superiores posse fieri in agnatos proximiores gradus. Contrariam vero partem tenuit collegium Bononiense, inter quos fuit Do. Io. de Lign. vt ipsemet D. Io. ponit in cle. 1. si plures de iure pat. in clementinis, in hoc autem difficili articulo placet mihi amplecti decisionem famosissimi collegij Bonon. à quo discedere nefas esse putarem videlicet vt alienatio fieri non possit inter quoscūq; agnatos remotiores in gradu, & primo ponam autoritates pro hac parte, secundo rationes & iura. Primo autoritatē D. Iacob. de Bel. in medium affero in titu. de prohi. feu. alie. per Feder circa princ. in versic. Quæritur nunquid vasallus hodie possit alie. agnatis; qui respondet q sic proximiori qui successurus sit, in feudum post eum alienantem & non alij, vt de alie feu. § & si cliētulus in fi. §. & per quos fi. inuest. §. 1. vers. sed & res. Sed dictus Ia. in quem est facta alienatio non est immediate successurus in feudum post eū D. Petrum alienantem, ergo non valuit alienatio. Idē tenuit D. And. de Iser. in c. 1. de suc ces. feu. quia successio reuocatiua habet locū de gradu in gradū, & alleg. l. cum pater. §. libertas. ff. de lega. 2. sed melius facit. l. fi. C. qui admit. ad bo. poss. pñt. idē tenet vt dixi D. Io. de Lingna. in cle. 1. de iur. patro. Idem tenuit Collegiū Bonon. & pro hac parte est casus in c. Titius, si de feud. fue. controuer. vbi alienatio est prohibita in agnatū non proximiorem

21 & ideo proximior reuocat, †nā attendendum est qđ feudū est inalienabile sine consensu domini, vt in c. 1. de prohi. feud. alie. per Fedri. & ibi per Dominos Iac. de Bel. & Andr. de Iser.

22 & Bal. †vbi aūt uoluntate dñi alienaretur feudū paternū & antiquū, non valet alienatio, nisi intercedat voluntas agnatorū proximiorū ad quos feudū spectat. c. 1. de alie. feu. pate. & ideo si in alienatione feudi paterni interueniret cōsensus illius ad quē feudū pertinere debet, immediate ex successione nō posset ab ipso reuocari & firma remaneret alienatio, casus in c. 1. §. præterea. quib. mo. feud. amitt. & gl. in vers. consentientibus. in c. 1. de alie. feu. pater. est sic patet qđ est prohibita alienatio feudi in extraneū siue in agnatū nō proximiorē,

23 †hinc est quod si vasallus haberet vnum agnatū proximiorē, & immediatū, & illi alienaret, valeret alienatio, neque requireretur alterius consensus, cum de nullius agitur præiudicio, nec domini nec alterius coniuncti, si vero haberet plures æque proximos & alios remotiores & alienatio facta foret vni ex illis proximioribus intercedente cōsensu omniū æque coniunctorum, tenet alienatio, cum de præiudicio remotiorū in gradu non agatur, extantibus proximis qui nō consenserunt. c. 1. per quos fi. inuestit. Sed vbi fit alienatio in agnatum remotioris gradus consentientibus agnatis primi gradus, & non consentientibus agnatis secundi gradus tunc alienatio nō tenet in præiudicium agnatorū non consentiētium, vt in c. 1. de alie. feu. pater. quia nō valet alienatio nisi agnatis omnibus consentientibus, ad quos beneficium quandocunq; sit reuersurum, & debet intelligi in quoscunq; fiat alienatio, siue in pximiores siue in extraneos dummodo sint alij pximiores nō consentientes; cū vtrobiq; sit rō prohibitionis ex mente legis. Et pro hac parte facit ēt regula generalis. l. in cōcedendo. ff. de aqua plu. arc. l. nā ita

24 diuus. ff. de adoptio. l. de vnoquoque. ff. de re iud. quia quod omnes tangit, debet ab omnibus reprobari, & l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. itē facit tex. in d. c. 1. de ali. feu. pater. ibi nisi agnatis consentientibus, & in c. 1. §. præterea quib.

25 mo. fe. amit. & in c. 1. per quos fi. inuest. † præterea alteri per alterū non debet iniqua conditio afferri. l. iniquissimū. ff. de iur. & facti igno. ergo vasallus non potest alienare in præiudiciū tertij agnati, facit l. si post mortē. §. fi. ff. de bon. poss. con. tab. idem tenet D. Bal. in c. 1. de alie. feu. vbi concludit hanc alienationē non valere in præiudicium agnati.

Circa septimum articulū quo quæritur an consensus

consensus istorum agnatorum priorũ qui nõ censenserunt alienationi noceat eorum filiis, ita vt non possint ad feudũ venire ꝓpter alienationem paternã, & admittantur alii agnati transuersales, an vero dominus, Respondi hunc articulũ duos habere articulos; primus est an in alienatione feudi antiqui & paterni præferatur dominus an vero agnati. Secũdus articulus est an filius alienãtis & consentientis excludatur à feudo, & admittantur agnati.
26 † Circa primum articulũ est dicendũ, quãdo feudũ antiquũ est alienatũ sine consensu domini & agnatorũ agnatus pferri dño, si feudũ est paternũ. ca. 1. in. §. porro. vers. in prohibẽdo autem. tit. quali. pote. olim feu. alie. & glo. magna in c. 1. de succes. feu. & D. Iac. de Belui. in c. 1. in ver. queritur an hoc habeat locũ, siue sit feu. nouũ siue paternum, per prohi. feu.
27 alie. per Fedri. Et istud est expeditum, † Circa 2. art. capio pulchrã doctrinã & perpetuo mẽti tenendam. D. Iac. de Beluis. & quã sequitur. D. Bal. dicit esse uerã in c. 1. circa. fi. q̃ fuit pri. cau. benef. amit. cũ q̃ritur an feudũ perueniat an dominũ vel ad filios vel ad agnatos, aut vasallus peccat delinquendo aut alienando primo casu aut in dominũ & reuertit ad dominũ oĩbus alijs exclusi ẽt agnatis, vt d. c. 1. §. deniq; sæpe quæsitũ fuit, q̃ benef. amit. primo responso. aut peccat in aliũ & tunc peruenit ad agnatos, & nõ filiũ nec dominũ, ut d. §. deniq; secundo responso, & in c. si vasalli culpã si de feu. fue. contr. Secundo casu aut alienat legitime & tũc ꝑuenit ad filios si supersint vel ad agnatos si filij nõ supersit. c. 1. §. 1. de suc. cũ si. si autẽ illegitime alienat tunc ꝑuenit ad agnatos non ad filios, sed si filij alienãtis supersint agnati ẽt viuo alienatore reuocabunt, sed nõ extantibus filiis alienantis tunc post mortẽ, c. Ticius, si de feu. fue. contro. & prædicta verba, nisi agnati consenserunt nel anno tacuerunt, vt in d. c. Ticius, si vero non extarent agnati, tunc reuerteretur ad dominum, c. 1. in fi. quæ fuit pri. ca. benefi. amit. quæ distinctio est no. nam in casu nostro, si dictus Iac. in quẽ est facta alienatio esset extraneus, quia à communi parẽte & stipite nõ discendisset qui primo suscepit feudũ uel nõ esset successibilis, quia vltra gradũ succedendi, tunc indubitatum esset hanc alienationem esse prohibitã, & ideo nedum alienans, sed ẽt filij excluderentur scd̃m distinctionẽ D. Iac. & Bal. certũ hæc alienatio sit ꝓhibita vt per D. Iac. de Bel. in c. 1. de ꝓhi. feu. alie. per Feder. & dixi in superioribus articulis latissimè, ideo nõ repeto. Si autem diceremus dictum D. Iacobum in quem est facta alienatio esse agnatum successibilem, tunc ẽt excluduntur filij alienantis, quia est facta alienatio in casu prohibito, valet in agnatum remotioris gradus, vt in d. c. Ticius, si de feu. fu. controu. & per D. Iac. de Belui. in c. 1. in prin. de prohi. feu. alie. per Fede. præterea & filij cõsentiet excluduntur, quando pater se obligat, secus aũt si esset simplex renũciatio, vt per D.
28 Iaco. de Bel. in c. 1. de succes. feu. † quia filius non potest venire contra fidem patris l. ea quę C. de restitu. militum & in c. 1. an agna. vel fil.
29 † nam cõuentio ẽt libertoria habet in se obligationẽ, licet secus in renũciatione simplici, d. Bart. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. d. Bald. in rub. C. de pact. & facit ꝙ not. D. Bald. in c. j. de successione feu. in 4. conclus. præterea vbi fit alienatio in casu illicito & prohibito vt est regulariter in feudis ẽt in casu nostro, vt in c. 1. de prohi. feu. alie. per Fede. & dixi supra, tũc excludũtur filij vt in distinctio. D. Iac. de Bel. & Bal. quam dixi supra tit. quæ fuit prima ca. benefi. amit. c. 1. §. fi. idem si in fraudem fieret alienatio. vt per glo. in vers. in fraudem huius nostræ consuetudinis in c. 1. per quos fiat inuest. puta quia forte castratus vel ad eam ætatem peruenit vt filios habere non possit, vel si ideo fecit vt priuet eũ qui in feudum succedere debet, vt ibi plene per glo. & per D. Iaco. de Ardizo. tit. quib. mo. feu. amit. §. est & alius casus, ver. si tamen plures, & per D. Odof. in summa quib. mo. feu. amit. §. item vasallus vbi dicit quod in fraudẽ fit alienatio, quando datur in feudũ ꝑꝑ desperationem filiorũ cũ nõ speret habere filios legitimos & naturales, & pro prædictis omnibus facit tex. in d. c. Ticius, si d
30 feu. fue. contro. † Nec. n. est dubiũ si filius alienantis vel consentientis tacuerit anno, vel cõsenserit alienationi tacitæ vel expressæ, vel nõ petierit inuestituram infra annũ excluditur à feudo, vt in c. 1. quo tẽp. & in d. c. Ticius si de feu. fue. cõtr. & ita intellige D. And. de Iser. in c. vasallus culpam, tit. si de feu. fue. contr. qui dicit quod filius admittitur licet pater alienet feudũ paternum, q͠a est intelligendus in casu ꝓmisso, puta qñ vasallus dat in feudum c. 1. §. ꝑterea de Capit. Conra. secundum distinctio. D. Iac. de Belui. & Bal. in d. ca. 1. in fi. quæ fuit causa benefi. amit. & pro prædictis bene facit quod not. D. Iac. de Belui. in c. Ticius in vers.
31 opponitur quod filij, vbi concludit quod † si vasallus alienauerit legitime, præfertur filius alienantis agnatis, c. 1. §. 1. de succ. feud. vbi vero vasallus alienauit illegitime, tũc filius nõ reuocat sed agnatus, vt in d. c. Ticius ratio, q͠a nõ põt contra factum patris venire, quia nec potest eius hæreditatẽ repudiare, c. 1. an agn. vel fi. & est aduertendum quod annalis præscriptio, de qua in d. cap. Ticius, habet locum quando vasallus alienauit agnato proximioris gradus, secus si prorsus extraneo, secundũ glo. & Iac. de Belui. in §. Ticius uers. opponitur quod annalis ꝑscriptio. est tamen aduertẽ
32 dum secundum Iac. de Bel. in d. c. Ticius, † si filius adierit hæreditatem patris non beneficio inuentarii & ex bonis patris ad eũ nihil ꝑuenerit

 uenerit

uenerit vel modicũ vel legitima tantũ, & feudũ sit antiquum de æquitate filius non excluditur à feudo licet pater alienauerit illegitime feudum, tñ text.vr̃ ad oppositum in d.c.1. an agna.& ibi tãgit. D. Andr.de Iser. facit qđ no.D.Io.Fax.in summa tit. qb.mo.feu.amit. 33 vers.itẽ sciendũ.Vbi† si uasallus refutet feudũ paternũ succedũt agnati nõ filius refutãtis. c. vasalli.ti.qñ vasa.feu.pri.& cui deferatur,& sic ordo successorii edicti hoc casu peruertitur, quia posterior gradus priori præfertur. cõtra 34 l.1. ff. de successo.edicto.† Circa octauũ articulum quo quæritur an statim possit auocari feudũ alienatũ an vero duntaxat mortuo primo alienatore non expectata morte consentientiũ alienationi,dixi statim agnatũ non cõsentientẽ alienationi posse reuocare hodie cũ illicita fuerit alienatio, vt per D.Iac.de Belui. in c.1.de succes.feu. quia hodie nõ expectata morte fratris alienantis agna. reuocat.alienationem,quia quando alienatione facta cõsuetudine refragante, tunc in vita alienantis põt reuocari, secus si consuetudine approbãte sit facta alienatio,sed demũ post mortẽ reuocare vt in d.c.1. de succes.feu. nã hodie alienatio est prohibita nisi fiat in feudũ,scđm qđ plene no.glo.approbata in c. 1.§.ꝑterea,de Capi, Conr.in gl.magna fiet reuocatio statim, vt ꝑ D.And.de Iser.in c.1.§.rursus,quib.mo.feud. amit.& per D.Bal. in c.1. de succes.feud.ideo in casu nostro cũ non fuerit licita alienatio, quia sine domini consensu & agnatorum om 35 nium statim poterit reuocari. † & facit quod not.gl.in c.1.de succ.feu. vbi dicit ꝙ post alienationem statim reuocatur.ponderandum tamen est,quod quãdo vasallus dat in feudum valet infeudatio feudi in vita tantum infeudantis,agnati tamen infeudantis post mortẽ eius tanquã proximiores reuocant iure suo feudũ paternũ,quod est notabile, vt elegãter scribit.D.And. de Iser.in c.1. ꝑ quos fiat inue. 36 † Circa nouum articulũ quo quæritur an preciũ sit numerandũ ab agnatis, an vero possit sine precio auocari à dicto D.Iac.est distinguendum,vt distinguit D.Iac.de Bel. in c.1.ꝑ quos fi. inuestit. aut agnatus reuocat vasallo mortuo aut eo superstite, si superstite eo, aut filios habet vasallus aut non.primo casũ quãdo reuocat agnatus vasallo mortuo, aut succedit agnatus tantum in feudo & non in aliis bonis,& non cogitur reddere precium, c.Ticius,si de feu.fue contro.aut etiam in aliis bonis succedit.& tunc bonæfidei emptor tenetur,vt in c.1.per quos fi. inue. Malæfidei vero non tenetur nisi sit stipulatus vel pactus, vt in c.1.in prin.de inuesti.de re alie.fa. Secũdo casu principali quando eo superstite reuocat agnatus,si non habet filios non tenetur agnatus reddere precium d.c.Ticius in prin. si vero habet filios cogitur reddere precium,d. c.Ticius,vers.quod si Ticius, & potest esse ratio,quia filius de iure cõmuni debet præferri agnato.& tamen non præfertur d.c.Ticius,argu.l.vlt §.fi.C.communia de leg.cum itaque in casu nostro,& ideo putarẽ preciũ restituendum si emptor fuerit bonæfidei. Secus si malæfidei,si statim reuocat alias secus.

Martinus Caratus Laudensis ita consuluit.

CONSILIVM. CXX.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium super feudo concessum an præiudicet primogenito non vocato.*

2 *Princeps sine conuicta culpa, non potest vasallum diuestire.*

3 *Regula quod ab initio est voluntarium est post facto efficitur necessarium, in materia feudali etiam in principe locum habet.*

4 *Princeps non potest sine causa iusta priuare ciuitatem Papiæ Cominatu & alteri conferre.*

5 *Vasallus cum consensu domini alienans feudum, non nocet agnatis non consentientibus.*

6 *Deus non subiecit principi conuentiones & consuetudines feudales.*

7 *Confessio tutoris in inuentario an & quando sibi præiudicet.*

8 *Veritati standum est.*

9 *Ius canonicum est sequendum quando de peccato tractatur.*

10 *Fœnerator post quinquennium non auditur.*

FRANCISCVS habuit filium Ioan.ex quo nati fuerunt Fran. Robertus & Leonar. e Francisco Nata fuit D.Paula quæ vendidit cum auctoritate sui mariti feudum Roberto prædicto eius patruo, cũ assensu Illustrissimæ D. Ioannæ primæ Reginæ,qui Robertus dum vixit dictũ feudũ pacifice tenuit & possedit & post ipsius Rob. mortem feudũ peruenit ad manus Angeli filii ipsius Roberti,qui dum vixit ipsum tenuit pacifice & quiete,& post mortem dicti Angeli.D. Purpura germana dicti Angeli mater Antonelli & Pe.de Galucio successit in quodã alio feudo & oĩbus aliis bonis dicti Angeli ꝑter in feudo Reccemõtis Dragonis sibi cõtradicto & de facto alienato per Russum Fenazarij dominum dictæ Rocchæ,qui Russus dũ vixit dictũ feudũ tenuit de facto, & post ipsius Russi mortẽ feudũ ipsum similiter de facto tenuit Iaco.Senazarius donec dominatus fuit dictæ Rochæ,& destituto di.Iac.domino dictæ Rochæ per q.D.Reginam Ioannã secundã feudũ ipsum peruenit ad manus & dominiũ.D. Reginæ Ioannæ secundæ similiter de facto,Quę D.Regina porrecta sibi supplicatione per D. Purpuram, in qua continebatur quod debebat sibi feudũ restituere tanquã feudũ antiquũ ad ipsam

ad ipsam D.Purpuram pertinens,concessit de facto, omnibus tribus filiis dictæ.D. Purpuræ feudũ prædictũ,non tamen de cõscientia nec voluntate Antonelli primogeniti,nec di.D. Purpuræ matris eius, sed potius in damnũ & præiudiciũ ipsius.D.Purpurę tunc viuentis tẽpore dictę cõcessionis Reginalis & ipsius Antonelli primogeniti ut supra,Itẽ posito qđ Antonellus prædictus post mortẽ dictę.D.Purpuræ.mortuo dicto patruo tanquã tutor filiarũ ipsius Petrutii vna cũ Paulo & aliis eius cõtutoribus cõfecit inuentariũ de bonis ipsarum pupillarum inuenisse tertiam partẽ feudi prædicti,videatur,an hæc præiudicet eidem Antonello circa recuperationẽ tertiæ partis feudi prædicti,Item continuatis tẽporibus dictus Petrutius & successiue eius filii possederunt tertiam partẽ dicti feudi per 26.annos.& de pſenti possident in quo quidem inuentario de verbo ad uerbum talis est protestatio. Protestantes dicti tutores quo supranominе quod si qua bona & iura posuerunt aut scribi fecerunt in præsenti inuentario non ponenda & non discribenda.vel ponenda & describẽda omisserunt quod non ponenda pro non positis,& non descripta & opponenda,pro oppositis & descriptis habeantur, addentes in eorũ protestatione prædicta,qđ in quantũ in niuentario ipso opposita fuerint ,quæ opponi & describi non debuissent id nullatenus eisdẽ pupillis nec alteri ipsorum seu tutoribus quo supranomine præiudicare habeat, cum in quãtum oppositio eorum fieri non deberet in eo nullatenus consentiunt nec consentire intendunt . Ex prædicto themate duo quæruntur. Primum utrũ priuilegium factũ de feudo,qđ de cõsuetudine feudali patrię pertinebat, D. Perpuræ & post mortẽ eius primogenito suo Antonello vigore consuetudinis patriæ Regni Neapolitani , qđ priuilegium factum fuit ut præfertur per D.Regina Ioannã dictis tribus fratribus, habuerit & habeat præiudicare dicto Antonello primogenito, cum huiusmodi concessioni priuilegii prædicti Antonellus primogenitus & D.Purpura non consenserint , & scđm consuetudinẽ dicti Regni primogenitus succedit in feudo,Scđm dubiũ an confessio dicti Antonelli facta in inuentario,tanquam tutor filiarum dicti Petrutii habeat præiudicare dicto Antonello qui dixit dictam tertiam partem dicti feudi reperisse in bonis dicti Petrutii fratris sui.

Cristi Eiusque gloriosæ genitricis virginis Marie nominibus inuocatis.

1 † Vt moris mei est condescendã ad dubiorũ decisionem omisso disputationis curriculo. Itaque proponitur in facto consuetudinẽ fore qđ primogenitus succedit in feudalibus, de qua cõsuetudine meminit Bal.in l.oẽs populi.ff.de insti.& iure.Secundo qđ de consuetudine regni filia succedit in feudo quãuis de consuetudine generali feudorum non succedat fœmina.c.1.§.hic autẽ nondũ.tit. qui feu. da.pos. His breuiter decursis respõdeo primæ consultationi qđ dicta inuestitura facta à bonæ memoriæ Serenissima Regina non nocet dicto Antonello primogenito,fretus illa regula feudali Quia† Princepes nõ põt de inue- 2
stire vasallos suos sine conuicta culpa, Casus est in c.1.in prin.de na. feu.& in c.1.de feud.si culpa non amitt.nam certæ sunt causæ introductæ à cõsuetudine feudali quibus princeps põt priuare vasallũ iure suo non alias, toto ti. quib.mo.feu.amit.& ti.quę fuit pri.ca.benefi. amit.in vsi.feud. & in casu nostro proponitur nullam fuisse causam amittendi feudũ cõtra dictam D. Purpuram nec dictũ Antonellum, igitur dicta inuestitura feudalis Regia coplectens dictos tres fratres non tenet neq; nocet iuribus dicti Antonelli primogeniti†nam in 3
materia feudali etiam in Principe habet locũ regula qđ ab initio est uoluntariũ est post factο efficitur necessarium. l.sicut. C. de actio. & oblig.& no.glo.in c.1.in prin.de natu.feu.

Præterea non potuit dicta Serenissima Regina ius iam concessum in feudũ alteri conferre,in præiudicium dictæ D.Purpuræ,& dicti Antonelli , † Pro prædicta decisione facit, 4
qđ singulariter notauit Bal. in d.c.1. de natu. feu.vbi notabiliter inquit qđ princeps nõ posset sine causa conuicta priuare ciuitatem Papiæ comitatu & cõferre alteri. Ad idem facit tex. in c.1.§.si clientulus, in vers. fratri vero, secundum vnum intellectum Iaco. de Beluis. ibi per illum tex.ait Iaco.de Beluis.†Quod li- 5
cet vasallus cum consensu domini alienauerit feudum inuestiendo alterum , non tamen nocet agnatis,facit id quod not.in c.1.de succes.feu.ergo si etiam dicta D.Purpura cõsensisset una cũ dicta Serenissima Regina, non tamen noceret primogenito,licet alienatio noceat alienanti & consentienti, non tamen nocet agnato non consentienti,ita cõsuluit Bal. in consi.qđ incipit an gratia, facit quod nota. Bal.in c.1.an agnat.vel filius,& Bald.pulchre in l.qui se patris.C.unde liberi,folio pen.ver. & scias quod renuntiatio, † Ad idẽ facit quo- 6
niam licet Deus subiecerit leges Principi nõ tamẽ subiecit conuentiones & consuetudines feudales, secundum not. Doctorum maximè.Cy.Bar.& Bal. in l.digna vox.C.de legibus ex prædictis liquet dictam inuestituram non nocere primogenito.

7 † Capio secundũ dubiũ quo quæritur an confessio dicti Antonelli facta in inuentario noceat dicto Antonello,cui cõsultationi respõdi,dictam erroneã confessionẽ nõ nocere dicto tutori, nam licet confessio tutoris facta p inuentarium certe præiudicet qđ non possit probari contrarium.l.fi.C.de arbi.tut.tamen hoc

hoc modificatur esse verum in rebus mobili
bus, secus aũt in rebus immobilibus, scd̃m Ia.
de Are. Cy. & Bal. in d. l. fi. C. arb. tutel. & est ra
tio diuersitatis quoniá mobilia possunt facili-
ter occultari. l. lex quæ tutores. C. de admi. tu
to. sed immobilia nõ possunt ita faciliter oc-
8 cultari, † vnde standũ est ueritati, licet ponat
in inuentario dummodo nõ sit minoris, qđ
videtur esse equũ, & rationabile vt stetur veri
tati. l. cũ falsa. C. de iu. & facti igno. & satis opi
tulatur eorũ protestatio de qua supra qa non
intendebat tutor sequi nisi veritatẽ vt plene
notatur in l. tutor qui repertoriũ. ff. de admi.
tuto. & in l. 1. §. Item solui t. ff. de offic. præfect.
vrb. Ex p̃dictis apparet dictã confesionẽ non
nocere veritati, faciunt no. p Bar. in l. nõ fate-
tur. ff. de cõfess. Aduertendũ est qđ pp malam
fidẽ dicti Petrucii nõ est decursa præscriptio.
c. fi. de præscripsit. faciũt no. per Ang. in rep. l.
9 † Nã hoc casu sequi debemus ius canonicum
cũ de peccato tractatur, scd̃m Ang. in l. vnica.
C. de vsucap. transfor. & plura not. in l. sequi-
tur. §. si vicinus. ff. de vsucap. & plene. scripsit.
D. Ioa. de Imo. in rep. d. c. fi. de p̃script. & facit
qđ no. Bal. in q. per eũ disputata q̃ incip. statu-
10 to ciuitas cauetur, † qđ fœnerator post quin-
quennium non audiatur, faciunt not. p. Bal.
in c. si quis per triginta, ti. si de feu. fue. cõtro.
Ex pdictis apparet qd iuris in oĩbus quæsitis.
Laus Deo Martinus Caratus Laudensis.

De quodam feudo ab antiquo dari solito vt proprietario per tres episcopos succesiue filio tanquã procuratori vasalli collato vt feudo decimario, errore vel malitia postea mortuo vasallo eius, dictus filius vendidit terras possessiones cõtentas in feudo An per hoc cẽseatur vendidisse decimas ipsarum terrarum.

*CONSILIVM CXXI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum & proprietariũ an per nouã inuestituram efficiatur decimale.*
2 *Feudum aliud corporale, aliud incorporale.*
3 *Libris antiquis episcopatus in archiuo publico existentibus fides adhibetur.*
4 *Prelatus qualitatem formam & naturam feudi mutare non potest.*
5 *Ecclesia si habet consuetudinem infeudãdi pro se & successoribus masculis tantum, non potest prælatus dare etiam pro fœminis.*
6 *Prælatus non potest rem ecclesiæ infeudare minore solita pensione.*
7 *Cõcessio rei ecclesiæ in perpetuum solitæ dariusq; ad tertiam generationem non valet.*
8 *Prælatus non disponit de futuris in præiudicium successoris.*
9 *Dominus futura concedit in sui hæredis preiudiciũ.*
10 *Prælatus prælato non est hæres, cum electione & nõ successione fiat.*
11 *Successor & antecessor in prælatura, eadem persona non censentur.*
12 *Hæres veri domini eadẽ p̃sona cũ defuncto reputat̃.*
13 *Intellectus ad regulã ex qua p̃sona, de reg. iur. lib. 6*
14 *Recognitio feudi aliter quam sit solita non tenet.*
15 *Error notarij non præiudicat.*
16 *Veritati non præiudicat error.*
17 *Fraus & dolus nemini patrocinari debet.*
18 *Dolus & fraus non præsumitur.*
19 *Error & ignorantia in factis antiquis potius præsumitur, quam in recentibus.*
20 *Memoria hominis labilis est.*
21 *Vasallus qui vendidit feudum credens decimale & non proprietarium an cadat à feudo.*
22 *Alienatio feudi facit vasallum à suo iure cadere.*
23 *Vasallus alienans feudum saluo iure domini an cadat à feudo, & nu. 25.*
24 *Protestatio non iuuat in præiudicalibus.*
26 *Verba saluo iure domini quid importent.*
27 *In pœnis mitior est interpretatio facienda.*
28 *Clausula saluo iure domini intelligitur nisi dominus contra dixerit.*
29 *Clausula saluo iure appellandi in scriptis.*
30 *Vasallus alienando feudum si hoc potest de iure facere non prodit feudum.*
31 *Idem si dicat si non placuerit domino.*
32 *Vendens feudum & omnia iura quæ in eo habet, ius decimæ non intelligitur vendere.*
33 *Idem in iure sepulchri.*
34 *Idem de feudo dicitur.*
35 *Feudum non continetur in generali alienatione vasalli nisi sit nominatim dictum.*
36 *In generali venditione nõ intelligitur vẽdi quod quis non fuisset specialiter venditurus.*
37 *Translatio generalis bonorum ad ea quæ specialem concessionem exigunt non extenditur, nec ad ea q̃ quis verisimiliter non fuisset specialiter concessurus. & nu. 38.*
39 *Vendens nõ intelligitur vendere vasallos nisi de hoc expresse actum sit.*
40 *Dominus sine voluntate vasalli non alienat feudum.*
41 *Vasallus non alienat feudum sine licentia domini.*
42 *Dominus & vasallus ad paria iudicantur.*

REPERITVR in libris Episcopatus, Tarusini quoddam feudũ proprietarium, de quo ab antiquo fuit per Episcopos Taruisinos qui pro tempore fuerũt facta inuestitura tanquã de feudo proprietario, Postea per duos aut tres Episcopos, filius vasalli procuratorio nomine sui patris fuit inuestitus de dicto feudo, tanquã decimario errore cãcellarii aut fraude dicti vasalli, in qua tamen inuestitura sunt infrascriptæ clausulæ consuetæ, videlicet tanquã de feudo veteri & antiquo iuxta primarũ inuestiturarũ tenorẽ & formã. Item saluo semper omni iure dicti D. Episcopi & Episcopatus Tarusini, ac omnium

nium aliarũ personarum, ita ꝙ per præsentẽ inuestiturã nemini in suis iuribus præiudiciũ generetur, nec ipsi uasallo de nouo ius aliqđ acquiratur, &c. Postea ipse filius vasalli mortuo patre uendidit feudũ seu prædictas possessiones contentas in feudũ ad proprium & iure proprii & allodii expediti libere, & cũ omnibus suis iuribus &c.

Quæritur mõ de tribus dubiis incũbẽtibus.

Primo an per inuestiturã factam per duos vel tres Episcopos tanquã de feudo decimali cum esset proprietariũ sit mutata natura feudi, ita quod efficiatur decimale.

Secundo quæritur an hæres vasalli per talẽ alienationẽ factam feudi ceciderit a feudo an uero qui credebat tantum decimale & proprietariũ ad se ptinere & expectare excusent.

Tertio quæritur sine pĩudicio ueritatis posito quod proprietas spectasset & pertinuisset ad uasallum, & qđ feudũ esset tantummodo decimale, an vendita possessione cũ omnibus suis iuribus intelligatur uendidisse decimas, ut sit obligatus emptorem inuestiri facere p dominum Episcopum Taruisinum.

1 † Ad primũ dubium respondetur primo ad-
uertendũ ꝙ hæc appellatio feudi proprietarii
& decimalis in usibus feudorũ non reperitur
2 sed bene reperitur alia appellatio, quia † quod
dam est feudum corporale qđ consistit in rebus immobilibus, quoddam incorporale qđ consistit in rebus decimalibus, & aliis iurisdictionibus, ut ait Bal. in usi. feu. de consu. recti, feu. in §. 1. in fi. & probatur in c. 2. de feu. cog. & hanc diuisionem ponit pro ultima Dominus patrus meus doctor famosissimus Iac. de Alua. in proc. feu. versi. 22. põt addi alia diuisio. Et quantum ad primũ dubium dicendũ est, qđ si feudum ab antiquo fuerit corporale
3 in rebus immobilibus, put apparet † in libris
antiquis Episcopatus quibus datur fides, vt in c. cum causam de proba. c. ad audientiam, de præscript. maximè cum sint ex archiuo publico, vt co. per gl. in præallegato, & in aut. de his qui ingrediun. ad appellat. §. illud & in aucto. ad hæc. C. de fi. instru. per inuestituram postea factã per duos uel tres Episcopos non potuit fieri incorporale tanquã de iuribus decima-
4 libus, † Nam prælatus nõ põt mutare qualita
tẽ formam & naturam feudi, ut in c. 2 §. profe
5 cto de l. Corr. vbi Docto. dicunt qđ si consue
tudo est ecclesiæ dare in feudũ res ecclesiæ accipienti & successoribus masculis tantum, qđ prælatus non poterit dare accipienti & successoribus masculis & fœminis, & idem dixit Ia. de Bel. & Nico. de Neapo. de his qui feud. da. poss. in prin. idem voluit Bar. in auth. qui rem
6 C. de sac. san. eccle. quod † prælatus nõ potest
minuere pensionẽ solitam & dare in feudum rem ecclesiæ pro minori pensione quã sit so-
7 lita dari, † & si esset solita dari & cõsueta usq;
ad tertiam generationẽ non põt dare imperpetuũ, & idẽ Bald. in auth. si quis ruinas. C. eo. tit. qui limitat dictum Bar. qđ si erat consueta dari in feudũ vsq; ad tertiam generationẽ nõ poteri dari imperpetuum, valebit tamen usq; ad tertiam generationẽ, prout solitum est dari, & sic in generatione consueta & nõ in adita per auct. de nõ alie. §. illud col. 2. & nota. in
8 c. 1. qui succes. teneat, † Nam prælatus non ha-
bet auctoritatẽ disponendi de futuris in præiudiciũ successoris vt ibi & extra de re. pmut. c. ut commutationes, & c. deprecare extra de
9 preca. † Sed secus est in domino qui in præiu-
diciũ sui heredis põt futura cõcedere ut in d. c. 1. qui succes. tene. & in l. spem. C. de donat. & l. nec emptor. ff. de cõtrahen. emptio. & est
10 ratio quia † prælatus prælato nõ est hæres cũ
electione fiat non successione, extra de instit. ad decorem. de præben. c. 1. 8. q. 1. apostolica.
11 & † consequenter successor & antecessor in p
12 latura, non censetur eadem persona, † sed hæ
res ueri domini reputatur eadẽ persona cum defuncto in auct. de iureiur. à morien. præsti.
13 post prin. † & hoc modo põt intelligi regula,
14 ex qua persona de reg. iur. lib. 6. † Si ergo præ
latus non potest alterare naturã feudi ẽt uolens, multo magis si per fraudẽ vel errorem sit facta recognitio feudi aliter quã sit solitũ talis recognitio non nocet. Ad qđ facit. l. cum falsa & qđ ibi no. Bart. C. de iur. & fa. igno. & hoc no. Bal. in ti. de feu. guar. & gastal. c. 1. § si
15 vero, † & error notarii scribentis nõ præiudi-
cat. l. errore. C. de test. & l. Imperator. ff. de sta.
16 homi. † & non præiudicat veritati l. cum falsa.
& l. cũ testamentũ. de iur. & fa. igno. & multo minus præiudicaret si per fraudẽ fuisset facta
17 talis narratio, † quia fraus & dolus nemini pa
trocinari debet. c. sedes apostolica. de rescrip.
18 ad nostrã de emptio. & vẽditio. † Sed talis do-
lus & fraus non præsumitur, l. quotiens. § qui dolo de proba. & l. non oẽs. § à barbaris. ff. de
19 re mili. † & in factis antiquis potius præsumi-
tur error & ignorantia quã in factis recentibus, & sic iste vasallus ignorabat qualitatẽ sui feudi qđ nõ esset verisimile si factum esset recens, & dicit Bal. in d. §. si vero. hoc esse singu-
20 lare, † facit quia memoria hominis labilis est
l. peregre. ff. de acqui. possessione.
21 † Ad scđm dubium quo quæritur præsuppo
sito ꝙ vasallus credebat feudum decimale & nõ proprietarium uendidit proprietatẽ, an ce
22 ciderit à iure suo feudi decimalis, † Dico qđ
licet per alienationẽ feudi cadat à iure suo. l. Imperialem. in prin. de prohi. alie. per Fedri. cum multis simili. hoc est verum qđ pro alienationem amittit vasallus feudũ si sciebat esse feudum, secus si ignorabat, vt probatur in c. 1. de cõtro. inter vasal. & empt. feu. Hanc. q. format Ia. de Ardiz. in d. titu. sub rubricella, si alienauerit feudum vasallus in §. sciens, & pbat

bat per tex. in c. 1. §. deniq; quæ fue. pri.cau.
benefi. amitten. & per l.si ignorans. ff.loca.&
Bal.in §.hoc quoq; de iure feu.& de hac ratio
ne est casus in c.si vasallus feudum,si de feud.
23 fue.contro.†Item aduertendũ qđ quando ua
sallus vendit saluo iure domini & procedit ad
traditionẽ cum dicta conditione an dicta ver
ba releuent vasallũ & Bald.in §. fi.quæ fu.pri.
cau.benefi.amitt.dicit ꝙ non per dictum tex.
quia cum non sit denuntiatum dño, videtur
24 per consequens dominũ contemnere †Item
quia in præiudicialibus non iuuat protestatio
25 vt in c.cũ olim de censib. †verum si adiiceret
feudũ iusta verba, nec aliter nec alio mõ for-
te non perderet feudũ, iuxta no.in simili.in l.
si quidem.C.de except.ff.fami.ercisc.idem La-
beo in §. 1. & de manu. testa.in l. locuples. &
ad prædicta facit quæ not.Bal. in l. 1.C. de his
26 quæ pene noie. † Car. Florenti.in c.2.de feu.
in 3.oppo. dicit qđ sibi vr̃ qđ ẽt si non apponã
tur talia verba,nec aliter nec alio mõ, tamen
illa verba saluo iure dñi hoc importent.argu.
de eo qui amitt.in possessio.ca. rei ser.c.1.ibi
saluo iure, de verbo.signifi.uenerabili.in glo.
1.ff.quib.mo. pig.vel Hy.sol. l.si debitor.§.1.
27 †& maximè hoc casu quo agitur de pena alie
nantis vt fiat minor interpretatio, regula in
28 pœnis.de reg.iur.lib.6. † Nec videtur domi-
nus contenni.quia illa clausula saluo iure do
mini habet hunc sensum, nisi dominus con-
29 tradixerit. Pro hoc facit † clausula illa cum
quis appellat uiua voce, saluo iure appellan-
30 di in scriptis,vt not.de appell.c.directæ.†Sed
si uasallus vendat & transferat sub conditio-
ne si hoc potest facere de iure sine amissione
iuris & pretii, dicit Ia.Ardizo.in d.§.fin.q̃ fuit
pri.cau.benef.amit.quod non incurrit pericu
lũ, arg.ff. de acq.possess.si me inuacuaui. post
prin.& l.absenti.§. 1.ff.de vi & vi arma.l.cum
fundus.C.cõmuni.de legat.l.fin §.fui autem,
31 †idem si dicat si non placuerit.ff.de manum.
testa.l.si quis locuples. in fi.& ff. qui & quib.l.
5.in prin.ita determinat prædictis Iac. in sum
ma in tit.quib.mod.feu. amitta.sub rubricel-
la,si vendat sub conditione,Idem sentit Bald.
in §.hoc quoque de success. feud. per d.l.si qs
locuples. ff. de manu. testa.
32 †Ad tertiũ dubium respondetur,quod deter-
minatur per Inno. in c. ex literis de iure pa-
tro.qui dicit quod licet ius patronatus tran-
seat cum vniuersitate.c. cum secundum eod.
33 ti.& d.c.ex literis, † & idem põt dici in iure se
pulchri.quod à laicis possidetur. ff.de contra
hend. emp.in modicis tamẽ secus est in deci-
mis, & in aliis iuribus mere spiritualibus, qa
non trãseunt cum vniuersitate, & est ratio di-
uersitatis, quia cum ius patronatus nõ sit me
re spirituale sed partim temporale.nõ est mi-
rum si adiiciatur temporalibus. Sed mere spi
ritualia,cum in nullo cõmunicent tempora-
sibus eis nec cum vniuersitate, nec sine ad ne
cti sunt, & si dicat vendo vel dono tibi villam
cũ omnibus iuribus suis,quia spiritualia non
sunt iura temporalium. Immo plus dico qđ
etiam si Episcopus diceret, dono tibi villã &
omnia iura quæ ibi habeo non tamen intelli
gitur donare decimas vel alia iura spiritualia
quæ mere sunt spiritualia, nã hoc nomen om
nia non habet in dicta propositione suppone
re vel referre ad ea quæ penitus sunt alterius
iuris quã ea quæ principaliter donantur, per
hoc est nam mere spiritualia, penitus sunt al-
terius iuris quã corporalia. Si ergo vult deci-
mas donare faciat expressam mentionẽ de eis
Hoc tamen fateor qđ si aliquod ius sit, quod
pariter in se habeat & temporalia & spiritua-
lia iura, vt est præbenda quæ quandoque ha-
bet possessiones & decimas & donentur alte-
ri ecclesiæ,omnia scilicet tẽporalia & spiritua
lia simul transferuntur quæ omnia sunt spi-
ritualia & annexa spiritualibus, hæc oĩa sunt
verba Inno.& quod not.5. q.7.piæ mentis. Et
sic si vẽdo tibi fundum, & omnia iura quæ in
eo habeo,qđ tamen ex hoc non uideor ven-
didisse ius decimæ quod nota,quia multoties
accidit de facto.
34 †Idẽ dicitur de feudo & est casus, in vsi.feud.
si de feu.fue.controuer.in c.in generali, facit
35 quod not.Bal.in l. 1.C.de bon.liber.†Nam in
generali alienatione vasalli non continetur
feudum,nisi nominatim dictum sit, & de ca-
36 pi.qui Cur.ven.c. 1.†Nam in generali vendi-
tione quis non intelligitur vendere quod nõ
fuisset specialiter venditurus. Nam in dubio
non debemus præsumere qđ voluerit vende-
re feudum cũ ex ipsa venditione incidisset in
pœnam perdendi illud,vt de prohi.feud.alie.
37 per Fedri.§. 1.†Et ideo generalis trãslatio bo
norum non extenditur ad ea quæ exigũt spiri
tualem concessionẽ,vt in c.ꝙ translationem,
38 extra de offi.deleg.†& quæ quis verisimile nõ
fuisset specialiter concessurus, l.obligatione
39 generali.ff.de pigno.† Idem si uendens habet
vasallos,non intelliguntur iura feudalia ven-
dita postquã non fuit expresse hoc actum in
venditione.& gl.in d.c. 1.de cap.qui Cur.ven.
allegat multiplicẽ rationem.Sed vera & me-
lior ratio, est quam ponit D. Iaco.de Aluaro.
40 † Quia dominus sine voluntate vasalli non
alienat ius suum quod habet in feudũ seu va-
sallos, infra de lege Conra.in c.2.§.ex eadem,
41 & infra quo tempus miles.c.fi.†nam sicut va
sallus non põt alienare ius suum sine licentia
domini,vt in d.l.Imperialem.§. 1.ita e contra
42 dominus sine voluntate vasalli,†cum ad pa-
ria iudicantur vt in d.§.ex eadẽ in 1.nota.vn-
de nõ est verisimile qđ in vẽditione voluerit
includere feudũ & ponere se in periculo per-
dẽdi illud vẽdendo absq; voluntate vasalli,cũ
specialiter nõ fuisset vẽditurus,vt ibi dctũ est.
Et

Et ita dico & consulo iuris esse Ego Franciscus de Aluarotis Patauinus.V.I.D.Canonicus ecclesiæ Paduanæ ac Reuerēdissimi domini Cardinalis Patriarchæ Aquilegensis extra patriam Foriiulii in prouincia Aquilegiēsi Vicarius generalis,ad declarationem Reuerendi Patris D.Marci. Barbo.dignissimi Episcopi Taruisini domini mei Colendissimi ꝓ homagio fidelitatis & obedientiæ meæ,cuius gratiæ me commendo.

IOANNIS CLAVDII

CONSILIVM CXXII.

SVMMARIVM.

1 *Sepenumero superuacuæ confirmationes in re minime dubia veritatem confundunt,vel dubiā faciūt.*
2 *Inuestitura feudalis, & missio in possessionem ipsius rei in feudum datæ potest fieri per procuratorem specialem.*
3 *Missio possessionem feudi differt ab emphytheotica, quia emphytheotica possessio fit à domino per seipsum,non per procuratorem.*
4 *Melius esse possidere,quam petere.Dubitare abhorrere a sapientia est.*
5 *Ius accrescendi excludit edictum successorium.*
6 *Feuda imitantur ius commune in quantum possunt, salua feudali natura.*
7 *Possessio corporalis nisi apprehendatur non acquiritur,neque continuatur,neque transit in hæredem etiam suum.*
8 *Qui alterius nomine apprehendit possessionem naturalem, non acquirit nisi secuta ratihabitione.*
9 *Aliquis non potest propria auctoritate ingredi possessionem non citato possessore.*
10 *Corpus coloni, & animus alterius sunt sufficientia ad inducendum possessionem ciuilem, & naturalem.*
11 *Qui alieno nomine possidet, non faciat alium possessorem, nisi præcedat causa habilis.*
12 *Fictus titulus, & ficta traditio non operantur translationem domini.*
13 *Duæ fictiones non possunt concurrere circa idem.*
14 *Titulo & causa habili præcedente per solam cōductionē transfertur in aliū dominium,& possessio.*
15 *Commodius est possidere,quam alio possidēte petere.*

CHRISTI nomine inuocato. In his dubiis,super quibus à me petitur consilium , prætermittā plurimas allegationes, quæ referri possent,Nam sæpenumero
1 † superuacuæ confirmationes in re minimè dubia veritatem confundunt,uel dubiam faciunt.Primo vbi quæritur, an in feudis inuestitura,vel renouatio inuestituræ,& per consequens missio in possessionem corporalē feudorū possit fieri per procuratorem. Clara res
2 est ꝙ inuestitura feudalis , & † missio in possessionem ipsius rei in feudū datæ,pōt fieri per ꝓcuratorē speciaiē habentē in hac re speciale mandatū,vt in c.1.§.sed vtrū.ti.per quos fiat inuest.& in hoc differt ab emphytheosi perpetua, in quā debet mittere in possessionem em-
3 phytheotā † solus dominus per seipsum, & nō per procuratorem, ut l.fin.C. de iure emphy. & ibi docto.

Secundo vbi petitur consiliū , An expediat filio post mortem patris feudatarij capere corporalē possessionē feudi antiqui,r ecti,nobilis sine præiudicio celerius , quā dominus,
4 & dubitare,melius esse, possidere † quā petere.hoc aūt habere dubiū abhorrere à sapientia est. Quāobrem in hac nil aliud respondeo quā quæ dicit Affl.in c.1.col.17.de feu.cogn. & tol.18.dū inquit , Debet esse solicitus filius post mortē patris,vt capiat corporalē possessionē feudi,antequā dominus.Nec sufficit recollegisse debita feudi , qñ est mortuus pater post Calen.Martij, quia ex hoc non probatur eius possessio ex quo fructus post Cal. Marti. pertinent ad hæredē feudatarii,vt c.1.§.his cō sequenter. Hic finitur lex Corradi &c. Sed est animaduertendū scđm doctrinam Baldi in ti.an agnatus uel filius defuncti repudiata hęreditate possit feu. ret.in ver. Item nota quod
5 ius accresendi excludit, † edictum successoriū quia feuda imitantur ius commune inquan-
6 tum possunt † salua feudali natura. Propterea secundum Ius gentium tam in feudis quam in Emphytheosi quam in rebus allodialibus nunquam possessio corporalis,quæ naturalis dicitur,acquiritur,nisi per seipsum,vel per specialem procuratorem, vel per colonum secuta ratibitione apprehēdatur uere aliquo actu
7 † corporeo.Neq; continuatur, neq; transit in hæredem,etiam si hæres esset filius suus in potestate.l.cum hæredes in prin. ff.de acquiren. possess. Vt cumulate & plene consuluit Alex. in consi.37.1.vol.Et notatur in l.1.§.Scæuola ff.Si quis testamento &c.Et notatur in l.Cum miles in princ.ff. Quibus ex causis ma. Et dicit ipse tanquam obseruator communis opinionis in eodem consilio quod hæc est communis opinio vbiq; Quamobrem consuluendo idem Ale.probat consi. 15.primi voluminis,quod quanuis aliquis constituerit & dixerit nomine illius , de quo agitur apprehendisse possessionem, tamen illi non acquiritur
8 possessio naturalis. † nisi secuta fuerit ratihibitio.l.si me in vacuam in fi.ff.de acqu.ren.pos. quod etiam confirmat consil. 146. in 2.volu. Ac etiam idem Alexan.consuluit consi. 225. in volum.quod si possessio sit ab aliquo occupata , tunc non potest sine consensu alterius possessoris occupātis ille ad quem spectat ius
9 bonorum. † propria auctoritate ingredi possessionem , non citato possessore. Sed si fundus fuerit uacans, tunc quocūque modo acquiritur etiam si apprehendatur propria auctoritate.

ctoritate, vt probant Bar. & doct. in l. qđ meo. ff. de acq. poss. Vbi Bart. quærit, si aliquis detinet fundum, vt colonus, & constituit se alieno nomine possidere, an ex hoc quæratur alteri aliqua possessio. Et respondet siquidem ille fundus à nemine possidebatur, sed erat vacans, tunc constituitur omnis possessio, vt. l. qui vniuersas. §. Quod per colo-
10 onum, & ibi not. corpus enim † coloni, & animus alterius sunt sufficientia ad inducendum possessionem ciuilem, & naturalem, in qua lege differit, quod Procurator alienæ possessionis prętat ministeriū, hoc est immediate domino acquirit, non qđ procurator possi-
11 deat, & eius possessio quæratur dū. Et dicit † ipse, quod qui alieno nomine possidet, nō facit alium possessorem, nisi præcedat causa habilis. Propterea subiūgit, quod si res erat ab alio possessa, nulla possessio quæritur. Et idem putat, si ab alio possidebatur ciuiliter tantum. Tunc per constitutionem factam à colono inducit naturalis, si ab alio naturaliter tantū p̃ illā inducitur ciuilis. Et sic semper inducitur illa possessio, q̃ reperitur uocare. Et docet ip-
12 se in l. si rem aliquam. ff. eodem † ꝙ fictus titulus & ficta traditio non operantur translatio-
13 nem Dominij, quia duæ † fictiones nō possunt concurrere circa idem. Vt. l. cum post. §. Gen. ff. de iure dotium. Et propterea quando præcedit titulus & causa habilis per solam cōdu-
14 ctionem, transfertum in alium † Dominium, & possessio, Vt. l. Qædam. ff. de rei vend. Sed in hac materia possessionis, tam in feudis, quam in emphyteusi, quam in allodialibus & alijs rebus nunquā est tradēdum obliuioni optimū & præclarum consilium, quod non minus prudenter, quā sapiēter docet Caius Offilius p̃clariss. Iurisc. ff. de rei ven. l. is, qui dum dicit. Is qui destinauit rē petere, animadnertere debet, an aliquo interdicto possit nancisci posses-
15 sionem, quia longe cōmodius est † ipsum possidere, & aduersarium ad onera petitioris cōpellere, quā alio possidete petere. gl. vero ibi subiungit. Vtilius esse se tueri interdicto, vel recuperandæ. Vt inst. de interdi. §. retinendæ, &. §. commodum. &. ff. de acq. poss. l. Exitus. & l. naturalite. §. Nihil. ff. de vi & vi. ar. l. cum fundum in fi. idem etiā si ciuili actione eam cōse qui pōt. Quod fit quandoque, vt. ff. de cōd. inde. §. 1, in prin. Sed magna contētio est alio possidente petere, vt. ff. vti possidetis. l. 1. §. huius autē, Propterea inquit Bal. ꝙ qui potest se tueri per possessorium, non confluat ad petitorium, vbi est difficilis probatio,

Possē repetere multa cōmoda possessionis quæ dixi in meo libello, qui inscribitur de cōmodis possessionis, quem scripsi non stylo p̃prio, sed stylo causidicorum nostri tēporis ad Scipionem Claudium & Ioannem Marium claudiū fratres meos, & possem repere, q̃ colligit gl. & Bal. in vsibus feud. c. si contentio fuerit in ver. clientulus. tit. de contentione inter domi. & fidel. de inuest. feudi. vbi est apostilla ampla, quæ colligit multa ad propositum. Sed sufficit nūc hæc dixisse quā breuissime potuit quia rogatus fui solum scribere veras conclusiones omissis plruimorum allegationibus & inductionibus, quæ argumentādo referri possunt. Et scribo hoc consilium rogatus a viro multarum scientiarum studijs erudito, quem sufficit tantum admouisse, quæ sentio saluo iudicio cuiuscunque melius sentientis,

Consilium quod rogatus sum subscribere, libenter subscripsi, & confirmaui, quia perspexi D. cōsulentē esse virum præclaro ingenio summaq; doctrina p̃ditū, cui consilio & si nihil pōt addi vel minui, tñ tantummodo addo, vbi dicit ꝙ in legatis præstandis opinio vnius doctoris non habet authoritatē tribuendi priuilegia, nisi ab Imperatore, vel à Papa tribuantur cōtra Pa. de Ca. in l. si qs testō. §. apud Iulianum, ff. de le. 1. dū dicit, vr̄ ꝙ relicta ad pias cās deducātur añ oīa legata, sicut in legato facto filiæ pro dotæ. Ergo dico ꝙ Pa. de Ca. dēt intelligi, ꝙ legata pia vel facta ecclesiæ deducātur añ legata gratuita, sed nō añ debita, neq; tanq̃ es alieno, neque ante Legata remuneratoria mercedis vel p̃mij. Hāc puto esse mētē Pau. de Ca. in l. si quis testō. ff. de le. 1. §. apud Iulianū, & Bar. l. 2. de priu. cred. ita ergo consului hoc anno in cā Ioannis Mariæ Sabinæ Aquilani, & Gasparis Perduci Ciuis veneti, q̃ vertebatur inter Moniales sanctæ Mariæ Cœlastiæ venetiarum vt aute deducerentur legata remuneratoria facta consanguineis & propinquis supradictis q̃ legatum māsionariæ factum dictæ ecclesiæ, ne priuilegium ecclesiæ sit priuilegiū cōsentiēdi furto. Addo ēt vbi dñs cōsulēs loq̃ de iure suitatis in substitutione vulgari ꝙ substitutio vulgaris, q̃ ex exp̃ssione verbarū refert ad aīum impotentię, & nō ad casum volūtatis ex interpretatione iuris nunquam tollit existētiam suitatis, vt probant doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & Bal. in l. 3, C. de hær. insti. & doct. in l. 1. ff. de vulg. & pup.

Ergo Ioannes Claudius. V. I. D. habitans in ciuitate venetiarū, postquam discessi ab Aprutio ita cōsului, saluo semper meliori iudicio.

F I N I S

CONSILIORVM FEVDALIVM D. ALBERTI BRVNI

PATRITII ASTENSIS I. C. CELEBERRIMI,

AC PRAESTANTISSIMI ATQVE INTER MODERNOS FACILE PRINCIPIS.

Volumen Secundum.

OLIM QVIDEM IMPRESSA SED NVNC à multis mendis castigata per D. Marcum Antonium de Pinardis I.V.D. quæ quidem antea erant multum deprauata.

Cum summarijs, & Indice locupletissimo.

VENETIIS,
Apud Iacob. Ant. & Iulium Somasch. fratres.
M D LXXIX.

SERENISSIMO ATQVE INVICTISSIMO EMANVEL PHILIBERTO DVCI SABAVDIAE, PRINCIPI PEDEMONTIVM,

AC COMITI ASTAE ETC. DOMINO SVO SINGVLARISSIMO.

IO. BAPTISTA BRVNVS I.C. ASTENSIS, post iustæ manus oscula, salutem & facilitatem humiliter præcatur.

POSTEAQVAM superexcelse Diueq; Princeps ab Altitudine tua, ac etiam Serenissimæ Genitricis tuæ ad Aduocationis Fiscalis munus in Ciuitate & comitatu tuo Astensi famosus I. C. Dominus Genitor meus Albertus Brunus Astensis fuerit euocatus, in eoque se exercuit vsque ad postremum eius vitæ diem, æquum fore existimaui, aliquam erga Altitudinem tuã grati animi significationem ostendere, secundumque volumen Consiliorum Feudalium præfati Domini Alberti Bruni patris mei Altitudini tuæ offerre, vt inde aliqua mihi ac aliis prodiret vtilitas; ad quod me magnopere excitauit innata prudentia & sapientia altitudinis tuæ in administranda Republica, regendisque populis ac exercitibus ingenii vis & perspicatia, vt iam propè senex & canus videaris: in est enim altitudini tuæ senectus (vt sapientissimus inquit Salamon sapientiæ quarto cap.) non annorum numero computata, sed sensu; nam cani sunt sensus hominis. Iustitiam verò, quam virtutum omnium reginam esse liquet, & sine qua Imperia diutius consistere nequeunt, ita altitudo tua colit & penitus obseruat, vt nihil nisi rectum, nisi iustum, & quod rationi congruat, placere possit, Iustitiæ trutinam tanta rectitudine tenes, vt nullum fauori, nullum gratiæ ac potentiæ locum præstas, non sinis inopes à diuitibus, aut plebeios à primatibus pessundari; Optima enim est iustitiæ reddẽde ratio, quæ æqua lanze passim omnibus ita tenuioribus, sicut primatibus præstatur. Facis quod bono Principi congruit, subditorum querelas libenter exaudis, & facile interpellantibus aditum præstas; hinc Cirus Persarum Rex & ex eo plurimum commendatur, quod plures oculos, & plures aures haberet, Princeps etenim bonus creditur qui oculatus sit, & auritus, vt Plutarchus asseuerat, Res arduas, quæ tibi plurimæ occurrunt pro tanti Principatus administratione, non nisi cum procerum hæroumque, & sapientissimi tui Senatus Consilio maturè explicas, & omnium votis auditis atque perspectis tu de illis prudentissimè decernis, & rectè quidem, dubium enim non est, omnia

omnino, quæ consilio rectè geruntur, iure meritoq; & effectu ac firmitate niti. Profectò Inuictissimi ac iustissimi Principis Caroli patris tui per omnia es similimus, & non modo ipsius Cæterorumque inclitæ famæ atque memoriæ, Diuorumque & superillustrium Auorum, Attauorum, & maiorum tuorum prudentiam, mores, religionem, & Iustitiam æquas, sed pro ætate superas. Qualem ergo te existimemus futurum senem, quem in hoc primæuo iuuentutis Flore, tantis virtutibus, tantaque prudentia; ac morum grauitate pollere conspicimus; inclitam tu Sabaudiæ domum, quæ ex Regio Cæsarum sanguine vetustissimam originem ducit, plurimum Illustras, & attollis; & quippe alter Cæsar, virtute nuncuparis, & omnes tui populi ac subditi tui sub dulci prudentissimoq; regimine altitudinis tuæ, ac sub fœlici vmbra alarum tuarum quietè pacificeque viuunt. Quod opus prædictum præfati genitoris mei Domini Alberti Princeps Inuictissimè altitudini tuæ dicaui, qui es lex viua in terris, vt tuis auspiciis in publicum prodeat, & à tua altitudine authoritatem fidemq; suscipiat, & à detractatorum morsibus sub nominis tui gloria defendatur; quod & exiguum munus altitudo tua non aspernabitur, sed seruuli potius & mancipii sui animum, quàm rem ipsam existimabit, Non equidem rem ipsam, sed donantis deuotionem animumq; Altitudo tua inspicere dignabitur, simq; ego sub fœlici vmbra tua protectus atq; defensus, Bene diu & fœlicissimè Vale ætatis nostræ vnicum refugium, Astæ v. idus Septembris Anno Domini 1574.

INDEX PER ORDINEM ALPHABETI, RERVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE SECVNDO CONSILIORVM FEVDALIVM CONTINENTVR.

AC ETIAM ALIBI, VT EX IPSO INDICE CLARE LIQVET, QVI INDEX PRAEFATVS EST PRAEFATI PRAESTANTISSIMI IVRE CONSVLTI D. Alberti Bruni authoris præfati secundi voluminis,

IVNCTIS IN EO ALIQVIBVS ADDITIONIBVS D. Io. Baptistæ Eiusdem D. Alberti Filii vnici.

Alius aliter.

Allodium.

Bona

Alueus infra aqua, & etiam infra Alluuio.

Alluuio ſupra Al ueus.

Antiqua.

Annulatio infra nulitas.

Appellatio.

Appellatione pendente.

principali, uel substantiam negotii tangit d. consi. 133. col. 3. in primo dubio in fin.

Appellandum est ad Dominos, vel ad eorum potestatem, quando nominatus in consiliarium per consilium, uel populum prætendit se grauatum consi. 138. circa fin. uersi. predicta comprobantur.

Nisi Domini, uel eorum potestas authoritatẽ habeat in consilio, uel electione, d. consi. 138. in fi.

Aqua.

SI aqua nascatur in alieno prædio, & fluat in mea prædia efficitur mea, postquam est meum fondum ingressa, & possum de ea facere quod volo, nec teneor Domino Fondi in quo nascitur ad aliquid, consi. 140. col. 1.

Aqua naturaliter fluit ex locis superioribus, in inferiora, Ita ꝙ fondi inferioris Dominus acquirat non tantum aquam, verum etiã pinguedinem quã aqua secum ducit, d. consi. 140. 1. & 2. col. versi. naturaliter enim aqua.

Habens fondum superiorem, an possit diuertere aquã ne transeat per inferiorem. d. consi. 140. 2. col. versi. sed an Dominus Tomas.

Si sit contentio de vsu aque inter plures Dominos, Quilibet ipsorum est interim in sua quasi possessione thuendus. consi. 149. circa fi.

In aqua, & Alueo communi, ꝙ unus alium impedire non possit. d. consilio. 149. in fin. & per totum.

Vnus consortum an possit in flumine communi facere clusam pro suo mollendino, in loco ab alio consorte non occupato, contradictione aliorum consortum non obstante d. consi. 149. in prin. & per totum ipsum consilium.

Quando flumen est commune, quilibet consortum potest facere quod vult de dimidia parte aque si omnibus sufficiat d. consil. 149. prima & secunda colum.

Et quando aqua omnibus sufficit quilibet potest capere commoditatem aque pro usu suo d. consi. 149. in fin.

Si Princeps concessit aquam duobus habentibus molendina Iuxta flumen publicum, Quilibet potest vti aqua pro suo molendino si omnibus sufficit d. consi. 149. 2. col. versi. & hoc idem est de mente Bald.

Socius potest vti aqua communi, dummodo totum non vsurpet d. consi. 149. 2. col. versi. ideo Bald. & colum. pen. & fi.

Si duo habent facultatem in flumine publico à Principe habendi mollendinum, posterior non potest priorem, Nec vnus alium impedire d. consi. 149. 2. colum. versi. Et hoc etiam est de mente Barto. & penult. columna versiculo. Ideo bene dixit Bald.

In reficiendo mollendino destructo, an posterior possit priorem impedire d. consil. 149. in secunda colum. uide ibidem etiam in pen. col. versi. Ideo bene dixit Bald.

Aqua quomodo sit communis inter plures Dominos loci, dict. consilio. 149. ferè per totum consilium.

Si duo habentes ius construendi mollendina, et clusas, in Flumine publico concurrant in ponendo mollendina, uel faciendo clusas, quid Iuris, d. consil. 149. tertia columna uersicu. per ea quæ decidit Bart.

Modus diuidendi aquam tradditur d. consi. 149. 2. & 3. col. uers. Quod si dicatur.

Vbi non est alius modus inter plures concurrentes, circha vsum aquæ sorte est dirrimendum. d. consi. 149. 3. col. versi. Qr. prædicta.

Super Flumine Macre, ꝙ est commune inter homines Villa Franche exhistentes ab una parte, & commune Lusorii existens ab alia, potest unaqueq; ipsarum communitatum construere mollendina usq; ad dimidium flumẽ versus se, esto, ꝙ altera ipsarũ communitatum prius ibi haberet mollendina, & ꝙ fieret lucri diminutio alteri communitati d. consi. 149. 3. & 4. columna versiculo. Hinc consuluit Bald.

Si duobus Ius aquæ sit simul quæsitum, prout euenit in duobus filiis & hæredibus, Habens mollendinum altius, primo percipit suam vtilitatem, & mollendinum primum in esse, debet esse prius in frui, & naturalis commoditas nemini debet auferri; & prius in via, est prius in termino d. consil. 149. prima colum. versic. Ideo bene dixit Bald.

Armigeri infra damnum.

Arma.

AN sit licitum arma deferre maxime Rusticis, & mercatoribus consi. 207. prima & 2. columna.

maxime

Author auctorari.

Augumentum.

Bellum.

pullos &c. alias non, dict. cons. 182. 4. col. uers. Quod sequitur Paul. de Castr in d. l. Neminem dicens &c.

Princeps postquam euacuauit suam bursam, potest subditis imponere subsidium, & de singulorum subsidio, uel suffragio uiuere, dict. cons. 182. 4. col. uers. Quod si dicatur, & cons. 190. col. 2. uers. ꝙ prima facie.

Vbi non sofficiunt Principi redditus, & euenit casus in quo, pro communi utilitate, uel honesto statu principis conseruando, uel pro hostibus repellendis, sit facienda expensa, uel pro suo honore, põt imponere subsidium, non pro libidine eius, vel ꝑ suis inmoderatis expensis d. cons. 182. col. 3. 4. & 5. in uers. Quod si dicatur & cons. 190. 2. col. in uers. ꝙ prima facie.

Bona Feudalia, vel subiecta, infra bona subdita, vel Exempta.

Feudum an computetur inter bona castrensia, & an pater uassalli habeat in eò usum fructum, cõs. 121. circa fi. & infra proxime.

An inter bona hæreditaria, & an ueniat in petitione hæreditatis, infra hæreditas.

Feudum an ueniat in restitutione fideicommißi infra fideicommissum.

Feudum an cõputetur inter bona profectitia, uel aduentitia cons. 135. col. 24. & 25. sub uers. Quod si dicatur legitimam. Et ibi quid si sit tale feudum de quo quis potest disponere, & supra eo. uers. pri. & cons. 136. 3. col. uers. Et primo.

Bona data alicui per Principem Dominum loci, censentur separata ab uniuersitate aliorum bonorum quæ ibi habebat cons. 168. col. 3. sub uers. Et pri.

Vassalli & homagia dicuntur esse in bonis cons. 171. col. 2. & 3. uers. His præmißis.

Rerum mearum appellatione ueniunt etiam homines ac uassalli mei nisi qui sunt michi sanguine coniuncti d. uers. his præmißis.

In alienatione bonorum an ueniant feudalia, uel Iurisdictiones in patria, in qua solent Domino etiam inuito alienari, pulchre Io. Fab. Insti. de rer. diui. in principio.

Pignoratis bonis feudalibus, an censeatur pignorata Iurisdictio cons. 171. 3. & 4. col. uers. in contrarium.

Iurisdictio non est in patrimonio dict. cons. 171. col. 4. dict. uers. in contrarium, maxime in uers. facit quod dixit Bal.

Nec uenit appellatione bonorum, rerum, nec substantie, Quia est qualitas in herens territorio dict. cons. 171. 4. col. sub d. uers. in contrarium maxime in uers. Quod fortius comprobatur.

Feudum an dicatur esse in bonis uassalli, & an Bonorum & sequentium appellatione ueniunt feudalia ꝙ sic cons. 121. col. 9. & 10. in princ. & etiam in uers. Sed prædicta non obstant.

Et renuntians bonis paternis, forte filia in feudo succedens, intelligitur feudis etiam renuntiare d. cõs. 121. 10. col. sub uers. sed prædicta.

Differunt renuntiare bonis, & renuntiare hæreditati, Quia renuntians hæreditati non renuntiat feudis, nisi quãdo esset feudũ hæreditariũ d. cõs. 121. uers sed prædicta, col. 9. & sequenti & cons. 135 5. col. uers. ceterum & cons. 171. in princip. & 205. prima col. uers. & puto.

Testator cum dicit in omnibus bonis suis, censetur et de feudalibus loqui quando potest de eis disponere alias non d. cons. 121. col. 9. & seq. sub uers. sed prædicta & cons. 205. 1. & 2. col. uers. & puto qñ. Quod maxime procedit quando sub una determinatione de bonis disposuit.

Quando bona subditorum sunt subiecta tertie uenditioni, An hoc habeat locum quando subditus uendit de ipsis bonis Domino, ut poßit detrahi 3. pars precii per Dominum cons. 125. per totũ consiliũ.

Bannum infra pena.

Bona allodialia supra allodialia.

Bona subdita, vel exempta, supra bona feudalia, vel subiecta.

An bona feudalia Dominorum dicantur subdita, uel filiarum de familia Dominorum nubilium, Aut nuptarum extra territorium, et de aliis multis, infra subdita, Et subiecta.

Bona publica infra vniuersitas.

Bona vniuersitatum, infra Vniuersitas.

dicta

Causa.

Census.

Ciuitas.

Clausula.

Et

libe. lib. decimo videatur etiam Felli. in c. si qui testi col. fin. de testib.

Princeps ex quibus causis poßit subditis collectam, vel grauamen imponere cons. 182. col. penultima & vltima.

Domini terrarum tenentur ad collectas pro prædiis per eos registratis, quia registratio obligat registrantem ad collectas, cons. 188. col. 1. & 2.

Registratio obligat registrantem ad onera, etiam quæ imponuntur personę pro rebus videlicet ad collectas d. cons. 188. 1. & 2. col.

Collecta proueniens ex æstimo communis, dicitur munus extraordinarium dict. cons. 188. col. prima vers. & notat Bald. in l. neminem C. de Sac. san. Eccle.

Inmunis patiens se describi in registro communis tenetur ad onera, nisi contra protestetur d. cons. 188. col. 1. & 2. vers. & primo.

Etiam Ecclesia faciens æstimum tenetur ad collectas, d. cons. 188. col. 2. vers. Et Ideo Bal. in d. auten. sed periculum.

Ecclesia potest teneri ad collectas ex pacto, vel si succedat in rebus expresse pro collectis hypotecatis d. cons. 188. col. 2. vers. Nam vt dicit Bald. in l. Neminem C. de Sacrosan. Eccle.

Communitas dicitur grauari, Quando res solita contribuere in oneribus Et registrata pro sustinendis oneribus transit in Dominos loci nollentes contribuere dict. cons. 188. 2. col. vers. Dicitur enim communitas grauari.

Domini loci qui contribuerunt in oneribus communis in aliquo casu, puta diminuendo pro eorum rata de censu solito eis præstari, possunt generaliter ad onera conueniri d. cons. 188. col. 2. & 3. vers. 2. moueor.

Consuetudo, ac quasi possessio in aliquo actu collectandi, tribuit ius collectandi generaliter in omni actu dict. cons. 188. col. secunda vers. secundo moueor.

Vnica solutio obligat Dominos ne possint allegare inmunitatem dict. cons. 188. col. tertia vers. secundo moueor.

Collecta imponi non potest, quam diu Princeps, vel villa habent in bonis, quòd intelligitur in redditibus, quia non tenentur vendere proprietates cons. 209.

Forenses an poßint in plus allibrari, vel collectari, infra registrum.

Commissarius, infra dellegatus.

Confesio.

AN per confeßionem probetur feudum, etiam quod non est, infra feudi quiditas, vel quantitas.

Confeßio, vel assertio, aut supplicatio vnius ex agnatis, etiam fratris, dicentis prædia esse feudalia, & illa pro feudalibus recognoscentis, non nocet filiabus, nec feminis nec aliis agnatis supra Allodialia.

Nec instrumenta inter alias personas confecta, nisi essent confeßiones, & instrumenta antiqua, quæ probant etiam inter alias personas etiam si enontiatiue asserant supra Allodialia.

Confirmatio.

COnfirmatio feudi nichil noui dat, sed roborat quod inuenit cons. 116. col. 3. vers. 2. & cõs. 127. colum. 25. versiculo, Quod autem recognoscens.

Confirmatio statutorum, habet vim priuillegii, Adeo quod faciant applicari ciuitati, vel ville penas, & mulctas, ac Regalia, de quibus in statuto quæ alias non applicarentur cons. 120. 6. col. Et quia istud, Iunctis etiam col. præcedentibus dicti consilii.

Confirmans quicquid iuris habet in loco, non constito de iure quod habet, nichil agit, Quia intentio cõfirmãtis non est aliquid dare d. cons. 127. in col. 25. vers. præallegato quod autem recognoscens.

Confirmans officialem deputatum, dicitur deputare, & esse in possessione deputandi infra possessio.

Confiscatio.

COnfiscandi ius ac facultatem quis habeat, & an villa uel Ciuitas, supra Ciuitas, & infra villa.

Et habet facultatem quilibet habens merum & mixtum imperium, cons. 120. col. 5. uers. Et non obstat.

Confiscationes an applicẽtur Principi, an ciuitati, vel ville, in qua Potestas exercet Iurisdictionem, an Magistratui, vel uassallo, infra villa, & supra ciuitas, & plene habetur d. cõs. 120. vsq; ad vers. sed quia dubitari contingit.

Congregationes Gentium, vide infra in verbo vniones.

Contumax.

Contractus, infra pactum.

Contrarietas.

Consensus.

Conseruatio.

Consilium consiliarii.

Constitutum supra in verbo. clausula.

Correctio.

Creditor.

Crimen leſe Maieſtatis, infra læſe maieſtatis.

Cuſtodia.

Damnum.

Et

Dare.

Doctor.

Dolus.

Dominium.

Domini conſenſus, multa infra feudum alienatur & ſupra Conſenſus.

Dominus in iudiciis litigans.

Domini plures.

fallus dicere se non debere habere ipsos filios in Dominos, ne in plures distinguatur, qui cum vno contraxit, cons. 168. col. 4. in vers. 2. moueor iuncta col. sequen. in vers. hinc secundum Bal. in d. c. praeterea contrarium habetur cons. 162. in fi.

Homo de demanio qui ẽ solitus esse inmediate sub principe. saltem spatio 30. annorum potest dicere, si Princeps velit eum subiicere inferiori, ꝙ non vult habere tot Dominos cons. 168. 5. col. vers. propter quod idem And. de Iser. in d. §. praeterea, Paulo ante vers. 3. moueor.

Vnus ex pluribus Dominis, de alio non confidens, potest ab eo petere iuramentum assecurationis, nisi sit iste talis superior petentis cons. 172. per totum consilium.

Si vnus ex consortibus alteri minetur, vel illum offendat potest diffidens petere fideiussionem securitatis, d. cons. 172.

Vnus ex pluribus Dominis, non potest mulctas, sine alio remittere cons. 173. col. 5. vers. Quo ad secundum articulum.

Admititur ꝙ vnus consortum ponat vnum officialem, Et alter alium cons. 173. col. pe. sub uers. Item non obstat dissensus & latius infra in verbo officialis.

Vnus ex pluribus consortibus si habeat praeminẽtiam puta ꝙ senior administret, illam perdit per diuisionem, d. cons. 173. col. pe. vers. Item non obstant allegate praeminentie.

Item perdit per abusum uel male administrando, d. cons. 173. col. pe. d. vers. Item non obstant allegate praeminentie.

Plura de consortibus infra socius.

Si vnus consortum. promitat alteri non acquirere de bonis inmobilibus à subditis, an mutuando vni possit sibi consulere per hypotecam, cons. 202. per totum.

Sufficit habere sigillum ab vno ex pluribus Dominis, Qui illud tenet secundum Bal. in c. primo in principio 3. col. vers. sed nunquid breue testatum contrahatur, de controuer. inuesti.

Sigillum & Claues castri si sint plures Domini penes quem debeant remanere, cons. 134. 2. col. vers. circa aliam difficultatẽ, & Capitius Decisione 27.

Ratione praedii quod quis tenet in homagium ab uno ex Dominis loci adeundus est ille Dominus loci qui recognoscitur de illo praedio et non potestas uel officialis cōis oīum Dñorum faciunt ad hoc propositũ notata p Ias. in plu. feudorũ col. 19. cir. fi.

Dominus plurium locorum.

Dominus plurium locorũ an possit de causis hominum vnius loci in alio cognoscere cons. 150. max. in uers. facit ad p̃dicta, qr. Dñs duorũ locorũ.

Dominus plurium locorum an possit de victualibus vnius loci sui, uel communis, ad alium conduci facere, stante conuentione, uel prohibitione non extrahendi d. cons. 150.

Dominus tenetur.

Dominus tenetur vassallo de euictione postquam fuerit sequta, infra euictio, & ibi quid si vassallus non acquisiuit feudum à Domino, sed ab alio, & quid si feudum non traddatur.

Dominus consentiens alienationi feudi, tenetur defendere illud esse feudum supra Domini consensus & cons. 116. col. 3. uers. 2. circa fin. vers. Et vers. 4. circa fi. & per totum ipsum cons.

Domino interpellato ad defensionem rei feudalis, an possit vassallus transigere, uel causam concordare ibi d. cons. 216. & maxime in uers. 5.

Dominus mota lite super feudo contra vassallum, an teneatur agere, seu possit, an vassallus, dict. cons. 116. col. 3. vers. 3.

Dominus qui promisit simpliciter feudum traddere, non tenetur pro fructibus perceptis, secus si promisit vacuam, vel plenam possessionem traddere cons. 116. vers. 2. circa fi. col. 3.

Dominus tenetur vassallo ostendere fines, & consequenter quantitatem feudi, & vassallus quid recognoscat, et sic vnus quid, alter quantum d. cons. 116. col. fi. vers. 6.

Dominus tenetur custodire territorium a latronibus, & mal efactoribus, ac à damnis, et excessibus, alias tenet̃ de suo damna resarcire, supra ĩ uerbo dmnũ.

Dominus tenetur iuuare homines, & vassallos suos habentes guerram iustam, uel si ab alio oppri mantur, alias perdit ius superioritatis cons. 176. col. 2. uers. Eo quia Dominus tenetur homini suo sub uers. Et posset.

Dominus tenetur defendere subditum, & illi auxiliari, etiam contra consortes, ac contra patrem suũ propriũ d. cons. 176. 3. col. vers. praeallegato eo qr Dñs tenet̃ hōi suo et cōs. 155. 3. col. uers. vel nisi.

Dominus amittit.

feudum

Dominus potest, & de præheminentia Dominorum.

Dominus mutatur.

Donatio.

Edificia, vide infra Melioramenta.

Ecclesia.

Ellectio.

Emphiteosis.

Emulatio.

Episcopus.

Equalitas.

Fama.

Familia.

Ferracia.

Feudi quiditas, & quantitas.

Recognitio

Recognitio feudi indiscreta, & re, & verbo incerta non probat concessionem vt dudum factam, Nec valet, Nec præiudicat d. cons. 127. decima consideratione col. 3. vers. merito dixit Bal. iuncta col. sequenti & antecedenti, & vide etiam col. 28. paulo ante versiculum & ex istis apparet responsum.

Recognitio per Vassallum facta, quod tenet in feudũ Castrum, uel villam, cum terris, pratis, gerbis, nemoribus, mollendinis, ad castrum, vel villam pertinentibus, Non facit, vt si vassallus possideat prædia, uel mollendina, dicantur recognita, & quod censeantur de feudo, vel de pertinentiis castri d. cons. 127. in decima consideratione per totam d. decimam considerationem.

Quid si addat cum iuribus, & pertinentiis, d. cons. 127. in consideratione decima colum. 23. vers. Item non obstant iunctis pluribus col. sequentibus.

Quid si quis dicat recognosco quicquid teneo, vel possideo, in tali loco, d. cons. 127. col. 23. & sequentibus in decima consideratione vers. Item non obstant assumendo verba illa.

Vassallus succedens in feudo etiã hereditario, quando facit inuentarium, non tenetur vltra vires hereditatis supra in uerbo inuentarium, & supra feudum hereditarium, & supra heres.

Vassallus disponit.

VAssallus an possit de feudo testari supra testamentum.

Vassallus amittit.

SVpra Dominus tenetur, & supra Dominus amitit & supra feudum amititur.
Subditus vassalli, potest eximi per Principem à iurisdictione vassalli ex culpa vassalli cons. 178. col. fi.vers.3. prope fi.consilii ac etiam in princ. siue col.1.& cons. 169.circa fi.in vers.vnũ bene credo, Et cons.166.col.2.in fi.et seq.vers.Tũ qr.
Superior male tractans subditos, si monitus non desistat perdit superioritatem, d.cons.169.col.fi.vers. vnum bene credo & cons. 176.col.2. vers. Tum quia sunt decisiones iunct. col. sequen. vsq; in finem d.consilii & supra Dominus amittit, & dict. cons.178. per totum & cons.190. col. 2. vers. facit quia vassallus, & infra eo.
Subditi non tenentur parere Domino eos male tractanti d.cons.169.circa fi.in d.vers. vnum bene credo, & d. cons.176. col. 2. vers. Tum quia & col.pe.& fi. Ac late supra verbo Dñs amittit.
Superior si requisitus non defendat subditum, amittit superioritatẽ in eum, d.cons.169. in fi.in d. vers. vnum bene credo, & d.cons.176. col.2.in princ. fere vsq; ad fi.d.col.in vers.eo quia Dominus tenetur homini suo.
Multa de his supra in verbis Dominus amittit, & Dominus tenetur, & in verbo subditi.
Heres non adimplens voluntatem defuncti, nõ amittit feudum, cons.186.col.antepe.in fin. in vers. Sed pro hoc, sub vers. ceterum.
Vassallus contumax & inobediens potest pena amissionis feudi mulctari, d.cons.178. per totum, & cons.176. col.antepen.vers. Quod si dicatur & col. vltima.
Vassallus propter Iniustitias & iniurias quas facit in territorio potest priuari feudo, saltem monitus, d. cons. 176. per totum & maxime in colu. antepe. sub vers.Tum quia, & in fi.d. consilii & d. cons. 178. col. fi. vers. 3. videtur.
Fellonia etiam vsq; à principio peccunia redimi potest, vel in penam peccuniariam conuerti, cons. 185. in fi. & cons. 186. col. antepen. in medio vers. autem prouisio, sub vers.ceterum.
Vassallus pertinax in parendo Domino suo, & qui dicit, se nolle Domino suo parere, & qui non vult permittere q Dominus iustitiam faciat, in concernentibus feudum, feudo priuatur.
Et cum sit euidens & manifestus contumax, non est necessaria alia monitio in priuatione feudi, cons. 190. col.2.vers. facit quia vassallus, qui dicit quod,
Vassallus qui pro defensione sui iuris, aliquid facit, propter quod alias feudum amisisset, vt quia contendit Dominum esse suum seruum excusatur dict. cons.190.col.7. in principio sub vers.3. pro ipso in fi. d. uers.
Vassallus qui pro sua salute damnificat subditos, non amittit superioritatem nec feudum d. cons. 190. col. 6.vers.3.pro ipso.
Vassallus spolians de facto detentorem feudi, amittit ius suum, & feudi commoditatem, quæ spoliato cumuassallo applicatur, consilio 192. in principio.
Feudum amissum in penam spoliantis, an applicetur Domino uel filiis, aut agnatis spoliantis dict. cons. 192. in secunda columna versiculo Et licet aliqui.

Vaſſallus tenetur, vel non.

Vaſſalli ſubiectio.

Vaſſallus litigans.

Appellatione

Vassallus homo, vel subditus in iudiciis.

Vassallus

Bona

FINIS

Tertium & Quartum volumen Consiliorum Feudalium eiusdem Clarissimi I. C. D. Alberti Bruni, Authoris præsentis secundi voluminis Deo dante, quam primum in lucem ædetur, cum aliis voluminibus Consiliorum ac tractatibus admodum solemnibus eiusdem, opera præfati Mag. I. C. D. Io. Baptistæ filii dicti Magnifici Domini Alberti.

SECVNDVM VOLVMEN CONSILIORVM FEVDALIVM

PREFATI DOCTIS. ET ECCELLENTISS.

I. C. D. ALBERTI BRVNI PATRITII ASTENSIS feliciter incipit in conſ. 114. ſecundum veterem impreſsionem primi voluminis eiuſdem Clariſsimi D. Alberti. Et ſecundum nouam dicti primi voluminis impreſsionem prefati D. Alberti Initium facit in conſ. 123.

ET DEO OPT. MAX. QVE DVCE CLARISSIMI I. C. D. IO. BAptiſte Bruni filii vnici dicti D. Alberti authoris impreſsionis dicti ſecundi voluminis, ſuum agit principium in dicto conſ. 114. Suntq; in preſenti volumine aliq; additiones dicti D. Io. Baptiſte filii prefati D. Alberti.

SVMMARIVM.

SOROR an preferatur agnatis in feudo nouo fratri conceſſo in feudum nobile antiquum auitum & paternum pro ſe et heredibus ac ſucceſſoribus maſculis & feminis, quando frater deceſſit inteſtatus, & ſine liberis, cui ſucceſſerunt mater & ſoror etiam ſtante Inueſtitura & conceſſione feudi, ꝙ mortuo tali fratre ſine liberis, mater habeat dum vixerit vſumfructum talis feudi.

Et quid operentur illa verba iure antiqui auiti, & paterni feudi.

Et quid operentur illa verba pro heredibus et ſucceſſoribus.

Et an operentur ꝙ femina heres primi inueſtiti, etiam pro parte excludat agnatum, qui non ſit heres in feudo femineo,

Et an mater, vel aſcendens, poßit de iure in tali feudo ſuccedere,

Conſilium cxiiii.

OMNIPOTENTIS DEI & Glorioſe Virginis Marie, Nominibus & preſidio inuocatis, Viſis inueſtituris de caſtro melladii factis Do. quondam Iohanni de Falletis, & hiis à quibus cauſam habuit, Ex quo ipſe Dominus Iohannes, & hii a quibus cauſam habuit, fuerunt inueſtiti de feudo predicto, in feudum antiquum. auitum, & paternum, pro heredibus & ſucceſſoribus maſculis & feminis, Debemus circa ſucceſſionem ipſius feudi dicere, ac ſi ipſius Domini Iohannis Pater, auus, Proauus &c. fuiſſent pro ſe, & deſcendentibus maſculis & feminis inueſtiti 2. Bal. in c. prim. §. Hoc quoq; in fi. commen. de ſucceſ. feu. Vbi numerat perſonas, Que vocantur in feudo conceſſo iu-

re paterni feudi & in c.p.de alie.feu.pater, vbi ēt marti.de laude, & D. prepositus ac coīter feudiste,& ī c.p.penult.col.an agna. vel fil.defun.& Andr.de iser.in c.p.de con tro.apud par.terminan.& Iaco.Alua. post Iaco.de Belui.ardizo.ī c.p.col.fina.de val, decrep.æta.cū concor.de quibus p Allex. cons.30.incip.Qm̄.in 3.col.prim.vol. Repetito in cons.2.quinto vol.& cōs.55.inci. perspectis penult. col. 4. vol.& Franciscus Curtius senior cons. 49. māx. in vers.5. & fortius coadiuuatur,& Soci.cōs.67.& 165 & Dn̄um meum Iaso.in preludiis feudorum in 30.col. & sic ex hac clausa soror vocatur ipsius Dn̄i Iohannis, & dicit esse de cōprehensis in inuestitura, & concessione facta ipsi Do. Iohanni, perinde ac si patri ipsius D.Iohannis, & sorori, facta fuisset cōcessio predicta pro masculis & feminis, Attēto q̄ nullus ex paterna linea superest, masculus c.p. §. qn ēt in tit.epis. vel abba. & c.pri.de eo q sibi & heredi. suis mascu, & femi.& merito Bal.in d.c.pri.de aliena. Feu.pater.dixit feudum taliter concessum assumere naturam feudi paterni, Quod ēt patet & late probant moderni in locis pre allegatis.

Quod si dicatur,ex quo istud feudum censetur proauitum & antiquum, & perinde ac si proauo vel attauo,& antiquioribus fuisset consessum, & q̄ adsunt masculi,qui ex ipsis auo proauo & Attauo descenderunt, Qui videntur huic sorori preferendi,cum Iura disponant,q̄ Donec superest masculus, in feudo succedere valens,femine nō admitantur,d.c.prim.de eo qui sibi & here suis mascu. & femi. & c. prim.§. filia de success.feu.cum concordantibus de quib, per Alex.cons.219.inci. qm̄ abunde pen, col.vers.Fortificantur prim.vol.& cons.sequenti 3.col.Rn̄detur q̄ cum istud feudū sit hereditarium,Ad ipsum non admittuntur,nisi habentes illam qualitatem, q̄ sint heredes,vnde opportet vt ex quo concessum fuit Do.Iahanni & suis heredibus scilicet ipsius Do.Iohannis, q̄ quis sit heres Do. Iohannis acquisitoris, vt dici possit de nominatis in Inuestitura, seu cōcessione, & nullus reperitur habere has qualitates, preter hanc Dn̄am sororem,vt volunt Iacob. de Beluis.in d.c. prim. de eo qui sibi & here.suis,vbi ēt Alua. & Andr. de Iser.in c.prim.§. Hoc quoq; de success. feu.& in c.pri.an agna.vel fil. def. vbi Bal. in 3.col.post Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi .ff.de oper.liberti. & Alex. cons. 10. inci. ponderatis vbi ita plenè & subtiliter consuluit, 3. vol. & cons.19.inci. super eo prima col.iunct.his que dix.cōs.26.5. vol. & D.meus Ias.in l. si non sortem,§.libertus in fine. commen.ff. de condi. inde. Et ita vidi consultum & obtentum in ardua causa per prestantiores Doctores Italie, Inter quos ita consuluerunt,D. Bartholomeus Soci. cons. 10. inserto in consiliis meis impressis 3.col.prim.vol. & Do. Iohannes Campezius,vbi D.Soci.notabiliter dicit, q̄ illa verba in feudum antiquū auitum & paternum &c.solum operātur respectu personarum pro quibus reperitur recepta inuestitura, per nōta p Allex. in d.cons. 10.3.col. tertio.vol.& Ita ēt consuluit D.Cultius Iunior cons.pri. in 2.dubio in 9.-alias 8.col. & sic pro hiis tantum qui sint acquirentis heredes, ex quo aquirens, pro suis heredibus eis tantum voluit stippulari vt etiam declarat Iacob. de Beluis.in d.c.prim.in fine commen. de eo qui sibi & here.suis vt etiam Aluaro. vt sic heredes primi & veri acquisitoris, preferantur heredibus acquisitoris, interpretati, tanquam primo loco nominati,& vocati, argumento l.cum ita.§.In fideicommisso .ff.de leg.3. Et notatorum in l. si cognatis.ff.de reb.dub. Cū secundū Andre. de iserui. in d.c.pri.in prin. vers.& licet 2. col.in titulo an agna. vel filius defun. quis presumatur cogitare de herede sui ipsius, non de alio, prout istud in presenti casu verba sonāt,& ita in proposito isto etiam inuenio fuisse consultum per Pau. de ca. cons.156. inci.istud feudum in antiquis, maxime in fin. cons. vbi dicit illa verba iure antiqui, & paterni feudi, non trahi, Nec trahi debere seu posse ad agnatos,qui non sint heredes stipulatoris, Ita quod si tale feudum cōcedatur etiam pro feminis tunc femine heredes stipulatoris p̄ferant agnatis

agnatis, qui non sint hæredes. Vt ibi latius per Pau. de Cast. qui decidit præsentẽ casũ, quod si dicatur ĩ materia feudali, appellatione hæredũ uenire descẽdẽtes tm̃, & nõ collaterales heredes prout est soror, ut habetur in c.p.§.etsi cliẽtulus ꝑ illũ tex. de aliena.feu.cum concor. de quibus per Alex.& Moder.in.l.Gallus.§. ẽt si parẽte. ff.de lib.& posth.& per Doctores in c. in præsentia, vbi Felli.in xi.colum.de proba. & Corneum.consi.6.inci.Aperta.2.col. in fin.p.vol.& per D.meum Iaso.in.d.l. si nõ sortem.§.libertus col.fin. ff. de condit. inde.post notabilem ad hoc decisionẽ Paul. de Cast.in.l.ex facto.§.fin.ff. ad Trebellia. constituentem differentiam an cõcedatur feudum.pro liberis.& heredibus, An vero pro hæredibus, ut tunc filii veniant esto ꝙ non sint hæredes prout ẽt dicit Bald. in c. 1.in fin.cõmen. de eo qui sibi & here. suis mas.& femi.quẽ sequit̃ Aret.in.l. quod dr̃ in penul.col.ver.vnde dicit.ff.de verb.ob. q̃uis Alex. ibi in 20. & 25.col. nihil super hoc uelit firmare, quod ẽt tenet Zaba. cõs. 64.inci.ꝙ D.Nera post mediũ dicẽs ꝙ nõ hæres succedit maxime in marchia & ducatu. Respõdet ꝙ ista Do.soror vocatur ex eo ꝙ feudũ habeat naturã paterni, & auiti feudi, & ex eo ꝙ illud verbum hæredibus, operet̃, ꝙ agnati, qui nõ sunt hæredes non vocent̃. sed illi demũ qui sunt hæredes acquirentis, prout est ipsa Do.soror, valet .n. argumentũ a coniũctione duorũ capitũ.l. gallus.§.ille casus cũ ibi notatis.ff.de lib.& posth.& illa decisio Paul.de Ca.nõ procedit quo ad agnatos quominus debeãt esse heredes sm̃ eũ, & D.meũ Iaso.in d.§.libertus in fin.q̃uis cõmunis opinio sit, ꝙ ubicunq; fit mentio hæredum feudum dicat̃ hæreditarium, ut per Bald. & cõiter Doct. in c.p.in princ.an agna.vel filius defun. & ꝑ Bar.in d.§.si liberi.& Bal.in c.1.in princ. 5.col.de prohib.alien.feu.per Fre.& Alex. ac Doctores in.l.apud.iullianum.§.si quid alicui.ff.de leg.1.cum concord. Illud autẽ verbum successoribus ẽt nõ facit ad rem, Quia intelligit̃ de vniuersali. Nisi dictum fuisset successoribus quibuscunq;, vt habetur ꝑ Doct.in.l.quædã.§.nihil, vbi Alex.in p.col.ff.de æden.& per Imol. in.l.quod dr̃ vbi ẽt Alex.in vltimis cartis. ff. de verbo. oblig.& ꝑ Moder.in d.c.in præsentia maxime Fel.in xi.col.uult.in proposito Alex. in d.consi.10.in 3.col.uersi. & per prædicta, & ita vidi etiam quo ad hoc consultũ per præstantiores Doctores Italię, maximè præallegatos. vult Corn. consil. 16.incip. aperta 3.colum.p. vol. vbi etiam dicit etiã posse intelligi de successoribus in feudo, qui sint hæredes.

Et quia isti agnati non possunt dici successores in bonis & hereditate ipsius Iohãnis, sicut nec eius hæredes pariter remanent ẽt ex hoc capitę exclusi ꝑ p̃dicta, & ꝑ notata per Alex.in d.consi.x.loco præallegato.

Nec obstat si dicatur, ꝙ ista Domina soror habeat matrem cohæredem. Quia sufficit ꝙ sit hæres pro parte, ut per Barto. in d.l.ut iurisiurandi.§.si liberi. ff. de oper. liber. & Alex.in d.l.quædam.§.nihil.p.colu. ff. de æden.cum vulg.

Item non obstat ꝙ si dicatur ꝙ appellatione hæredũ in materia feudali, nõ veniant femine, vt per Bal.in c.1.quib.mod. feu.cõstitu.potest & Corn.consi.65.inci.Nobilis Domina, & Calde.in cõsi.15.in tit. de ver. signi. Quos refert & sequitur Feli. in d. c. in præsentia xi.col.& plenè Corn. d.consi. 16. 2. colum. Quia illud procedit in feudo quod non est femineum secus in femineo, vt in titulo de eo qui sibi & hæredibus suis masculis & feminis, & hic femine expresse uocantur. Ideo in certis, locus non est coniecturis, l.continuus.§.cum ita in fine cum glo.ff. de uerborum obliga. & .l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de legat. tertio.

Item non obstat existentia matris, & ꝙ sm̃ aliquos in feudo concesso pro se & hæredibus, succedere possent ascendentes, vt per Feli. in d. c. in præsentia vndecima colum. Quia respondetur hoc non esse verum, ut habetnr in c. primo de natu. succes. feud. & per Corn. d. consil. 16. in secunda colum. & quòd ex pacto hic matri fuit promissum, quòd succedat in solo vsufructu, & inclusio vsufructus est exclusio in reliquo. l. cum prætor in princip. ff. de

 iudit.

iudit l. maritus C. de procu. & tale pactũ, arguit successionẽ sororis, fortius debere admiti, cum fauorabilior sit successio sua que est collateralis, vt in d. c. pri. cum ibi not. de natu. suc. feu. nam si de quo minus videtur in esse, & inesse ergo & de quo magis Autentico multo magis vbi Bal. C. de sacrosan. ecle. cum vulgaribus Ex quo cõcludo, ꝙ ista soror succedit fratri in feudo predicto, quod est hereditarium, & femineum, & prefertur agnatis, saluo vsufructu matri, iuxta tenorem prime cõcessionis, & acquisicionis, Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus,

STante cõuentione, Inter Dños et homines de prestando censum Dñis, si filie dicentes, se ad censum admitti, Iubeant illum sibi prestari. Et alter Dñorum iubeat, non prestetur, quid habeant homines facere. Et an non prestando, cadant in penam; Et quid si ex pacto, homines non habeant se intrõmittere de differentiis Dñorum, Et an in feudo concesso pro heredib. et successoribus quibuscunq; femine succedant.

CONS. CXV.

OMNIPOTENTIS DEI & Gloriosissime Virginis Mariæ nominibus & Presidio inuocatis, Visis processibus agitatis cõtra sindicos scagnelli, & conuentionibus, que sunt inter D. & hoĩes, nichil michi occurrit, & ꝙ grauet ipsos sindicos, & faciat ipsos posse dici cõtrauenisse, iuri superioritatis, vel Dominorũ, ex quo vnus Dominorũ ꝓhibet, & iussit nõ solui aliis, censum petitum,

Et prim. moueor ꝑ illam vulgatam regulã, ꝙ in re cõi, aut ĩ pari causa, vel in dubio melior sit cõditio prohibentis, vt in l. sabinus ff. cõi. diui. & in regula in pari, de reg. iur. & dixit floria. in d. l. sabinus prope finem commen. ꝙ super sederi debet, Quousq; superior se interponat, quando socii sunt discordes in casu rei communis, vbi allegat bona iura.

Secundo Moueor quia. vbi sunt duo cõpetitores, eiusdem rei, quis non tenetur alteri traddere, nisi iussu iudicis, ut nõtur in d. l. is à quo fondus de rei vendi.

Tertio moueor q̃a põt iuberi, ꝑ eũ, q̃ interesse ꝑtendere põt, ne creditori, soluat, vt ꝑ Ang. Imol. & Doctores in l. heres. ff. ad trebel. vbi Alex. prope finẽ cõmenti, dicit ꝙ iussus superioris excusat à pena, & à mora quod maxime ꝓcedit secundũ eum post Pau. de ca. vbi ius partium nõ est liq̃dum.

Quarto moueor, q̃a. quando q̃s habet duos dñós si vnus vult obsequiũ, ab ipso subdito, & Pariter alius, ita ꝙ impossibile sit vtriq; gratificari, potest subditus cui vult parere, vt ꝑ prepo. in c. fina. prope fi. commen. in tit. hic finitur lex, in vsibus feudorũ, vnde multo magis, potest subsistere à solucione debiti, de quo D. duo cõtendũt.

Ex ꝓdictis patet, ꝙ non potest eis aliquid imputari, dum dixerunt dominabus censum prestari de iure non posse, tamquã incapacibus feudi, tum per predicta,

Tum q̃r. hoc dicit ius, et dixerunt ad suã defensionẽ, & ad demõstrandũ, ꝙ dubiũ est ĩ solutione, Seu ꝙ debitũ quo ad eas nõ sit liq̃dum, iuxta nõta in d. l. heres, tum quia neminẽ ledit, & nulli facit iniuriã, qui iure cõi vtitur, l. fina. C. de in integ. resti. tũ ẽt Q̃r. est cõueniens, ꝙ sint habilitate ad feudum, & ꝙ faciant hoc constare si volunt. censum Feudalem exigere, arg. l. fina. C. de rei vendi. & Q̃r. hoc pendente possessio stare debet penes eum, pro quo stat, iuris presumptio, c. sunt persone §. penult. & fina, de priuileg. in 6. & §. coges in autentica de manda. princi. collatione 3. cum ibi nõt. per Bar. et Doctores, vult Bar. in l. iure ff. ad municipa. vbi in fine dicit, ꝙ si dubitetur Quis sit possessor, iudex coram quo agitur sommatim cognoscet, & penes Reum, l. litte C. de libe. cau. item non possunt ipse Domine de iure cõi incapaces, dicere sibi contraueniri, ratione trãsactionis inite cum Dñis loci, nisi faciant cõstare, ꝙ sint de Dominab. & capaces, & consequẽter, ꝙ sint de cõprensis in inuestitura, & conuentione facta cũ Dominis alias cõuẽtio dicit res inter alios acta, l. si vnus

§. Ante

§. Ante oĩa cũ ibi nõti .ff. de pact. & l. 2 . et 3. & per totum C. res inter alios acta. Nec prodest asserta conuentio Do. Iohanoni. quia illa non põt feminas facere capaces feudi, cum factũ priuatorũ, ius cõe tolere non possit, l. nemo põt. ff. de leg. prim. et l. priuatorũ C. de Iuris . omni. iudi. cũ concordantib. maxime aliquo ex agnatis insurgente, contra ipsas Do. prout facit Do. Io. Antonius. Et licet cõuentiones de prestando cẽsum sint facte. cũ Do. ꝑ eis et eorum heredibus, et successoribus , tamẽ ex quo sunt facte cũ D. Castri tanquã superiorib. & feudatariis, et nõ tanquã cũ priuatis ꝑsonis, et tanquã cum quolibet, sed ĩ consequentiã feudi, ac ꝑ re feudali, Intelligitur de heredib. & successorib. ĩ feudo, et habilibus ad successionẽ feudi, et sic de filiis et descendentibus masculis, c. p. §. & si cliẽtulus de alie. feu. cũ ibi notatis facit ꝙ dixit Aluaro. post alios in c. fina. si de feu. fue. cõtro. & ĩ c. p. vers. plures. n. de gradib. succes. in feu. ꝙ pactũ de nõ petẽdo, feudũ ab herede, intelligitur sm̃. naturã feudorũ de herede masculo , facit c. primũ . §. Hoc quoq; de succes. feu. ꝙ pactũ ꝙ femina succedat in feudo, Intelligitur deficientibus masculis, Nec potuisset aliter fieri cõuentio, sine licẽtia superioris, vt in c. p. in prin. de succes. feu. Ibi nulla ordinatione &c. cũ ibi nót. plus est ꝙ ẽt conuentio pro heredib. & successoribus quibuscunq; nõ comprehenderet feminas. seundũ Bal. in c. p. §. donare 2. col. vers. sed dubitari , qualiter olim feu. ali. pote. & Alex. cons. 30. incip. qm̃ omne datum circa 4. col. pri. vol. Postremo non obstat conuentio. in qua dicitur, ꝙ si cõtingat oriri differentiã, vel discordiam inter Do. & eorũ heredes, Homines non teneantur , Nec cõpelli possint se intromittere. Quia vt dictũ fuit oporteret constare, ꝙ iste Do. mulieres sint de heredibus in feudo succedere valentibus, et ad successionẽ habilitatis. Itẽ illud caplum non prohibet quominus possint se intromittere si velint, licet ꝓhibeat, ne astringi possint, vel ex obligatione teneãtur se intromittere, vnde nõ fuit dictũ, ꝙ nõ debeant, seu non possint se intromittere, sed ꝙ non teneantur, nec astringi possint , argumento l. inuitus C. de procu. & aut. , matri & auie C. quãdo muli. tute. offi. fong. pos. & ꝙ notat. Bar. de verbo potest in l. p. ff. de iniust. rupt. & in l. Gallus in prin. ff. de lib. & post.

Postremo dum aliqui cõsuluerunt Bonũ esse vt deponant partem dubiam, vel totum , si non sit in eorũ facultate diuidere, forte non erit nisi tutum, & ita laudarem , licet sit materia d. l. Is a quo fondus, que consulit expectari sentẽtiam, Laus Deo & Virgini gloriosissime.

Albertus Brunus.

DOminus loci in cuius territorio Illi de loco vicino plantarunt furchas et hominẽ suspenderunt, pretendentes talem locũ loci esse de eorũ territorio, An possit eripere furchas de tali loco propria autoritate.

Vassalus lite pendente de iurisditione, & territorio, cum alio subdito superioris sui, an teneatur Domino ad seruitia.

Dominus an teneatur vassallo de euictione, pro feudo empto ab alio vassallo, propter consensum quem prestat alienationi.

Et confirmatio de Nouo Feudo, nil noui affert, & intelligitur, saluo iure tertii.

Mota controuersia vassallo super re, de qua fuit inuestitus, vti feudali, per alium pretendentem allodialem, & de suo territorio, Dñs. an teneatur suscipere Iuditium, vel possit interpellari, ad defensionem, vel ad informandum vassallum, de iure feudi, & de defensionibus, Aut ut ad sit in Iuditio, uel sit locus nominationi.

Dño interpellato ad defensionẽ rei feudalis, An possit vassallus trãsigere, vel causam cõcordare, sine Dño.

Vassalli an possint instare, ut Dñs eis designet, & ostendat fines territorij, & feudi.

CONS. CXVI.

IN PRESENTI Casu Furcharum erectarum, & hominis Ibi suspensi per illos de Poduarino, in Territorio ꝙ Do. Turris Vallis gorrerie,

pretendunt esse suum,& ab eis possessum.
Primo est videndum An pendente litte cũ istis de poduarino, Qui dicunt locũ predictum in quo fuit ille homo ad furchas suspensus, esse de territorio,& iurisditione poduarini, isti Domini vassalli Turris uallis gorrerie teneantur Domino Duci ad seruitia, & videtur ꝙ sic, eo quia fruuntur feudo Et ante euictionē non agunt de euictione,vt per Bal.in c.prim.in principio vbi etiam aluaro. tangentes vtrūq; fundamentum, de inuesti.de re alie.fa.et fortius si Dominus non teneatur de euictione,de quo insequenti quesito dicetur.
Secundo Videndum est, An Dominus teneatur de euictione,in qua materia puto aduertendum,ꝙ isti Domini vassalli non habuerunt causam a Domino nisi per modum consensus, & inuestiture, & eorum vtile dominium principaliter acquisiuerũt ab aliis personis,que prius ipsum feudum tenebant, vnde videtur, ꝙ non habeat locum tex.in c. prim. in principio de inuesti.de re alie.fac.iunctis pulcre tradditis per Panor. cons. 30. inci. princeps quidam ꝑ totũ 2.vol. Et intrepide dicendũ videtur, ꝙ isti venditores,sint illi qui tenẽtur de euictione, Aut stante ignorantia ad interesse,vt voluit Iacob. de Belui. in c.p.i prin.q.fina.seu penul.qui feu.dar. pos.& per notata per Bal. Alua. & doctores in c.si vassallus feudum in tit.si de feu. fuer.cõtro.int. Domi. & agna. & in c.primo de controu.inter domi.& empt.feu.et per Bal.in c.prim.in prin.5.col. vers. quero an Vassallus possit transigere, De prohib.alie.feu.per frede.vbi hoc tenent alii scriben. post. glo. cum sint diuersa & diuersi effectus,emere feudum a Domino, & emere a Vassallo, vt per Doctores in c. prim.vbi Alua.in 2.col.de bene fratris,et per Iacob.de Belui.in c.prim.§. notandũ in fine commenti,qui feu.dar. pos.Dominus autem licet consenserit alienationi & fecerit inuestiturã istis Dominis emptoribus, Non tamen fuit auctor vendicionis. Nec promisit manutenere res,tamq; feudales. Quinimo inuestitura simpliciter facta intelligitur facta saluo iure tertii, & de iusto feudo, & confirmatio de nouo facta, nil noui affert,sed roborat quod inuenit, vt per Docto.& Bal.in c.prim.in prin.vbi Aluaro.in 3.col.2.notab.ꝑ quos fiat inuestitu. Quod si dicatur Dominum consentientē alienationi, haberi pro vendente per ea que dixit Bal. in c. si facta in princ.commen.si de feu.fuer.controuers. vers.sed quid si vendidisset &c. vbi dixit, ꝙ tunc emptor succedit in feudo ex persona Domini, & cum Bal. Ibi transeunt Moderni, Respondetur ꝙ ex hoc non est auctor contractus, cum non recipiat precium.rei vendite, sed vendens, Ideo Bal. ibi dicit vendentem nisi sequatur tradditio teneri ad interesse, Non Dominum, Bene fateor ꝙ tenetur defendere esse feudum.vt infra in 4.fondamento dicetur,& dixit Bal.in l. si plures 2.col.C.de condit. inser.ꝙ Dominus qui promisit simpliciter rem traddere, non tenetur pro fructibus non perceptis, secus si promisit vacuam vel plenam possessionem.
Tertio Dubitatur an Dominus agere debeat, An Vassalli,Dico ꝙ vassalli agere possunt & conueniri pro iure vtili feudi, seu pro iure suo c.prim.§. prim.de inue.de re alie.fa.& ibi notatur de denontiatione domino facienda & c. prim.de cõtrouer. inter vassa.& alium de bene.& c. si vassallus de beneficio suo si de feu.fue. contro. sed tunc stat questio. An iuditium Domino non vocato factum ei preiudicet Quod late deciditur in locis preallegatis, & per Docto.& Alua. in c.si vassallus lofi. si de feu.fue. contro. & per Alex. in l. sepe .ff. de re iud.
Quarto dubitatur An Dominus interpellari possit ad aliquid, & ad quid interpellatus teneatur,Alua.in.§. fina. de not. feud. sentit ꝙ sic,sed Bar.in l.2. prim. col.C. vbi rem actio. Dicit ꝙ feudatarius qui inquietatur in suo vtili dominio,debet illud ipse defendere, nec potest ut se liberet a iuditio Dominũ nominare sed ad ipsum Vassallum solummodo informandum de suis defensionibus, Bal. autem ibi dicit nominationi esse locũ, vt tam Dominus quam Vassallus adsint in iuditio propter

omnium

omnium interesse & ius, Quia tractatur hic de faciendo ista bona esse allodialia, & consequenter de iure & interesse principis, ac eius directi dominii. Egò in hoc passu dico, q potest interpellari, vt iuditio assistat pro suo interesse vt ibi per Bar. & Bal. & late per cano. in c. quoniam frequenter. §. q si super vt lit. no. conte. Et vt tueatur ius feudi, si vult tamquam de feudo recognosci per notata in d. c. prim. de inue. de re. alie. fa. & in d. l. 2. & i d. §. quod si super Dum ibi dicitur, q ius directi dominii debet per ipsum Dominũ defendi.

Quinto Queritur An Domino non deffendente possint vassalli concordare tex. est q sic in d. c. primo de controu. inter domi. & empto. & in d. c. si Vassallus de suo beneficio, si de feu. fuer. cõtrou. qñ bona fide fieret concordia & transactio vt ibi.

Sexto potest dubitari, An isti domini Vassalli possint instare, vt Do. sibi ostendat & designet fines feudi, seu ipsum feudum Alua. post alios tenet q sic i c. illud quoq; pen. col. de prohib. alie. feu. per Frede. & bene quamuis aliquando vassallus teneatur ostendere que bona recognoscat in feudũ vt ibi habetur & per Bal. in c. prim. in princ. prim. col. de vas. qui cõtra constitu. Lhota. cum cõcordantibus De quibus per D. meum Iaso. in l. 2. in 13. questione in col. 70. prime impressionis C. de iure emphi. quãdo scilicet de hoc est questio inter Dominum & Vassallum.

Septimo Dubitatur, quia facta fuit per aduersantes errectio furcharum suspenso ibi homine in loco, Quem Domini turris presuponũt esse de eorũ feudo territorio & iurisdictione An possint Domini Turris propria autoritate furchas tollere, & inuenio q sic, stante dubio, quis sit possessor, vt est Decisio Bal. in l. pri. C. vt nemi. lic. sine iussu iudi. signa &c. Et tãto magis quia isti Do. turris psuponunt se quasi possessores iurisdictionis et territorii illius loci vbi fuit ille homo suspensus, Et hec dicta sunt sine pompa allegationũ, sola fondamenta attingendo. Laus Deo, & Virgini gloriosissime.

Albertus Brunus.

CAporales, Nec non congregantes Gentes, tenentur de delicto talium gentium.

Domini locorum, & publici offitiales tenentur de delictis in eorũ territoriis ipsis scientibus commissis, Nisi exhibeant malefactores, quando prohibere potuerunt, Aut perquirere, malefactores, quando delictum est notorium, et quãdo dicantur Domini, vel vniuersitas scire delicta committi.

Villa & illi qui sunt magis suspecti de loco Ac inimici presumuntur damna dedisse.

Inimicus presumitur mandasse damnum inferri, concurrentibus indiciis.

Receptatores Malefactorum, tenentur pro damnis per eos illatis.

Contra conuersantes, & frequentantes cum malefactoribus presumitur.

In his que sunt difficilis probationis, maxime que fiunt contra expulsos, & per exteros, ab expellentibus receptatos, sufficit probatio per coniecturas, & verisimilia.

In ciuilibus, Esto q conuenti, sint in criminali causa absoluti.

Coniunguntur probationes facte in causa criminali, cum factis in causa ciuili,

Iuramentum in littem defertur, si quis ex dolo conuincatur non si ex presumptionibus.

Cons. cxvii.

MVLTA suadent, q sit in fauorem Magnificorum Dominorũ Phebi & Lazarini, ex marchionibus Ceue, Tunc expulsorum de Marchia, pro incendiis rebusq; ablatis, De populacionibus & damnis eis datis, pronuntiandum contra Querellatos, ac reos conuentos, maxime contra Commarchiones, Et Bonifaciũ Clauellum Sindicum loci Ceue.

Et primo Quia isti conuenti erant caporales istorum malefactorũ, & caporallis tenetur de damno dato, Non tantum a se, sed etiam per gentem suam Cui est caporalis secundum Bar. in l. 2. §. si quis non hominem,

nem,.ff.vi bon.rap.& Bal.in l.prim.3.col. vers.sed quero qui ergo dicantur principales C.de seru.fugit.vbi dicit ꝙ caporallis tenetur de eo,quod tota familia sua fecit,textus est etiam in l.fina.vbi Docto.et Sali.tam in tribuno Duce,& preside, quã alio C.de his qui latro.occult. Ad quod etiã textus in l.quoniam multa C. ad leg. Iul. de vi, Que vult Caporallem pro solido teneri, & dicit Ibi Bal.in prim.notabili, ꝙ totum malum quod contingit imputatur caporalli sequitur Innoc. in c. sicut dignum vbi Felli.in col.fina. de homicid. & innocen.in c.fi. quod met. cau. & dicitur caporallis vel principalis, qui solet mandare & precipere secundum Bal. in d.l. prim. in 3. col.C.de serui fugi.& Bar. in l.in hoc .ff. de ser. corru. & dixit tex. & ibi Docto.in l.Pretor ait la 2.in principio iuncto .§.si quis aduentu .ff.vi bon.rap. ꝙ congregans gentem, etiam si non dolose, Nec ad hoc congregauerit tenetur de damno dato, per tales sunt enim prohibite tales gentium adunantie, vt in c.prim. §. cõuenticulas et ibi prepo.de pac.Iur.firm. & per Bar.in l.fina.in 2.q. in fin.ff.de colleg.illi. cum vulgaribus.

Secundo moueor, Quia isti publici Domini & officiales tenentur ciuiliter ex delicto sue familie, pro excessibus factis in territorio, cui pre erant, & in qua prelacionis officio fongebãtur, vt late per Bar. in l. ne quid prima q. in fi.ac 2.cum sequen.ff. de incen.rui.naufr. & late etiam per Panormi.in c. prim. 2. col. in vers. Quo ad primum ibi & ideo si aliquis de resti. spo. & tanto magis ex quo poterant prohibere vt ibi in vers.ad 2.& per Bar.in d. l. Ne quid 2.col.

Tertio facit, Quia in isto Notorio crimine debuissent isti conuenti perquirere malefactores, & ipsos retinere, vt per Bar. in d. l. Ne quid, & facit in l. prima.§.Quod nouissime .ff. de publica. vbi Bar. met ꝙ Dominus & publicus officialis ciuiliter conueniri potest pro damno dato,& ꝙ tenetur de suo satisfacere, nisi exhibeat malefactorem, Idem & latius tenet Bar.in d. l. ne quid 2.q.cum sequen. & Panor. post Ant.de Butr.in d.c.prim.de restitu.spolia. cum concordantibus de quibus per preceptorem meum Do. Iaso. in l. si quando 13.col.in fi.in primis impressis C.vnde vi vbi dicit presumi etiam cõtra villam pro dato damno, & contra illos, de villa qui sunt magis suspecti,& censentur Domini cõuenti Ac villa & officiales habuisse notitiam maleficiorum, Ex eo ꝙ fiebant ita palam, ꝙ maior pars vniuersitatis hoc sciebat vt declarat Bar.in d.l.ne quid 2.q. in fi.vel secundũ Bar. in d.l.p.§.p.ff.de receptato. quando notorium erat per contratam, & ꝙ Do. Castri non debeant in suo territorio ꝑmittere, stare malefactores Notat Bal. in c.prim.§.si Iudex de pa. tenen. facit l.congruit .ff.de offi.presi.

Quarto facit Quia damnum presumitur ab inimico datum, vt per Bar. in l.fina.2.col. ff.de questio.& moder,in l.prim.§. preterea 8. col.ff.eo.vbi exigunt simul concurrere Famam, que in hoc casu concurrit, Et subiungunt presumi mandatum inimici, concurrentibus aliquibus aliis inditiis, vt ibi ,Ad quod faciunt notata ꝑ Bal.& Imol. in l.fina.ff. de here. institu.& aliquid dicit Ang. aret.in suo tract. malefi.in clausula fama publica circa 10.col. cum additione ibi posita per august.

Quinto presumitur contra istos conuentos, tamquam receptatores malefactorum, Cum de iure contra receptatores malefactorũ presumatur, vt per Bar.in d.l.p.§.p. .ff.de receptato,& Bal.in d.§.conuenticulas 5.notabili de pa.iur.fir.& Sali.in l. pri. in fi.commen.post Cyn. ibidem C. de his qui latro.occul.& Bar.in l. Qui furem .ff. de furt.& facit l. metrodorum vbi Bar. ff. de penis cum suis concordantibus.

Sexto presumitur etiam contra istos conuentos, ex eo ꝙ Iura presumunt contra frequentantes talia damna dare,Iuxta regulam Iuris Qui semel malus semper presumitur malus, & quia etiam presumunt contra conuersantes cum damnum dantibus, vt per Allex.cons.217.inci.visis et opportune consideratis 3.col.2.vol.maxime in vers. comprobantur predicta, & in vers. ex predictis, cum sequenti repetito

cons.

cons. 50. primo volumine.

Vltimo in talibus que sunt difficilis probationis prout hec que facta fuerunt mediantibus personis alienigenis contra Dominos phebum & lazarinum fratres absentes & expulsos de marchia, sufficiunt leuiores probationes etiam per coniecturas & verisimilia, vt per Bar. & docto. in l. pretor ait §. an vero heredi .ff. de eden. cũ concordãtibus de quibus per Alex. cons. 53. inci. viso themate secondo volumine. Qui etiam aliquid dicit de hoc in d. cons. 217. versiculis preallegatis, & licet in causa criminali, ex talibus presumptionibus maxime propter purgationem factam ad torturam, non fuerint condemnati, sed absoluti. Nihilominus in hac causa ciuili tales presumptiones sufficerent ad condemnationem vt per Alex. in d. cons. 50. in tertia col. vers. comprobãtur & sequen. primo volumine repetito in d. cons. 217. in secondo volumine & in cons. 14. inci. ponderatis 2. col. post pet. de Ancha. cons. 217. inci. Nos Bertholomeus circa medium, Ideo dicimus ꝙ presumptiones que sufficerent ad condemnandum in ciuilibus, Non sufficerent in criminalibus, in quibus probationes debent esse luce meridiana clariores, iuxta l. fina. C. de probatio. vt volunt Innocen. & hostien. in c. Quia verisimile de ꝑsumptio. & Panormi. in c. secondo & c. quanto eo. tit. & Roma. in l. prima. §. si quis in Villa .ff. ad sillaia & aliquid Bal. in d. l. fina. col. fina. cũ concor. de quibus per Alex. cons. 15. inci. viso processu inquisitionis formate quarta col. primo. vol. & per felli. in c. Afferte de presumptio. Et coniungende erunt probationes facte in causa criminali, cum factis in causa ciuili, propter reproductionem earum, Et quia ipsi Domini Phebus, & Lazarinus fecerunt partem in causa ciuili, ꝑ ea que vult Panormi. in c. causam que de testi. & Docto. in l. 2. C. de eden.

Et si fiat condemnatio ex dolo istorum conuentorum certum est ꝙ Iurari potest in litem de quantitate damni & incendii ac rerum furto subtractarum & de populatarum iuxta l. si quando C. vnde vi & c. fina. cum vtrobiq; notat. quod met. cau. & notata ꝑ Bar. in l. prima §. prim. ff. si fami. fur. fe. di. Quod si presuponamus Dominos conuentos & Bonifacium sindicum, teneri de sola. culpa & negligẽtia, ex facto aliorum, prout supra dictum fuit, tunc non poterit iurari in litem, vt per Bar. in d. l. Nequid tertia questione .ff. de inced. rui. neufr. iunctis his, que dixit in d. l. prim. §. prim. in fi. commen. ff. si fam. fur. feci. dica. cum concordantibus de quibus per Do. Iaso. in d. l. si quando 13. col. & debet haberi recursus ad circumstantias, de quib. ibi maxime per Bar. in d. l. prima. §. primo in fine commenti, Et hec succinte dicta sunt propter temporis breuitatem, Et Qr. non licet instruere mineruam, sed aliquas decisiones solum pro forma adducere. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Filia Domini Castri que successit in bonis, An sit subdita, & bona an sint de Iurisdictione Dominorum.

CONS. CXVIII.

LICET bona ista allodialia, que erant alterius ex Dominis loci deuenerint in filiam, ex successione Iuris communis, & iuxt. c. inter filiã alias 2. si de feu. fue. cõtro. inter Dominum & agna. & c. primũ si de feu. fue. controu. inter mas. & femi. Et non possint Domini sibi ipsis iusdicere de ipsis Bonis vt in l. prim. C. ne quis in cau. propri. & in l. Qui Iurisditioni cum ibi notatis. ff. de iurisditione omni. iudi. vbi plene de materia. Ex hoc non possunt negari. Quin sint de Iurisditione Dominorum & Dominis subdita, cum sint in territorio eorum, & non sint exempta, per notabilem decisionẽ Alberi. de Rosa. in l. sifamilie C. famil. her. post hostien. in c. Nimis de Iure Iuran. per textum in c. ad hoc de pa. Iur. firman. Et idem vult, ipse Alberi. de Rosa.

in

in Dictionario, in verbo Allodium Dicēs vtrobiq; ꝗ licet Allodium dicatur quasi aliunde, Non recognitum sed liberum, proprium & purum, prout etiam notat̄.in d. §.ad hoc vbi Bal.in prima col. Non tamen excludit Iurisdictionem vel superioritatem alterius videlicet qui in loco habet iurisdictionem, quòd etiam vult Panor.in d.c.nimis,& in c.si diligenti,secondo notabili de prescrip. faciunt notata in l. Bene azenone C.de Quadri.presc.ꝗ imperator sit Dominus mondi,scilicet ratione Iurisdictionis licet dominium & proprietas singularium rerum sit aliarum personarum, Cum aliud sit habere Dominium rerum Aliud iurisdictionem, vt dicit etiam Bal.in c. primo §.final.Quibus mo. feu. amit.& Docto.ac Alua.in d.§.Ad hoc Et consequenter Domini inuestiti de territorio. Cum mero & mixto imperio habent iurisdictionem tam in suis propriis fondis & Allodiis, quam in alienis & feudalibus facit l. Pupillus §. territorium.ff. de verb.signi.Sic & ecclesia scita in Diocesi. ex hoc est de iurisditione Episcopi, Nisi probetur exempta,c.cum dilectus de relli. do. cum ibi notat. cum concordantibus.

Facit etiam quod dicimus de delinquente in loco exempto, vel ecclesie, Aut clerici, vt fiat de iurisdictione Domini illius prouincie, vel Territorii,in quibus est talis locus exemptus. vel ecclesie.Nisi talis locus habeat Iurisdictionem separatam de per se, vt per Bar.in d.l.si cui, §.fina.in prim. questione .ff. de accusa. Et Doctor.in l.Si quis in hoc genus per illum textum.C. de Epis. & Cleri.& in c.Fina. de immuni.Ecclesi.cum concordantibus de quibus per Ang.areti.in tractatu malefi.in clausula in scalis Santi petronii,& est de mente Hostien. & Panorm.in d.c.nimis, Nisi exemptio esset data loco et persone vt per Bart. in l.fina.post medium commen.ff.de constitu.princip.

Persona autē huius Domine mulieris Non potest dici subdita, Tum quia est nupta extra territorium, quo casu, non est quo ad personam amplius de Illa iurisdittione adeo ꝗ si esset origine de Villa. Pro ut est de Castro, Non posset astringi ad onera personalia.l. prim.vbi Bar.C.de mulierib. & in quo loc.lib.10. habetur Pulchre per Pau.de Cast.in cons.195 Inci. posset quis in antiquis.Post notata per Barto. in.l.penul.§.idem rescripserunt.ff.ad municip.& in.l.prim.C.de mulier.& in quo loco lib. 10.& per.l.cum quædam puella. ff. de iurisd.omni.iudi.cum similibus. Tum quia est de familia Dominorum Castri. Quæ differt à subditis, & est diuersa species, vt per Bald.& alios in c.prim. vbi bonus tex. quali.Vas.iura.debe.fidelita. & facit, l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdic. omnium iudi. & consuluit Cardi.consil.2.dicens ꝗ sunt de loco,sed non sunt subdite statutis loci, Et licet sit nupta extra familiam nō eo minus desinit esse de familia nec perdit priuilegia originis,ut per Bar.in d.§.idem rescripserunt & Pau.de Cast.d.consi.195.& Docto.in.l.uoluntas.vbi Dominus Ias.in princip.commen.C.de fideicommis.& D. Ias.in.l.prim.in fine commen.ff.de constitutio.princip.& Alex.cons.55.incip.ponderatis 3.volumine cum concordantibus. Laus Deo, & Vergini gloriosissime.

Albertus Brunus.

SI inter aliquos consortes litigetur super iure deputandi, vel remouendi officialē. in suprema curia, per viā appellationis, Dicente parte appellante, ꝗ ei spectat ius insolidum deputandi.

An Iudex à quo, si pars appellans deputat nouum officialem sine alia parte appellata poterit de ista causa cognoscere.

Et an hoc fieri poßit lite pendente.

Et per clausulam constituti, transferatur quasi possessio iurisdictionis.

Et an potestas an domini eum insolidum deputantes dicantur alios consortes turbare.

Et quid iuris si ipsi consortes diuersos elligant potestates.

CONS. CXIX.

In hac materia vide Bru.cons.93.& 98.prim. volumine, & Soci. cons. 165. 187.& 278. Bru. Flius.

ISTO ꝙ in curia Gratianopolitana pendeat lis super remotione Bernardini potestatis Ferreriarum, per Appellationē partis aduerse Quem antea nos reuocauimus in curia Gubernii Astensis, Dicentibus aliis consortibus nostris, ꝙ ius habent in solidum elligendi sine nobis, Cursu temporis inductum & causatum, Nihilominus, ex quo ipsum Bernardinum nunc remouerunt, Et alium potestatem nomine Albertum in potestatem sine nobis insolidum constituerunt, Debet Mag. D. Vicarius Gubernii Astensis prouidere, & inhibitionem penalem Quam ipsi Alberto, & ipsius Alberti locum tenenti fecimus confirmare, & Validam declarare, Que inhibitio est, ꝙ ex quo Domini de malabaylis, Antonius de Bertonis ,& ego condomini Ferreriarum Deputauimus Bertolam Brunum Agnatum meum pro potestate dicti loci Quo ad partes Nostras, Non debeāt ipsi Albertus, & locumtenens eius, se de hominibus & partibus nostris intromittere,

Et moueor quia in Curia Gratianopolitana, Non est questio de totali iurisdictione inter nos consortes Quo casu, Vbi esset de vniuersali iurisdictione questio secundum Bar.in l.si post litem.ff.de exceptio. vers. sed quero, particularis questio Iurisditionis non posset regulariter inter nos intentari, Ne preiuditium fieret Questioni iurisdictionis vniuersali Nisi inspectantibus ad iurisdictionem & quæ sint tempore peritura, vel nisi in casibus infra dicendis, sed questio illa est particularis, quo casu secundum Bar. Ibi possessor in omnibus iuribus Ipsius particularis questionis, potest vti sua quasi possessione, Ita vt secundum Bar. Ibi si sit questio de Dominio Castri inter plures cōsortes, possessor in omnibus iuribus castri potest vti iuribus Castri pendente Iuditio per l. pen.ff.de aqua quotti.& æsti. Ad quod videri etiam possunt dicta innoc.in loco ibi per Bar.seu verius per Ang. allegato.

Secondo moueor, Quia lite pendente super iure, & quasi possessione elligendi officialem, Et electionis facte, Non licet aliam ellectionem facere, in preiuditium litis pendentie, & facta est nulla.c.primo & 2. cum ibi notatis vt lit.pen.in 6. & late tangit Io. Andr.in c. Non solum, col. fi. de Appel.in 6.vbi etiam alii, maxime Philippus Franchus, volentes ꝙ si aliquis litigās sit depositus à dignitate vel officio, per sententiam, à qua appellauerit, & pendente litte, seu appellatione, Alter sit eius loco subrogatus, per partem,vel iudicem Aut tertium, vigore ipsius depositionis et sententie dicatur innouari, & attemptari in preiuditium litis, & appellationis ita ꝙ subrogatus sit remouendus, Est enim litigiosum ius istud de quo litigatur secundū Glo. in verbo litigantibus in d. c. primo vt lit. pen.Ita ꝙ sicut res litigiosa nō potest in tertium alienari, Ita nec de alio licita sit ellectio, secundum mentem d. glo. facit regula l.prime,ff. Nil noua.ꝙ appellatione pendente nil. sit inouandum, & c.non solum cum glo.& ibi notat. de appel.in sesto & memini alias consuluisse in hac materia ꝙ preualeat ellectio, que à iure concomitatur, De qua materia tradditur per Innoc.& Docto.in c.2.de resti.in integ.

Tertio moueor, Quia cum disputetur in curia gratianopolis de causa petitorium concernente, videlicet remotionem Bernardini,& tractemus hic de possessorio,Ne in possessione turbemur, vnum iuditium nō dicitur alteri preiuditium facere, vt plenè tradditur in l. naturaliter ,§. Nichil commune.ff.de acquire.Pos.& infra patebit in vers. sequenti,

Quarto moueor, Quia est expressum in c.cū teneamur de appel. & in c.An sit eo.tit.cū ibi plene tradditis,ꝙ appellatione pendente, vel causa appellationis Non liceat turbare,

bare, vel spoliare partem appellatam. sicut nec partem appellantem & secundum glo. in d. c. nõ solũ in gl. fi. in medio, vtens possessione alio modo, quam prius vteretur, vel illicitum aut dolosum faciens in præiuditium aduersarii dicitur innouare tali innouatione, que est retractanda, cũ predecessores a nobis in ipso officio fuerint cõfirmati, Aut positi fuerint de licẽtia nostra, & se nominatim gesserint pro offitialibus nostris, Dicendo ego talis offitialis, positus vel deputatus, à Dominis ferreriarum videlicet Do. de malabailis Do. Georgio Bertono autore Do. Antonii Bertoni Alberto Bruno, &c. vel hoc modo ego potestas Dominorum Ferreriarum, videlicet talium & talium, vt constat per processus inquisitionum factos per ipsum Bernardinum, Ita quod ista deputatio Alberti noui potestatis, Aliter & alio modo fieret per alios condominos ius deputandi insolidum contra veritatem pretendentes, Et Presuposito, ꝙ de suo vel nr̃o possessorio & modo deputandi, non fiat aliter fides, presumitur officialis fuisse ab omnibus deputatus, cum factum aliquid presumatur ab eo, Qui facere de iure debet, & qui habet titulum, & prout titulus de iure dictat, per notata in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. per Bar. & in l. 2. C. de acqui. here. & alias consului in ista materia Item de nostra possessione satis cõstat per instrumenta alienationum per aduersantes in nos factarum, cum clausula constituti, vt per Bar. in l. Quod de meo in principio col. fina. ff. de acqui. pos. vbi dicit ꝙ existens in quasi possessione castri, si constituat se possidere, nomine meo transfert in me quasi possessionem iurisdictionis cũ quo ibi transeunt Doctores maxime Allex. dicens eo casu statim transferri possessionem alia patiẽtia eorum non expectata, Que patientia bene esset necessaria vbi homines se constituerẽt quasi posidere nomine alterius, faciunt notata ꝑ Bar. in l. ab emptione col. 2. cum concordantibus ibi traditis ꝑ D. Iaso. in 6. & 7. col. ff. de pact. & idem in herede constituentis, vt per Pau. de ca. in l. Neq; in fin. cõmenti C. de vsufr. cum vt alias consului & dixit Pau. de ca. in l. vie in fin. cõmen. ff. de serui. tit. generali, deputacio offitialis fieri debet per omnes Dominos Ita ꝙ etiam pro nobis sit ius commune quod disponit. vt lite pendente possidere debeat. Qui habet ius commune pro se, c. cum personæ, §. primo & fina. de priuileg. in vi. & alias cõsului in hoc casu.

Non obstat ꝙ obiicitur de litte pendente, in curia grationopolis, Quia cum ageremus in curia gubernii Astensis, de remouendo ipsum Bernardinum, & ab interloquutoria fuisset ex aduerso ad curiam grationopolitanam appellatum, vbi retenta est causa in Negotio principali & fuerunt aduersantes assignati ad probandum quod ius deputandi soleant exercere insolidum per tempora de quibus ibi, nobis contrarium articulantibus & probantibus.

Et lite & appellatione pendente fuerit ipse Bernardinus remotus. lis est finita per eius remotionem, & alberti nouam deputationem. §. fina. insti. de perpe. & tempo. actio. Nisi quo ad expensas, ut ibi per Iohannem Fabri.

Et dato quod duraret lis. Ibi inter nos, & alios consortes aduersarios; Ista noua deputatio per aduersantes facta, de alio videtur facere nouam causam ex interuentu noue persone, secundum Ang. in l. ubi pactum secunda colum. C. de transactio. cũ quo transit Alex. in l. naturaliter. §. nichil commune in 31. colum. ff. de acq. possess. Et quia est causa possessionẽ concernens, quousque causa grationopolis super iure deputandi fuerit terminata. Dicta litis pendentia non obstat quominus hæc causa sit hic tractanda secundum Alex. Ibi in 30. colũ. & dictum fuit supra, maximè qr. citius ista esse finitura speratur secundum eum. Ideo dominus præpo. in c. cum teneamur tertia colum. in fin. de appellationib. dixit, ꝙ etiam inter easdem personas potest fieri ex diuersa causa super eadem materia noua instantia appellatione non obstante & inchoari, & tãto magis ex interuentu noue persone ad quam nõ trahitur inhibitio curie grationopolis seu iudicis

cis ad quem, vt per D. Philip. Francum & D. preposi. in dict. cap. cum teneamur volentes quod contra eum, possit adiri Iudex à quo, quod fortificatur Quia si inhibitiones & precepta que fecimus Bernardino non ligant, istum Albertum necessario est noua causa, Cum & tandem, Vbi appellatus turbatur in possessione, vel spoliatur potest adiri Iudex a quo vt prouideat per textum & notata in d. cap. cum teneamur & in cap. an sit de appel. & secundum glo. in cap. secondo in glo. 4. de matr. contract. contra inter. eccle. Iudex à quo potest inhibere parti appellanti ne faciat id propter quod appellauit, vel quod sequitur ex eo, puta ne cum alia contrahat matrimonium litte & appellatione pendente super matrimonio à quo appellauit, Sequitur Ibi Panormi. Post alios dicens ex hoc quod appellatio non tuetur appellantem. vt facere possit id propter quod appellauit, Nec obstat quod iste nouus potestas, Qui non reperitur nominatus in Curia grationopolis non sit attendendus, sed factum deputantium, Quia licet hoc non tollat quominus Iudex à quo possit vt supra adiri tamen certum est quod imo ipse Albertus est qui nos turbat procedendo etiam pro parte nostra, vt dixit Bar. in l. prima §. huius autem in fin. commen. ff. vti posside. Quamuis etiam per Dominorum ellectionem, & diffamationem dicamur turbari Vt ibi per Bar. in prima & seconda questione post Innoc. in cap. secondo de in inte. re. vbi alii, licet non dicamur possessione spoliari, ex eo quod alium constituimus etiam nos potestatem, Vt per Bar. in dict. §. huius autem secunda questione alias penul. circa finem, Quo fit, vt sit necesse quod superior, in hac discordia Duorum potestatum electorum inter nos partes suas intromitat vt per Ang. Allex. & Barba. in l. seconda. §. Ex his. ff. de verb. oblig. & Panor. in cap. fi. seconda col. vltimo notabili de re Iudi. Cum quo Felli. & alii transeunt, & memini in isto casu alias consuluisse & patet in consiliis meis impressis &c. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

QVando ex Priuilegio debet esse in loco subdito, immediate Principi, potestas habens merum & mixtum imperium, & omnimodam Iurisdictionem, An confiscationes spectent Principi, vel communi Illius loci, ac iura Fiscalia, an vero Vassallo.

Et Quid si adsit Ibi Vassallus,

Et an si princeps commitat causam spectantem Potestati loci hoc possit non Violatis priuilegiis loci, Cuius in territorio est annexa iurisdictio, & non violatis statutis loci disponentibus quod eius potestas de causis cognoscat per principem confirmatis.

Et quod confirmatio statutorum loci habeat vim priuilegii.

Et Quid in preside, an se intromitere possit de primis causis locorum habentium iurisdictionem, & proprium potestatem.

Et an Ciuitas vel locus se submitens principi, vel recognoscens ex iurisdictione, transferat in principem iura Fiscalia, ac Palatium potestatis, & molendina communitatis.

Et an iurisdictio annexa territorio, possit separari, perimi, & mutari, per principem.

Et an Castrum ciuitatis, possit in feudum dari, vel infeudatum disfeudari per Principem.

CONS. CXX.

DVM Queritur an Bonorum confiscatio, spectet Principi, An vero Communitati loci, stantibus Capitulis & Priuilegiis, ꝙ Princeps in loco debeat ponere Potestatem, Qui habeat merum & mixtum imperium ac omnimodam iurisdictionē. Premito ꝙ de iure Ista loca non habent Iurisdictionē pariter nec castra, licet de consuetudine quandoq; habere reperiantur, & subsunt ciuitati in cuius sunt territorio, seu verius Iudici Ciuitatis. Vt per Bar. in l. p. §. Cum vrbem. ff. de offi. pref. vrb. & in l. prima

quarta col. de iudit. Vel premitto quod ex istis priuilegiis confertur iurisdictio, Que coheret Passiue territorio huius loci, ex quo potestas Ibi habet potestatem terrendi l. pupillus §. Territorium .ff. de verbo. signi. & l. final. C. vbi & apud quem, vbi Bar. Bal. & scriben. Que iurisdictio, Non competit communitati Quia ipsa nō habet potestatem iusdicendi, & potestatem deputandi d. §. Territorium & l. prima §. Cum vrbem cum ibi notat. ff. de offi. prefe. vrb. & not. Innoc. in cap. cum accessissent de constitu. & Iaco. de Belui. in aut. de defen. Ciui. in §. primo in 3. questione.

Et sic iurisdictio actiue est penes Principem, & passiue penes hanc vniuersitatem, & in territorio huius vniuersitatis, & loci, Quamuis ex priuilegio, iuxta notata per Bar. in l. prima col. fin. ff. de Iur. omni. Iudi. vbi alii, & per moder. max. D. Iaso. in col. fina. & pulchre per Allex. in cons. 35. inci. viso processu cause vertentis inter communitatem Serzane prima col. quarto volumine & per Bar. in l. prima in fi. commen. ff. de dam. infe. & in d. §. cum vrbem vers. Item allegatur in argumentum in fi. vers. vbi etiam dicit quod quando in loco est ordinarius. Ibi dicitur iurisdictio adherere territorio, Nam vt dicit Bar. in d. l. prima in fi. commen. ff. de Iur. omni. Iudi. Iurisdictio nō dicitur esse penes Castrum, vel ciuitatem. Nisi ipsi sint qui deputent potestatem in ipso loco, & Tunc est Questio An ipse populus, An vero officialis sit ille. Qui habeat iurisdictionē vt ibi per Allex. & Dominum meum Ias. in fin. commen. Vbi autem populus, non deputat officialem, esto, quod eligat, indubitanter populus non dicitur habere iurisdictionem, sed superior confirmans, vt per Bar. in auten. de defen. Ciui. §. iusiurandum, prope fi. commen. col. tertia & latius, p̄ Allex. vbi supra, prope fi. cōmen. Qui subdit ꝙ oīs iurisdictio est imperatoris, Quia ipse est q̄ Iurisdictiones tribuit magistratus creando, vel confirmādo, vel prestando autoritatem creandi, vel confirmandi, per iura per eum allegata, & sic non obstāt que dixit D. prepo. in c. prim. §. ad hec, prima col. de pac. iura. firman. post archi. in c. si Episcopus de offi. ordi. in 6. ꝙ si consuetudo prouidet in loco de aliquo iudice, vel ibi solet esse spiritualis Iudex, quod apud illum censetur esse iurisdictio, & non apud superiorem, Quia intelligitur nisi superior deputet potestatem Quo casu intelligitur esse passiue in territorio, Item intelligitur quoad effectum, Ne generales Iudices & commissarii se possint, de causis in ipso loco vertentibus impedire prout loquntur Docto. in d. c. si Episcopus intelligendo dictum Doctoris secundum iura allegata per eum, iuxta notata per Bar. in l. non solum .§. si liberationis verba .ff. de lib. leg. & Pau. de ca. in l. Nemo de iuris. omni. iudi. & infra dicetur. Cum regulariter princeps concurrat in iurisdictione cum magistratibus inferioribus, vt late per Felli. in c. pastoralis de offi. ordi. Dicens quod iurisdictio. censetur concessa accumulatiue non priuatiue quo ad ipsum principem vt etiam infra dicetur.

Ex quibus infertur quod cum iurisdictio actiue sit penes principem. Qui deputat potestatem, Emolumenta iurisdictionis ac confiscationes spectēt ipsi principi per notata per Bar. in l. Item veniunt .§. ait senatus .ff. de peti. here. & Dominum meum Iaso. post alios in l. Imperium sexta col. ff. de Iuris. omni. Iudi. & per Bar. in l. prima prope fin. commen. cum additione Ibi posita C. de bon. Vac. lib. 10. in vers. Quero vtrum, pro delictis, & quod talia loca non habeant Iura fisci, Nec fisci priuilegia, Vult Bar. in Rubrica C. de Iure fis. libro decimo. Et pulchre Bal. in Rubrica C. de priuil. fisci. Et dixit ad propositum Bal. in l. secunda in fin. commen. C. Commu. de vsuca. quod etiam ciuitates non habent ius confiscandi, Nisi habeant regalia, Quod et vult Bar. in Repetitione l. prime col. fina. C. de Sōm. trini. Dicēs ꝙ ciuitates Italie non habent fiscum, Nec iura fiscalia, Nec possunt bona publicare propter delicta, per d. l. primam. Nisi secūdū Bar. Ibi hoc habeāt, ex p̄uilegio vel

prescriptione

prescriptione, seu antiqua consuetudine prout et dicunt Docto. in d. l. imperiū vbi Dominus meus Ias. in 9. col. in vers. sed videndum est quod de prescriptione & consuetudine etiam sequitur Allex. cons. sexto inci. viso in fi. primo vol.

Et secundum Bar. in l. seconda in fi. cōmen. ff. de iure fi. Ad hoc vt bona possint ex delicto deferri loco vel ciuitati, Debet ei concessum fuisse merum, Vel mixtum Imperium cum regalibus. Vult idem Bar. in l. prima C. de excu. mu. libro decimo in fine commen. Dicens quod pene & mulcte non debentur rectoribus, vel Presidi, sed ei qui in loco habet ius fiscale. Et quia sunt de regalibus, Talia non veniunt nisi expresse concedātur per cap. primum in titulo que sint rega. de quo etiam per Antonium de Butrio in cap. per venerabilem qui fil. sint legi. Et Bal. cons. 110. incipit Antiqua versiculo sed hic est aduertendum primo volumine penultima impressione, vbi dicit quod imperator ex Pace Constantie. Non censetur ciuitatibus Italie Regalia concessisse, licet concesserit merum & mixtum Imperium, vnde in presenti casu dico ꝙ si appareat de consuetudine, vel de legitima prescriptione huius cōmunitatis, H. Consequendi confiscationes aut alia emolumenta iurisdictionis sit standum consuetudini ac prescriptioni cum talia possint consuetudine acquiri & prescriptione per predicta & notata per Bal. in cap. primo in principio vbi alii hic finitur lex, & per Bal. in d. l. 2. C. commu. de vsuca. & late per D. meum Iaso. in d. l. imperiū in 11. & 12. col. & per Felli. in c. cum non liceat vltima carta de prescriptio. & in c. Quo ad de offi. lega. Alias autem non video quomodo possint Huic vniuersitati, & populo. H. spectare confiscationes, Et publicationes bonorum ex delicto. Vel contumatia etiam ex dispositione statutorum prouenientes, cum non determinent statuta quod applicentur loco & vniuersitati predicte, Nec adsint de hoc priuilegia, et sic remanemus quo ad hoc in dispositione iuris cōmunis l. si cum dotem in prin. cum ibi not. ff. solu. ma. & l. si extraneus ff. de condit. ob cau. & c. cum dilectus vbi textus & Docto. de consuetu. glo. & Doctores. in l. secunda C. de noxa. facit quod voluit Panorm. in cons. 93. inci. in questione, seconda col. secondo volumine ꝙ Ciuitas que habebat Dominium & regalia, recognoscendo simpliciter aliquem in superiorem transfert in illum iura fiscalia ac palacium potestatum emptū per eam nomine Camere & idem Dicit Bal. in cap. primo tertia col. de capi. qui curi. vendi. in molendinis que talis ciuitas habebat vt publica & non iure priuato, vt transferat in Dominum, cui se submitit simpliciter, & consuluit Corneus cons. 321. inci. in hac quarta col. & sequenti quarto dubio quarto volu. quod vendito Castro cum pertinentiis, veniunt nemora pascua mollendina, & omnia alia que vendens tamquam Dominus sub illa vniuersitate tenebat, & ibidem possidebat.

Et non obstat quod talis potestas habens merum, & mixtum imperium possit ad confiscationem, & publicationem bonorum deuenire, vt per Glo. & Docto. in l. prima. C. ne sine ius. prin. & per Lucam de penna. in l. prima in octaua col. in principio C. de priuil. schol. libro duodecimo & ad Bannum, vt per Bal. & Docto. in capitulo primo in principio in tit. hic finitur lex vbi Dominus prepo. in tertia col. Quia de hoc non est questio, Sed an principi, vel vniuersitati, dicti loci, publicatio bonorum aplicetur que non aplicatur vniuersitati prout supra Bene fateor, quod si esset Vassallus inuestitus cum mero & mixto imperio ac omnimoda Iurisdictione quod vtilitas mulctarum, & penarum, & bonorum publicationis ei spectaret, per ea que dixit Bal. in Rubrica. ff. de rer. diui. vers. 43, & alias consului in cons. inserto inter mea consilia feudalia, cons. 31. inci. in causa Dominorum maxime circa finem consilii in primo vol. & est de mente Bar. in l. prim. C. de excu. mune. lib. decimo & aliquid dixit Dominus meus, Iacobinus a Santo

Georgio, me sub eo audiente & scribente in sua inuestitura feudali, in clausula cum mero & mixto imperio 2. col. post medium & Bal. cons. 205. inci. Distinguendum cum sequen. 4. vol. pe. stampa, & Do. Ias. preceptor meus in l. Imperium .ff. de iuris. omni. iudi.

Et quia Istud est extra nostrum propositum, latius non attingo, vnum tamen circa predicta non putaui ommittendum, quod quatenus statuta loci à Principe confirmata determinent penas, vel aliud communitati applicari illud est obseruandum secundum Bal. in d. cons. 110. vbi dicitur confirmationem statutorum habere vim priuilegii.

Sed Quia dubitari contingit etiam. An dicatur offendi priuilegia loci, ex quo facta fuit per principem cōmissio alteri, quam potestati, Dico quod si facta fuisset delegatio vni de loco esset minus Dubiū per l. tam collatores vbi Bar. in fin. commen. C. de reb. milli. lib. 12. Dicens quod quando fit specialis commissio subdito alicuius habenti Iurisdictionem vniuersalem, Nō dicitur ledi Iurisdictio talis iudicis minusque territorii, Cum in territorio exerceatur, per predicta, Verum quia facta fuit delegatio extraneo & vlterius priuilegia & statuta dicunt, quod Iurisdictio in territorio illo vel loco debeat per potestatem ipsum exerceri, ex hoc videtur quibuscunque aliis à superiore seu à principe deputandis denegata, per eaque habent in l. cum pretor in principio .ff. de Iudi. & facit l. maritus cum concordantibus C. de procura. Facit quod dixit Bal. in l. fina. penultima col. versiculo Quero quidam .C. si a non compe. iudi. vbi dicit quod preses generalis, non potest punire hominem de Castro prouincie, Quando castrum habet suum potestatem, Sed debet remittere malefactorem ad ipsum potestatem Castri, vult Pau. de ca. in l. Nemo C. de iuris. omni. Iud. facit quod dixit Bar. in l. iuditium soluitur. ff. de iudi. & Allex. in l. contra pupillum .§. primo .ff. de re Iudi.

Et ex hoc etiam apparet responsum ad id quod dicit Bar. in l. studentibus C. de offi. prefe. vrb. cum concordantibus de quibus per Allex. in l. testamenta pen. col. in fi. C. de testa. & per Felli. in cap. pastoralis. secunda col. & in c. irrefragabili de offi. ordi. Dum dicunt, quod datio specialis officialis in loco. Non dicitur derrogare iurisdictioni, habentis ibi generalem iurisdictionem Quia verba cantāt quod Iurisdictio sit exercenda per ipsum potestatem in territorio, seu loco deputatum, & tanto fortius ex quo potestas preuenit in iurisdictione l. ex eo tempore vbi Bar. C. de appella. & quod habetur, in l. si quis posteaquam .ff. de iudit. Et si dicatur quod princeps potest inmutare, perimere & separare Iurisdictionem annexam territorio, vt per Bald. in l. Data opera decima col. C. qui accu. non pos. & quod potest ordinarium vetare, vt in §. & Iudicare in auttētica de deffēsorib. Ciui. et habetur in c. vt vestrū de appelationibus & in dict. l. iuditium soluitur, & in cap. studuisti de offi. leg. cum concordantibus tradditis per Allexan. in l. contra pupillum §. primo in fi. commen. ff. de re iudi. & vult Bal. in l. prim. in questione final. & penul. C. quom. & quando Iudex, & aliqua dixi etiā in consiliis meis feudalibus prim. voluminis impressi cons. 92. Respondeo quod in isto casu hoc non potest nisi cum preiuditio & offensione priuillegiorum, & statutorum loci, & contraria procederēt, vbi princeps simpliciter, & remota concessione priuilegii, ac remotis statutis loci ab ipso principe ad preces communitatis confirmatis, que de potestate, & eius offitio loquntur, prouidisset ipsi territorio de iusdicente, nec essent in statutis vel priuilegiis verba repugnantia dellegationi, vel commissioni per Principem alteri faciende, Cum bene verum sit, quod princeps concurrat in iurisdictione, cum quocunque suo preside & potestate, nisi priuillegia, vel statuta sonent in contrarium, per Decisiones & Iura preallegata, & vult Bal. in cap. primo in principio prope fin. cōmen. de natu. feu. vbi dicit quod licet omnis

iurisdictio

Iurisdictio sit in principe, Ita vt possit concedere alicui castrum alicuius ciuitatis. Tamen hoc non procedit vbi princeps Iurisdictionem alteri, seu ipsi ciuitati concessisset in perpetuum, & notatur in cap. Pastorallis preallegato, & per Iohannem de ana. cons. 81. iunctis his que habentur in consiliis meis feudalibus impressis in primo volumine cons. 47. & in cons. primo quinta col. vers. Et quia prope finem versiculi Quæ cons.cum sint impressa non transcribo ibi dicta, licet secus sit in castro in Feudum concesso cum Iurisdictione &c. à quo nō pōt toli Iurisdictio, nec sine causa in feudum alteri concedi, aut fieri non feudale, vt per Bal. in l. Qui se patris pen. col. C. vnde libe. & Pau. de ca. cons. 156. inci. viso & examinato in fi. in antiquis, & Felli. in c. Que in ecclesiarum 20. col. vers. Demum in hoc secundo de constitutio. quicquid in contrarium dicat Lucas de penna in l. possessores 2. col. C. de fon. Pa. & in l. prediorū 20. col. cum sequen. C. de loca. predio. ciui. lib. 11. Laus Deo, & Virgini gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN Poßit quis de homagio, vel feudo testari inter suos vel extraneos.

Et an de feudo nouo, Vel de homagio Nouo, cum Domini consensu.

Et an talis consensus, sit necessarius in vita testantis, & ante ius quesitum, & in testando inter suos.

Et an in feudo Nouo poßit vassallus, Nepotem Filio, vel vnum filium alteri preferre vel in eo onus apponere.

An liceat successoribus, sicut acquirenti, de feudo testari.

Quid si filius in sui preiuditium consentiat testamento.

In feudo concesso pro se & heredibus, potest acquirens vnum filium alteri preferre Secus si pro se & filiis, Non apposito verbo heredibus, Nisi Domini consensus interueniat, Vel tantundem filio leso relinquatur.

Potest acquirens feudum vel homagium à principio pro altero tantum filiorum stipulari.

Mortuo Vassallo, successor ex persona Domini, an Vassalli acquirat feudum vers. quarto in fi. & sequen.

Heres in certis rebus an succedat equaliter, in feudo vel homagio, cum herede vniuersali.

Ille vel Agnatus per quem non stat quominus sit heres, an succedat in feudo.

Quid si sit apposita clausula ad habendum tenendum & poßidendum & quicquid sibi perpetuo placuerit faciendum.

Habens bona in feudum, vel homagium, pro se & quibus dederit, vel pro se, & quibus cedere voluerit, an poßit de ipsis testari, vel ipsa sine Domini licentia alienare.

An censeatur Quis de feudo, vel homagio fuisse testatus cum aliis bonis.

Testator prohibens filios Quibus certas partes aßignauit, Ne plus petant, An censeatur prohibuisse etiam de bonis feudalibus vel datis in homagium.

In generali alienatione, vel obligatione, non veniunt bona feudalia.

Hereditatis appellatione an veniant feuda,

Et an Bonorum appellatione, ita q̃ testator loquens de bonis, videatur de feudalibus sentire.

Concesio feudi, vel homagii, pro se & filiis vel pro se & heredibus, An intelligatur pro descendentibus in infinitum.

Et an renuntians hereditati, aut Bonis, censeatur feudo renuntiasse.

Si pater diuisit feudum, vel homagium inter filios, an poßit aliter in testamento disponere, & diuisionem illam reuocare.

Inuestitura Noua non est necessaria, Nec nouum iuramentum, vbi quis fuit inuestitus, & iurauit pro se & heredibus.

Et quid è contra si fuit iuratum Domino, pro se & successoribus.

Feuda & homagia, an dicantur bona quasi castrensia, & an pater in eis habeat vsumfructum.

CONS. CXXI.

OMNIPOTENTIS DEI, & Gloriosissime Virginis Marie matris Verbi incarnati inuocato presidio, Viso processu agitato inter Dominicum de Gaua ciis ex vna parte, & Matheum eius fratrem ex alia, Pretextu bonorum in homagiũ per alterum ex Dñis Cortasoni concessorũ Gullielmo eorum patri pro se & suis heredibus, Dicente Matheo non valere testamentum patris quo ad ipsa bona in homagium concessa, Dum Gullielmus Pater instituit Dominicum & Matheum heredes, in certis bonis & filios Dominici heredes vniuersales.

Contra matheum facit, Quia vt alias consului in cons. 43. inserto in primo vol. consiliorum meorum feudalium, potest pater de talibus homagiis inter suos testari, & disponere, in vltima voluntate, vel inter viuos, & ibi apparet de natura talium homagiorum post specu. in tit. de feudis. §. Nunc aliqua vers. Decimonono circa finem, vbi paulo ante dicit circa hoc, & alia attendi consuetudinem loci ac regionis & dicta in illo cons. non repeto, ex quo sunt impressa & multi illa habent. Licet de mero feudo, etiam inter filios, Quis testari non possit secundum Andr. de Iser. in c. p. in principio de suc. feu. cum concordantibus aggregatis per Barba. inter cõs. Allex. cons. 55. col. fi. in princ. quarto vol.

Secondo contra ipsum matheum facit, Quia potest pater cum Domini consensu de feudo nouo & per eum acquisito, vnum de filiis in tali feudo alteri preferre, cũ Domini consensu, ac inter viuos, cum antedicto consensu etiam in extraneum, alienare secundum And. de Iser. in c. prim. de alie. feu. pat. vbi etiam Aluaro. in col. pe. & fina. & Alex. in cons. 12. inci. perspectis his in quinto vol. & in cons. 18. inci. super primo dubio 2. col. vers. & potuit cum sequenti iuncto etiã vers. ibi preceden. eo. uol. Quod etiam sequitur Dominus meus Ias. in l. 2. col. fi. C. de Iur. emphi. & Barba. in d. cons. 55. col. fi. Quod limitat Bal. in l. 2. col. fi. C. de lib. & eo. lib. & Barba. in d. cons. 55. col. fi. post Pau. de ca. in cons. ibi allegato, & Aluaro. in d. c. primo de alie. feu. pat. Nisi filiorum contẽplatione fuisset concessum prout latius infra dicetur & maxime valuisset testamẽtum de tali homagio sicut & de feudo attento Do. consensu per predicta, iunctis his que dixi in cons. 105. in primo volumine consiliorum meorum feudalium impresso, vbi tetigi an pater possit in feudo nouo apponere onus, vel grauamen, vel de illo testari.

Sed ad hoc posset responderi, ꝙ iste consensus domini superuenit post ius quesitum Matheo, hoc est mortuo jam Gullielmo patre & testatore, Quo casu non videtur posse ipsi Matheo preiudicare vt per alua. in c. primo in principio ante pen. col. vers. Quero an consensus de prohib. alie. feu. per fre. vbi etiã alii, & est de mente Allex. cons. 106. inci. viso Themate vers. pen. & fi. 4. vol. iunctis his que dixit Bal. in l. Item videndum, §. Nunc videamus, ff. de peti. here. Dum dixit ꝙ in feudis ius Patris extinguitur eo mortuo, Ad quod facit, quod etiam dicetur infra in 5. fondamento. licet Bal. in c. primo. §. donare in principio com men. Quali oli. feu. pote. ali. dicat consensum Domini post testamentum, & mortem testantis validare ipsam dispositionẽ testatoris circa feudum, sed intelligo dictũ Bal. quantum sit ad preiuditium Domini per predicta.

Quod si replicetur Domini consensum non esse necessarium in alienatione feudi, que fit inter suos, & inter illos q. sunt de comprehensis in concessione iuxta notata per Bal. in c. p. in princ. 4. col. vers. Quero an inter agnatos, vbi ẽt D. prepo. de prohib. ali. feu. per fre. & Bal. in cons. 415. inci. proponitur 4. volumine penultima stampa et Prepo. in c. prim. §. sed & res, per quos fiat inuesti. Respondetur ꝙ in alterando ordine, concessionis est necessarius Domini consensus, ex quo cum eius consensu talis ordo fuit datus, per notata per Bar. & Docto. in l. Qui Rome. §. Flauius. ff. de verb.

verb.oblig.per l. tertiã vbi Bar. ff. de seru. expor. & infra dicetur, & Bal. ac Docto. loquẽtes de alienatione, que fit inter suos de feudo sine Domini consensu, Dicunt illam non tenere in aliorum preiuditium, nisi in vita alienantis, vt ibi per eos & tex. in d.c.primo de ali. feu.pa. exigit Domini consensum, Quamuis in homagiis, vbi nõ est exp̃ssus ordo ista cessent in quibus licet testari inter suos, vt dictum fuit, & licet acquirenti sit permissum cum Domini consensu, de nouo feudo testari, Non tamen licebit aliis successoribus acquirentis, vt declarat Allex. in d. cons. 106. circa fi. 4. volumine & Barba. d. cons. 55. col. fi. post Bal. in d.c. prim. quarta col. vers. Quero vtrum pater de prohi. ali. feu. per fre. & Allex. cons. 89. inci. vtrum pe. col. 4. vol. & 8. inci. visis 4. col. circa principium 3. vol. post Bar. in l. Qui rome. §. Flauius in fi. commen. ff. de verb. oblig. p̃ l. 3. ff. de seru. ex por.

Tertio contra Matheum faceret si consensisset testamento, Quia quando feudatarius non potest testari de feudo, Nichilominus succedens in feudo, si consentiat testamento, sibi preiudicat, vt per Allex. d. cons. 12. vers. accedit ad confirmationẽ 5. vol. & Bal. in c. primo. §. Donare quali. oli. feu. po. ali. & Dominum Iacob. à santo Georgio in sua inuestitura feudali in clausula & cũ pacto ꝙ possint testari 2. questione in fi. cum sequen. & Bal. in c. primo in principio 5. col. vers. Quero vtrum pater possit assignare, de prohi. feu. alie. per fre. Sed ex quo presuponitur, iste Matheus dissensisse, Non est circa hoc aliter insistendum; & potest dici etiam consentire Qui agnoscit relictum, vt per Allex. d. cons. 89. inci. Vtrum col. fi. 4. vol. & in cons. 8. inci. visis 4. col. 3. vol. vbi dicit vtrobiq; ꝙ talis consensus non nocet in legitima.

Quarto multum contra ipsum Matheum facit, Quia istud homagium Gullielmo Patri concessum, fuit, ipsi Gullielmo concessum pro se & heredibus quo casu, dicitur hereditarium, & potest acquirens vni filiorum suorum vel descendentium qui sit heres prelegare, & alios priuare, & est ratio, Quia tale feudum non admititur, Nisi quis sit heres, & ex consequentia heres, tenetur stare facto defoncti, vt per Bal. in d.c. primo in principio 5. col. de prohi. ali. feu. per fre. vbi allegat Andr. de Isser. et ita tenere, & late per Allex in l. apud Iulianum, Quam legit cum l. cum seruus. §. si quis alicui. ff. de leg. primo vbi etiam Franciscus de are. & Dominus meus Ias. & plenius per ipsum D. Ias. in l. 2. penul. col. iunctis his que dixit in tribus cartis Precedentibus. C. de Iur. emphi. & in l. si non sortem. §. Libertus in penul. col. & fi. ff. de condi. indebi. & Allex. cõs. 124. inci. consideratis seconda col. in fin. vers. fortius & sequen. quinto vol. & cons. 12. circa fi. eo. vol. & late ac pulchre per Dominum prepo. in d. c. prim. in principio 7. col. de prohi. ali. feu. per fre. ex cuius Domini prepo. dictis eliciuntur multe limitationes que non faciunt ad propositũ licet quando cõcessio fuisset facta pro se & filiis, non apposita mentione heredum communis oppinio sit, ꝙ pater nõ potuisset tunc vnũ ex descendentibus alteri preferre, vel vni plusquam alteri, relinquere, nisi accedente Domini consensu, vel nisi data compensa equiualẽte, filio leso, vt p̃ Bal. in d. c. primo in principio 5. col. post Andr. de Iser, & per Allex. Et Docto. in d. §. si quis alicui, & Allex. dict. cons. 124. & cons. 8. in princ. 3. vol. & D. Prepo. in d.c. prim. 7. col. & D. Ias. in d. §. libertus pe. col. & fi. et in l. 2. C. de Iur. emphi. col. pe. cum multis precedentibus, & Allex. late in d. cons. 106. 4. vol. vbi prope finem consilii dicit non valere Domini consensum post mortem vassalli, seu post ius quesitum præstitum, & per Maria. in cons. 25. in 4. & 5. col. propter notata in d. l. Qui Rome. §. Flauius per Bar. & scribentes post eum. ff. de verb. obliga. & hoc 2. casu procedunt ea que dixit in proposito Dominus Iacobinus de santo Georgio in sua Inuestitura feudali, in clausula & cum pacto ꝙ possint testari prim. col. Nec primo casu quando feudum est hereditarium, & acquirens vult vnum filium, vel Nepotem alteri preferre exigitur Domini consensus,

Quia

Quia hoc facit natura concessionis, Ita q̄ Domini consensus adsit in ipsa concessione secundum docto. preallegatos maxime D. prepo. in d.c. primo & maria. in d. cons. 25. & est de mente Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi prim. questione. ff. de oper. lib. Cum vt dicāt Docto. maxime Alua. in c. prim. 6. col. vers. Quero ab extra de eo qui sibi & here. suis, & in cap. primo in principio an agna. vel fil. de. feudum hereditarium acquiratur ex pacto facto cum Domino & proueniat mediante hereditate primi inuestiti, & acquirentis.

Quinto contra ipsum Matheum facit Quia potuit à principio Gullielmus, stipulari homagium pro altero ex filiis tantum c. primo de fil. nat. ex matri. contracto ad morganicam, habetur per Bal. in l. prima in 38. quest. ff. de re Iudi. ergo pariter potuit alteri filiorum solum relinquere, sed respondetur prout respondet Barba. dict. cons. 55. in pe. col. in fi. & Dominus meus Ias. in l. 2. in vltimis verbis. C. de iur. emphi. q̄ istud procedit à prin. ante Ius aliquod quesitum filiis, cum mortuo patre, vassallus dicatur capere feudum à Domino vt ibi per Barba. post Bal. in l. mortis causa capitur. ff. de dona. cau. mor. cū ius feudatarii eius morte finiatur, vt per Bal. in l. item videndum. §. Nunc videamus. ff. de peti. here. cū concordantibus & in d. c. primo in princ. 4. col. de prohi. alie. feu. per frede. est textus in c. prim. §. donare quali. olim feu. po. alie. & latius habetur in Decisionibus in precedenti vers. allegatis, & etiam in secondo fondamento.

Sexto facit contra ipsum Matheum, quia fuit heres institutus, in certis rebus, & in feudo hereditario, & in his que non transeunt de sui natura ad extraneos heredes, Non succedit heres in certis rebus, sed solum heres vniuersalis, vel pro quota prout tenet Allex. in l. quædam. §. nichil 2. & 3. col. ff. de eden. post multos alios per eum relatos, sed quia iste passus est disputabilis, & plures tenēt contrariam opinionem vt per Dominum meum Iaso. in d. l. 2. in 77. col. vers. 4. querit hic fali. C. de Iure emphi. & Allex. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & posthu. & in cons. 8. inci. visis prim. & 2. col. in 3. vol. & 124. 2. col. 5. vol, & Felli. in c. in presentia 11. col. de proba. nō insistam super hoc fondamento & soleo tenere cum Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber. q̄ etiam heres in certis rebus succedat, in feudo vel emphiteosi ad extraneos non transitoria & equaliter, vt per Docto. in c. prim. in principio de suc. feu. & Bar. in d. §. si liberi & Allex. in d. cons. 8. prima. col. 3. volumine & d. cons. 89. inci. vtrum pe. col. 4. vol. Quamuis Allex. cons. 124. inci. cōsideratis 2. col. vers. fortius 5. vol. & in l. Quod dicitur pe. col. ff. de verb. oblig. dicat q̄ defertur secundum quottas hereditatis, nisi aliter testator disponit, & est de mente Bal. in l. liberti liberteq; 7. col. vers. sed quid si est statutum & seq. C. de ope. lib. pro qua opinione solet aduci per aliquos quia agnatus per quem nō stat quo minus sit heres in feudo hereditario nichilhominus succedit, vt per Bal. in l. cum secundum circa finē comen. C. de fideicom. & per aliquos maxime Alua. & prepo. in c. prim. in prin. an agna. vel fil. defun. Quod fondamentū non habeo ad propositū pro cōludenti videlicet quādo sunt agnati heredes, & alii non heredes, per ea que dicta sunt supra in 4. fondamento & sepe consului & obtinui q̄ agnatus etiam remotior, heres institutus primi inuestiti, preferatur in feudo hereditario agnato proximiori non heredi.

Septimo contra ipsum Matheum facit Quedam clausula apposita in concessione homagii ad habendum tenendum & possidendum, & quicquid dicto Gullielmo & heredibus placuerit perpetuo faciendum &c. per notata maxime per Bal. in c. prim. per illum textū de feu. non haben. propr. natu. feu. vbi dicit q̄ facta concessione feudi alicui & quibus dederit potest talis de feudo testari etiā in extraneos, Ad quod faciunt multe alie Doctorum Decisiones ad hoc propositum relate per Allex. cons. 30. inci. Quoniam col. fi. vers. Ad 7. prim. volumine & D. Philip. Deci. cons. 193. inci. & protenui 2. col. & prope fi. & per D.

Curtium

Curtium Iuniorem cons. quarto inci. super controuersia, & D. meum Ias. in l. fina. in tertia col. vers. 2. iuxta C. de iur. emphi. sed non obstant predicta, Quia ista generalis clausula ad habendum &c. Non videtur equipolere illi clausule, & quibus dederit, seu quibus iura sua cedere voluerit, De quibus loquuntur textus & Docto. in locis preallegatis, & ista generalis clausula videtur intelligenda secundum naturam contractus, prout in simili dicunt Docto. de pacto, & licentia alienandi cuicumque voluerit appositis in instrumentis emphiteoticis, vt per specu. in titulo de loca. §. Nunc aliqua vers. 94. & Allex. dict. cons. 106. inci. viso Themate prima, & seconda col. 4. vol. Quamuis contrarium teneat & melius Dominus meus Ias. in d. l. fina. primo notabili 2. & 3. col. C. de Iur. emphi. vbi alias verba similia nichil possent operari, & ꝙ non importet talis clausula, facultatem alienandi sine Domini licentia, Nec equipoleat clausule, & quibus cesserit, vel Quibus dederit, vt verba ipsa sonant, Etiam moueor, Quia est clausula generalis solita apponi de consuetudine notariorum fere in quibuscunque instrumentis, Quo casu non debet operari. Nec afferre preiuditium concessioni homagii, vt per Bal. in l. fi. in fi. commen. C. de fideius. & Bar. in l. prima in 6. questione in fi. ff. de Iur. codi. & Felli. in c. solite col. fi. de maio. & obe. & Roma. cons. 79. in 2. col. & Allex. cons. primo in 5. col. in fin. vers. & licet 5. volumine & Barba. cons. 52. posito inter cons. Allex. in 6. col. 4. vol. & in cons. 58. in 9. col. primo vol. & 42. in 10. col. & 48. in 8. col. etiam primo vol. & cons. 16. prim. col. & 60. prim. & 2. col. 2. volumine licet aliter sit in aliis verbis & clausulis, Que ex natura contractus, & ex certa scientia nottarii magis quam ex consuetudine apponuntur, per notata per Bar. in l. si cũ fondum ff. de verb. sig. & in l. Qui filiabus ff. de testa. tu. & in l. fina. §. Idem quesiit ff. de condi. indeb. & in l. si de certa 2. col. C. de transactio. Item predicta verba etiam nõ obstãt, Quia precise non sonant in licentiam alienandi, per notata in l. veteribus ff. de pact. & in l. Quicquid astringende in principio cum cõcordantibus ff. de verb. oblig. vbi verba dubia, vel obscura interpretãtur contra eum, qui se fondat in illis. Pro Matheo autem facit, Quia ipse Gullielmus pater & testator non videtur fuisse testatus, de ipsis bonis sibi in homagium concessis sed de reliquis, que erant pleno iure sua, secũdum Bar. in d. l. vt iurisiurandi §. si liberi vers. secundum dubium ff. de oper. liber. per illum textum qui vult ꝙ licet pater possit, vni ex filiis libertum assignare, tamen si vnum ex parte heredem instituat, & alterum ex filiis faciat heredem vniuersalem, institutus in modico propterea non reppellitur, Quin cum aliis ad ius patronatus admittatur, cum sufficiat etiam ex modicissima parte filiũ institui, Vt conseruetur ei ius patronatus in libertum l. sed si ex modica. ff. de bon. liber. & non obstant secundum Bar. in d. vers. secundum dubium verba illa, ꝙ tam Matheus quam Dominicus debeant esse contenti, bonis eis assignatis ita ꝙ de bonis Gullielmi testatoris plus petere non possint, Quia debent dicta verba intelligi, de bonis hereditatis ipsius Gullielmi non de feudalibus vel emphiteoticis, & consequenter, nec de datis in homagium argumento l. si patronus §. si quis non mala mente & sequen. ff. de bo. lib. Dum ibi dicitur ꝙ exheredatus non excluditur à Iure patronatus in libertum, Nisi sit exheredatus malamente, quod in dubio non presumitur, & dixit textus in d. §. si liberi, ꝙ filii quamuis inequaliter instituti, Nichilominus equaliter succedũt in tali iure patronatus, ex quo Bar. ibi dicit idem in feudis cum concordantibus in 6. fondamento allegatis, Ad quod etiam facit. Qr. in generali alienatione non veniunt bona feudalia c. in generali si de feu. fue. cõtro. int. Domi. & agna. & vult Bal. in c. primo prima col. in fi. de capi. qui cur. ven. cum concordantibus de quibus per Allex. cõs. 16. inci. viso dicto themate in fi. 2. vol. Et idem in generali obligatione bonorum, vt in ea non veniant bona feudalia secundũ

specu.

specu.in tit. de pigno.§.prim.vers.sed non quid adhuc feudum, Et Bal. in c. imperialem in principio de prohib. alie. feud. per fre. & in l. intestamento C.ad leg. fal. & Allex. cons. preallegato, & latius per Allex. cons. 2. in principio 4. volumine vbi hoc extendit etiam si virtute statuti Bona Feudalia cedāt in obligatione bonorum accedente Domini consensu, Quia, nisi, concurrat, vel antecedat Domini consensus bona feudalia non venient sub generali hipoteca, De quo etiam aliquid traddit Dominus meus Ias. in l. fi. in 28. col. & sequenti secundum primā impressionem, vers. subdit etiam Sali. & vers. sequen. inci. stat ergo &c. C. de iur. emphi. vbi ex hoc reprehendit Bar. in Repetitione l. si constante in principio in tertia questione tertie principalis .ff. solu. matri. dicentem quod in tacita generali hipoteca omnium bonorum quam habet mulier in bonis mariti, veniunt bona feudalia donec durant mariti. Et tanto fortius qr. institutio talis de feudo, videretur seruire de vento, cum quis censeatur testari de iure q habet prout est ēt si sit morte finiturum vt vsufructus, l. si domus.§.fi.ff.de leg. primo & l. vxor. patrui C. de lega. prout etiam est feudum in quo ius quod habet defunctus finitur eo mortuo, vt dixi supra post Bal. in l. Item veniunt .§. Nunc videamus.ff. de peti. here.

Sed predicta non obstant, Tum quia vt dixi in principio presentis consilii, potest quis de talibus bonis in homagium concessis testari & disponere inter suos, maxime acquirens iuxta plene dicta supra in 6. Fondamento, tum quia Bal. in l. liberti liberteq; in 7. col. vers. secundum dubium C. de oper. liber. animose dixit, quod testator de talibus bonis que cōcessa sunt pro se & heredibus, censetur fuisse testatus. Et q prohibitio, ne de bonis ipsius testatoris plus peti possit trahitur ad talia Bona, que cum sint concessa pro se & heredibus regulantur vt bona hereditaria, tam in acquirendo quam in renuntiando, puta si fuisset renuntiatum hereditati paterne, prout per multa iura comprobat Dominus meus Ias. in d.l.si non sortem.§.libertus in penultima col.& fi. ff. de condi. inde. Quod procedit clarius in proposito, Quia testator in particularibus institutionibus, quas fecit de Dominico & Matheo eius filiis disposuit expresse de aliquibus ex predictis bonis in homagium datis, & fecit prohibitionē, Ne de bonis suis plus petere possent faciendo institutionem generalem per hec verba, In omnibus autē bonis suis cum certum sit q sub expressione, & vocabulo bonorum talia bona etiā feudalia comprehendantur secundū specu. in tit. de loca.§.Nunc aliqua vers. 156. in fi. & per Dominum meū Iaso. in prelu. feudorum in 17. col. vers. Circa tamen, & in auten. vnde si parens 2. & 3. col. C. de inof. test. & in l. Gallus .§. prim. pe. col, ff. de lib. & posthu. & in l. 2. in ante pen. carta seu precedenti vers. 3. querit Sali. C. de iure emphi. vbi ex hoc infert post specu. loco proxime allegato, cum concordantibus per eum allegatis, q filia capax Feudi, vel alius renuntiando paterne hereditati, non censetur renuntiasse feudo, secus vero si renuntiet bonis paternis, prout etiam dixit ipse D. Ias. in d.l.si non sortem .§. libertus penul. col. & fi. ff. de conditione indeb. vbi allegat multas authoritates.

Et quod talia bona deferantur vt hereditas vult Bal. in d.c. primo in principio quinta col. de prohi. ali. feu. per Fre. & Clarius voluit etiam Bar. in d.l. vt Iurisiurandi §. si liberi, prima questione .ff. de ope. libertorum & Allex. d. cons. 124. in 2. col. 5. vol. cum multis agregatis per Dominum meū Iaso. in d.§. libertus pe. col. & fi. & in dict. prohemio feudorum in 16. col. cum seq. Dum examinat illum passum, An Feudū veniat in petitione hereditatis, & in restitutione fideicommissi, Item Bal. in l. Quoniam nouella prope fi. commenti, tertia questione C. de inofi. testam. intelligit dictam questionem Bar. in d. §. si liberi, In vers. secundum dubium, procedere quando pater fuit stipulatus emphiteosim, & pariformiter homagiū filiis vt filiis, Non autem vt heredibus, Cum in casu nostro

pro

pro heredibus fuerit stippulatus, & licet heredum appellatione in materia feudali intelligatur de filiis c.primo §. & si clientulus de alie. feu. & habetur in l.gallus §. etiam si parente .ff. de lib. & posthu. maxime per Allex. Nichilominus etiam intelligitur de nepotibus, & aliis descendentibus ex linea masculina, c. primo de eo qui sibi & heredi. suis, vult Bal.in c.que in ecclesiarum vltima charta de constitu. Et Dominus meus Ias. in l.2.in 77. col. in vers. sexto quero C.de Iure emphi.in prima stampa, & Bal. in d.c. primo secunda col.de alie. feu. vbi de verbo heredibus, & Allex. in d.l. gallus §. etiam, & §. instituens, & late Dominus meus Ias. in l.De quibus 6. col. cum sequentibus .ff. de legi. concludentes ꝙ in feudis appellatione heredum vel filiorum veniunt descendentes masculi, in infinitum, ex masculina linea, sed vt dixi supra verbum heredibus exigit ꝙ quis sit etiam heres primi inuestiti, vt etiam declarat Dominus Iaso. in d. §.libertus in fi. commen. & Allex. in d. l. Quod dicit 16. col.& 20. ac 25. post Imo. ff.de verb.oblig.& D.Preposi.in c. primo in principio 2. col.cum 2. sequentibus in tit.an agna.vel.fili. defun.

Item pro Matheo facit, Quia Gullielmus pater ante testamentum diuisit ista bona in homagium concessa sibi & heredibus, Inter ipsos Matheum & Dominicũ eius filios, quod fieri potuit, vt per Bal.in l. p. in 15. questione ff. de rer.diui.& in d.c. p. in principio 5.col.in medio de prohi. alie. feu. per fre. & in c. p.§. Item sacramẽta 5. col.de pac.Iuram.firman.& est tex. in c.p. de vas.decre.æta.

Sed alio non apparente, Non puto hoc fondamentum obstare, Quia diuisio quam facit pater inter filios est reuocabilis, Et solummodo habet vim supremi iuditii vt per Bal. in locis proxime allegatis per l. si filia §. si pater inter filios ff. fami. hercis. ꝑ quem textum Bal.in d.c. primo.§.item sacramenta 5. col. vers. Questio fuit de facto de pac.Iur.fir.post Oldra. Dixit ꝙ diuisio regis Aragonum facta per patrem inter filios, Quorum vni assignauit regnum aragonum, Alii maioricarum potuit per patrem reuocari, Non obstante ꝙ filii iurassent talem diuisionem ratam habere, Ad quod faciunt que dixit Dominus Baptista de Santo Seue. in repetitione l. frater à fratre in 21. questione cum sequen. ff. de condi. inde. Et ad c.primum de vas. decrepite ætatis respondeo ꝙ opportet constare, quod pater renuntiasset ipsi homagio. cum Domini consensu, ad effectũ vt filii Illud haberent, vel quod saltem ex actibus gestis, Hoc actum tacite constaret scilicet quod pater abdicasset à se ipsum homagium, & ꝙ filii loco patris fuissent tacite à Dominis ad homagium admissi, & recepti. Cum inuestitura noua non sit necessaria. Nec iuramentum nouũ quando pater, fuit inuestitus, & prestitit Iuramentum fidelitatis pro se & heredibus. Vt per Bal. in l. prim.§. Excepto C.de Cadu. tol. & Allex. cons. 79. inci. circa primum col.fi.primo vol.Sicut e cõtra potest iurari alicui & successoribus suis, Absq; eo ꝙ iterum iuretur fidelitas successori, vt est tex.& ibi Docto.in c.veritatis de Iur. Iuran. & not. specu. in tit.de Feudis §. quoniam super homagiis pe.col.vers.hoc etiã nota Quamuis contra primum dictum faciãt notata in d. c.veritatis, Dum ibi dicitur. quod iuramentum non transit ad heredem, Nec illum ligat, Et factis voluntas declaretur non minus quam verbis, Imo sepe magis l. de quibus cum concordantibus ibi allegatis maxime per Dominum meum Iaso. in septima col. 4. notabili ff.de legib.

Nec confert huic Matheo consideratio, an hoc homagium computetur inter quasi Castrensia bona, vel aduentitia, Quia ꝑ veritate non est quasi castrense, cum non possit dici, ex publico acquisitum, & datum non sit ex probitate Belli, iuxta notata ꝑ Iacob.de Belui. Nico. de neap. Bal. & Docto.in c.p.de duob.fra. de no.benefi. inue.Vbi Alua. in 3. col.vers.Opponitur, cum glo. & in 5.col. vers. Accedamus, vbi in col. fin. tangit an pater in eo habeat vsumfructum, si sit filio concessum, de quo etiam per And. de Iser.in c. primo in principio

principio vers. Valuasores ante fi. commenti, qui feu. dar. pos. de quo per Bal. in l. si vxorem in fi. commenti C. de condi. inser. Et Quia hoc non facit ad rem, cum valida obligatio, non oriatur inter patrem & filium, ratione patrie potestatis, vt late habet in d. l. frater à fratre, Que ratio mil litat etiam in casu isto, vt per Bal. in d. §. Item sacramenta. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

QVis non potest in Feudo antiquo seu proauito concesso pro se & heredibus succedere nisi sit heres primi inuestiti, & eius qui vltimo loco decessit, quo mediāte sit heres proaui.

Inuentarium an releuet vassallum heredem ne teneatur creditoribus defuncti.

Et ut possit factum defuncti impugnare.

Aut alienationem Feudi reuocare.

CONS. CXXII.

In materia huius consilii est decisio Neapolitana 140. Dec. cons. 390. in 3. col. & fi. in 3. vol. & 395. 2. col. eod. vol. & 193. in 3. col. primo vol. & 208. 4. col. 2. vol. & plene cons. 185. & 445. 2. col. 2. vol.

SI Iste Dñs Petrus vult aspirare ad predictū Feudum antiqum seu proauitum, & concessum ꝑ se liberis & heredibus, non potest dicere, ꝙ vult esse heres proaui dimissa hereditate patrui, videlicet separando hereditatem patrui, ab hereditate proaui Attento quod aliter nō potest probare, se esse heredem proaui l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pup. per ea que consuluit in proposito Allex. cons. 13. inci. prospectis penul. col. 5. vol. & cōs. 124. inci. super primo quesito 2. col. vers. postremo in 4. volu. vbi pulchre loquitur cuius dicta non transcribo, & faciunt. Que dixit Allex. cons. 8. inci, visis 2. col. 3. vol. Et Quia dubitat Dominus Petrus ne hereditas Patrui sit sibi onerosa, erit sibi consultum hereditatem Patrui cū inuentario adeundo, Vt per Alua. & Dominum Prepo. in c. p. in principio an agna. vel fili. defun. & Allex. cons. 19. inci. super eo prima & seconda col. 5. vol. Et Alua. in c. prim. in antepen. col. vers. Quero ab extra in fine questionis de eo qui sib. & here de. suis mascu. & fem. & Allex. d. cons. 124. vers. postremo 2. col. & 26. inci. pōderatis his in 2. col. vers. & hoc vltimo & pe. col. vers. Nec obstāt etiam 5. vol. post Bal. in l. Qui se patris 6. col. vers. Item queritur si vassallus C. vnde libe. & secundum Allex. in d. cons. 124. vers. postremo si sit minor & lapsum sit tempus conficiendi inuentarium, Iste talis minor poterit restitui, ad conficiendum ipsum inuentariū vt ibi per eum licet Allex. d. cons. 19. inci. super eo 2. col. vers. & subdit & 3. col. cū sequen. vers. non obstat si contra velit post Andr. de Iser. in c. p. an agna. vel fili. defun. ꝙ predicta procedant in Feudo non hereditario & ꝙ in feudo hereditario concesso pro se filiis & heredibus, vel in dubio, Quo casu presumitur hereditarium, Non prosit inuentarium, Cum necessario quis debeat esse heres & confondātur hereditas primi inuestiti, cum alia successoris, & consequenter quis necessario se astringat ad onera defuncti vltimo loco, Ita quod teneatur eius creditoribus intelligendo pro viribus hereditatis incluso Iure feudi in hereditate vt ꝑ Allex. ibi in fi. consilii iuncto eo quod dixit in pe. col. vers. Non obstat etiam si in contrarium &c. Vbi tangit de effectu ꝙ feudum sit hereditarium, & ꝙ corpus feudi nō est quid hereditarium, sed ius vtile, Quod etiā tenuit ipse Allex. in cōs. 28. inci. in causa & litte, 4. col. vers. Accedit circa finem vers. & vers. confirmo 5. vol. vbi dicit ꝙ alienatio feudi hereditarii, Quamuis paterni & antiqui, non pōt reuocari per heredem, etiam cum beneficio inuenrarii, & ꝙ factum patris vel defuncti nocet heredi, eo quia non potest plus heres, quam defunctus si viueret, Qui contra factum suum venire non posset

set l. si ab eo c. de libe cã & l. cum à matre C. de rei vendi. & l. que a patre geruntur C. de liber. cã. Que dicta non credo vera in feudo antiquo licet in feudo nouo secus sit, videlicet ꝙ heres teneatur stare facto defuncti per ea que patent in cons. 18 in penultima col. vers. Quinto & cõs. 105. in cõsiliis meis feudalibus primi vol. impressis, cum enim ex pacto primi inuestiti cuilibet heredum ius queratur licet mediãte additione eius hereditatis, vt ibi dicitur, certe ius competens ex illo pacto conseruatur per confectionem inuentarii l. fi. §. si vero & ipse C. de Iur. delib. facit glo. 2. in principio in l. Debitori C. de pactis vbi Bal. dicit ꝙ faciens inuentarium potest petere separationem hereditatum seu rei proprie sibi spectantis aliunde, ab hereditate defuncti, Et ꝙ hoc facit effectus inuentarii, quod sequitur Ang. Are. in §. extraneis penultima col. vers. Quero qua forma Instit. de here. quali. & diffe. Et sic illa necessaria confusio, que facta fuit de hereditate eius q. vltimo loco decessit, ad effectum vt quis possit esse heres primi inuestiti, propter Beneficium inuentarii, capiet separationem & conseruatiõnẽ iuris talis heredis, Fingitur enim secundum Bal. & Allex. in d. l. debitori quando tractatur de preiuditio heredis, qui fecit inuentarium hereditas esse iacẽs Nec esse adita, & actiones non esse confusas, & separatio causatur.

Nec obstat l. cum a matre C. de rei vendi. & glo. in l. fina. §. in computatione, quam communiter sequntur Docto. C. de Iure delibe. volẽtes ꝙ si testator legauit extraneo rem heredis, ꝙ heres non releuetur ab hoc legato, per confectionem inuentarii. Quia ex qua persona quis lucrum sentit eius factum debet approbare, vt in regula iuris ex qua persona. ff. de reg. Iur. Facit quod dixit Bar. in l. vnum ex familia. §. sed si vno ff. de leg. secondo Ita vt idem dicendum videatur, ꝙ heres grauari possit in Feudo eatenus, saltem quatenus ipse heres cõmodum de hereditate percipit, Quia vt volunt glo. Et Docto. in l. Lucius ff. solu. matri. d. l. cum à matre Et d. l. ex qua persona procederent in facto, & dispositione defuncti validis, & alienatio feudi non potest per testatorem fieri valida, cum exigatur consensus superioris c. prim. in princ. de prohi. ali. feu. per Fre. & c. prim. §. Donare quali. olim feu. pote. alie. & c. prim. §. hoc quoq; de succes. feu. & c. primo in principio de alie. feu. pater, cum cuncordãtibus copiose allegatis per Allex. d. cons. 124. 3. col. in preallegato vers. postremo, Et dato casu ꝙ accederet Domini consensus saltem beneficium inuentarii operaretur Ne talis heres ad obseruantiam voluntatis testatoris, vel ad grauamina eius teneretur vltra vires hereditatis, Et vltra lucrum excluso ab hereditate ipso feudo, quod capitur ex prouisione primi inuestiti seu acquisitoris, vel operaretur ꝙ posset fieri separatio Feudi, ab hereditate huius vltimo loco defuncti Ipsa hereditate sola sustinente onera defuncti, vsq; ad eiusdem hereditatis vires, faciunt que notabiliter dixit Bal. in d. c. p. in principio 5. col. vers. Quero vtrum pater possit, coniuncta questione precedenti de prohi. alie. feu. per Fre. vbi vult filiũ heredem patris, & per patrem grauatum in feudo teneri ad interesse, Non autem ad obseruandum voluntatem defuncti, super Feudo, Nisi feudum esset nouum & Domini consensus in feudo nouo accederet vel nisi in Feudo etiam antiquo, Filius paterne voluntati consensisset, vel illam ratificasset videatur etiam ad hoc propositũ per me dicta infra in cons. 187. in antepenultima col. & in materia etiã huius consilii est Decisio afflicti 140. & Dec. cons. 390. in 5. col. & fina. in 3. vol. & 395. 2. col. eo. vol. & 193. in 4. col. prim. vol. & 208. 2. vol. quarta col. & quando dicatur feudum hereditarium Dominus Deci. cons. 185. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus,

Diuisio & alienatio Feudi, inter fratres est permissa, sine Domini Consensu, Etiam si totum Feudum vni aßignetur, vel in partem obueniat.

CONS. CXXIII.

Isti Fratres de passanis potuerunt inuicē diuidere bona que habent Guarene, & in loco Poduarini, assignando Francisco insolidū bona Guarene, & Iohanni Bona Poduarini, Non obstante quod inter bona Guarene sint aliqua que in feudū tenebant ipsi omnes à Mag. Comite Domino Iohanne Rottario, Dicti loci Domino, etiam quod non interuenerit, in ipsa diuisione consensus ipsius Domini Comitis ꝑ c. omnes si de feu. fue. controu. int. Domi. & agna. Et Quia ex quo istud feudum est antiquum, & paternum, Ita quod portio deficiens potest alteri eorum accrescere, Non fuit necessarius in diuisione Domini cōsensus, quo ad feudalia Licet in Feudo duobus fratribus concesso & sic nouo, & in quo non esset locus Iuri accrescendi, esset necessarius consensus Domini, vt per Allex. in l. si Domus §. fina. ff. de leg. prim. & in cōs. 189. inci. viso & mature secunda & pen. col. 2. vol. Et Dominum meum Iaso. in l. fina. in col. 39. & sequen. secundum primam impressionem, vers. sexto quero, & vers. septimo quero in fi. C. de Iur. emphi. Vbi late examinat hanc questionem vult Bal. in fortioribus terminis in c. primo 4. col. vers. quero an vassallus de prohi. alie. feu. per Fre. & facit quod dixit Ibi Bal. 3. col. vers. Quero an inter agnatos, volens ꝙ inter eos sit licita alienatio sine consensu Domini, Et ita late concludit Felli. in c. Ecclesia Sancte Marie in 35. col. in 8. conclusione, de constitu. alias est antepen. col. vbi late examinat materiam huius questionis.

Albertus Brunus.

Licentia Domini an exigatur, vbi Feudum alienatur cum pacto redimendi,
Et quid si alienatio fit in agnatos Vassalli, & tunc an poßit fieri sine Domini consensu,
Et Laudemium an solui debeat de alienatione cum pacto recatandi, & an duplex laudemium.

CONS. CXXIIII.

In materia huius consilii vide D. Bru. in cōs. 44. in primo vol. suorum consiliorū feudalium Bru. filius.

Dum Queritur an solui debeat laudemium, quando venditur vel insolutum datur pars feudi, et Iurisdictionis, cum pacto recatandi seu redimendi, vel licētia à Domino peti, Breuiter dicendum puto, ex sententia Alber. de Rosa. Pau. de ca. & Domini Iaso. preceptoris mei in l. Ab emptione ff. de pactis loquentium an de tali cōtractu debeat solui Gabella, vbi Pau. de ca. infert ad Nostram questionem, ꝙ si apponitur clausula resolutiua, Vt ex nunc reddens contractum retronullū & pro infecto, puta do insolutum, Cum pacto infra tale tempus redimendi, ita ꝙ redemptione sequta, contractus sit nullus, & habeatur pro infecto, non debetur laudemium, Nec fuit nec est necessaria petitio licentie, Quasi contractus non sit celebratus, Aut sit sub conditione celebratus si non recatauero, vt Ibi ꝑ eos volētes vbi non esset apposita talis clausula Duplex debere solui Laudemium, Et necessariam esse licentiam. Et vt declarat Ibi Pau. de Ca. Pactum resolutiuum etiam si non habeat verba adeo pregnantia, si apponitur tempore contractus vel post, eo ꝙ à principio sic actum esset, facit contractum censeri retronullum, vt ex tunc tempore ipsius contractus celebrati, Non autem resolui, vt ex nunc tempore recati, vt ibi etiam per alios, secus si apponatur ex interuallo, absq; eo ꝙ a principio hoc actum fuisset, Quod si vēditio appareret pura & resoluenda sub conditione

recati

recati, tunc necessaria esset licētia & Duplex solui deberet laudemiū vt per Allex. in l. statuliber prope finem cōmenti Iunctis his que dicit in principio commenti, & in l. si a me ff. ad leg. falci. per iura, & rationes Ibi allegatas, & est de mente Docto. in d. l. ab emptione videlicet Albe. & Pau. de ca. ad quorum dicta se remitit Dominus meus Ias. in l. fi. 15. col. 11. questione C. de iure emphi. Vbi tangit hanc materiā, Et possent addi que dicit Firmi. in tractatu Gabel. ī 5. parte prime partis principalis Quinta Questione, Dum tangit an solita gabella de contractu sit solvenda etiam de distractu Istud autem de licentia, Quicquid sit non habet locum in proposito, Quia ista gesta sunt inter consortes in prima Inuestitura comprehensos. Vt per Bal. in c. primo in principio tertia col. vers. Quero an inter agnatos de prohib. alie. feu. per Fre. & in cons. 415. inci. proponitur quarto vol. pe. stampa, & Allex. in l. si Domus. §. fi. pen. col. ff. de leg. primo vbi ponit vnam limitationē, que non nocet in casu isto, & Prepo. in c. primo §. sed & res in titulo per quos fiat inuestitu. Et Felli. in c. Ecclesia Sancte Marie ante pen. col. septima conclusione de constitu. Et ita transeunt Alberi. Bal. Pau. de ca. & communiter scribentes in l. voluntas C. de fideicommis. Vbi limitant, Vt non procedat in Feudo Nouo, & Ita etiam voluit Bal. in c. primo seconda col. de alie. feu. vbi dicit se vidisse consilia Collegii Mediolani & Bononie. & in cap. primo §. hoc quoque vers. septima conclu. de succes. feu. & in l. Fina. C. de suis & legi. & in c. Que in Ecclesiarum 6. col. de consti. & in c. Sane 2. col. de renun. & in c. prim. vbi etiam And. de Iser. de alie. feu. pater. & Sali. in l. fina. 2. col. C. de Iure emphi. Sic etiam Patronus potest. suum Ius patronatus alteri compatrono donare sine Episcopi licentia, vt probat textus iuncta glo. 2. in verbo libere in Cle. 2. de Iur. Patro. Et est tex. secundū vnū intellectū in c. Ex insinuatione eodē tit. in decretalibus, & glo. in c. nemini 16. questione 7.

Et pari ratione dici potest non esse tractandum de laudemio, Quando fit alienatio inter eos qui sunt de agnatione. quia si fit proximiori non est proprie alienatio sed refutatio, vt per Bal. in d. c. primo in principio tertia col. vers. quero an inter agnatos de prohi. alie. feu. per Fre. & habetur in locis preallegatis, & si fiat in remotiorem pariter videtur Ex quo nō venit vt extraneus, sed de volūtate alienantis, iuncto consensu, saltem tacito proximiorum per c. primum §. Titius si de feu. fue. contro. inter Domi. & agna. & c. primum §. Porro quali olim feu. pot. alie. Et quod comprehensi in prima inuestitura non teneantur ad laudemium, pro alienationibus inter eos factis, Vult Sali. in l. fina. in 3. col. Ibi ex verbo Ne auaritia; Vbi Dominus meus Ias. in 12. col. vers. 2. Iuxta proximam C. de Iur. emphi. & est de mente glo. 2. in verbo dentur prope fi. C. de Sacro San. Ecclesi. Nam vt dicit Alberi. de rol. in l. quod si vno ff. de in diem adie. & in d. l. fi. col. fi. C. de Iur. Emphi. post Odofr. vbi et D. Ias. in 12. col. vers. 3. quero, Laudemium soluitur propter consensum Domini, Et si vt dixi non exigitur cessat effectus c. cum cessante de appel. l. Adigere §. Quamuis. ff. de Iur. patro. E contra Autem seruari Dicit in Regno Andr. de Iser. in c. primo §. sed & res. 2. & 3. col. per quos fiat inuesti. q Releuum soluatur, pro successione Feudi, Non pro alienatione vbi multa dicit, Que Bona sunt, Ceterum in eo qui est de comprehensis in prima Inuestitura, Non dicitur Nouum Feudum, Nec noua Inuestitura, per notata in c. primo in prin. per quos fiat inuesti. Et in c. primo §. preterea si quis infeudatus de prohib. alie. feu. per fre. & in c. prim. in principio quo temp. mil vbi dicitur renouari inuestitura seu iterari. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN si Dominus Qui habet subditos ad tertiã venditionem, Emat à subdito, poßit detrahere tertiam pretii sibi debitam, & quam posset detrahere, quando alteri facta fuisset venditio.

CONS. CXXV.

STat conuentio vel consuetudo, ꝙ si subditus Vendat predium, Tertiam partem pretii habeat Dominus, & Dubitatur an hoc procedat etiam si Dominus emat, a subdito, & videtur quod non argumento eius quod dicimus de Laudemio, vt si Dominus emat ab emphiteota non possit petere Laudemium, vt per Alberi. de Rosa. in l. ꝙ si vno. ff. de in diem adiectio, & in l. fi. col. fina. post Oldra. C. de Iure emphi. vbi D. meus Ias. in 12. col. vers. tertio Quero Idem firmat, Quasi rem suam vel partẽ Dominus emisse non censeatur l. Rei sue ff. de cõtrahe. emptio. In contrarium facit Quia rem suam cum parte socii, Quis recte emisse dicitur, vt est textus in d. l. ꝙ si vno vbi Bal. & scribẽtes ff. de in diem adiectio, Et Quia de parte college, qui habet esse creditor & debitor ratio haberi debet l. ab omnibus §. si a titio vbi Docto. inferunt ad multa conferentia ad propositum, ff. de leg. primo Que videri possunt. Facit l. Qui heredi §. fi. ff. de conditio, & demon. & l. si alii ff. de vsufru. Sic etiam heres vendens hereditatem, Nichilominus petere Potest quod à defuncto habere debebat l. 2. §. cũ quis qui est. §. Penult. ff. de heredi. vel actio. Vendi. Sic & emens à Fisco tenetur ad vectigal. ꝙ soluit Fisco. l. licitatio. §. fi. ff. de Publica. Non obstat quod dicitur de emphiteota Domino vendenti vt non teneatur ad laudemium, Quia tunc cessat ratio laudemii que est pro noua inuestitura, & Noua receptione Noui emphiteote, Nõ sic in istis tertiis venditionibus, Que vt re ipsa apparet videntur fondate in maiore prerogatiua, Quam habet Dominus in subditum talem, quam in emphiteotam. Ita ꝙ concurrat Dñs. in Re, & in pretio rei, Facit qr. si mutuans cõmunitati debet habere, Quinque pro cẽtenario, ex forma vnius statuti, & ex forma alterius de peccunia soluẽda per ciuitatem debet solui Gabella, debebit solui de illis quinque secundũ Imol. Allex. & cõiter Doct. in l. Nesennius apollinaris. ff. ad leg. fal. siue istam tertiam venditionẽ, equiparemus quarte Curialiũ iuxta notata in l. p. C. de impo. Lucra. descrip. & in l. fi. C. de predi. curial. & l. p. & per totum C. quãdo & quib. 4. pars debe. lib. 10. siue tertie patrono inst. de sucess. liber. §. sed nostra & l. p. in princ. ff. si quid in frau. patr. siue dicamus deberi vt gabellam. Et Ad p̃dicta induci etiã posset illa Decisio, ꝙ si Dominus locet gabellam, Non teneatur soluere pro contractibus per eum factis Gabellario, Gabellam, vt per Bar. in l. licitatio. §. Fiscus ff. de publica. Item facit Quia videmus ꝙ habere grauatus restituere hereditatem deducit quartam & vlterius id de quo est creditor l. Lucius §. maritus. ff. ad trebbel. cum concordantibus & heres promitens legatum legatario intelligitur deducta falcidia promitere, vt per Bal. in l. fina. C. ad leg. falci. vbi Idẽ dicit de marito Qui lucratur ex forma statuti tertiam Dotis vt simpliciter promitendo restituere, intelligitur deducta tertia ꝙ si p̃tii quãtitas sit minus tertia est presumendũ ꝙ sit deducta, per glo. 2. in l. à coheredibus C. ad leg. fal. Ita ꝙ non possit deduci. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

SVbditi an poßint renuntiare homagiis & rebus ꝓ quibus prestant homagium inuitis Dominis.

CONS. CXXVI.

HAbeo pro certo ꝙ Isti homines qui tenẽt homagia de quibus factus est sermo videlicet p̃dia ꝓ quibus prestant singulis annis summam grani, & faciũt rodias et prestant fidelitatem ad quod facit l. Nesennius appollinaris ff. ad leg. falci. ac prestant

Capones

Capones, non possint, ipsis prediis & obligationibus renuntiare & habui in facto, & ꝙ non possit fieri talis renuntiatio copiose examinat Felli. in c. Que in Ecclesiarum in 31. col. per regulam affirmatiuam cum quinque fallentiis de constitutio. cuius dicta non refero & Dominus Ias. in l. 2. 7. siue 8. col. C. de Iur. emph. Laus Deo.

Albertus Brunus.

Feudum de cuius concessione non apparet, qualiter presumatur fuisse concessum.

Et inquibus bonis femina succedat, stante contentione, Inter eam, & agnatos.

Et que bona presumantur feudalia, & que allodialia, latius hic quam alibi.

Et An per nouam inuestituram alterentur antique Inuestiture aliter se habentes.

Et an inbreuiatura inuestiture de qua Notarius mortuus, fuerat rogatus, posit extendi & qualiter.

CONS. CXXVII.

In materia huius Consilii que bona dicantur siue presumantur esse Allodialia, Et que Feudalia Bru. vide cons. p. primo vol. suorum consiliorũ feudaliũ, & cons. 203. eo. vol. 2. & cons. 233. imprimendo etiam late 3. vol. & D. Natam conciuem & collegam nostrũ cons. 466. 2. vol. Bru. filius.

Omnipotẽtis Dei & Gloriosissime Virginis Marie nominibus & ꝓsidio inuocatis, Dum dubitatur in q̃bus bonis possit Argentina vxor mea succedere Mag. Dño q. Bernardino collone ex Dñis Baldiserii, socero meo, Premito ꝙ ex quo nõ apparet de prima inuestitura & Feudi acquisitione presumatur facta fuisse Dñis de Collona in feudatio pro masculis tm̃ c. p. ĩ fi. de duo fratri. à capi. inue. Qr. presumitur ĩ dubio Feudũ concessum secundũ consuetudinẽ feudorum, vt per Iacob. de Belui. in c. p. quemadmod. Feu. ad femi. perti. & secundum cõem nãm Feudorum, tam quo ad successionem mulierũ quam quo ad alia vt late ꝑ Aluaro. in c. p. §. fi. p. notabili q̃d sit inuestitu. & Bal. ac Alua. Marti. de Lau. & scribentes in c. p. in prin. de capi. conrradi, & qr. alteratio, ac exceptio est probanda c. p. §. fi. quid sit inuesti. & l. in exceptionibus in prin. ff. de proba. vbi textus vult probari debere pactum quod sit contra regulas Iuris, & c. p. §. filia vero de succes. Feu. cum pro regula sit in dubio iudicandum secundum Bal. in c. p. 2. col. de alie. Iudi. mu. causa fa. & quod dixit Felli. in c. p. 4. col. 6. ampliatione de re iudi. cũ similibus, vnde qr. regulariter Femine à feudi successione priuantur, c. p. §. hoc autem notandum in tit. qui feu. dar. pos. & d. c. p. §. filia vero de succes. feu. & c. pri. §. Ad filias. de gradi. suc. in feu. & c. p. §. pri. in tit. Epis. vel Abba. & c. p. de alie. feu. pater. & c. vnico an mar. suc. vxo. & idem videatur in priuilegio inmunitatis dato alicui generi posterisq; suis l. p. ĩ fi. ff. de Iur. inmu. & idem sit in exercitio iudicandi, et consequenter exercende Iurisdictionis l. cum pretor §. Non autem ff. de iudit. & l. femine cum cõcordantibus ff. de reg. iur. Cum in multis melior sit conditio masculorum quam feminarum. l. in multis ff. de sta. homi. vbi Alberi. latius aliis &c.

Tamen in his que dubitatur an sint allodialia vel feudalia Argentina debet stare in possessione, tam contra Dominum, quam contra agnatos, Quousq; cognitum sit an sint feudalia, vel allodialia vt est textus & ibi plene Docto. in c. p. §. defuncto, & §. inter filiam, si de feu. fue. controu. inter domi. & agna. & textus cum glo. & ibi etiã Docto. in c. primo de controu. de benefi. inter mascu. & femi. & notatur in c. p. §. si contentio, de capi. qui curi. vendi. Attento maxime ꝙ agnati habuerunt terminum, per modo constat modo agatur Docendi quod predia rustica & Vrbana extra castrum exhistentia sint Feudalia iuxta notata in d. §. inter filiam, maxime per Martin. de Laud. & Dominum Prepo. & per And. de iser. in c. primo in principio eo. tit. si de feu. fue. cõtro. inter

Domi.& agna.& non probarunt, sed solum exhibuerunt Quasdam inuestituras Que non probant aliquid in eorum fauorem vt infra demonstrabitur, Quinimo probatum fuit, per ipsam filiam de multis acquisitionibus factis, per antecessores predicti Domini Bernardini Soceri mei iure allodii, & pariter de alienationibus, Iure allodii factis, ac pmutationibus adeo q sit diffinitiuæ pronuntiandum prædia existentia extra continẽtiam Castri, Baldiserii, tam vrbana, quam Rustica fore allodialia, & ipsi Argentine spectare Iure paterne successionis, siue nos cõuertamus ad predicta, siue ad species probandi, & Presumendi an bona sint Alodialia, vel Feudalia que possunt ad presentem casum & materiam accommodari que sequntur.

Et si assumamus iuris presumptionem generalem, ipsa stat pro argentina, Cum de iure omnia bona presumantur allodialia, nisi probentur Feudalia. Vt per Hostieñ. Panor. & Docto. in c. nimis de Iure Iurando, & Panor. in c. si diligenti in prin. commen. de prescri. & Bal. in c. Ceterum in fi. commenti de Iudit. & Bal. ac Docto. in c. primo de vassa. qui contra constitu. Loth. & Docto. in c. primo. §. Vassallus si de feu. fue. controu. sequitur Allex. conf. 136. inci. viso secunda col. vers. sed premissis prim. vol. dicens q alleganti aliqua predia, fuisse in feudum, suis antecessoribus concessa incumbit onus probandi, vult Franciscus de aret. cons. 15. inci. Reuerendissime 3. col. cum concordantibus de quibus per Allex. cons. 129. inci. Ponderatis in principio primo vol. & cons. 15 in principio 5. vol. & per D. Iacobinum à Santo Georgio in sua inuestitura Feudali in clausula & promisserunt recognoscere 4. col. Vers. subsequenter quero, Cum Feudum sit species seruitutis. Et quelibet res presumatur libera, l. altius cum vulgaribus C. de serui. & aqua. Conueniens est vt quelibet res presumatur allodialis, non feudalis, secundum Docto. preallegatos, & stat simul q corpora locorum teneantur Iure priuato, & a Nullo recognoscantur, sed sint allodialia, Et Iurisdictio iure publico teneatur & recognoscatur in Feudum, Vt declarat Pau. de Ca. cons. 163. inci. in causa, penultima col. in Principio 2. Dubio in antiquis & Docto. predicti maxime Hosti. & Docto. in d. c. nimis, est textus in c. p. §. ad hoc, de pac. Iuram. firman.

Quod si assumamus illam probationẽ, que se habet, quod ratione partis feudalis cetera presumantur feudalia, per textũ cum glo. fi. in d. c. primo de controu. int. mascu. & femi. in lib. feudorum Quam glo. Ibi sequntur Iacob. de Belui. & communiter Docto. Ea maxime ratione, Ne ipse res diuerso iure censeantur, contra l. eum qui ædes. ff. de Vsucapio. secundum Docto. preallegatos maxime Marti. de lau. Et qr. si caput est feudale, cetera presumenda videntur talia, c. prim. de consecra. Eccle. vel alta. & c. si ciuitas de senten. excomu. eo. lib. Respondetur quod non sumus in casu, Quia hoc haberet locum, quando maior pars prediorum esset feudalis, & dicitur maior si excedit dimidiam, secundum Andr. de Iser. in d. c. primo vbi et Aluaro. & alii de controuer. inter mascu. & feminam, Ad quod facit quod dicimus de immunitate concessa sub aliqua qualitate, puta quia Collonus ciuitatis, q talis debeat habere maiorem partem bonorum sub illa qualitate, vt late consuluit Allex. cons. 108. in prin. 4. vol. Sed hic non constat, Nec quod maior pars prediorum, tam vrbanorum quam rusticorum, Nec etiam minor, sit Feudalis, sed de penitus contrario, & secundum Bal. in d. c. primo in fi. commen. quem sequitur Ibi Marti. de Lau. opportet ad inducendum istam presumptionem de parte feudali, ad aliam, quod etiam sit feudalis, q esset vnum integrale puta podere vnum vnitum, seu vnus mansus vel grangia. cum maior pars, euidenter probaretur esse feudalis, Nam vbi sunt predia separata, sicut ex possessione vnius, Non dicitur quis aliud possidere, l. 3. §. incertam ff. de acqui. pos. cũ Ibi notatis. Sic ex vno feudali non infertur ad aliud, q sit feudale

se, cum vbi est quid integrale, ex possessione partis, totum possideri censeatur, d. §. incertam, cum ibi notatis & in l. locus eo. tit. & licet hanc distinctionem non sequantur Andr. de Isser. Alua. & D. Preposi. in d. c. primo tamen habet magnam rationem in se, & Illam sequi videtur ipse Bal. in c. primo §. cum autem seconda col. de controuer. inuesti. vbi etiã D. Prepo. eam sequitur in col. fi. Dicentes speciale esse in Feudo, vt totum integrale presumatur feudale, ratione partis Feudalis, & dictus. §. cum autem allegatus, contra distinctionem predictam Bal. loquitur in aliis terminis, & in alio casu multum diuerso, videlicet ꝙ si probetur pars feudi possessi esse de feudo paterno, totum presumatur paternum, & michi placet ꝙ potius in hoc casu recurrere debeamus, ad simile Iuris communis, quam ad predictum simile iuris Feudorum. Eo quia in d. §. Cum autem fit extensio de vno feudo ad aliud, & de vno vtili dominio, ad aliud vtile, Ita ꝙ sit argumentum à pari, Et arguendo de Vna re, vel parte Feudali, ad aliam Que solet censeri allodialis, ꝙ presumatur Feudalis, est arguere de minori ad maiora, & de vtili Dominio ad plenum continens tam dirrectum, quam vtile, ꝙ non licet, per notata in auten. multo magis C. de Sac. Sanctis Eccle. De qua materia, An simile legis vel iuris feudalis sit attendendum traddunt Docto. in c. p. in principio de Cogni. Feu. Et Ang. in l. De quibus .ff. de legib. cum concordantibus de quibus, per D. meum Ias. in l. p, in 12. col. cum sequenti. prime stam pe C. de Iur. emphi. in vers. Nunquid autem argumentum de feudo ad emphiteosim, & e contra sit validum, vbi concludit, simile legis esse potius attẽdendum, Quam simile iuris Feudalis, Quod in casu nostro indubitanter videtur verum, Quia dictus §. Cum autem, est magis dissimilis, quam similis casus, Et merito Allex. in cons. 29. inci. Perspectis col. fina. vers. Dum autem in fi. 5. vol. dixit ꝙ si in concessione aliqua bona specificentur, vt feudalia. Nichilominus ea que vassallus habet non specificata presumuntur allodialia.

Ceterum opporteret constare de possessione istorum agnatorum, & quod possiderent maiorem Partem, quam constare facerent esse feudalem, Vt alia predia presumerentur feudalia, Quia sola maior pars nisi possideatur, non operatur istam presumptionem in aliis partibus, Vt volunt Iacob. de Belui. Andr. de Isser. Alua. & alii in dict. §. p. de contr. inter mascu. & femi. & textus & Docto. in casu d. §. cum autem.

Et ista presumptio, non faceret probationẽ, sed est sufficiens ad deferẽdum iuramentum masculis, & est elidibilis secundum Docto. in d. c. primo etiam de tali sacramento loquentes, De quo etiam habetur in d. §. inter filiam & in d. §. si contentio maxime per And. de Isser. & late in c. primo §. sacramentum, de consue. rect. feu. Que presumptio eliditur ex quo constat de maiori parte quod sit allodialis per instrumenta.

Nam vt dicit Andr. de Iser. in d. c. primo §. Quidam tamen alias vers. prim. col. si magna pars prediorum apparet non feudalis sed libera, omnia predia presumuntur libera.

Nec dicatur quod si caput tanquam caput est Feudale; ergo & predia, Quia in hoc aliter dicit D. Prepo. in preludiis feudorum 17. col. in 15. diuisione seu vers. Dicens ꝙ principale puta domus vel castellum, potest esse feudale & accessoriũ puta ortus erit allodium.

Item est contra communes Decisiones, ꝙ Castrum sit caput ad predia, Cum Castro nichil corporale de iure cohereat secundum Oldra. cons. 121. inci. ad primã primo Dubio, & Docto. in c. cum ad sedem Vbi Panor. in 3. col. de restitu. spolia. vbi volunt ꝙ predia non sint de pertinentiis Castri, De quo latius, infra dicetur, & etiam habetur per Io. And. Gemi. Phili. & communiter Docto. in d. c. si ciuitas, de senten. excommu. in 6. licet facto hominis, vel consuetudine possint castro corporalia coherere, vt per Bar. in l. si quando C. de bo. Vac. lib. 10. & Bal. in

c.primo.§.fi.in fi.commenti, quibus mo. feu. ami.& in c. primo in principio in fi. commenti, de controu.inuesti. cum concordantibus in locis proxime allegatis.

Et forte dici posset, ꝙ predia se continentia, cum Castro, prout nemus Retro castrum exhistens,& viridarium rationibus predictis, habeant presumptionem ꝙ sint feudalia, sicut castrum, videlicet ad effectũ deferendi iuramentum agnatis, prout supra.

Et ea ratione dici posset ꝙ vectigal seu pedagium censeatur feudale, & simul cum castro in feudum concessum, tanquam pars similis & conformis castro, & iurisdictioni per predicta,& ne iura Dominorũ consimilia diuerso iure censeantur, contra l. eum qui edes ff.de vsuca.& est de mente Imo. & Are.in d.l.3.in principio ff.de acqui.pos.in tantum vt ex vno talium feudali, posset bene aliud censeri feudale, iuxta iura preallegata, & per notata per Panor. in d.c.cum ad sedem 3. col. post Innocen. in c. ex literis de Iure pa. vbi videtur velle dacita esse eiusdem iuris cũius & castra,& bene, cum à superiore accipi ea necesse sit, quod non cadit necessario in prediis, Quia potuerunt aliunde haberi, prout constat, De multis, que acquisita fuerunt à personis priuatis, licet pedagium acquiri possit ad partem, & prout in multis locis videmus possit spectare alii, quam Dominis, puta communitati ex superioris concessione, vel si tentum sit per tantum tempus, quod hominis memoria non extet in contrarium, c. Super quibusdam.§.preterea de verb. signifi. & ꝙ copiose consuluit, Allex.in cõs. 6. primo vol. in tantum quod secundum Bal.in l.prima §.Excepto in medio commenti C. de cadu. tol.Ius passagii, vel vectigalis cedi possit & transire ad heredes, & est de mente Bal.in l.a procuratore C. manda.ac Imo. Allex. & Modernorum in d.l.3.in principio .ff.de acqui.pos. & fortificatur hoc dictum de pedagio, Quia constituuntur pedagia ad effectũ, vt soluentes transeuntes per ipsum territoriũ mediante custodia exigentium non derrobentur in illo territorio,& tute pertranseãt Et sic propter onus custodie territorii, quod principaliter incombit Dominis & superioribus. In tantum vt exigentes pedagia teneantur transeuntibus derrobatis, & damnificatis, vel malefactorem exhibere. vel ablata restituere, seu satisfacere de damnis passis secundũ Archi. in c. si quis peregrinos 24. questione secunda & Bal. in §.conuenticulas 2.col. vers. vltimo Illicitas, per illum textum de pac.Iur.fir.& in c.primo 3.col. vers. extra quero nunquid isti comites, qui feu.dar. pos.& in l.fi.C.de capti. vbi alii, Hostien. in somma de cẽsi.§.ex quibus, Odofre.in auten. habita, C.ne fili.pro patre Flori. in l. scientiam .ff.ad leg.acqui.& in l.prim.§. in summa.ff.de his qui deie.vel effu.& Cepola in tractatu seruitutum rusticarũ sub Rubrica de seruitu. vie 25. questione & sub Rubrica de aqueductu 8. questione & in l.Eum qui vectigal .ff.de verb.signif. Et Paridẽ de puteo in Tractatu de sindi. verbo robaria circa principium vbi satis plene, & Felli.in c.licet causam 9.col.vlt. notabili de ꝓba.& pulchre And.de Isser. in §.prouincie in tit.de statutis & cõsuetudinibus contra libertatem Ecclesie Dicẽs ꝙ Principes qui percipiunt fructus regni & habent regalia demania vectigalia tributa & alia, debent vigilare pro custodia territorii, & malefactores punire,& ꝙ tenentur restituere subditis quod per latrones surripitur. Et quod malefaciũt principes qui faciunt constitutiones, ꝙ ville vel vicini teneantur damna emendare, Et dicit Bal.in titulo Que sint regalia, in prima col. ꝙ pedagium pro securitate prestatur, In tantum ꝙ soluens non possit capi pro represaliis subiungẽs ꝙ vectigal prestatur ratione publici soli, & secundũ cõmunem opinionem speciali iure, vel priuilegio quesita etiam ex post facto dici possunt esse de pertinentiis, vt per Hostien.Imo.& communiter Docto. in d.c. cum ad sedem vbi Imo.in seconda col.et facit in propositonostro c. primum §. ex cõtrario de inue.de re alie. fac. Quicquid in contrarium teneat Ant. de Butr. in d.

c.c um

c. cum ad sedem volens q priuilegia, vel speciali iure quesita, non sint de pertinentiis castri, Quod procederet quando diuerso iure & forma quesita fuissent, & quod custodia territorii spectet Dominis etiam voluit Bar. in l. Ne quid Prima col. 2. & 3. questione ff. de incen. rui. naufrag. cum cuncordantibus Ibi per Allex. in appostillis allegatis, Que custodia cũ emolumento Iurisdictionis & pedagii, censetur per Dominum, ipsis Vassallis & domicellis remissa per predicta, Ita vt pedagium de feudo, & concessum à Principe, Vniformiter simul cum castro & Iurisdictione Non autem difformiter, nec diuerso iure censeatur per predicta, & hoc forte est quod voluit Bal. in d. c. primo §. cum autem 2. col. de controu. inuesti. quod in Feudis, indiuisibile, quod est in vno extremo generat presumptionem indiuisibiliter ĩ alio extremo licet Dominus Prepo. ibi in col. fi. dicat istam rationem non accommodari, ad propositum illius textus.

Quod si aliam, & tertiam assumamus presumptionem, que à Iureconsultis tradditur in discernendo, an bona sint feudalia vel allodialia, que est in considerando qualia sint predia circunstantia, Quam considerationem traddunt Domini Neapolitani, & optimus Feudistarum Dominus And. de Iser. in d. c. prim. §. alias vers. Quidam tamen prim. col. de controu. inuesti. & habetur in decisionibus Neapolitanis Decisione 129. in primis dubiis, Ita q si vicina predia sint feudalia alio nõ apparente, Illa Domini Bernardini, in tali vicinia consistentia censeantur feudalia & e contra censeãtur allodialia, si vicina sunt allodialia Adhuc presumptio stat p ipsa filia cum vicina predia, & circũ circa coherẽtia, tam vrbana quam Rustica & tam Domus quam aree sint allodialia ac hominum solita emi & vendi vti libera & allodialia, & à Nullo Domino recognosci soleant, Nec in venditionibus & alienationibus eorum soleat haberi, vel reseruari superioris Beneplacitum, Nec inuestiture capi de eis soleant.

Quod si quartam assumamus considerationem, que est in inspiciendo id quod est consuetum communiter obseruari & fieri de talibus bonis & prediis Dominorũ Vrbanis & rusticis, in villa & finibus, Bal diserii constitutis, per ea que notat, & consuluit Allex. cons. 136. inci. viso prima col. primo vol. & plene in proposito Bal. cons. 446. inci. villa in primo vol. in penultima impressione dicens q vbi dubitatur, que sint & fuerint tempore facte emptionis castri cum pertinentiis, dicte pertinentie, est recurrendum ad vsum subsequentem, Quia ex eo quod fuit posterius factum, presumimus quod fuerit prius actum, & quia posterior qualitas possessionis declarat quid à principio fuerit dubie intẽtionis, vt ibi latius per eum, Ideo Pau. de ca. in d. cons. 163. in tertia col. in antiquis dixit quod qualis fuit vsus & patientia, talis presumitur precessisse feudi concessio, Adeo quod si vassallus solet de feudo testari, presumitur hoc in concessione dictum, Ad quod faciunt notata per Bal. in l. si certis annis tertia col. C. de pactis, vbi etiã Ang. & D. Ias. in fi. commenti, quod talis presumitur fuisse concessio emphiteosis, qualis per effectũ demonstratur, & prout solitum est fieri, seu qualis posterior declarat euentus, & hoc vbi non potest constare de origine, ad quod faciunt que dixit Allex. cõs. 107. prima col. primo vol. & cons. 113. Inci. viso. & diligenter considerato pe. col. & fi. quarto vol. & Fulgo. cons. 131. Hinc secundum Bal. in c. prim. circa finem commenti, in tit. Quid iuris sit si post alie. vas. feu. recu. talis presumitur precessisse licentia, qualis subsequta fuit alienatio, seu qualis posterior declarat euentus, & facit l. si ventri §. fi. ff. de priuile. credi. & c. officii. cum cuncordantibus in glo. allegatis de electio. Ad quod etiam facit quod dixit Barba. cons. 18. inci. preclare 21. col. 2. vol. post Bal. in d. c. inter filiam quod inspiciendum sit, Qualiter ipse Dominus Bernardinus pater ipsis bonis vteretur, Quia talia presumuntur bona fore penes successorem, Qualia fuerunt pe-

nes

nes eum cui successit, Certe hac consideratione attēta dicemus ipsa predia esse allodialia, Quia per Dominum Bernardinum, & per Dominos & homines solita sunt, & fuerunt vendi & alienari, vti allodialia, Vt patet ex instrumentis exhibitis & patere potest ex informationibus sumendis, per que instrumenta apparet, ꝙ ipsimet agnati qui insurgunt, contra filiam emerunt & vendiderunt vt allodialia, Ideo dixit And. de Iser. in c. prim. §. seu vers. Quidam tamē, in principio commenti, de contro. int. mas. & femi. ꝙ etiam si verba concessionis & inuestiture feudi possent comprehendere predia, & sit consuetudo prescripta vendendi libere possessiones, quod predia presumentur allodialia, Nisi aliunde, quam per verba concessionis Dominus ꝓbet esse feudalia, Et fortius volunt gl. & Docto. aliqui in d. c. primo §. primo de capi. Conra. quod potest prescribi, prescriptione excedente tempus 30. annorum quod valeat alienatio rerum feudalium quod non attingo latius, Cum non sit presentis speculationis.

Quod si Quintam assumamus consideratio nem videlicet morem regionis & vulgarem sensum, que etiam sunt in presenti difficultate consideranda secundum Bal. in d. cons. 446. & facit l. si Seruus, plurium §. fi. ff. de leg. prim. & vult Soci. cons. 47. 2. col. in fi. primo vol. & specu. in titulo de loca. §. Nunc aliqua vers. 59. Dico ꝙ ēt hoc respectu presumuntur allodialia, Qr. mos regionis habet, vt Domini castrorū, magis communiter habeant predia, Que possident in castris, pro allodialibus, & emant ac vendant vti allodialia, & sicut fit de allodialibus, licet consuetudo localis loci Baldiserii preponderet, Et sit attendenda, vt per Bal. cons. 33. inci. ad euidentiam post medium primo vol. penultima stampa, & in c. primo prima col. de cognitio. Feu. & Panor. in c. Quod clericis de for. compe. & Marti. de Lau. in c. primo in principio primo notabili per illum textum quali. olim feu. pot. alie.

Quod si sextam attendamus consideratio nem que est an fama, & communis opinio sit quod sint feudalia, vt per Bal. in d. cōs. 446. & Allex. pulchre cons. 15. inci. visis Narratis, prima col. 5. vol. & Bal. in l. conuenticulam 4. col. C. de epis. & cleri. volentes quod in factis multum antiquis opinio generalis. Dummodo sit vniformis, Habeatur pro veritate, Et inferentes quod licet Ecclesia, Non habeat instrumenta de suis Ciuitatibus. Si tamen habet generalem opinionem, sufficit pro plena probatione, cum cuncordantibus de quibus per Barba. in d. cons. 18. inci. preclare in 25. col. vers. preterea adduco quod in facto 2. vol. Aret. q; videatur cons. pe. 3. col. Deci. cons. 269. inci. consultus 2. col. Adhuc dicētur censeri allodialia, Quia fama & cōmuni opinione alienantur, vt allodialia, quod ēt patet per instrumenta, Que instrumenta secundum Io. And. & Docto. in c. primo de Prescrip. in 6. & Allex. cons. 16. inci. in causa & litte, 5. col. vers. confirmo hoc Quinto vol. & Bal. Alua. & Docto. in c. primo §. Vassallus el primo si de feu. fue. controu. facerent cessare famam, & communem opinionem & probationem, que fit ex eo, quod communis hominum memoria non sit in contrarium, tamquam memoria extet propter instrumenta, & contrarium appareat, per euidentiā facti cum in Istis antiquis, tam ad presumendum quod sint feudalia, quam quod sint allodialia, etiam instrumenta inter alias personas confecta, & etiam enuntiatiue dicentia ipsa bona esse feudalia, vel allodialia probent & inducant famā, & communem opinionem, vt habetur in l. cum aliquis C. de Iure delib. & late per Barba. d. cōs. 18. 21. col. & sequen. & dixit Roma. in l. 2. §. Idem labeo. ff. de aqua. plu. arc. ꝙ Papa potest probare, se esse Dominum Ciuitatum Ecclesie per famam.

Quod si septimam assumamus presumptionem in ista materia, Que est, quod quando feudum conceditur limitatum, Illud quod est intra limites, presumitur Feudale, & quod reperitur extra limites censeatur allodiale, vt dixit Andr. de Iser. in d. c.

d.c.primo §.seu vers. Quidam tamen prima col.de controu. int. masc. & femi. ad quod facit textus in l.in agris.ff.de acqui. rer. domi. Istud non conuenit ad casum nostrum, Quia hic non fuit facta aliqua assignatio prediorum limitata, vel non limitata que appareat, Et vt dictum fuit in secunda consideratione, concessio castri & Iurisdictionis,est quid diuersum ab infeudatione prediorum, & à prediis, & optime declarat Pau. de ca. d. cons. 163. pe.col. in principio vers. & ista possint in antiquis, & Panorm.in c. si diligenti, 2. col. 2. notabili de prescriptio. Vbi optime loquitur, & ex diuersis non infertur, vt ibi dictum fuit, & patet in l. Papinianus exuli.ff.de mino.cũ simillibus, & ista questio posset cadere,si dubitaretur quousque se protendat territorium quod est quid diuersum à proposito, hoc est potestas terrendi, & Iurisdictionem exercendi.l. pupillus §. Territorium .ff. de verb. sig. & l. fi.C. vbi & apud quem, cum ibi notatis, & quod dixit Archi. in c. cum Episcopus post principiũ commenti, de offi. ordi.in 6. cum cuncordantibus, & ꝙ notatur in l.bene Azenone C.de quadri. prescrip. & in c.nimis de Iure Iuran. & ꝑ Panor. in cons. allegato, & in d. c. si diligenti secondo notabili quod res quoad Iurisdictionem sunt sub Dominio superiorum & quo ad dominium sunt possessorum, Nam Vbi non est limitatio excludens quousq, exercetur Iurisdictio dicitur de territorio, vel pertinentiis Dominorum, vel Castri, cui sint annexa Iurisdictio & territorium secundum Imol. & Docto. in d.c.cum ad sedem de resti.spolia. & Imol.ac Docto. in d. c.si ciuitas de sent. exco. in sexto & And.de Iser.in c.p. in principio quid sit inue. & Oldra. cons. 10.& Bal. in c. p.3.col.de capi. qui Curi. ven. & Allex.cons. 23.inci. Viso processu 5. col. vers. Item respondeo quod locus quinto vol. vbi dicit quod locus qui paret officialibus, alterius loci, & ibi subit munera dicitur de pertinentiis illius loci cui paret, per d.l. Pupillus §. territorium & textum in auten. si quis igitur ex qualibet, in auten. quib. mo. natu. effi. sui,& declarat Bal.in l. data opera 16.col. C.qui accu.non pos. & facit quod notat idem Bal.in l. 3. per illum textum .C. de natu.lib. & vult Panor. in cons. 62. in 6. col.2. vol.

Quod si assumamus octauam circa talia considerationem, que est qualiter dirrectus Dominus vtebatur ante predictam concessionem, factam ipsis Dominis collonensibus,seu verius venditores ipsius feudi vtebantur, Iuxta notata per Bal. in d. cons. 446. primo vol. pe. stampa, Istud scire est impossibile, propter antiquitatẽ, nisi per instrumẽta parte filie ostensa, que demonstrant, quod vtebantur non ante infeudationẽ sed post bonis allodialibus, & Non constat de originali acquisitione, que fuit perdita propter bella, licet publica vox & fama sit, quod antecessores ipsius Domini Bernardini soceri mei, & consortum, acquisiuerunt ipsum feudum & multa alia titulo emptionis, Cũ essent comites, summarippæ paterni,Et vidi in instrumentis initis inter antecessores predictos & communitatem Baldiserii, Nam vt fama est, propter factiones venerunt ex vrbe Romana ad has partes, annis ducentum, & forte Tricentum decursis, Quorum Initium non habemus, Et audiui à Reuerendo decretorum Doctore Domino Marcho de Vitia Archipresbitero nostre Ecclesie maioris Astensis Nuper defuncto, quod viderat in scripturis, Ecclesie nostre, seu nostri Episcopatus Astensis Fuisse quendam episcopum astensem Origine Romanum, de gente Sabella habentem sororem nuptui in Vrbe tradditam in domo & familia Illustriss. Dominorum de Collonis ex qua natus erat filius, Qui Episcopus propter factiones. Vrbis in hac Astensi Ciuitate, & in suo Episcopatu moram trahens, suasit predicto nepoti ex sorore vt cũ alio ipsius Episcopi nepote ex fratre, venderent bona que habebant in partibus romanis, & castra in istis partibus acquirerent, prout acquisiuisse reperiuntur, & quod familia masculina illius nepotis ex familia sabel-

la

la deficit, ex qua descendisse se dicebat ipse Dominus Marchus, Et merito ipsi Domini Baldiserii cognomen de Collonis retinentes, & insignia ac colores per omnia retinent & deferũt, sicut Illustriss. Domini Collone Romani & vtuntur hoc dicto ac inscriptione super eorum insigni videlicet Prole sum natus Romane Collumne maioris, & in hac consideratione esset aduertendum, an essent omnia predia simul cum castro in feudum concessa, vt per Imo. & Areti. in l. 3. in principio ff. de acqui. pos.

Quod si Nonam assumamus consideratione que est Nũquid Vassallus teneatur ostendere Domino de quo sit vassallus, & fines feudi, Et an alias quicquid habet presumatur feudum, etiam ista questio non facit ad propositũ, Quia procedit quando quis confitetur se vassallum vt dicit Bal. in l. 2. C. quomo. & quando Iud. Dicens quod tunc vassallus tenetur titulum & Feudum ostendere, ꝙ etiam probatur in §. vassallus el primo si de feu. fue. contro. Et Dominum ad omnem sui requisitionem recognoscere, vt per Bal. in l. plures apocis C. de fid. instrum. sed filia ista non prætendit se feudatariam, sed dicit Bona de quibus agitur censeri allodialia, & se in illis succedere patri; Et habet decisiones apertas pro se in d. §, inter filiam, & in d. §. Defuncto, si de feu. fuer. controu. cum cuncordantibus supra in principio consilii allegatis, licet alias sint opiniones secundum casuum diuersitates, Nam si sit feudum, pro quo soluatur pensio, Bal. in cap. primo in d. §, Vassallus el primo questione fi. si de feu. fue. controu. videtur velle quod Vassallus cogitur exhibere instrumenta. Nisi iuret se illa nõ habere, Quibus non apparentibus, si factũ sit ita antiquum, ꝙ non extet memoria hominis, & consequenter testes haberi non possint, Dicit esse recurrendum ad communem hominum memoriam & famam seu communem opinionem, Que si haberi non possit, Dicit omnia bona presumi esse eo casu feudalia, & obnoxia ad censum, & hec opinio tenetur communiter per Docto. in simili in emphiteosi, vt per specu. in tit. de loca. §. Nunc aliqua vers. 62. & 40. cum sequen. & Alberi. de rosi. in l. si certis annis C. de pactis & in l. Plures apocis C. de fid. instr. cum cuncordantibus de quibus per Dominum meũ Ias. in l. 2. in 13. questione col. 70. secundum primã impressionem C. de iure emphi. De qua materia etiam habetur per Bal. Philip. & Modernos in c. significantibus de appel. Et Alberi. de Rosa. in l. Titius ff. de actio. emp. vbi etiam Fulgo. loquentes etiam in feudo, & Bal. in l. 2. C. quomo & quando Iudex, & cum predicta opinione videtur transire Alua. in d. §. Vassallus vers. Quero si vassallus prestitit, dicens quod Vassallus nisi ostendat pro qua re in feudum concessa, Prestiterit seruitia presumitur pro omnibus suis bonis prestitisse, Quam opinioñe late tenet D. Iacobinus à Santo Georgio preceptor meus Taurinensis in sua inuestitura feudali, in clausula dictiq; Vassalli promisserunt recognoscere 6. col. cum 2. sequentibus Vers. Nunc quero de quottidiana, q̃stione. nisi quando Vassallus p̄tendit iustam, & probabilem causam ignorantie, vel quando negaret se vassallum, Ibi per eum in fine questionis Andr. vero de Iser. in c. primo de contro. inter mas. & femi. in 2. & 3. col. quem refert Ibi & sequi videtur Alua. in 3. col. dicit quod si constet maiorem partem esse feudalem, reliqua bona presumantur feudalia, alias quod spectat Domino ostendere fines feudi, qr. secundum And. de Iser. ibi poterit Vassallus dicere ego soluo, pro isto predio, nisi quantitas census repugnaret, vt ibi latius per eum Et cum ista opinione transit D. Prepo. in d. §. Vassallus el primo si de feu. fue. controuers. col. fi. vbi plene loquitur & allegat alias authoritates, Bal. autem in c. primo prima col. de Vassa. qui contra constitu. Lotha. Loquens quando Vassallus est priuandus parte feudi propter alienationem quam fecit in contemptũ Domini, sine eius licentia, Nunquid Vassallus teneatur ostendere quantitatem feudi post Iacob. de Ardizo. in somma in titulo

Quib.

Quib.mo.feu.ami. Sub Rubricella si dubitatur Quid & quantum sit feudum, Dicit primo ꝙ totum presumitur feudum.& postea distinguendo dicit ꝙ si Dominus agit tenetur probare quantitatem feudi, & si conuenitur Vassallus agens tenetur probare, Et Idem esse dicit si sit questio cum tertio, Et cum ista opinione in emphiteosi transeunt Philip. & Moderni in d.c. significantibus, de appel. volentes ꝙ Dominus agens ad caducitatem teneatur probare quanta sit emphiteosis, & quod quantitas pensionis, semper in dubiis attendatur, & quod omnia non presumantur in dubio feudalia vel emphiteotica tenuit Barba.cons.50, in 9.col. prim.vol.

Et tandem illa opinio ꝙ Dominus generaliter teneatur onstendere fines seu cõfines ac quantitatem feudi videtur magis cõis quam tenuit ipse Andr.de Iser.in c.primo §. Illud quoq; 3.col & ibi etiam Alua. in pe. col. de prohib. ali.feu.per fre. Dicentes cautum esse debere Vassallum, circa hoc, Quia poterit Dominus, vel dicere, quod modica res sit feudalis, vel ꝙ quicquid tenet Vassallus est feudale, & ideo, mellius esse vt tempore inuestiture fiat declaratio,

An autem Vassallus cogatur ostendere Iura que habet in Castris & instrumẽta sua, & inuestituras, & possit Princeps facere Citationes, vt Vassalli sub pena ostendant, communis opinio videtur quod nõ vt per Bar. & And. de Baru.in l.prim.per illum textum C. de conducto. & procu. predio. fis. libro 11. vult Bal. in l. secunda C. quom. & quando Iudex, & Bal. And. de Iser. Alua. & scriben. in d. §. Illud quoq; de prohib. alie. feu. per fre. cum concordantibus de quibus per D. Preposi. in d.c. Vassallus el primo col. fi. si de feu. fue. contro. & per D. Ias. in d. l. seconda in 15. questione col 71. prime impressionis C. de Iur. emphi. quamuis Bal. in l.Instrumenta C. de fideico. aliter dicat & D. Iacob. de Santo Georgio in dicta clausula Qui Vassali, promisserunt recognoscere 8. col. Et tenetur Vassallus Domino interrogante an aliqua res sit Feudalis respõdere Vt in §. Vassallus el 2. si de feu. fue. controu. & ibi, ac in §. Vassallus el primo tradditur de pena negantis contra veritatem, rem esse feudalem, Et quid si dubitet aut indebite negans reuocet suam negationem que non attingo, Quia sunt extra propositum.

Quod si decimam assumamus connsiderationem in dignoscendo, an ipse res, ac ipsa predia sint allodialia, vel feudalia, Que est in considerando recognitiones & alias inuestituras, Attento quod prima non potest inueniri, Cum vt dictum fuit supra in quarta consideratione, sequentes actus & effectus, faciant presumi qualis fuerit precedens concessio, per Iura ibi allegata,& notatur per Bal.in dict. cons. 446. Vbi etiam adducit illam vulgatam regulam quod qualia sint subiecta predicata demonstrant, Et quia ex futuro, & ex eo in futurum gestum est, presumimus in preteritum, vt habetur in l.Non est necesse vbi late Floria. ff. de proba.& in l. & persona vbi Bal. supra eo. & in l.hi qui, vbi tex.Bal.& Docto.C. de adult. cum similibus, Cum mutatio voluntatis & alia non presumatur, l. cum hic status in principio vbi Bar.ff.de dona. inter Vir. & Vxor. & quod dicit Bal. in l. fina. ff. fini. regun. cum similibus, & facit bonus textus in d. c. offici de ellectio.. cum concordantibus Ibi per Glo. allegatis, & certum, est quod recognitio probat Rem recognitam teneri in feudum esse feudalem vt per Bal. quem alii sequntur in c. fi. de feu. guar. & Bal. in l. Fonctiones, C. de Dona. & Ang. in l. Qui rem propriam C. Loca. & Bar. ac Docto. in l. si rem aliquam, Vbi plene de materia, ff. de acqui. pos. & Bal. in cap. primo §. sciendum, in tit. de feu. cogni. Vbi dicitur quod talis probatio dicit fieri per indirrectum, ex quo non apparet de infeudatione & Roman. cons. 123. & 68. & Barto. in l. legata, inutiliter ff. de adim. leg. & in l. cum tale §. Falsa ff. de condit. & demon. Vbi etiam Io. de Imo. & late Specu. in

bo.lib.cū multis aliis titulis. ff. & C. de materia loqntibus, maxime in tit. si quid in fra. patro. in C.l.p.& 2.& in ff.in l.p.in princ.vbi quarta debetur patrono facit ꝙ habet de qnquagesima precii pstanda, ex re emphiteotica,vendita,in l. fi. C. de iur. emphi.q̄ pōt augeri vt per Allex.conſ.14. in 5,vol.& conſ.5.eo.vol.Ideo iure merito Docto.proxime allegati dicūt ꝙ annui redditus & predia reddētia castro cēsent allodiallia,ꝙ cūprobatur in casu presenti, Qr.si pdia fuissent feudalia,Nō disposuissent Dñi.de illis ī homines,sine Principis beneplacito.vti de allodiallibus,Nec fuisset cōcessum hominibus,ꝙ ipsa pdia possent,sine alicuius licētia,& ad eorū beneplacitum alienare & de illis testari, c.p.in prin. de succes.feu.& c.p.§. donare quali. olim feu.pot. alie. & c. p. in prin. de capi. Conrra.& c.p.in prin. de prohi. alie. feu. per Fre.prout alienant & testātur etiā ex longha consuetudine, quo casu censentur allodialia, vt dixit And.de Iser. in c. p. §. Quidam tamen,in prin.cōmenti,de controuer.inter mas.& femi.& supra ī 4.consideratione dictū fuit, & ex Instrumentis multarū acquisitionū exhibitis tollitur illa allegatio, ꝙ à principio, oīa bona existentia in territorio Baldiserii essent Dominorū,q̄ allegatio nō cōcludit, ꝙ acquisita vel habita fuissent simul cum castro & feudo, imo hoc alleganti incōberet onus probandi,vt vult Allex.d.conſ. 136. in 2. col.verſ.Sed premissis p.vol.cum concordantibus allegatis supra maxime in p. & 10.consideratione & vult Franciscus de are.d.conſ.15.in 2.& 3.col.& Allex.conſ. 16. in prima col. 5. vol.Quamuis Dominus Franciscus Curtius, in tractatu feudorum,in 2.parte in 6.questione in fi.aliter eos referat.

Sed Quid ī Rodiis et operibus quas prestāt homines Dñis & censu annuo, puto ꝙ ēt in illis sicut in redditibus annuis,femina succedat.& Pariter in censu.si verum est, ꝙ occasione liberationis facte à successione & a tertia Vēditione,que est tertia pars precii rei vendite,danda Dominis fuerūt talia pmissa,Quod patere pōt ex cōuentione facta cum hominibus Baldiserii,cū & priuatis,vt dictū fuit,possint opere prestari,vt ff.& C. de ope. lib.& late habetur in l.Si non sortem §. libertus ff. de condi. inde.& patet in l. in stippulationibus .§. operarum iunctis notatis in l. stipulationes non diuiduntur in prin.& in l. 2. §. p. ff.de verb.oblig.& videmus obseruari in collonis,& emphiteotis,Quia cum ista acquisitio ex pacto non sit inseparabilis, à feudo est vt quid allodialle,per textum & notata in d.c.p.§.ex contrario de inuesti. de re alie. fa.Et quod dictum fuit supra in 16.consideratione.Est bene verum,quod si census pecuniarius vel opere prestarentur, in signum superioritatis, puta ratione incolatus, & Domicilii, tunc res esset clara, quod esset Quid feudale d.§. ex contrario, & vbi quis alteri fecit homagium, tunc in dubio opera presumitur ratione homagii prestita, & vt superior illum defendat,vt dicit Specu.in tit. de feudis §. Quoniam super homagiis verſ. quarto circha medium & verſ. quinto in fi. & verſ. Nono, circa principium Et his casibus quis census, vel opera prestatur ratione feudi habiti per hominem à Domino seu homagii & fidelitatis, quod & quā prestat & facit Domino,q̄ ipsum postea thueri debet, tunc si remitatur homagium,& subiectio pacto, retento cēsu, vel opera vel Princeps,capiat homagium solū ad manus suas ex causa,q̄ simul stare possunt, vt notatur in c.cū dilectus de rellig. Domi.vbi potest subiectionis vinculum remitti censu rettento, pōt ēt probabiliter dubitari an femina, in tali censu vel opera succedat, Nam si fiat pacto puto ꝙ sic Qr.perinde,ac si opera vel census ex conuentione,non ratione subiectionis, sed gratis fuisset promissa, ꝙ si Princeps capiat homagiū,Dimissis operis ipsis vassallis,Tunc credo,ꝙ opere retineāt naturam suam,& sint feudales, tanquam Domini sint inuestiti de operis,& non de homagio,cum quis possit de parte Iurium Castri inuestiri,& de parte non,vt dictum fuit, supra in 16,consideratione, & patet in tit.de feu.Guar.

tione Item

Itē succedit femina in dirrecto dñio & feudo ꝙ fecisset Vassallus, de suis pdiis q̄ in feudum seu homagiū dedisset alicui de Baldiserio, vt in c.p.§.Femina per quos fiat inuesti.vbi Bal. Alua.& Docto.& in c.beneficium si vas.serui.domi.offe. Qr. sicut femina pōt dare in feudum Ita & renouare vt per Alua.in d.§.femina, & Dñm Prepo. in fi. commenti, Non tamen habebit Iurisdictionem in tales, Qr. iurisdictio in homines Baldiserii est vassalorū masculorū, qui illam à Principe recognoscunt, vt dictum fuit in principio huius consilii, & nō acquiritur ex tali concessione in homagiū Cum illā a tēpore cōcessionis facte ipsis Dñis de Collonis, de castro loco & Iurisdictione Baldiserii iam haberent in quoscunq; incolas dicti loci, & in oēm rem scitam in ipso territorio, faciunt q̄ dicta sunt in cons.8. penul. col. vers. Decimotertio prope fi. in p.vol.meorum consiliorū feudalium impressorum vbi probatur ꝙ isti homines nō dicūtur de feudatariis principis, Differunt .n. Iurisdictio & districtus ac dominiū prediorum Ita ꝙ ēt non habens Iurisdictionem in loco possit ibi habere Vassallos ꝓ re puata infeudata, vt ꝑ Bal. Alua.& Docto.in §. fi. quib. mo. feu. ami.el p. cum etiā Rusticus possit dare in feudū secundū Bal.in c.p.§.Marchio.in fi. cōmēti qui feu.dar.pos.cum concordantibus de quibus per D. Franciscū curtiū in tractatū suo feudorum 2. parte 4. q.

Item differunt secundum Alua.& Docto. in d. §. Feminam, Querere an femina in feudo patri concesso, & antecessoribus, succedat, an vero, ipsa possit dare in feudum, & iam datum renouare. Et facit ad predicta quia potest femina in feudo pro quo non iuratur fidelitas succedere secundum Bal.in c. primo §. est & alia, que fuit prima cau. bene. amit. & Roma. cōs. 347. & Prepo.in c.p.§.& qr. 16. col. vers. 7. fallit qui feu. dar. pos. vbi ponit alios casus, Et pro rebus propriis, & quas Dominus Bernardinus dedisset in feudum, vel antecessores sui, non Iurabatur fidelitas vt in c. nimis de iure iur. & in c. primo quali. Vas. iura. debe. fide. ergo filia in illis succedit, Ad idem facit, Quia femina succedit in Castro habente iurisdictionem quod Imperator vt proprium, vel pleno iure concessit, vt per Bal. cons. 301.inci.in bonis seconda col. tertio vol. & Ang. cons. 242. inci. super poncto prim.in fi. vbi loquitur de Alpibus montibus, & eorum iurisdictione, & Allex. cons. 24. in quarta col. vbi plene loquitur quinto vol. & D. Philip. Dec. cons. 31. licet regulariter femina non possit habere iurisdictionem Vt ibi per Allex. & Alua. ac Docto. in d.§. Feminam, Nam annexam Feudo potest habere vt ibi, vnde multo magis, succedit in istis bonis propriis Domini Bernardini, & antecessorum, quamuis per eos in feudum datis dimissa iurisdictione agnatis.

Itē succedit in iure petendi melioramenta, et ædificia, q̄ fecit Dñs Bernardinus, & antecessores in Castro videlicet ꝓ rata, sucessionis paterne, quo ad antecessores, vt per Docto.in c.p.§.p.& §.si vassallus, in tit.hic fini.lex.& in l.p. 8. questione ff.de rer. di. & in l. prima col. fi. C.de iur. emphi. & ꝑ Docto. in l. Diuortio .§. impendia vbi Allex. & Moder. ff. solu. matri. & solet notari in l.2.C. de iur. emphi. vbi de emphiteosi dicitur.

Item succedit in furnis, ac iure furnandi, qr. talia esse possunt iuris priuati sicut, & molendina, Ideo videmus multas communitates habere ius furnandi, Ad quod faciunt notata in c.Significante de appel. & ꝙ habetur per Cepo. in tractatu serui. Vrba.ī Rubrica de fur.2.q. & D. meū Iacob.de Santo Georgio in sua inuestitura feudali in clausula & cum mollendinis & per Bar.in l. Quominus. ff. de fluminibus, & per Soci.cons.272.vol.p.& memini me consuluisse cons.56.inci.in questione furnorum in p.vol.idem volunt Cyn.& Bal. in l.p. C.de serui.& D.Prepo.in d.c.significante & D.Ias.in d.l.Quominus 5. col.cū sequen.

Et Idē est de colūbaria, vt patet ex his q̄ dicit Cepo.in preallegato tractatu seruitutū vrbanorum penultima Carta sub Rubrica de Columbaria, & hoc nisi agnati, pro-

barent Ius furnorum ipsis Iure superioritatis spectare, ex pacto forte, vel Principis tale Ius habentis concessione, Aut alio titulo legitimo, Iuxta notata in locis preallegatis.

Item succedit in emolumentis macelli, quod habent Domini de Collonis, in loco Baldiserii siue ex pacto acquisiuerint d. cap. primo .§. ex contrario de Inue. de re alie. fac. Cum sit quid separatum à feudo & Iurisdictione per ibi dicta, Siue ex longha consuetudine cum etiam clericis, & priuatis acquiri possit sine Principis concessione Ius circha macellum vt in d. c. Significãte est expressum & Ibi plene habetur per Docto.

Et licet dixerim supra me putare ꝙ filia in pedagio succedere non possit, cum vt dicit Panor. in d. c. cum ad sedem 3. col. de resti. spoli. Iurisdictio Dacita, & consimilia, soleant castris spectare, & quia à Principibus solent concedi quibus spectant, vt in tit. que sint regalia, & in l. prima §. primo .ff. de publi. & in l. prima C. noua vectig. consti. non posse, cum aliis concordãtibus in 2. cõsideratione post principiũ huius cõsilii allegatis, Cum vt dicit Bal. in titulo, que sint regalia pri. col. vectigal prestetur ratione publici soli, in quo filia Ius non habet, tamen redditus pedagii pendentes, & aliarum rerũ feudalium Dñi Bernardini, spectãt ipsi Argentine pro rata temporis, vt per Cuma. cõs. 99. inci. quedam possessio & Pet. de anch. cons. 194. inci. Subtiliter & Allex. ac Dominum meum Ias. in d. l. Diuortio, in principio ff. solu. matrimo. & memini me alias plenius consuluisse.

Potuissem tãgere de Iure patronatus si fuisset constitutũ & fondatũ de bonis ipsorũ Nobiliũ de Collonis, Quo casu non esset de spectantibus Castro, sed hereditariũ, et non obstarent que dicit Innoc. in c. ex literis de Iure patro. Vbi dicit ꝙ Villa & castrum continent Iurisdictionem honorem districtum & ius patronatus, prout ẽt vult Io. And. in c. ad q̃stiones in fi. commenti de rer. permu. Sed quia à possessione ceciderunt. Vanum puto, circha hoc insudare an Argentina succedat.

Vltimo fit difficultas circha mobilia Castri, an possit in eis, filia succedere, Quamuis enim regulariter mobilia nõ sint feudalia vt est textus in c. prim. §. fi. de feu. cogni. tamen secundũ eos videtur ꝙ bona mobilia existentia in castro sint de eius pertinentiis & feudalia Sicut Castrum, Sed qr. non constat quod fuerint simul cum castro concessa, Et impossibile videtur, ꝙ tantum durare potuissent.

Item quia non sunt adherẽtia & annexa Castro, certum est ꝙ in eis filia succedit, vt per Bal. in cons. 233. inci. Femina, 3. parte penultima stampa, & Dominum Franciscum Curtium alterum ex promotoribus meis, tempore quo assumpsi gradum, siue Lauream Doctoratus, in suo solemni tractatu Feudorũ p. parte 6. q. 3. col. ipsius questionis Vbi etiam allegat duo consilia Bal. que sunt in penultima stampa, Et si fortius dicatur quod saltẽ Artegliaria & munitiones, pro tuhitione castri, & ad perpetuum Vsum Castri destinate censeantur feudalia, per notata ad hoc per Bal. in c. primo §. si quis de manso, vers. Certe hic est de Controu. inue. Cũ multis concordantibus ad hoc adductis per Dominũ preceptorẽ meum D. Ias. in l. fi. 2. col. ff. de Consti. Prin. Respondetur ꝙ procedunt ipsorum dicta quo ad preiuditium principis Castrũ cõcedentis, vt videatur etiam tales munitiones concessisse, Quando constat ꝙ Princeps illas habebat in castro, Et nos sumus ĩ alio casu, Qr. nõ constat, ꝙ Princeps aliquas munitiones habuerit, Nec ꝙ iste munitiones essent Principis, cum quilibet p̃sumatur acquirere l. si defonctus C. arbi. tutel. Et ꝙ fortius est constat ꝙ fuerunt empte iste munitiones tẽpore Belli vltimi, Illustrissimi & Eccellẽtiss. Dñi Ducis Sabaudie cõtra Illustriss. D. Marchionẽ Saluciarũ, moti circa annum 1486. currente nũc anno 1520. & sic annis 34. decursis vel circha, & pro hac decisione adduci possunt, multa alia, que in prin. huius consilii & per discursum dixi, de prediis & multis redditibus, quod tamquam allodialia

spectent

spectet filie, videlicet Argẽtine vxori mee. Et Qr. dictũ fuit supra ꝙ iste successiones & tertie vẽditiones possunt cõpetere ẽt priuatis ꝑsonis, ꝑ ea q̃ videmus in libertis & emphiteosi, vt si Dñi distribuãt, corũ predia, que vere vel ꝑsumptiue sua sunt pleno iure & allodialia aliquibus veniẽtibus ad habitandum, vel hominibus loci, cum pacto succedendi morientibus, sine liberis, & habendi 3. partem precii, totiens quotiens vendentur, est aduertendum ꝙ ista non est proprie successio, sed deuolutio, seu bonorũ obuentio, cũ successiones & hereditates pacto deferri non possint l. hereditas C. de pact. cõuen. & l. obuenire, iuncta l. verba cõtraxerũt gesserunt ff. de verb. sig. & declarat Bar. in cons. suo 212. inci. promitto tibi, cum etiam Fiscus proprie non dicatur successor, vt habetur in l. Nõ intelligitur. §. cũ ex causa ff. de iur. fis. & in l. p. C. de bon. Vac. lib. 10. & in l. p. C. Vnde vir & vx. In Illis autem successionibus que deferuntur fisco per legẽ Quando nullus est agnatus cognatus, Nec vir, vel vxor, certũ est ꝙ femina non succedit, Quia est de regalibus & nõ succedit in eis nisi iure superioritatis vt per Bal. in l. p. C. de here. decu. & Allex. in additione in d. l. p. ante fi. C. de bon. vac. lib. 10. & cons. 31 2. col. p. vol. Omisso illo dubio, An nobilis, An princeps eo casu succedat, de quo habetur in locis preallegatis, & per D. preceptorem meum Dominum Iacobinum à Santo Georgio in sua inuestitura feudali in clausula cum mero & mixto imperio, Laus Deo. Et Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN Episcopo poßit Feudum vendi, de quo Episcopus vel sua Ecclesia recognoscitur, Alterius superioris consensu non obtento.

Et an poßit sibi ipsi consensum prestare, & se ipsum inuestire.

Et an alienatio Feudi ad æmulationem facta valeat.

Et an Laudemium hoc casu ipsi Domino Episcopo per venditorem debeatur.

CONS. CXXVIII.

Reuerẽdissimus Dominus Astensis Eps, à me quesiuit, an eps possit emere de feudis sibi subditis proprio nomine, Non Ecclesie, videlicet, pro se & eius heredibus, sine alicuius consensu, Ex quo alienationes Feudorum, sunt cum ipsius consensu, Et Glo. in Cle. fi. §. si Episcopus in verbo mense circha medium de reb. Eccle. non alie. Velle videtur quod non, sed quod sit necessarius consensus Archiepi, vel Pape, Ne sit auctor in causa propria, ꝑ iura Ibi allegata, & notatur in l. prima ff. de autho. tuto. Dicit .n. Glo. in d. verbo mense. ꝙ si laicus habeat Decimã in feudũ ab alia seu aliqua Ecclesia, nõ põt illam Epo. Donare, Ne auctorizetur ĩ facto proprio, licet bene posset capitulo suo donare, cũ Ipsius Epi cõsensu & auctoritate, cum qua Glo. transire videntur ibi Docto. maxime Imo. in 5. col. Dicens non posse pro ipso cõsensu habendo recurri ad Archiepiscopum, sed esse recurrendum ad Papã, Et predictam Decisionem sumpsit Glo. preallegata ab Hostiẽse in somma de Decimis, §. & vtrum 9. col. 12. q. vbi fortius vult ꝙ si laicus cõferat Epo decimã, consentiente capitulo, ex quo requiritur auctoritas Episcopalis, Nõ sufficit auctoritas talis Epi in causa propria, sed sit recurrendum ad superiorem, plus dicit Imo. in cle. 2. 7. col. vers. Querit Guil. de reb. Eccle. non alie. quem sequitur Felli. in c. Que in Ecclesiarum col. fina. de constitu. ꝙ si Vassallus Episcopi alienet feudum, in eius Capitulum exigetur consensus Pape. Predicta coadiuuant ex his que dixit Glo. in verbo clericorum in c. p. in prin. Si de inue. inter Do. & Vas. lis ori. Quam sequitur Ibi Alua. in 14. col. vers. Quid autem si ipse Clericus dicẽtes quod prelatus dum administrat, Non potest sibi feudum acquirere, l. Non licet ff. de cõtrahen. empt. licet saltem de consuetudine possit consanguineis & affinibus concedere, & Illos

de feudo Ecclesie inuestire, Quando scilicet est solitum concedi, vt Ibi latius per eos, & alios scribentes, facit quod voluit Ang. in §. yconomus in Autētica de alie. & emphi. quod iconomus non possit in se ipsum consentire licet in alios possit, Simile patet in c. fi. de insti. vbi quis non potest sibi ipsi beneficium conferre, & in c. per vestras de iure patro. Vbi patronus Non potest seipsum presentare, & in l. si mandauero .§. si tibi centum .ff. manda. Vbi Iussus dare cui vellit, Non potest pro seipso retinere. Et quia nemo potest seipsum eligere, vt per Glo. & Docto. in c. Cum in iure peritus de offi. deleg.. Contrarium puto verius, per ea que vult Bal. in autentico Hoc ius porrectum 3. col. vers. iuxta hoc queritur C. de Sacro San. Eccle. iuncto c. 2. de Feudis & iunctis notatis in c. primo in principio qui Feu. dar. pos. Dum Ibi habetur quod Episcopus, vel prelatus potest in feudum concedere, Et consensum superioris concessioni prestare, Ad quod faciunt multa que dixit Oldra. cons. 182. inci. licet de victoria, vbi voluit Episcopum posse de mensa donare, vnionem facere, & dignitatem ex causa tollere, faciendo actum simul, & consentiendo, Ad idem facit, Quia stante constitutione quod res inmobiles Ecclesiæ non possint alienari, sine licentia Episcopi sub pena, talis constitutio non habet locum, Quando venditio fit Episcopo, Quia contrahendo videtur consensum prestare, vt per Io. And. late in regula qui tacet de reg. iur. in 6. in Mercu. & Panor. in c. cum in veteri quarta col. de elect. & in cons. 12. post principiū 2. vol. Et Quia potest quis vna & eadem persona, Duplici officio fongi, in his que sunt voluntarie iurisdictionis partis, videlicet & iudicis, & consul apud seipsum adoptare l. si consul iunctis his que Ibi traddunt Bar. Bal. & Docto. ff. de adoptio, & fongi officio persone publice, & priuate, vt ibi, & notāt Cu. & Allex. inter ceteros, in l. prima §. quesitum, col. fi. ff. ad trebel. Et Quia cōsensus quem prestat Dominus in alienatione feudi, fit ad conseruandum ius Domini, & ne videatur contemni, Vt per Iacob. de ardizo. in somma feudorū in Rubrica Vtrum vassallus amitat feudum Si clericus efficiatur in fi. & secundum Ang. in d. l. prima .§. fuit quesitum ff. ad trebell. cuius opinio est communis secundum Allex. Ibi col. fi. licentia vel consensus que non prestantur ad integrandum personam, satis est quod prestentur per superiorem simul contrahentem, vult Bal. in l. Si quando .§. Imputari C. de inof. testa. & sequitur Felli. in c. edoceri antepe. col. vers. Omittitur, maxime in fi. vers. de rescrip. Vbi aliqua Cumulat, pro & contra in hac materia, Insuper licet in facto proprio illi cuius consensus requiritur illum prestare, vt p Bal. in d. §. imputari, & Io. And. & in d. Regula qui tacet, & Panor. in d. c. in veteri, & in cons. 12. & Bal. cōs. 33. ī 3. siue 4. vol. & Bal. in l. pactum 21. questione C. de collatio. Allex. cons. 106. prim. vol. & Bal. 289. in 3. vol. Bar. in l. Cum pater §. Libertus .ff. de leg. secondo Bal. in l. fi. C. ad mace, & in l. Cum filius C. de peti. here. & Bal. ac Roma. in l. pri. C. Vnde vir & vxor, & Bal. in l. Bonorum la 2. C. qui admi. & Soci. in cons. 147. in 3. col. in fi. cum sequenti inci. visa facti, & latissime cons. 112. inci. multum abunde p. volumine vbi post Bal. in cons. 142. inci. premitendum ibi allegato, Dicit quod consensus requisitus non ad solemnizandum actum, Nec ad auctorandum, seu ad integrādum personam gerentis actum sed solum ad voluntatem accommodandum, potest prestari, in causa propria, Et ad proprium commodum, quod etiam voluit Ang. in d. l. prima .§. fuit quesitū ff. ad Trebbel. & Allex. Ibi ac communiter Docto. Et ex predictis apparet responsum ad Cle. fi. de reb. Eccle. non alie. Quia loquitur in consensu requisito, in actu ad auctorandum, Vt declarat Allex. in d. §. Quesitum pe. col. in principio & secundum Io. An. in d. regula Qui tacet in fi. commenti, dicta Cle. fi. loquitur quando Episcopus cōtrahit cum alia Ecclesia, quam sua, Et hic contraheret cum

suis subditis, Et licet in veritate sint circa intellectum illius Cle. difficultates, Tamē illa Opinio, quod consensus qui prestatur ad solum voluntatem accommodandum, vel pro suo interesse,& commodo, possit prestari in actu proprio, est vera & communis.

Ad illud quod Episcopus non possit feuda sibi acquirere, Respondetur quod illa iura loquntur in feudo aperto, vel deuoluto ad ipsum Episcopum, & in laico contrarium deciditur vt per Glo. preallegatā in d. vers. in clericorum in c. p. in prin. si de inue. inter Domi. & Vass. lis oria.

Sed maior est difficultas circa inuestituram que infra annum & diem petēda est cum iuramento fidelitatis. Et in ea bene puto adeundum esse Pontificem per predicta, & iuxta notata per Glo.& Docto. in d, cle. fi.& in d.l. Si consul, Cum sit incompatibile quod ipse sibi met prestaret iuramētū fidelitatis, & seipsum inuestiret, Nam triplex hic cōcurrit cōsideratio, Primo materie subiecte que potest hoc impedire p ea que dixit Bal. in d.l. Si consul de iudice donante,& penes se insinuare volente, Itē ne quis sit Iudex in causa propria, per ea que dixit Bal. in l. Sancimus 2. col. C. de dona.& Allex.& Moderni in l. Omniū C. de testamen. de Domino Castri donationem suam, vel suū testamentū, insinuante Itē an quis possit duplici persona fongi,& sibi auctorari, de quo dictum fuit supra.

Insuper fortior est difficultas, an possit ista alienatio sustineri, si dicatur quod facta sit ad æmulationem consortum, pro substinendo subditos, cum aliquibus Vassallis litigantes, quorum pretextu etiam est lis inter ipsum Dominum Episcopum, & aliquos ex Vassallis, stantibus venditoribus feudi pro ipsis subditis, ac pro ipso D. Episcopo.

Et arbitror quod lite durante, non valeat, alienatio, tanquam ad æmulationem facta presumatur, per notata per Bal. in l.p. in pe. questione C. qui testa. fa. pos. vbi dicit quod si fratres habent Castrum commune, & vnus vult partem suam donare ad alterius æmulationem alicui magno Principi, quod non potest, pro quo facit quod notat Bar. in l. Cum allegas per illū textum, cū quo transeunt ibi Pau. de ca. Fulgo. Allex. & Moderni C. ne fis. vel respu. vbi dicit quod si ex duobus fratribus habentibus Castrum commune, quorum vnus alium expulit, expulsus partem suam vendat Ciuitati propinque, vel alicui Principi, seu donet, vel sua iura cedat talis venditio, donatio, vel concessio, est nulla, quia presumitur ad æmulationem facta, & dicit ibi Pau. de ca. quod ita vidit in facto Florentie.

Vltima fit difficultas, an si oriatur lis inter consortes,& agnatos venditorum, & ipsum D. Episcopum, pretextu dicte venditionis, Quis erit Iudex,& breuibus dico quod Pares Curie, per c. p. de controuer. inter Vas. & Epis. & c. prim. de controue. feu. apud Pa. ter.& quod notat. Bal. in c. Ceterum p. & 2. col. vbi etiam alii de iudiciis.

Et quia non decet Episcopum esse Iudicem in causa propria, vt pulchre per Bal. in l.p. in pe. q. & fi. C. ne quis in cau. propria, cum concordantibus.

Et vbi non est vsus parium, adeūdus est ordinarius superior, per notata per Bal. & alios in d.c. Ceterum, Qui potest esse Archiepiscopus, vel Papa, vt per Bal. in d.l. pri. Ne quis in sua cau. propria. ac glo. & Docto. in d. Cle. fi. de reb. Eccle. non alie. & Hostien. in summa de Decimis, vers. Et vtrum 12. q. in fi.

Laudabile tamen puto, quod ipse D. Episcopus maxime attenta lite, quam habet cū maiore parte Vassallorum, desistat ab ista emptione, quam fecit, Aut quod expectet finem litis,& amicabiliter hec pertractet, impetrato ad cautius agendum, consensu Papæ, cum Commissario pro habenda inuestitura, & iuramento fidelitatis prestando, vt sic multi euitentur circuitus, & litis occasio euitetur.

Post scripta, Circa Casum predictum etiam dubitatur, An ipse Reuerendiss. D. Episcopus possit de emptione per eum facta, petere laudemium, Et videtur quod non, per ea que in simili dicuntur de Domino

emente

emente ab emphiteota, per Alberi. de rosa. in l. ꝙ si vno, ff. de in diem adiectio. & in l. fina. col. fina. Post Odofr. vbi etiã Dominus meus Ias. in 12. col. vers. tertio quero quia iste C. de Iure emphi. & memini me alias consuluisse in Diuersa materia, Que prima facie videretur similis. Laus Deo & Virgini gloriosissime ac Diuo secundo Tutellari Nostro, 1520. die 20. Septembris.

Albertus Brunus.

IN Feudo concesso duobus fratribus Patruelibus, pro se, & eorum ac cuiuslibet eorum filiis, & Nepotibus, habet locum ius accrescendi. Et fortius quando Papa illud confirmauit, & ad cautellam de nouo concessit. Et Papa potest omnia Feuda Ecclesiarum conferre.

CONS. CXXIX.

VErba concessionis facte, de Domo & pdiis Sancti Iohannis de Barcelerio, in Feudum Mag. Quondã Domino Bernardino de Ruere, suo & nomine Magnifici Equitis Domini Io. Frãcisci et de Ruere, Dñi. Bestagni, Monasterii, & Cisterne, sic Iacent, Reuerẽdus Dominus prior prioratus Lumbardie Hierosolomitane Relligionis, Inuestiuit Dominum Bernardinũ de Ruere presentem, & acceptantem, eius proprio nomine, ac Nomine & vice Domini Io. Francisci, eius fratris patruellis, Et pro ipsis Domino Bernardino & Io. Francisco & eorum, & cuiuslibet ipsorum filiis, & nepotibus oĩbus ex eis, & quolibet, seu altero ipsorum, in perpetuũ descendentibus masculis legitimis & naturalibus tantũ, Vnde ex quo decessit Dominus Bernardinus, relicto Domino Gulielmo eius filio, qui etiam decessit sine liberis, portio ipsorum Dominorum Bernardini patris & Gullielmi filii, spectant Iure accrescendi ipsi Domino Francisco, Vt consuluit Allex. cons. 30. inci. Quoniam in 4. col. prim. vol. Cum multis concordantibus agregatis per Dominũ preceptorem meum Dominum Ias. in Repetitione l. Re coniuncti in 17. charta in prima eius Col. ff. de leg. 3. post Bal. in l. prima 11. q. ac Sali. in 12. q. C. quando nõ peten. par. & licet Allex. cõs. 13. inci. Perspectis his col. fi. 5. vol. post Pet. de Ancha. in cons. Ibi per eum allegato, velit ꝙ illud distributiuũ quilibet, quando non potest Salua ratione recti sermonis attribui nisi alteri ex primo inuestitis, non possit operari effectum iuris accrescendi; tamen in casu nostro secus est, Quia ad omnes refertur expresse, Dum dicitur & eorum, & cuiuslibet ipsorum filios Ita vt etiam si vera esset decisio predicta Pe. de Ancha. ac Allex. in d. cons. 13. col. fi. Non habeat obstare. Et tanto magis ex quo ista concessio feudi fuit per Summum Pontificẽ approbata, & sub eodem tenore, Authoritate Appostolica de nouo data, Cum in Feudo à suppremo Principe concesso, vel ab Imperatore, vel Rege, habeat locũ ius accrescẽdi, vt p multas authoritates comprobant, Allex. in d. cons. 30. in 3. col. in fi. & latius Dñs meus Ias. in d. l. Re coniũcti in 16. charta in 3 & 4. eius col. Et certũ sit ꝙ Papa cõcurrit in quolibet feudo, & cuiuslibet feudi Ecclesiastici cõcessione cũ omni prelato, & possit oĩa feuda Ecclesiarũ infeudare secundũ Bal. in c. p. circa pn̄cipium qui feu. dar. pos. & in c. p. prim. col. quis dica. Dux. Mar. Co. & in c. Nisi, de offi. lega. & in cons. 190. in principio 2. vol. penult. stampa, Et Pau. de Ca. cons. 158. inci. Viso 2. col. Vers. Restat, in antiquis, Vbi Dixit, quod Papa potest conferre, & infeudare feuda, quorum collatio spectat Episcopo. Et quod fortius est, adimere potestatem conferendi Episcopo, De qua materia etiam traddit Dominus Franciscus Curtius in suo tractatu feudorum prima parte 10. questione Et Dixit Bal. in c. primo in fi. in titulo que sint regal. quod in terris Ecclesie, omnis Iurisdictio, & omnis districtus, est Pape. Faciunt que habentur in c. Pastoralis de offi.

offi. ordi. Vbi late Felli. quod Papa concurrat in iurisdictione, cum quolibet ordinario, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN Aucto censu, Qui prestatur pro feudo dicatur Nouum Feudum, Et noua concessio.

CONS. CXXX.

MEmini hunc passum, An Aucto censu per Dominum Priorē Lombardie de Prediis Sācti Iohannis de Barcellate, Nobilibus de Mulaciis, ī Feudum antea concessis dicatur nouum feudum, vel noua concessio, tetigisse in tractatu de Augumento in 4. conclusione principali in 4. eius col. vers. Facit ad predicta, vbi conclusi, ꝙ nō post Allex. cons. 80. inci. circha primum pe. col. primo vol. per regulam, in illa conclusione examinatam, quod nichil additum tale, facit desinere rem esse talem, Quam multis mediis ibi comprobaui, Faciunt que dixi in ipso tractatu in 3. conclusione principali in 2. eius conclusione subalterna circha mediū In vers. ex his, vbi tenui contra Allex. quod si antique concessioni addantur predia, Non dicatur Noua concessio, Cui conueniunt nonnulla, que in ipso tractatu agregaui, in 5. conclusione principali tractando de Marchionatu aucto, vel castro, vt augumentum non mutet naturam, sed reguletur secundum naturam sui Principalis, ad quod faciunt que dixi in dicto tractatu in 10. conclusione 3. & 4. col. quod aucto numero Dominorum non augeatur ius eorum, nec obligatio, & quod dixi ibi in 11. conclusione quod aucto numero Vassalorum, vel hominum, Non augeatur obligatio, Declarando vt ibi licet pensio vel canon possit augeri feudi aucti, vt ibi dixi in 13. conclusione prim. col. & etiam in prima limitatione, Et in 14. conclusione 3. limitatione, Que omnia sunt intelligenda, Nisi vbi de consensu eorum quorum interest, daretur Noua forma. in sequenti inuestitura, vt per Bal in c. primo de feu. non habente propri. nat. feu. & in l. Quotiens secunda col. C. de suis & legi, & etiam dixi in ipso tractatu de Augumento, in 3. conclusione principali in 4. subalterna in 2. col. vers. 2. ad corroborationem, te nendo quod in dubio sit standum veteri inuestiture, & memini sepe consuluisse Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN possit Princeps subditos suos vnius territorii cogere vt vadant ad molendina ipsius Principis loci ibi vicini.

Et Quid si ipsi ita compulsi, habeant in eorum territorio Mollendinum, ex conuentione commune cum Principe.

Et insuper habeāt in loco Mollendina priuata et propria singularium personarū molentia sibi & aliis. de loco cum brachiis & bestiis, per tempus quod non extet memoria hominis in contrarium.

CONS. CXXXI.

IN Finibus Montiscalui, super torrente, colobri, Adest mollendinum, In quo Princeps ex cōuentione participat pro tertia parte, que est soluenda Principi, etiam ipso mollendino non macinante, Negligentia communis Montiscalui, & alie due tertie partes, sunt ipsius Communitatis, Item in ipso loco, sunt multi habentes mollendina, in propriis Domibus, seu sediminibus, Cum Bestiis, vel cum Brachiis hominum macinantia Dominis ipsorum mollendinorum, & aliis Ibi macinare volentibus, Nunc autem dicitur, quod agentes pro camera

ipsius

ipsius Prĩcipis, videlicet Illustrissimi Domini Marchionis Montisferrati, Hoc est Magistri intratarũ, volunt cõpellere homines Montiscalui. vt accedant ad mollendina Principis existentia in territorio loci Pontisture, Qui locus, est confinans loco Montiscalui, Ita quod nõ liceat hominibus Montiscalui habere mollendina propria, & eorum priuata, prout supra, Et ipsi Domini intratarum dicunt ita licere, propter Principis commodum, & quia ita promissit conductoribus mollendinorum pontisture, quod dicti de Montecaluo, & quidam alii, ad ipsa mollendina pontisture accederent, ad macinandum, Nunc queritur quid iuris.

Omnipotẽtis Dei, & Gloriosissime Virginis Marie nominibus & presidio Inuocatis, Arbitror quod non liceat Principi predicto, aut quod saltem non deceat sue Excellentie Prohibere antedictos suos subditos, ne vtantur dictis suis propriis mollendinis, & iubere quod ipsis dimissis accedant extra territorium, ad mollendina Pontisture, Quamuis sint Principis.

Et primo moueor, Quia licitum est vnicuiq; super suo, & in suo facere mollendinum, & mollere vbi vult, vt per Bal. in c. Significante primo notabili vbi etiam alii de appella. & in cons. 76. inci. in questione p. vol, pe. stampa, vbi dicit hoc fieri posse, etiam in Flumine priuato, & in cons. 129. inci. quatuor 2. col. vers. Et notandum 2. vol. eadem stampa, vbi idem dicit in domo, vel hospitio, esto quod alius haberet super suo anterius Hospitiũ, & Signoro. cons. 56. inci. casus talis est, commune & homines de Villa Francha, inserto inter cons. Bal. in 3. vol. etiam penultima stampa, concludentes quod esto quod p talia mollendina diminuerentur redditus anteriorum mollendinorum & numerus accedentium ad ipsa alia anteriora mollendina, Hoc non obstat Quominus priuate persone in suo possint facere mollendina, licet quando fierent super flumine publico passim hoc non liceat, vt late habetur in l. Quominus per Bar. & Repetentes de flumi. Et per Bal. in cons. 145. inci. in quodam circha medium pri. vol. penultima stampa, cum suis concordantibus, & ad comprobationem predictorum, continget, multa alia iura, multasq; decisiones infra adducere.

Secondo moueor, Quia & si aliquando ipsi de Montecaluo accesserint, & accedant ad mollẽdina pontisturie; per hoc nõ est acquisitum ius Principi, quod accedere teneãtur, & quod propriis mollẽdinis vti non possint, Quia cum tale ius eundi sit mere facultatis, & gratuitum, Non inducit obligationem, cõsuetudinẽ vel prescriptionem, etiam per spatium mille annorum; vel tanti temporis, quod nõ extet hominis memoria in contrarium, per l. primam vbi Cyn. Bal. in 2. col. & alii in proposito loquentes, C. de serui. & aqua, Et Bal. & Docto. in d. c. significante vbi Philip. Fran. plenius aliis in primo notabili & Panor. in c. Quod translationem 2. col. de offi. lega. vbi loquitur etiam de tempore mille annorum & in cons. 6. inci. in questione que vertitur inter Reuerendum patrẽ 3. col. 2. vol. & Dominũ Ias. in Repetitione d. l. Quominus in 6. col. 3. q. & Cepola in tractatu serui. Vrba. in Rubrica de Furno 3. questione & Dominum Iacobinum de Santo Georgio in sua inuestitura Feudali, in clausula, & cũ mollendinis 2. col. faciunt notata per Bar. in l. cum de in rem verso ff. de Vsur. & per Innoc. & Cano. in c. cum Ecclesia Sutrina de causa pos. & propri. & per Cyn. in l. 2. C. que sit long. consue. & per Io. An. in c. Iohãnes de cleri. coniunga. & Panor. & Docto. in c. peruenit de censibus de eo qui fuit hospitatus aliquem Diu. vel de Rustico, qui diu prestitit Domino par caponum, Vt non inducatur obligatio, ex hoc actu gratuito, facit textus in l. Altius C. de serui. & aqu. & Glo. in l. Qui luminibus, cum ibi notatis ff. de serui. Vrba. predio. & c. possessiones 16. questione p. cum concordantibus.

Et tanto fortius, Quia cum ipsi de Montecaluo semper vsi fuerint, talibus eorum propriis mollendinis, pro se, & aliis, non potuisset causari prescriptio, vel consuetudo

suetudo eundi ad mollendina Principis, in loco Pontisture, per notata per Bar. in l. 2. in principio in fi. commenti, vbi etiã Allex. in fi. commenti & alii .ff. solu. matrimo. dicentes quod ex actibus difformibus, Qui nunc vno modo fiunt, nunc alio vel contrario, Non causatur prescriptio, vel consuetudo, prout etiam dicunt Bal. & alii in l. Si certis annis, C. de pactis, facit Glo. in l. Nemo, §. Temporales ff. de reg. iur.

Tertio Si dicatur quod ipsi de Montecaluo accesserunt ad mollendinũ, in loco Pontisture, ad mollendina Principis, ex ordinatione facta cũ Emptoribus, seu conductoribus reddituum mollendinorum Pontisture, promitente Principe ꝙ ipsi de Montecaluo, & multi alii ex circunstantibus irent ad ipsa mollendina Pontisturie, que ordinatio videtur potuisse ligare ipsos de Montecaluo subditos, Respondetur ꝙ debuisset interuenire actus negatiuus & ꝓhibitiuus, prohibens ipsos de Montecaluo alibi macinare, quam in ipso loco Pontissturie, & quod ipsi de Montecaluo, virtute talis prohibitionis aquieuissent per spatium sufficiẽs ad inducendum consuetudinem, aut prescriptionem, scilicet triginta annorũ secundum Bal. Panor. & Docto. in d. c. significante primo notabili & Bal. in d. l. prima C. de seru. post Cyn. vbi etiam alii, & Panor. in c. Abbate 3. col. de verb. sig. vbi dicit sufficere prohibitionem etiam extraiudicialem, cum concordantibus de quibus per Cepol. in d. tractatu serui. Vrba. In Rubrica de furno, secunda questione & Dominum Iacobi. de Santo Georgio in sua inuestitura feudali, in clausula & cum mollendinis in secunda col. & per Dominum Ias. in Repetitione d. l. Quominus in 6. col. 3. questione & Soci. cons. 272. inci. non prosequendo in 4. col. pri. vol. Et in casu michi proposito constat de expressis contradictionibus & renitentia & de contrario vsu, prout etiam dictũ fuit in fondamento precedenti.

Et insuper tales conuentiones fieri non potuissent Nec prohibitiones propter conuentionem quam habent ipsi de Montecaluo, de mollendino eorum, scito in eorum territorio communi cum Principe, cui Principi promisserunt tertiam partem redditus, etiam pro tempore quo nõ macinaret ex negligentia ipsorum de Montecaluo, Quam conuentionem Princeps, non posset infringere Iuxta notata in c. p. de proba. & in l. Digna vox C. de legib. & in c. que in Ecclesiarum de consti. Dum ibi dicitur quod Princeps ligatᷓ lege contractus irreuocabiliter, habetur etiam de hoc late in consiliis meis feudalibus impressis in primo vol. cons. 12. in 6. col. & etiam 5. cum infinitis concordantibus ibi allegatis.

Quarto moueor, Quia ex quo ipsi de montecaluo soliti sunt macinare ad eorũ mollendina cum bestiis, & ad Brachia macinantia pro se, & volentibus ibi mollere, per tantum tempus, quod non est memoria in contrarium, est eis ex hoc acquisitũ Ius irreuocabile, etiam in preiuditium principis, & contra eius regalia, c. Super quibusdam §. preterea de verb. signi. & l. Hoc iure §. Ductus aque vbi Bar. & scribentes .ff. de aq. plu. arcen. Et solet, etiam notari, in d. c. significante Vult Bar. in Repetitione d. l. Quominus, in 2. questione Vbi etiam Dominus meus Ias. in 8. col. Dicentes, quod per tantum tempus acquiritur Ius, habendi mollendinũ in flumine publico in quo sine Principis concessione habere non liceret, Et faciunt q̃ in Ciuitate Casalis cõsuluit de tali tẽpore Allex. cons. 6. primo vol. Hec enim consuetudo tanti temporis habet vim tituli, Vt traddunt Panor. & Docto. in d. §. preterea, Et vetustas tanti temporis, tantum potest, quantum Imperator cum causa, secundum And. de Iser. in tit. que sint regal. super verbo Fluminibus secunda col. quem refert & sequitur Dominus Ias. in d. l. Quominus.

Et est indubitatum, quod etiam consuetudo minoris temporis valet, & quod minori tempore possit prescribi, quod Ciues nõ possint mollere, nisi in meo mollendino, vel quod omnes teneantur venire ad meum

um mollendinũ, vel quod ego solus habeam mollendinum, & quod non possit aliud construi, in mei ꝑiuditium & idem de furno & victualibus, vel carnibus ꝙ nullus possit vendere, nisi in loco aliquo, qui sit meus, etiam si sim clericus, secundũ Hostien. Io. And. Pano. Bal. & Docto. in d. c. Significante, loquentes de predictis omnibus, & Bal. in l. Item lapilli 2. & 3. questione, dicens de 30. annis. ff. de rer. diui. & Cyn. & Bal. in d. l. prima C. que sit long. consue. & Bal. in l. De quibus 12. col. ff. de legib. etiam in Flumine publico secundum Bal. in d. c. significante & Dominum Ias. in d. l. Quominus 6. col. tertia questione loquẽtes de mollendino, & facit, Glo. in l. sane ff. de iniur. & simile est in iure piscandi, Quia si quis solus fuerit pluribus annis in certo loco, potest alios prohibere, l. si quisquam ff. de diu. & tempo. prescrip. vult Rei. de forli. in d. l. sane, loquens in Gulfo Venetorum & Bar. in l. Iniuriarũ §. fi. ff. eo. tit. & Ang. cons. 289. inci. circumspecta pactorum serie 2. col. & late Io. de Ana. in c. 2. de cleri. vena. Nam tale ius est magni commodi, & valoris secundum Docto. in d. c. Significãte Que consuetudo etiam minor tanti temporis quod non extet memoria in contrarium videtur sufficiẽs ad tollendum Ius Principis, Vbi ante eam de eo constaret, Ex quo reduceret nos ad ius cõmune secundum Quod vt predixi licet vnicuiq; habere mollendinũ, & macinare, Vbi quis vult, Quia consuetudo que nos reducit ad ius commune perficitur spacio annorum Decem, secundum notata communiter per Docto. in c. fina. de consuetu. & est Glo. in c. fi. eo. tit. in 6. cum cõcordantibus de quibus per Felli. in c. cum accessissent in 17. col. in 7. limitacione de constitu.

Vltimo moueor, Quia vltra consuetudinẽ in precedenti fondamento allegatã Que etiam obstat contra Principem, vt dictũ fuit, Non videtur licere Principi ad proprium commodum prohibere, Ne quis accedat ad talia mollendina, quam sua, licet forte ad publicam hoc est, populicã vtilitatem posset, vt concludit preceptor meus Dominus Iacobinus à Sãto Georgio, in dicta sua inuestitura feudali in loco preallegato. Qui refert Bal. ita tenuisse, in quodam suo cons. inci. Vtrum Dominus, Ad quod facit quod cõsuluit Petr. de ancha. cons. 299. Inci. in territorio, maxime prope fi. & cons. 12. quod lege vel statuto induci non possit, Vt quis vadat ad mollendina publica, Relictis priuatis, Esto quod tractetur de publica vtilitate. Quod etiam est de mente Bal. in d. l. Item lapilli 3. col. 3. questione ff. de rer. diuis. Dum dicit Ius habendi mollendina prescriptione acquisitũ, posse infringi tempore publice Necessitatis, Quasi sentiat quod non alio tẽpore, Cum de iure gentium, sit instituta facultas faciendi in suo edificia, & artificia vt patet in l. ex hoc Iure vbi Bar. in 4. col. ff. de Iusti. & Iur. & l. prima C. de Monopol. iuncta l. Altius C. de serui. & aq. & in l. Re mandata C. manda. & inducta sint commertia, Vt ibi notatur, in d. l. ex hoc iure, & patet in l. prima in prncipio ff. de contrahen. emp. Quod ius tolli non potest, per Principem Vt late habetur in c. primo de probatio. & in c. Que in Ecclesiarum de constitu. & in l. Digna vox. C. de legib. & in l. fi. C. si cont. Ius vel vtili. publi. Esto quod lege statui possit oppositum ex causa, puta ne quis extra territoriũ negotietur, vel portet victualia, vel apud hostes, l. fi. C. de decre. decu. & notat Bar. in l. Relegatorũ §. interdicere. ff. de inter. & relega. & Salli. in l. mercatores C. de commert. & mer. Et tanto minus hec libertas & facultas, ex quo ius istorum de Montecaluo, est stabillitum consuetudine, & prescriptione, longissimi temporis, vt predictum fuit. Quod vltra Iura preallegata per principẽ tolli non posset etiam ex eo. quia ius acquisitum, etiam per remedia iuris Ciuilis per Principem tolli non potest, vt per Bar. in d. l. ex hoc iure 2. col. & per Cano. in d. c. Que in Ecclesiarum vbi Felli. copiose, in 19. col. vers. secundus casus, vbi in effectu concludunt quod tolli non potest sine causa, & quod causa debet esse publica

publica hoc est populica vtilitas, Et q vbi subesset talis causa, dari deberet lesis debita recompensa iuris quesiti.

Quod si dicatur posse priuillegio concedi, vt quis solus habeat mollendinum in loco aliquo, vel locum in quo Carnes vendantur, aut victualia, secundum Panor. & communiter Docto. in d. c. significante, super glo. fi. & Bal. in d. cons. 129. Inci. quatuor in 2. col. vers. & notandum in 2. vol. pe. stampa, cum concordantibus, maxime cum clausula non obstante, secundum Imo. in d. c. significante & q si licet Principi hoc concedere, licitum etiam est ei pro se retinere, vt notatur in c. prim. in principio super Glo. in verbo in clericorũ fi de inuesti. inter Do. & Vas. lis ori. Vbi Iacob Alua. in 13. col. & Alii, & Quia nemo dat quod non habet, l. Tradditio ff. de acqui. re. do. & in regula Iuris Nemo plus Iuris in alium transfert, quam ipse habeat, Respondetur q hic tractatur de iure quesito ipsis hominibus de Montecaluo, quod per Principem auferri non potest, vt dictum, fuit. Et hoc contrarium de Priuilegio posset citra ipsius veri preuditium pcedere, quando Princeps similem concessionẽ faceret, vbi nulli adhuc esset ius tale q̃situm, cũ secõdũ textũ in d. c. significãte tale ius postquã alicui est q̃sitũ, Non sit illud habenti auferendũ, Nec ẽt lite pendente, super talis iuris cõpetentia ipse possessor in possessione, turbandus sit Cum princeps super iure nõdum quesito prouisione iuris ciuilis licet dispẽset derrogando, Non tamen põt dispensare sup iure quesito, vt dictum fuit, & pulchre habetur per Allex. cons. 87. inci. visis codicillis 2 vol. & per Docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & in d. c. Que in Ecclesiarum, vbi Felli. maxime in 19. col. vers. secundus casus preallegato Et hoc fortius procedit, Quia priuilegiũ esset cõtra rempublicã Montiscalui, Quo casu non valeret, iuxta textum in d. l. fi. C. si con. ius vel vti. publi. Est enim Princeps Dominus vniuersalis quo ad Iurisdictionem, Non quo ad bona, vel iura subditorum, vt habetur in l. Bene azenone, C. de quadr. prescrip. & i c. nimis de iur. iur. cum concordantibus, Ceterum sicut nõ valeret statutum, et in beneficium reipublice, q dimissis mollendinis particulariũ personarum, homines de ipso loco tenerentur ire ad mollendina cõmunitatis, vt late consuluit Pet. de Anc. d. cons. 299. & & cons. 12. & fortius quando ipse particulares persone, Longissimo tẽpore habuerunt ipsa mollendina, vt in d. cons. 299. col. fi. in principio Non valeret pariter rescriptum principis, vel priuilegiũ super hoc, cum à pari procedant quo ad potestatem disponendi secũdum Panor. in c. fi. 3 col. de constitu. & Bal. in l. Quecunq; in fi. cõmenti, C. de fi. instru. & iure ha. fis. lib. 10. & Allex. d. cons. 87. pe. col. in fi. vers. Rursus in 2. vol. & Sic non licet arguere q sicut potuisset priuillegio concedi possit Princeps pro se Istud velle, cum & multa liceant propter alium, Que pro se non licent, Vt per Glo. in verbo In clericorum in c. p. in prin. Si de inuesti. inter Domi. & vas. lis oria. & tex. cum glo. fi. in l. Aristo in fi. ff. que res pig. obli. po. & l. solent. §. fi. ff. de offi. procu. & l. si in emptione §. fi. ff. de contrahe. emp. cũ similibus.

Preterea minus hoc licet, Quia principaliter lederentur pauperes, qui pro modico grano cogerentur cum Bestiis, & sua impensa ire extra locum & territoriũ, Montiscalui, & pernoctare per Diem vel vltra. Contra textũ & notata in l. p. C. quando impera. inter pupillos & viduas vbi etiam patet, q pauperes sunt sub protectione sui Principis, Non tantum Dei, Quod quidẽ rigorosum videretur, vt Principis mollendina per Viatica pauperum. cum Bestiis & somptibus pauperum fienda augerentur in Redditu, & contra textum in l. Nauiculariorum, C. de Nauicula. lib. 11. & l. fi. C. de exacti trib. lib. 10. & c. cum ex officii circa fi. de prescrip. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Dominus an possit precipere subditis, quod veniant habitatum locum.

Et an possit cogere subditos, vt exerceant artem.

CONS. CXXXII.

PReceptum factũ per Magnificum Dominũ commissarium, Seu Gubernatorem, quod omnes Ciues veniant infra Triduũ Ciuitatem habitatũ &c. Licet prima facie valere videatur, vt cõsuluit Roma. cons. 59. inci. ad discutiendum & per textũ in autẽtica de questore in §. Si vero liberi, & seqnti vbi possunt prouinciales venientes habitare ciuitatẽ cogi redire ad habitandum prouinciam, vbi etiã dicitur, quem posse cogi solitam artem exercere, vel honestũ exercitiũ ne viuat ociosus facere, vt not. Ibi Bar. Distinguendo inter subditum & extraneum, De quo habetur in l. pri. C. de mendi. uali. lib. 11. & ita tenet Martin. de Lau. in Rubrica De officialibus Dñorum vers. 46. & videtur de mẽte Bar. in l. incola .ff. ad Municipa. & specula. in tit. de feudis §. Quoniã 8. q. & Bal. ibi in additione, & vult Paris de puteo in tractatu Sindicatus in Rubrica de excessu Baronũ. §. excedũt etiam Barones &c. 3. col. cum 2. sequentibus Vbi aliter dicit in Vassallis. Tamen quicquid dicat ipse Roma. in princ. cõs. non videntur posse astringi volentes alibi habitare per l. Nichil & l. Libertus. §. patris iunctis not. per Bar. post Glo. in l. de iure ff. ad munici. vbi habetur quod Ciuis etiã in Ciuitate existens non potest astringi ne alibi vadat ad habitandum, nisi ex promissione astrictus videretur, vt in Ciue per contractum, vel per priuilegium, vt ibi apparet vult Glo. in l. Origine. C. de munici. & origina. lib. 10. Dicens quod quis potest renuntiare incolatui, per d. l. Incola.

Item ipsum preceptum, nõ potest astringere Vassallos Principis intendẽtes stare ipso tempore guerre, & suspecto in eorũ Castris, & ipsa custodire, ad quorum custodiam de iure astringũtur, & ex natura feudorum, ac tenoribus inuestiturarũ dictorum Vassallorum, vt per Ang. in l. fi. C. de litigio. & Bal. in c. p. §. Quid ergo, de inue. de re alie. fa. vbi Bal. ĩ vers. extra nota plus dicit, videlicet, quod Dñs inuito Vassallo, posset tempore Guerre vel necessitatis assumere sibi custodiam Castri, Quamuis in feudum concessi, vult ipse Bal. in l. si ita §. Dñs ff. de vsu & habita. Dicens quod in omnibus terris in quibus quis babet Iurisdictionem potest licite mittere millites ad ipsarum terrarum custodiam.

Quod si dicatur Dñum posse astringere vassallos, ne extra territoriũ habitent propter seruitia ei per vassallos debita, vt late per paridẽ de puteo in loco preallegato. Hoc non obstat. qui stant nõ in Ciuitate, sed in territorio & in castris quæ habẽt a Dño in feudum pro eorũ custodia, & non fraudatur per hoc Dñs ipsis seruitiis, cum non debeat licere Domino, qui tenet Vassallo ad recipro cas vices, c. p. in fi. de no. for. fideli. cũ similibus, grauare vassallum, vt stet in Ciuitate, cum maiore sumptu, & Duo forsitan teneat Domicilia cũ geminato sumptu, plus Dixit Roma. singulari 522. inci. põt ne Dominus secũdum nouã impssionem fol. 131. & secundum veterẽ, siue antiquã 516. Quod vt Dominus vel Ciuitas possint astringere ciues ad habitãdum in Ciuitate, vel extra territoriũ nõ mercandum, expedit quod nullum superiorem recognoscat l. fi. in fi. ff. de decre. ab or. facien. & Soci. cons. 272. in prin.

Nec habeo premissis cessantibus pro expedito, id quod dicit Roma. in cons. preallegato, Presuponẽdo valere penam cõfiscationis appositam, in ipso tali precepto, per ea que dixit Bal. in c. p. quarta col. vers. sed Quero de pac. tenen. quod Iudices in penis Arbitrariis, non possint deuenire ad confiscationem, nec etiam ad Bannum, vt dixit Bar. in l. Illicitas §. Qui vniuersas, in fi. cõmenti ff. de offi. presi. esto quod qui habet merũ & mixtũ imperiũ possit pẽnam bonorum confiscationis apponere, vt per Glo. & Docto. in l. prima. C. ne sine ius. Princi. & Ang. in tractatu malleficiorũ, in verbo Bona publicamus, Esto quod ẽt habẽs merum

merum imperium, possit etiam rellegare, seu confinare secundũ Bal. in l. Quicũq; 5. col. vers. sed dubitatur, C. de ser. Fugi. Qr. aliud est ꝙ ei competat potestas imponendi talem penam, Aliud est, ꝙ simus in casu, in quo talis pena. saltim à Principio admitatur, vel non sit excessiua, concordando opiniones predictorũ Doctorum, Nam vt dixit Marti. de Lau. in tractatu de Princip. vers. 185. inci. consueuit Non obseruans etiã mandata principis, non consueuit puniri pena mortis, vel confiscationis Bonorum sed pro qualitate persone.

Illud fateor ꝙ ciues nollentes succurrere. Ciuitati, pro posse eorum perdunt Ciuitatẽ & priuilegia Ciuilitatis, vt per Bal. in l. vnusquisq; C. de infan. exposi. & in l. 2. in fi. C. de Captiuis tenetur enim Ciuis proprie Ciuitati succurrere, & illam defendere, l. postliminium. §. filius ff. de Capti. & postli. reu. maxime si prodest & sibi nõ nocet Bal. cons. 158. inci. proponitur 2. vol. vltima stampa, Illud ergo preceptum meo iuditio, habet procedere, quoad nollentes venire in contemptum si qui sint nulla rationabili causa subsistente, ꝙ nunc in ciuitate stare recusent, quam alias starent, per notata, per Panor. in c. Quoniam cõtra vltimo notabili cũ concordantibus Ibi per Felli. in 7. col. allegatis de ꝑbatio. iunctis not. in c. Nam concupiscentiam vbi Felli. in 3. col. 4. fallentia de constitu. vel quando starent in loco Principi suspecto, Et esto ꝙ Iudex, ex causa possit legem transgredi, l. Quid ergo, §. pena grauior ff. de infamib. cum concordantibus latissimè cumulatis per Felli. in c. primo 12. col. 7. fallentia, de consti. Tamen vt ibi apparet, Illa causa, Non debet esse leuis, sed magna, & vrgens, & que non tendat in nimiam lesionem subditorum Reliqua vide supra eo. cons. Laus Deo, Et Virgini gloriosissime.

Albertus Brunus.

TRansactio an sit iuditialiter in totum exhibenda, & totius copia parti danda; vel partis tantum de qua litigatur.

Priuilegium, Ne Ciuis ante primã sententiam, extra proprium tribunal, seu sue Ciuitatis trahatur, An excludat appellationem, vel recursum ad Principem,

Item an excludat cause delegationem.

Et Quid sit in talibus de iure communi.

Et multa an & que per statutum, vel priuilegiũ, appellatio censeatur exclusa;

Multa etiam de Interpretatione priuilegii, Ne tendat in absurdum, vel alterius, grauamen.

Et an in priuilegio sit necessaria clausula Non obstante.

Et quis possit priuilegium interp retari.

CONS. CXXXIII.

OMnipotentis Dei, Et Gloriosissime Virginis Marie Nominibus, & presidio inuocatis, Viso processu agitato inter Dominos Sindicos Ciuitatis Albe, ex vna parte & agentes, Ne liceat, Illis de Guarena extrahere fructus, & frumenta, q̃ percipiunt in eorũ pdiis, q̃ ipsi de Guarena habent, super finibus Albe, Et Sindicos cõitatis ac Hominũ loci Guarene, Reos conuẽtos ex Alia parte, Multas exceptiones contra Communitatem Albe adducentes.

Prima difficultas residet super appellatione ipsorum de Guarena, Qui dicunt se habere instrumentum transactionis, cũ ipsa inclita ciuitate Albe, multa capitula continentis, inter que adest vnum capitulum ꝙ liceat ipsis de Guarena, dictos fructus impune extrahere, petẽtibus Dñis Sindicis Albe ꝙ detur copia totius trãsactionis Dicentibus ipsis de Guarena, ꝙ tenentur solum dare copiam concernentem capitulum Transactionis Fructuum, Et pro veritate textus est in c. contingit defi. instrume. & in c. Cũ persone in principio de priuile. in 6. volunt ꝙ totum instrumentum, sit Iudicialiter presentandum

parti aduerse legendum, & quod solius particule, vel capituli, Negotium de quo agitur tangentis, Copia parti aduerse ædenda sit & danda, & Idem probat, textus in l. Argentarius. §. AEdi vbi Bar. & Docto. ita transeunt, ff. de æden. & late habetur in Rubrica. ff. de oper. nou. nũti. cum concordantibus, Et Quia pars Albensis nõ requisiuit pŝentari sibi ad effectum vt legi audiret, De hoc nõ põt esse questio cũ super nõ requisitis, Iudex suũ officiũ non impartiatur l. 4. §. hoc autem Iuditium. ff. de dam. infe. Iunctis late, agregatis per Modernos in l. Vniuersa C. de preci. imp. offere. Et minus potest esse Questio, quia ipsi de Guarena, sub die sexta Octobris anni preteriti 1519. Dubitantes de presentando Albe, in presentia Dominorum Sindicorũ Albe, Nichilominus presentarunt totum instrumẽtum transactionis predicte, Dño ptãti, & Iusdicenti Albe, Qui illud legit integraliter, di missa copia in actis particule opportune cum originali collacionata, Qui de Guarena, sub die octaua Nouẽbris dicti Anni, Non habentes locum Albe pro tuto, ob tulerunt Iterum se presentaturos ipsum instrumentũ integrũ in loco tuto & medio, que oblatio cũ esset iuridica fuit admitenda c. Accepimus de fi. instru. & in terminis est expressum in d. c. cum persone in princ. vbi Glo. in verbo securo, cũ qua ibi transeunt Docto. dicit alias posse, per ita offerentem exhibere in loco tuto appellari, p c. accedens el secondo. Vt lite non contesta. & c. ex parte el prim. de appella. cum ibi not. & ad idem facit Glo. in verbo securo in d. c. accepimus. Vnde ex quo pars de Alba instabat totum instrumentum sibi ædi, & in loco Albe. Et Dominus potestas, seu Iusdicẽs Albe Iussit ꝙ Albe in loco notorie nõ tuto æderet: stantibus maxime oblationibus ipsorũ de Guarena, licuit de iure ipsis de Guarena appellare ad Marchionalem Excellentiã tum quia Iura sunt de hoc aperta, Tum quia istud grauamen erat irreparabile p appellationem à sententia diffinitiua, per textum & notata maxime per Bar. in l. ante sententiam ff. de appel. recipi. & not. in l. Si quis prouocatione C. eo. & in l. intra vtile ff. de mino. & Cano. in c. vt debitus vbi Dominus prepo. in 19. col. de appel. Est enim certum ꝙ æditio partis non ædende sortita fuisset suum effectum, irreparabiliter & pariter facta in loco non tuto, d. l. intra vtile & quod per eam dicit Bar. in d. l. ante sententiam 2. & 3. oppo. & ꝙ ibi dicit Bar. circa fi. cõmenti, De probationibus admissis que admiti non debebant, ꝙ põt appellari, etiam si grauamẽ possit aliqualiter reparari, sed non perfecte facit, ꝙ dicit Bal. in l. Arbitro ff. qui satisd. cogan. posse appellari, vbicunq; interloqutoria preiudicat in facto principali vel negotii substantiam tangit.

Secunda difficultas residet super priuilegio, Ciuitati Albe per Dominum Federicum Imperatorem secundum concesso Anno 1222. seu 1224. & p Marchionalẽ Excellentiã Mõtisferrati cõfirmato, Disponẽte ꝙ Ciues Albe extra tribunal & examẽ sui ptãtis, vel Vicarii, Ante primã sententiam trahi non possint ab aliquo ordinario, vel dellegato, Nec ob aliquã dellegationem, &c. & memini super materia ipsius priuilegii alias consuluisse, tangendo an ligaret Principem, Ne posset se, de primis causis Ciuium Albe intromitere, saltem ipsas causas in ipsa Ciuitate dellegando, Quo casu non dicuntur extra territorium per dellegationem trahi, Quod videtur etiam de iure communi prohibitum esse, vt per Alberi. de Ro. in l. prim. C. si cont. Ius vel vtili. publi. cum concordantibus de quibus per Docto. in c. fi. de Iudit. vbi late Barba. prima & 2. col. primo Notabili Concludens secus esse de Iure Cano. quod cons. est insertum in vol. prim. consiliorum meorum feudalium impressorũ cons. 47. Quod rogo, vt videatur, Quia multa Ibi dixi, ad hoc propositum conferentia que hic non transcribo.

Secõdo Non obstat ipsum priuilegiũ, Qr. inspecto, principio, fondamento, & origine iuditii, sumus extra terminos ipsius priuilegii, cum ipsi de Guarena forenses, sint illi qui tracti fuerunt extra eorum territorium

torium, ad iurisdictionem Albe, Et verba priuilegii sunt intelligenda, per prius, Non autem per posterius, l. Qui liberis. §. Hec verba, cum ibi not. maxime per Modernos. ff. de vulga. & Pupilla. & l. Hoc legatum vbi Bar. ff. de leg. 3. & l. Quamuis vbi etiam Bar. ff. de Aur. & argen. leg. & inspici solet quod Principaliter agitur, Non autē secundario, vel occasionaliter, vt per Bal. in l. p. §. p. in 2. col. ff. de Iusti. & Iure, & per Docto. in l. si quis nec causam in principio, vbi late Dominus meus Ias. ff. si cer. peta. Sic et in alterius pīuditiū verti non dicitur. si principaliter nō vertitur, secundum Geminia. in c. Quamuis de pactis in 6. cum concordantibus, allegatis in d. l. si quis nec causam Facit Quia priuilegium fori, alicui vt reo competens, Non debet ei vt actori, competere, vt notatur in l. venditor in principio. ff. de iudit. & c. si Clericus laicum, & c. cum sit generale, cum concordantibus de for. compet.

Tertio ipsum priuilegium nichil dicit de appellatione, Nec illam expresse prohibet, vnde merito illam non remouet, Quia vt dicit Bal. in l. 2. vers. sed pone, C. de appel. Quem sequntur Moderniores in Rubrica extra eo. Princeps nunquā videtur appellationē remouere, nisi nominatim hoc dicat & forte est sensus priuilegii qđ priuilegium obtinuerint, Quia Illo tempore Ciuitas Albe subiacebatur Presidibus Imperialibus, Et Ciuitates solum habebant defensores Ciuitatum, quorum iurisdictio erat modica, respectu Iurisdictionis per priuillegium predictum collate, & conueniri poterant Ciues Albe coram presidibus, alibi ī prouincia existentibus, prout quandoq; fuerunt in hac nostra Astensi Ciuitate conuenti, coram presidibus, seu Vicariis imperialibus, hic Ast residentibus iuxta l. Presides, cum ibi not. C. de Epis. audien. iuncto §. & Iudicare & §. Audient. in auten. de defenso. Ciui. iunctis his que latius deduxi in d. cons. 47. Ad quod facit l. Nemo, secūdū Lecturam Bal. Quam Pau. de ca. Ibi dicit cōem C. de iurisdi. omni. Iudi. Que dicit, qđ de iure quis non debet extrahi extra proprium tribunal subiungendo, Nisi grauatus appellet, vbi dicit ꝙ illi de villis subditis Padue, non possunt ad Iudices Padue trahi, Nisi via appellationis.

Et si dicatur ergo istud priuilegiū nichil operabit, vltra ius cōe, secundū ꝙ ī terris Imperii, quis nō pōt trahi extra propriā prouintiam, & propriū tribunal, vt per Bar. & Docto. in l. p. C. quādo Imper. inter Pupi. & vidu. & in l. supplicare C. vt lit. pen. cū concordantibus allegatis in d. c. fi. de Iudit. maxime per Barba. in primo notabili p. & 2. col. Respondetur ꝙ satis operatur, Dum tribuit plenissimam iurisdictionē, et Pleniorē quā haberent, vt predixi. cum vt dixit late Felli. in c. p. vers. priuilegiū continens de rescrip. in 2. Declaratione, satis sit ꝙ priuilegium, et in modico operetur.

Item secundū Panor. in c. certificari pe. col. vers. sed q̄ro qđ si in priuilegio de sepult. priuilegiū satis dicitur operari, si emanat cā tollende dubitationis, Et ex quo hic agebatur de damno tertii, Quatenus appellatio vel recursus ad superiorē fuissent prohibita, Tali casu, nō debet fieri interp̄tatio, ꝙ operet vltra ius cōe, Sed est per oīa interp̄tandū secundū ius cōe, et si redderet frustratoriū vt late cōprobat Felli. loco ꝓxime allegato, ī prima declaratiōe per Notata ꝑ Bal. & Docto. in l. si quando in prin. C. de inoffi. testa. cum cōcordantibus đ q̄bus ꝑ Felli. vbi supra, & Dn̄um meum Iaso. in l. fi. 5. & 6. col. ff. de consti. prin. & est Glo. in l. fi. §. licentiam vbi Docto. C. de Iure delib. q̄ dicit ꝙ potius debemus dicere ꝙ statutū sit superfluū, quā illud taliter interpretari, ꝙ quis damnum indebite patiatur, ad quod faciunt c. cū dilectus, & c. ad audientiam vbi Ant. de Butr. & Imo. de cle. non resi.

Quarto presuposito, & non concesso, ꝙ istud priuilegiū, vellet remouere appellationē; & dū dicit ante primā sententiā sentire de diffinitiua, ꝙ an sit verum examinat Panor. in c. Pastoralis in prin. 2. col. vers. Itē adde de appel. Dicens ꝙ in dubio videtur remota appellatio à sententia diffinitiua, Non autē ab Interloquutoria, de quo etiā

per Allex. in Rubrica .ff. de re Iudi. cum similibus Adhuc puto, quod non ligaret ipsum Principem appellationem recipientem qui non excluderetur, per tale priuilegium, vt voluit Bal. in d. l. 2. p. questione in fi. C. de Appel. & Panor. post alios, in d. c. Pastoralis in principio pri. col. tertio notabili eo. tit. Et Ideo merito in priuilegio dicitur quod ciuis Albe non possit trahi ab ordinario, vel dellegato, puta cui sit causa ante aliquã appellationẽ dellegata, & an procedat in Principe à principio causam dellegante tetigi in d. cons. 47. & Ibi dicta multum conueniunt ad proxime hic dicta.

Quinto etiam dato sed non concesso, quod excluderetur generaliter appellatio ab interloqutoria per ipsum priuilegium, Attamẽ Non excluderetur appellatio, continens euidenter iniustum grauamen, vt in terminis priuilegii, vel statuti, tollẽtis appellationem, vel priuilegio persone, vel fauore iusdicentis, Dixit Panor. in d. c. pastoralis, in principio 4. col. prim. questione in fi. vers. Tertius effectus, vbi etiã traddit, quid iuris si appellatio remouetur ex conuentione, cum concordantibus per Dominum Deci. allegatis, cons. 49. in fi. vers. pe. Quia hoc priuilegium secundum Panor. videtur concessum, propter bonam presumptionem, que habetur de persona iudicis ꝙ debeat facere iustitiam; ac propter bonam opinionem, quam habet Princeps de persona priuilegiata, vt ibi latius per Panor. Vbi supra, & tanto magis ex quo in isto casu grauamen esset irreparabile per appellationem à diffinitiua, Quo casu statutum tollens appellationem generaliter, talem non tollit, vt consuluit Corneus cons. 35 inci. circha primum prima col. prim. vol. Quod comprobatur, Quia vt dixit Panor. in d. c. certificari pe. col. vers. preallegato, in priuilegiis semper subintelligitur clausula ꝙ salua sit iustitia, Et quia presumuntur concessa sine lesione tertii l. prima §. merito, & §. si quis a Principe vbi Bar. ff. ne quid in lo. publico cum cõcordantibus, de quibus, Per D. meum Ias. in d. l. fina. 5. & 6. col. ff. de consti. Prin. & per Felli. in d. c. primo vers. priuilegiũ cõtinens, prima declaratione de rescrip. Quod procedit etiam in priuilegio Populo concesso, vt per D. Ias. in loco preallegato, Et secundum Bal. in l. ex facto in principio ff. de vulg. & Pupi. voluntas Principis est presumenda talis, qualis esse de iure debet, ita quod priuilegium nõ contineat aliquid iniqum, vel absurdum Et prout per multa Iura probat ibi Dominus meus Ias. ac in d. l. fina. 5. & 6. col. Debemus priuilegium conformare equitati, & Iuri, etiam si verba hoc non patiantur; Nec tenaciter ad corticem priuilegium interpretari, In tantum, quod ẽt si priuilegium sit motu proprio Principis & de sue plenitudine potestatis, per hoc non presumatur Principis intentio fuisse quod alius grauetur.

Sexto pro hac consideratione quod appellatio ipsorum de Guarena non sit exclusa, per antedictũ priuilegium, facit textus in d. c. Pastoralis in principio de appel. Vbi per rescriptum concessum, cum clausula appellatione remota non intelliguntur excluse appellationes à grauaminibus in iure expressis prout est in proposito, appellatio á grauamine, per appellationem a diffinitiua irreparabili, vel loci non tuti, prout supra fuit probatum.

Septimo certi Iuris est, quod non tenet priuilegium contra ius concessum, Ac ad iuris communis, correctionem emanans, Nisi adsit clausula, Non obstante, De qua tamen non apparet, in priuilegio producto per Dominos Ciues Albe, per l. fi. cũ Ibi notatis per Bar. & alios C. si cont. Ius vel vtili, publi. & per. Cano. in c. Nonnulli vbi latissime Felli. de rescrip. cũ suis concordantibus.

Vltimo data dubietate priuilegii, & non cõcessa, spectaret potestas illud interpretandi Illustrissimo Domino Marchioni, seu concedenti, vt in l. fi. C. de legib. & in dicta l. ex facto in principio ff. de vulg. & pu. vbi solet notari de hoc, & maxime per Dominum meum Ias. in 3. notabili et non potest inferior illud interpretari, nisi per

per probabilem rationem, secundum Bal. in c. cum venissent, in principio cōmenti de iudit. Que ratio si non apparet, est ad ipsum Principem Qui concessit priuilegium recurrendum. Qui habet illud ampliare, & restringere, vt ibi per Bal. Sed cum, Non tantum probabiles, Imo euidentes rationes, stent pro ista appellatione istorum de Guarena, vt supra probatum fuit, debet indubitanter meo iuditio priuilegium predictum interpretari, vt ipsam appellationem non excludat. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

INstrumenta communia Dominorum Castri ac Claues Castri penes quem stare debeant.

CONS. CXXXIIII.

IN Hac difficultate penes Quem stare debeāt Instrumenta & Iura castri communia inter Dominos, Certum est qđ stare ceteris paribus debent penes antiquiorē, vt est textus in l. fi. ff. de fi. instrum. & notatur in l. procurator C. de Eden. & in l. De instrumentis C. commu. vtri. iudi. est textus in l. Que cautiones & in l. 4. §. fi. ff. famil. her. & in l. Cum pater §. pater pluribus ff. de leg. 2. Et si iunior sit dignior debent stare penes eum, videlicet Digniorem d. l. procurator, vbi habetur & notatur, quod si bona vnius ex fratribus proueniant ad Fiscum, debent stare instrumenta communia penes Fiscum, tanquam digniorem Nisi quando esset conuentio penes quem stare deberent, Et si alter esset maioris fidei, quam antiquior ac dignior, stare deberent, penes magis fidelem, vt declarant Docto. in d. l. fi. vbi Floria. Et est de mente litere in d. l. de instrumentis, Dum dat, Iudici Arbitriū, penes quem stare debeant, Et dicuntur communia que de communi fuerunt redempta, alias sunt eius qui redemit, vt p Allex. in d. l. procurator. Et is penes quē stare debent, cauere debet de presentando, pro vtilitate Alterius, vt habetur in d. l. procurator ac in d. l. instrumentis, p Glo. & in iuribus preallegatis, Et dicitur quis villior qui est conuictus de maleficio secundum Bal. in d. l. procurator.

Circha aliam difficultatē de Clauibus Castri, Docto. idem dicunt vt p Bal. in c. Si duo fratres de duob. Fra. de Benefi. inue. in libro feudorū vbi dicit q debēt remanere penes primogenitū, & cōsequenter q debeant stare penes antiquiorē volunt Bar. & Docto. in l. cum pater §. pater pluribus ff. de leg. 2. & Bal. & Docto. in d. l. procurator C. de eden. & Bal. in tractatu scismatis 13. col. Quod late prosequitur Petrus de Vbal. in tractatu de Socie. in 11. parte decima questione 3. col. Laus Deo.

Albertus Brunus.

PActum de succedendo, an sit etiam in feudis improbatum, Et an exigat insinuationem.

Et Renuntiatio Bonorum an ad feuda trahatur.

In feudo alienabili, vel de quo pater potest testari, potest pretendi legitima, Et agi querella inofficiosi testamenti, vel inoficiose Donationis.

Valet in feudis pactum, quod non succedant nisi filii nasciturі ex tali vxore.

Et pactum de succedendo in feudalibus, non tollit liberam testandi facultatem, Quia non est de vniuersali successione.

Clausula omni meliori modo, An faciat valere pactū, in vim vltime voluntatis.

Potest fieri pactum, q aliquo moriente, res sue perueniant in talem.

Valet consuetudo, q quis possit testari, & disponere de feudis.

Principes & Marchiones Perpetui, habent in suo territorio, potestatem imperatoriam.

Item & ad successores Transmissibilem.

Valet

Valet pactum de succedendo, in parte hereditatis, vel cum Clausula omni meliori modo.
Feudum debetur pacto, & successione,
De clausula ꝙ succedere possit in feudo, an diferat à clausula, ꝙ succedere debeat.
In feudo Marchie vel Dignitatis, & non diuisibili, & quod iure primogeniture defertur, non cadit legitima.
Nec in feudo Aduentitio.
Quid in hereditario.
Femine ex pacto, vel consuetudine possunt in feudo succedere.
In feudo hereditario, quis debet esse heres primi inuestiti.
Heres tenetur obseruare contractum saltem primi inuestiti, maxime si non fecit inuentarium.
Pater an censeatur stipulari Filio, vt filio, An vt heredi.
Ordo successioni datus in Feudo, an possit alterari.

CONS. CXXXV.

OMNIPOTENTIS DEI ET Gloriosissime Virginis Marie Nominibus & presidio inuocatis,

Visis Instrumento Dotium & matrimonii Illustris Domine Anne, Filie Illustris quondam Domini Ludouici, Marchionis de Trasio, matrimonio Copulate, Cum Illustri Domino Iohanne de Foiis, Domino Marche Vicecomite, & Barone, &c. Et conuentionibus Initis inter ipsos Dominos Principes, in tractatu, & tempore dicti matrimonii Et inter cetera conuentione, ꝙ ipso Domino Ludouico, Aut Illustri Domino Gaspardo eius filio decedente sine heredibus masculis, ex eorum corpore procreatis, dicta Domina Anna possit succedere in Marchionatu Trasii & in pluribus Castris ac Villis Ibi specificatis, Cassando quasconque contrarias dispositiones, & substitutiones Ita ꝙ eueniente casu, Quo non posset succedere, habeat scuta centum millia, Et prout latius continetur, in instrumento super ipsa materia confecto, in quo sunt inclusa pacta, inter ipsos Dominos Marchiones confecta, & propriis eorum manibus subscripta, Demum visa facti contingentia, & ꝙ decessit sine liberis ipse Dominus Gaspardus patre superstite, Et postea ipse Dominus Ludouicus Marchio, sine liberis masculis suo condito testamento, in quo heredem suum vniuersalem, Et specialiter in dicto Marchionatu & castris, instituit Dominum Antonium de Grimaldis eius Nepotem ex filia videlicet domina Charabota, & ipsā Dominam Charabotā instituit in Florenis centum & in dotibus ac bonis de sua hereditate procedentibus, prohibendo eam plus petere, Contingit dubitari, An Valuerint pacta predicta, Ita quod non potuerint per ipsum Dominum Ludouicum in suo testamento reuocari, Et taliter ꝙ possit ipsa Domina Anna, in ipsis Marchionatu & castris succedere, excluso ipso Domino Antonio, in ipso Marchionatu & castris per Dominum Ludouicum instituto, Aut consequi ipsa scuta centum millia.

Et prima facie videtur quod non valuerint ipsa pacta, & quod reuocari potuerint eo quia pactum illud fuit de succedendo, ꝙ est à iure reprobatum, Quia est contra bonos mores, Et tollit liberam testandi facultatem l. Cum donationis C. de transactio. & l. ex eo C. de inutilib. stip. & l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. Vbi late de materia, in tantum ꝙ consuetudine vel statuto, non validetur secundum Allex. in l. pactum quod dotali 2. col. C. de pact. & scribentes in l. pactū dotali C. de colla. & in d. l. stippulatio hoc modo concepta, Vbi Allex. in 3. col. & Dominus meus Ias. Et etiam quia inducit votum, captande mortis, l. fi. vbi late de materia. C. de pact. & l. de fideicommisso, C. de transactio. & c. detestanda cumconcordantibus de prebendis in 6. etiam si apponatur, in contractu matrimonii, & iuxta dotem d. l. pactum quod dotali C. de pactis vbi late ꝑ Docto. Nec

iuramento

iuramento firmatur secundū Bar. Allex. & Docto. ī d. l. stipulatio hoc modo concepta, & in d. l. fi. & Allex. ac Modernos in d. l. pactum quod dotali C. de pactis, cum concordantibus per eos Ibi & alibi allegatis, Et non valet etiam si dolose ipse Illustris Dominus Ludouicus sic promisisset, vt posset matrimonium sortiri effectum in tantum vt nulla supersit actio, secundum Bal. in l. cum Archimodoram prope fi. cōmenti, C. vt in posses. leg. Nec etiā inter millites valet saltem irreuocabiliter l. licet cum Ibi notatis C. de pactis, & in tantum ꝙ pena apposita & cōsequenter illa centum millia scuta promissa in defectum quod Domina Anna Marchionatum & dicta castra habere non posset, videantur non posse peti, vt late habetur in d. l. stippulatio hoc modo concepta. Vbi late Dominus meus Ias. prima & 2. col. Quod pactum etiam videtur in feudis improbatum, Nisi quatenus consuetudo approbaret talia pacta in feudis secundum Docto. in d. l. pactum dotali C. de Colla. & in c. primo §. moribus & §. filii nati, & §. mulier, si de feu. fue. cōtrou. inter Domi. & Agna. Et vbi fieri posset talis concessio videtur reuocabilis, d. l. fi. C. de pactis, & in l. licet C. eo. tit. etiam in Principe secundum Andr. de Iser. in d. §. moribus Qui in d. §. mulier Dicit ꝙ vbi esset consuetudo approbandi concessionem feudi vacaturi per alterius mortē & sic habentem Annexū votum captandę mortis, non est obseruanda,

Item Quia hereditas in totum vel partem pacto dari non potest l. hereditas C. de pact. conuent. & d. l. cum donationis, & l. verba cōtraxerunt gesserunt ff. de verb. sig. & quod late consuluit Bar. cons. 204. inci. promito tibi, & Allex. cons. 83. in 2. col. 2. vol. cum concordantibus infra allegandis, & quia non fuit dictum ꝙ deberet ipsa Domina Anna, In ipsis Marchionatu & Castris succedere. Sed dictum fuit, ꝙ possit succedere, Quod verbum nō importat necessitatē, l. p. vbi Bar. ff. de iniu. rup. cum similibus.

Et etiam obstat Quia deficit insinuatio, si dicamus pactum valuisse, in vim donationis, vt per Bal. in l. sancimus in principio 2. col. C. de donatio. vbi dicit post Odofr. quod Dominus habens castra, valoris Decem millium marcharum, Et in illis merum & mixtum imperium ac omnimodam iurisdictionem. Si illa donet sine insinuatione, corruit Donatio, Vltra quingentos aureos, Nec dicitur facta, apud se ipsum insinuatio, Esto quod dicatur magistratus municipalis, Quia speciale est in Principe superiorem non habente, quod ipse sit iudex & donator, per illum textū Qui vult Imperialem donationem, Non egere insinuatione, & quia etiam actus voluntarie iurisdictionis exigens cause cognitionem, solum potest fieri apud seipsum, quando quis non habet superiorem, vt ibi per eum, & per Oldra. in cons. 231. inci. vt eius de quo queritur pri. Dubio, & per Io. And. in additione specu. in tit. de instr. ædit. §. porro vltima additione & per Imol. in c. cum contingat, vltima carta, de iure iuran. & probatur ex notatis per Bar. & Docto. in l. p. ff. de offi. consu. Non obstante secundum Bal. in d. l. Sancimus in principio 2. col. ꝙ Bar. & Franciscus tigri. consuluerint valuisse testamentum conditum per quendam Dominum de Vrsinis in quodam Castro, in quo habebat merum & mixtū imperium & omnimodam iurisdictionē, Acsi esset apud superiorem insinuatum, eo ꝙ esset apud eū auctoritas in hoc Actu voluntarie Iurisdictionis ex eo ꝙ habebat merum & mixtum Imperium, ac omnimodam Iurisdictionem, de quo dicto meminerunt Docto. in l. omnium, C. de testam. maxime Allex. & Dominus meus Ias. in penult. col. Ideo autem dixi si presuponamus, valere istud pactum in vim Donationis, Quia paterna dispositio, potest valere in vim suppremi iuditii esto ꝙ fiat, vt actus inter viuos, & est tunc indubitanter reuocabilis, l. Filii & l. Quotiēs & l. si cogitatione ac l. fi. C. fami. her. & declarant Oldra. cons. preallegato 231. & Bal. in c. primo §. Item sacramenta 5. col. de Pa. Iur. fir. vbi loquntur in dispositione

fitione Principis circha Principatum.

Ceterum videtur obstare ipsi Domine Anne renuntiatio, Que inest ipsi conuentioni, Et facta videtur, non tantum de hereditate, sed etiam de bonis videlicet paternis & maternis, cum renuntiatio bonorum ad feuda trahatur, licet non renuntiatio hereditatis Nisi forte in feudo hereditario, vt per Dominum Ias. in preludiis feudorum 17. col. & in auten. vnde si parens 2. & 3. col. C. de inof. testam. & in l. Gallus §. primo pe. col. ff. de lib. & posthu. & in l. si non fortem §. libertus pe. col. & fi. ff. de condi. indeb. & in l. 2. Antepe. col. C. de iure emphi.

Vltimo saltem querella inoficiose donationis videtur posse competere, Domine Genitrici Domini Antonii si superest, vel ipso Domino Antonio, qui teneret locũ matris, Iuxta l. secundam & l. si totas C. de inoffi. dona. Cum in feudo maxime de quo pater potest testari, & disponere, filius, vel Nepos ex filio, & pariter filia, vel Nepos ex ea possit pretendere legitimam l. omnimodo, §. Imputari, cum ibi not. maxime p Bal. & Salli. C. de inof. testam. & Bar. in l. prima §. Nec Castrense 2. col. circa fi. ff. de colla. bo. & vult Allex. in cõs. 27. inci. videretur prima facie prim, col. 5. vol. & Clarius cons. 29. inci. perspectis, 2. col. vers. Sed vbi, & 19. inci. super eo col. fi. vers. comprobatur, eo. vol. habetur late per ipsum Allex. in l. Si Patroni in princ. in 3. col. cum sequen. ff. ad trebbel. & nos presuponimus, ꝙ Istud feudum Marchie, & alia Castra Potuerunt donari & alienari alias intentio Illustris Domine Anne esset vana, Que consuetudo valet & in aliquibus Prouinciis seruatur, vt p Martinum de laude, in c. p. in principio in primo notabili vbi etiam Dominus Prepo. & per Docto. & Dominum Prepo. in §. porro quali. Olim feu. pote. alie. & latius dicetur infra in 6. fondamento. Nam si feudum alteratur, vt Pater possit ex patrie cõsuetudine, de eo disponere & alienare etiam in extraneos, videtur etiam in consequtiuis alteratum, vt per Sozi. in l. Gallus §. etiam 2. col. 2. conclusione ff. de lib. & posthu. Nec approbatio testamenti preiudicasset ipsi D. Antonio in legitima ꝓdicta, vt per Allex. cõs. 8. inci. visis, 4. col. vers. Non obstat etiam predictis si diceretur 3. vol. & cons. 89. inci. vtrum pe. col. in fi. cum sequen. 4. vol. cum multis concordantibus, per me agregatis, in meo Tractatu de statutis exclusiuis feminarum, in 9. articulo principali 3. questione ad quos Breuitatis gratia me remitto, & quia ipsa approbatio tendit ad feuda, consequenda, vt de se patet.

Sed hiis Non obstantibus arbitror hanc Illustrem Dominam Annam ad successionem dicti Marchionatus, Dictorũq; feudorum admiti, debere, rationibus maxime infrascriptis, Quas quam breuius potero perstringam.

Et moueor qr. speciale est ĩ feudis Vt in ipsis valere possit pactũ de futura successione secundum Glo. & Docto. in l. Pactũ quod dotali, C. de colla. vbi Bal. in 2. oppositione & volunt Pe. de cer. quem refert & sequitur Bal. in c. prim. §. moribus si de feu. fue. controuer. inter Domi. & agna. Vbi potest quis inuestiri de feudo viuentis quod speratur ad Dominũ reuerti morte Vassalli, & patet in c. primo. §. mulier vbi Bal. eo. titulo & in c. primo de fil. nat. ex matri. ad morga. contra. in vsibus feudorum, Et licet prima facie in iuribus predictis, videatur contineri pactum de non succedendo, quo ad filios secundi matrimonii, tamen vt dicit Bal. in d. §. moribus post Pe. de Cer. virtualiter includitur pactum de succedendo, Quoad filios primi matrimonii. & hoc etiam patet ex textu in c. primo §. Filia de succes. feudi, Vbi pater potest stippulari, ꝙ filie succedant in feudo, eo mortuo, & patet etiam in tit. de eo qui sibi & here. suis mascu. & fem. & in tit. de inuest. quam Titius accepit à sempronio. predicta coadiuuãtur per ea que dixit Bal. & post eum Alua. in d. c. p. §. filii nati, eo. tit. si de feu. fue. contro. vbi dicunt ꝙ si Marchio accipit filiam, Regis, Que ei non nuberet, Nisi hoc pacto ꝙ eius filii succedant in Marchionatu, & non alii de alio matrimonio, tale pactum

est

est rationabile honestum & tollerandum, in consequentiam attingendi honorem familie, inter Magnates & Principes, & ponit ibi Alua. similem questionem, que fuit de Marchione Mantue, qui dedit filiam suam filio Marchionis Ferrarie legitime non nato. cum pacto quod ipse filius succederet in Marchionatu Ferrarie, & ponit etiam Questionem econtra de quodã Marchione Qui acceperat quandã Marchionissam, cum pacto ne eius filii succederent in Marchionatu Ferrarie, Ex quibus infertur, quod cum ista promissio, quod ipsa Illustris Domina succedere posset, in ipso Marchionatu, facta fuerit contemplatione ipsius matrimonii & erga ipsum Illu. Dominum Iohannem de Foiis Principem & Baronem de Regia stirpe, quod verisimiliter non fuisset alias contracturus, debeant talia pacta seruari Ita ꝙ Domina Anna in ipso Marchionatu Paterno succedat per predicta, & ꝑ d. §. mulier, vbi Bal. dicens, quod si contemplatione alicuius matrimonii, feudũ acquiritur Filii ex illo preferuntur natis ex alio, Nam eadem est ratio, quando feudum contemplatione alicuius matrimonii promititur, & cõsequenter Idẽ Ius esse debet, l. quãuis ff. de iure patro. l. illud ff. ad leg. acqui. & c. Secundo requiris cum similibus de appel. Et videmus qđ tolleratur donatio inter virum & vxorem alias a iure prohibita, minus Nobilis Donat magis Nobili secundum notata per Bar. & Docto. in l. Si voluntate C. de dot. promis. & dixit Alberi. de Ros. in l. Hereditas C. de pact. conuen. ꝙ si quis habet vnicam filiam, & eam maritat. Et marito promittit omnia bona sua, post eius mortem ꝙ valet ipsa promissio, vnde fortius si promitat filie contemplatione matrimonii, Et fortius predicta procedunt stante hac promissione iurata, Qr. Iuramentum quod potest seruari, sine interitu salutis æterne est seruandum, c. quamuis de pactis in 6. & c. licet mulieres de iure iur. & c. quanto & c. debitores eo. tit. de Iur. Iur. in antiquis, in tantũ quod etiam in dubiis opinionibus, sit pro iuramento iudicandum vt per Docto. in d. c. quanto & in c. petitio post Glo eo. Tit.

Secondo moueor, Quia istud pactum non est improbatum, cum non sit de vniuersali successione, & consequenter non tollit liberam, testandi facultatem, cum solum sit de bonis feudalibus, vt per Bal. in l. fi. col. fi. C. de pact. vbi plus voluit ꝙ valeat pactum de quotta hereditatis, licet vniuersalis hereditas non nisi ex testamentaria dispositione conferri possit d. l. hereditas C. de pactis conuen. & l. cum donationis C. de transactio. & l. verba contraxerunt, gesserũt ac l. obuenire, ff. de verb. signi. Et hoc est ꝙ voluit Bar. in cõs. 72. inci. ex facto ꝓponiẽ ꝙ Nobiles in 2. col. Dum dicitur, quod pactum factum inter illos Duces, seu Marchiones, quod Feuda & Castra defferere͂tur certo modo videlicet ad masculos & non ad feminas, Non impedit liberam testandi facultatẽ, Quia potest talis in aliis bonis suis, ac in sua hereditate, instituere quem vult. prout etiam dicit ipse Bar. in l. fi. 3. questione C. de pact. & cum ista sententia etiam transit Allex. in dicto cons. 83. inci. Visa facti narratione, 2. & penultima col. maxime in vers. hanc opinionem late comprobat Ang. &c. & col. fi. vers. Nec etiam predictis obstat si diceretur, & vers. sequen. 2. vol. & post Oldra. cons. 139. inci. ad habendam, & Ang. cons. 181. inci. visis instrumentis. Idem vult Allex. in cons. 59. Inci. super primo & in primo dubio, ac etiam in 2. dubio 5. vol. Subiungens non valere alienationem. in contrarium factam, stante maxime hipotecha bonorum, & Idem voluit ipse Allex. cõs. 28. inci. ponderatis verbis in fi. 3. vol. vbi consuluit in casu, in quo partes vsc fuerunt verbo succedat, & cũ predicta opinione etiam transit Dominus meus Ias. in d. l. fi. 3. col. 4. limitatione C. de pactis, Dicens valere pactum, ꝙ certe res perueniant post mortem Domini earum ad aliũ, & latius etiam si partes vtãtur verbo succedat in d. l. stippulatio hoc modo concepta, vltima carta seu antepe. col. & q.

fi

fi.ff.de verb.oblig.Vbi recitat nonnullos casus in quibus consuluit, In quorum,altero. Ego nouus Doctor fueram primus consultor,Et respondi nonnullis motiuis, que ad me transmissit soluenda Ipse Dominus meus Ias. que adhuc habeo, Ita ꝙ meo iuditio ipsa materia fuerit bene tunc digesta, & hec sunt de mente Bar.ibi in 2. col.Et aliorum scribentium, & in l. fi. in 3. questione vbi etiam alii C. de pactis, Dum volunt ꝙ Donatio omnium Bonorum, Si aliquid sit reseruatum, Non impediat liberam testandi factionem,Quod magis animose est sequendum ex quo vt dixit Bar. in d. cons.72. in penult.col.Ius naturale vel gentium tali pacto non repugnant,& vidimus in esau ꝙ ius primogeniture, & sic vniuersalis successionis Isac patre viuente vendidit Iacob, eius fratri, vt etiam habetur ꝑ Marti. de Lau. in tractatu de primogenitura, in principio, Quod ius inter Principes videtur seruandum l. Digna vox.C.de legib. iunctis his que dixit Bar.cons. preallegato, & fortius hoc est tenendum, Quia vt dictum fuit, in precedenti fondamento, in fi. Etiam in dubiis opinionibus, est pro iuramento iudicandum.

Tertio moueor Quia Ista conuentio, habet expressam & annexam clausulam, ꝙ valeat omni meliori, modo quo potest, etiā secundum Iuris rigorem, & in vim Donationis, translationis hipotece, aut alterius modi Dictamine etiam sapientis, Cū vt dixit Allex.d. cons.83.pe.col.vers. Non obstat, etiam predictis si diceretur. &c. Conuentio habens annexum pactum de succedendo, & donationem valeat,ex capite saltem donationis, Nam vtile per Inutile, Non vitiatur, vt in regula iuris vtile per inutile de reg.Iur.lib.6. & l. grece.§.Illud, cum vulgaribus .ff.de fideius. Item cui Dubiū,ꝙ ipse Illustris Dominus Ludouicus Marchio, per talia verba,censetur ellegisse viam, que impugnari non possit,& tanto fortius ex quo suam dispositionem Iuramento firmauit, quod Iuramentum etiam si dictum non fuisset,facit valere actum,omni meliori modo quo potest, l.cum pater §. Filius matrem, vbi Bar. & alii, ff.de leg.2.cum concordantibus de quibus per Allex.cōs.12. in fi.primo volumine Et per Felli. in c.cum super 4. col. cum sequen.de offi.dellega. Et qđ iuramentum etiam facit vt donatio que alias esset causa mortis, Censeatur donatio inter viuos, vt per Allex.cons.78.inci. Visis prima col.vers.Item cum promitat, quarto vol. & Aluaro.in d. §. Item sacramenta pe.col. vers. Quero subsequenter de Pa. Iur.firman.& Dixit Allex.in d.cōs. 78.prima col.vers.preallegato post Bal. in l. 2.C.de iure Doti. ꝙ vbi precedit causa promissionis, censetur Donatio inter Viuos, & secundum Bar.in l. inter mortem in fi.comenti ff. de dona.cau.mor. Quando capio causa mortis, transit in Donationem inter viuos, Non potest reuocari per l.cum maritus §.fi.ff.de pact.dota.Vbi est casus notabilis, Et ponderanda sunt vlterius Illa verba, Que Dominus Ludouicus subiunxit, Videlicet taliter, ꝙ hec mea intentio valida & firma, permaneat, Iuncta promissione de nō contraueniendo, cum renuntiationibus & obligationibus per se & successores, Que operantur ꝙ dispositio, Cuius Robur Vigor & effectus difertur post mortem, habeat vim obligationis.vt ex tunc licet executio post mortem differatur, Et Que verba Donationem causa mortis & reuocabilem, resolui in Donationem inter viuos, & irreuocabilem, vt per Bar.in l. vbi ita ff.de dona.causa mortis, cum concordantibus late tradditis, per D.meum Ias. in l. Non omnis in principio in 3. col.ff.si Cer.pet. & Allex.in cons. preallegato 78. & plenius cons.14.inci.circa primum primo Dubio per totum primo vol.maxime in vers. & dicit etiam Bar.&c. cum precedenti, & sequenti,post Ang.cons. 281. inci. In dei nomine, visis instrumentis,& Pau.de Ca. cons.96. Inci.in Christi nomine notandum in Antiquis, & idem vult, Bal.in d. l.2.C.de Iur. dot. & est etiam de mente Bar. in l.fi.pe.col.3.questione C.de pactis Ibi & primo examinemus an sit donatio causa mortis, & merito dixit,Oldra.cons.

281.

281.in quadam Diuisione facta per Regē Aragonum de suis Regnis, inter filios, Quem refert & sequitur Bal. in c.1.§. Itē sacramenta 5.col.de Pac.Iur.firman. Esse aduertendum an pater, Idemq; Rex, intenderet facere donationem,& eo casu est actus irreuocabilis, prout fuit in proposito, Quia dixit ꝙ tanquam Dominus, & consequenter auctoritate Dominicali disponebat,etiam titulo donationis, vt predictum fuit, An vero Rex voluerit facere actum supremi iuditii, & tunc sit reuocabilis l. Si cogitatione, & l. Quotiens & l. filii ac l. fi. cum ibi notatis. C. fami. hercis. cum aliis concordantibus per Oldra. allegatis, plus dixit Iaco. Alua. in d. §. Item sacramenta. penultima col. vers. Quero subsequenter, quod quando iuratum est, in tali dispositione,per minorem Non posset etiam minor cōtrauenire, Ad idem facit quod dixit Bar. in l. cum quis decedens .§. Codicilli, vers. Hec faciunt ff. de leg.tertio quod confessio debiti,que fit in vltima voluntate, de qua dubitatur, an valeat vt actus inter viuos & irreuocabilis, An vero vt actus vltime voluntatis & reuocabilis, si fiat Parte presente, Aut Nontio pro ea stippullante, valet vt actus inter viuos & irreuocabilis,Quòd corroboratur ex eo quod dixit Iacob. de Ardizo. in sua aurea Somma feudorum Nuper impressa, In Rubrica Vtrum Vassallus Vni ex filiis possit Feudum assignare, Dum Voluit quod talis assignatio, Non habeatur Vt legatum vel fideicommissum, Nec consequenter in Vim supremi iuditii per l. primam .§. primo & l. assignare .ff. de assigna. liber. & insti. eo. cum concordantibus per eum allegatis, Vbi subiungit, quod quando pater declarat, seu protestatur cuius vult esse feudum, dicatur facta assignatio.

Et presupposito ac non concesso, quod ipsa assignatio alias vim supremi iuditii habere posset, Tamen adhuc in casu isto secus est, propter Illa verba, quod valeat etiam in Vim donationis translationis &c. Cum licet relictum vniuersalis hereditatis & successionis factum in vltima voluntate, Non possit resolui in Vim donationis inter viuos, apposita clausula, quod valeat seu possit valere, vt donatio inter viuos, Tamen vbi est relictum vel legatum certorum Bonorum Bene potest virtute dicte Clausule valere, vt donatio inter viuos, vt post multa concludit Allexand. in dict. l. Stippulatio hoc modo concepta prima & secunda col. ff. de Verborum obligation. post Roma. Ibidem, Qui idem tenet cons. 293, inci. presupposito, Primo dubio, Et est de mente Bal. in c. primo .§. primo circa fi. commenti, de feu. dat. in vi. leg. commis. & tanto magis ex quo adsunt alia verba importantia quod non sit actus suppremi Iuditii, seu quod resoluatur vt actus inter viuos, & Iuramentum etiam adest quod facit valere actum omni meliori modo quo potest, & licet ista promissio Marchionatus, & Castrorum facta Domine Anne fuerit cōditionalis, Casu quo Dominus Ludouicus, & Dominus Gaspar eius filius decederent sine filiis masculis, tamen impleta conditione, censetur perinde acsi conditio nō fuisset adiecta l.Pecuniam ff. si cer. pet. l. Cedere diē ff.de verb. signi. Et ex quo Dn̄s Gaspar decessit viuente Dn̄o Ludouico patre, perinde est ac si nūquam extitisset l.ex facto, §.si quis autem susceperit.ff.ad trebbel. & l.1.§.pro secundo C. de Cadu.tol.

Quarto moueor, Qr. pōt quis pasci sci de mero iure & cōi, ꝙ si decedat sine liberis alique sue Res irreuocabiliter ad aliquem ipso mortuo perueniant, vt cōsuluit Oldr. in d.cons. 139. inci. Ad habendā aliqualē Notitiā & sequitur Io. And. in additione Spec. in tit. de instru. ædi.§. porro, col. fi. vers. fuit alia questio, & Alberi. de Rosa. in d. l. fi. seconda col. C. de pactis Vbi ēt Sali. ī 3.col.& Roma. ac Imol. ī l. Aquilius regulus ff. de dona.& Allex. in d. cōs. 83.inci. visa facti narratione tertia col. ī fi. 2.vol.& d.cōs.28.& D. meus Ias. in d.l. fina. 3.col. quarta limitatione C. de pactis & ī d.l. Stipulatio hoc modo cōcepta ante-

tepen. col. cum sequen. & in l. licet pen. col. in fi. cum sequenti C. de pactis & Bar. in dict. l. fi. secunda col. tertia questione vbi dicit ac in dict. cons. 72. quod potest tunc quis de aliis bonis testari, & hec est communis opinio, quam ampliat Dominus meus Ias. in dict. l. stippulatio hoc modo concepta questione fi. vt procedat etiam si hoc pactum sit de omnibus bonis, cum possit tunc quis de iuribus testari, vt ibi latius per eum, De quo etiam dixi in 2. fondamento allegando iura & rationes.

Quinto moueor, Quia etiam vbi quis, & meo Iuditio pertinaciter instare vellet, quod ista promissio foret ad instar supremi iuditii & reuocabilis, ita quod non data perseuerantia voluntatis, fuisset per aliam contrariam dispositionem hoc est testamentum reuocata, iuxta notata per Oldra. in dict. consi. 231. & Bal. in dict. §. Item sacramenta quinta col. cum concordantibus preallegatis, tamen ex quo in hac promissione interuenit iuramentum talis promissio propter saltem iuramentum censetur habere clausulam derrogatoriam ad contrariam dispositionem Vt vult Io. And. in regula Quod semel in fi. commenti de regu. iur, in sexto in Mercu. & Bar. in l. Si quis in principio testamenti in principio circa fi. commenti .ff. de leg. tertio cum concordantibus ita quod testamentum in contrarium factum, sine derrogatione expressa, ad precedentem contrariam dispositionem iuratam non valeat.

Sexto faciunt que dixit Bal. in prohemio decretalium secũda col. & Marti. de Lau. in tractatu de Princi. in vers. 418. quod Rex in vita sua potest determinare quis sit Rex, An primogenitus an secundo genitus, quod etiam vult Bal. in l. in quibus antepen. questione C. de secun. nupt. & Corsetus in tractatu de Regibus antepen. questione Cui Decisioni conueniunt dicta per Oldra. in dict. cons. 231. & per Bal. in d. §. Item Sacramenta quinta col. supra relata, Et si forte diceretur, quod ipse Dominus Marchio nõ habuit auctoritatem Regiam in disponendo de Marchionatu, Sicut Rex de Regno, Cum Superiorem ac Regem Nostrum Christianissimum recognosceret, videtur michi quod eadem sit ratio in casu nostro, Ex quo ipse Dominus Marchio de consuetudine quæ Viget in Prouincia, habuit talem potestatem, & potuit disponere de Marchionatu & Castris, Que consuetudo valet, Vt per Docto. in cap. primo in principio vbi Marti. de Lau. & Dominus Prepo. ac in §. Porro, Vbi Dominus Prepo. loquens de consuetudine Prouinciarum ita obseruantium quali. oli. feu. pot. alie. Et dictum fuit supra in Vltimo fondamento partis contrarie, Et vult Bal. conf. 33. inci. Ad euidentiam prima parte penultima stampa, & Barba. cons. 55. annexo cum consiliis Allex. in col. fi. in quarto volumine & Dominus Ias. in l. de quibus 22. col. in fi. vers. Tertio ergo, ff. de legibus vbi idem dicunt de cõsuetudine testandi de feudo, ac legandi, & Bal. in c. primo in principio 3. col. de prohi. alie. feu. per Fre. & Aluaro. in d. c. Porro, & Allex. cons. 2. in principio quarto vol. Vbi de consuetudine dandi in solutum feuda ita quod liceat de consuetudine arguere ad Regis auctoritatem Vt in exemplo Bal. in d. l. in quibus in antepen. questione vult Ang. in l. Venditor. §. constat ff. commun. predio. & facit l. De quibus cum ibi notatis .ff. de legibus Nam Consuetudo ante omnia attenditur in feudis c. primo in principio cum infinitis concordantibus de feu. cogni.

Preterea Isti Marchiones, Et Principes perpetui in suo Marchionatu vel Ducatu ad heredes transmissibili, dicũtur habere potestatem Imperatoriam seu Regiam, vt p Bal. in l. Penultima. C. de donat. int. vir. & vxo. cum multis concordantibus per me cumulatis in tractatu meo de Statu. Exclu. femin. a successionibus in Decimo tertio Articulo principali in 2. q. in tantũ, vt dici possit forte valere donationem talis Principis seu Marchionis, Quando sit

ex

ex certa scientia filio in potestate ac vxori, perinde ac si fieret à Rege, vel ab Imperatore, In quibus certum est ipsam valere, iuxta dict. l. penult. vbi Bal. & Docto. C. de donationibus inter.vir.& vxo. & vult Oldra.in cons. 231.& Bal. in dict. §. Item sacramenta quinta col. & Roman. in autentica ex testamento secunda col. C. de colla. & in Repetitione l. Si vero .§. de viro in quarta charta .ff. solu. matri. & satis copiose Allexan. in l. quamquam prima & secunda col. C.de testamen. cum concordantibus allegatis per Dominum meum Ias. in preludiis Feudorum octaua col. de quibus non videtur expediens tangere in proposito, Tum quia predicta facta fuerunt, ob causam Dotis & matrimonii, quo casu valet Donatio,inter patrem & filium in potestate l. Pomponius philadelphus. ff. fami. her.& volunt Bar.in l.frater à fratre col. fi. ff. de condi. indeb. ac Dominus meus Ias. Ibi in vlt. charta. & Dominus Io. Baptista de Santo Seuerino in Repetitione sua in 35.questione Tum quia donatio inter patrem & filium iurata in proposito valet, Itaqđ ad specialia in principibus non sit recurrendum secundum communem opinionem Docto. vt per Bar. in l. si quis pro eo in fi. commenti.ff. de fideiuss. cum concordantibus de quibus per Allex. cons.20. tertio vol. & Dominum meum Ias. in d. l. Frater à Fratre col. fi. ita quod non obstet quod hec pacta sint cum filia in potestate patris facta, Quod etiam non obstaret, retenta illa opinione, quod Domini Francigene non habeant. Filios in potestate, Iuxta Glo. in verbo Romanorum in §. ius autem insti. de patr. pote. cum qua. ibi transeunt Docto. & Bal. in c. secondo de duo. fra. de no. bene. inue. & in c. primo an mari. succe. vxo. in bene. & Dominus Io. Baptista de Cacialu. in Repetitione d. l. Frater à fratre in 27. questione Cum patria potestas sit causa ob quam ciuilis obligatio non oritur, inter patrem & filium, vt per Glo. in d. §. ius autem, in Glo. prima & tradditur in d. l. Frater à Fratre, & patet in l. secunda cum similibus C. de inoffi. do.

Nec etiam obstat defectus insinuationis in Principe, vt per Oldra. cons. preallegato 231. & Bal. in d. l. Sancimus in principio 2. col. C. de donat. cum concordantibus allegatis supra in 6. fondamento, & Quia vbi adest iuramentum non exigitur insinuatio, secundum Frede. de Senis cons. 281. inci. statuto cauetur & Allex. cons. 4. 5.col.& 12.inci. viso 2. col. primo vol. & Corse. in Rubrica de iure Iu.in 26.priuillegio,cum concordantibus per eos allegatis & maxime per Allex.in d. cõs.83. in fi. 2. vol.

Item ex eo, qr. Dellegatus non potest missionem facere in possessioné, Nec personaliter aliquem capere, vel realem citationé facere, vt per Allex. in l. 2. in 2. & 3. col. ff. de iuris omni. Iudi. vbi in 3. col. dicit, ꝙ non potest imponere mulctas vltra Duos aureos seu taxã l. 2. C. de mo. mulcta. Sed debet requirere Brachium ordinarii pro facienda missione in possessionem, & exequtione, Quo ad penam huius pretensi Commissarii qui fecit ex hoc concitationem in populo, Quamuis admoneretur ab altero ex Dominis videlicet à Magnifico Domino Franceschino ꝙ desisteret, & fidem faceret de mandato & commissione. Credo ꝙ sit pena arbitraria, ꝑ textum in l. Capitalium §. solent iuncto §. siue vers. nonnunq; ff. de penis & per Glo. & notata in l. Nemo martires C. de Sacrosan. Eccle. Dum ibi dicitur ꝙ faciens contra legem saltem incidat in penam arbitrariam, Et cum michi persuadeatur, ꝙ in veritate iste Iuuenallis, habebat verbalem cõmissionem & dubitetur an possit contra eum procedi, ex eo ꝙ assumpserit officiũ Magistratus, & ꝙ vim publicã & concussionem fecerit ac populi concitationem Respondeo esse expectandum quomodo & prout iustificabit suam facultatem & commissionem, secundum quod fortius & mitius punietur Ideo me latius non extendo, cum istud ex iustificatione sua percipi possit, & an iste Iuuenallis ex toto iuueniliter processerit, Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Potestas loci an possit cognoscere de causis Dominorum.

Et quando vniuersitas nõ est diuisa an possint in loco plures potestates à diuersis Dominis poni,

CONS. CXLII.

In materia huius cõsilii ꝙ Dñs possit esse Iudex in cã ꝓpria capi. Decisione 124. & 137. Bru. Filius.

Arbitror ꝙ sententia lata in fauorem iurisdictionis potestatis Plarormi Deputati per Magnificos Dominos Catherinam & Hieronimũ de Rottariis, saltem attẽta cõsuetudine de qua ĩformationes sumende sunt iuxta ordinationem factam de iure teneat, Qr. consuetudo pôt inducere ꝙ quis sit Iudex in causa sua vel suorũ vt per Allex. in l. Qui iurisdictioni Nona limitatione ff. de iuris. omni Iudi. Ita limitanté d. l. Qui iurisdictioni, cum quo ibi transeunt Moder., Et hoc etiam vult Bart. in l. Ex quacunq; in prima lectu. in 2. col. & ẽt in 2. lectura in 2. col. in principio sub nu. 3. in vtraq; lectu. ff. si quis in ius voca. non ier. dicens ꝙ in talibus seruanda est consuetudo, & vult Iacob. de ardizo. in somma feudorũ in Rubrica de his q. feu. dar. pos. dicens ꝙ consuetudo multũ operatur in danda iurisdictione, Ad quòd facit ẽt Quia consuetudo pôt cõferre iurisdictionem, non habenti, vt est textus in c. cum contingat vbi Panor. in vlt. notabili de for. compe. & Ibidem late Felli. & Panor. in c. Quo simul in 3. notabili ꝑ illum textũ de offi. ordi. & Bar. Ang. & Docto. in l. Iniuriarum §. Si quis, alias §. Que iure ff. de iniu. & Bar. in l. more 2. col. ff. de iuris. omni. iudi. cum concordantibus allegatis per Felli. in d. c. cum contingat & in c. ex parte de cani de rescrip. vnde multo magis potest iurisdictioné extendere & ampliare, Hinc secundum Flori. in l. 3. §. si. per illum textum ff. de testib. consuetudo pôt dare alicui officiali iurisdictioné citãdi extra territoriũ & secũdũ Floria. Ibi talia possunt ꝓbari ꝑ ĩformatiões sumendas à Iudice, cum an sua sit iurisdictio cognoscat ipse Iudex, & late ꝑ Felli. in c. su ꝑ literis in tribus vltimis chartis de rescrip. & tãto magis qr. agitur ad rem, que est de

Iurisdictione huius potestatis l. fi. C. vbi in rem actio & c.sane de fo.compe. & Dicit Bal. in l. procurator C.vbi cau.fisca.ꝙ Qui causam fiscalem non potest exequi, Sicut est alter potestas, Non potest esse Iudex, Et ridiculum esset dicere, ꝙ si bona forensis propter registrationem nō factam confiscata essent, ꝙ agendum foret in loco originis, Vel domicilii forensis, Cum isti quo ad Iurisdictionē huius potestatis sint forenses, idest de alieno foro. Nam quando in loco deputantur à Diuersis Dominis, Diuersi Iudices separatim, Quorum quilibet pro suis Dominis separatim Iurisdictionem exercet in loco, Non potest vnus Iudex se intromittere de his, que spectāt ad alterius Iurisdictionem secundum Bal.in l. prim. in 3.col.12 questione circha finem ff.de offi.consu.et in l.prima in fi. commenti C. vbi quis de curia, vel Choar. & Franc. de aret. cons. 79.loquentes de iurisdictione diuisa per species, aut Quarteria, vel per portas. Et licet in terminis presentis confiscationis, ob non factam registrationem bonorum, possit dubitari, An Iudex causarum criminalium sit primo adeundus quam ciuilium vt tangit Bal.in l.1. C. vbi cau. fisca. Quem impugnat Pau. de ca. Tamen hoc non facit ad rem. Quia isti potestates habent quilibet eorum Iurisdictionem pro Dominis suis, tam in criminalibus causis q; ciuilibus, Nec etiam obstat ꝙ homines & vniuersitas Plarormi, Quantum sit in eis viuant sine partitione, & vt vnū corpus, ac vt vna & eadem vniuersitas, & simul faciant vnum & idem consiliū, sindicos, ac eorum ordinationes, cum etiam in vrbe Romana, Aliquando fuerint diuersi Magistratus, & tribuni plebis & militum, & Plebei, ac Magnates, vnum Populum facientes ac representantes, vt patet in l.2.§.post deinde cum esset, vbi Bal. & ꝑ discursum illius legis .ff. de orig. iur. & in §.lex & sequen.cū Glo. Insti. de Iur. nat.genti. & ciui.Ita ꝙ non repugnet iuri ꝙ vna sit vniuersitas, & diuisa sit superioritas, ac iurisdictio superiorum per predicta, & vult Bal.in d.l.1.ff.de offi.cons. loco preallegato, vbi declarat plures modos habendi diuersos iudices in vno & eodem loco Sic etiam videmus ꝙ plures Parrochie diuisos rectores habentes faciunt vnum corpus, vt per Docto. & Panor. in c. fi.de Parro. Et ꝙ plures Nationes, ac plura Corpora coniunguntur, ad faciendum vnam vniuersitatem, & Concilium, c.scriptum vbi Panor.de elect.& Panor.in c.humilis vbi Felli. in principio commenti de maio.& obe.& Bal.in l.si ad scribatum in fi.commenti C.de appel.& quòd habetur in l.fi.C.de iuris.omni iudi. & in Auten. Habita C.ne fil.pro pat.& in c. ex literis de consti. Est verum ꝙ in hac diuisione & diuersitate Officialium potest versari interesse hominum, & difficultas ac confusio, vt dicit Pau.de ca.in l.Si vni ff. de re Iudi dicens ꝙ possunt tunc Domini ad instantiam hominum, cogi per Superiorem, ꝙ vnus tantum deputetur in loco Officialis, Quam opinionem memini dixisse procedere, quando homines nō essent diuisi, Cum non possunt subditi prohibere diuisionem, inter Dominos de feudo & iurisdictione, vt in libro meo primo consiliorum feudalium cons. 93. in medio & fi.consilii. Et dictum Pau.de ca. posset generaliter procedere, Quando ex tali diuisa potestatum deputatione insurgeret scandalum, defectus iustitie, & grauis iactura subditorum, & vniuersitatis, ac hominum, cum superiores teneantur subditos defendere ab oppressionibus, & Illos bene gubernare, ac bene tractare, & alias priuētur iure superioritatis, c.p.quali. do,feu. proprie.priu.& c. 1.§. Domino committente si de feu. fue. contro. inter Domi. & agna. cum vtrobiq; notat. & c. 1.§.Si quis aduocatione de pa.te.vbi Bal. in §. pe. Et prout dicebat Bal.in l. prima C. Ne quis in sua cau. iudi. in questione An Episcopus possit cognoscere de causa Ecclesie, aut de re ad Ecclesiam suam deuoluenda, Bonum esset propter suspicionem capere adiunctum, vbi cognoscere potest Episcopus de causa, Et placet michi consuetudo quam vidi in aliquibus prouinciis seruari, ꝙ Domini singulis annis

nis capiant vnum probum Doctorem cũ cuius consilio eorum Potestas Iustitiam gubernet, & sine quo nullum actum preiudicialem faciat, ad quem possint homines & subditi dictorum Dominorum recurrere pro illum informando, & quorã quo cause graues, & non modici preiudicii possint tractari, Tunc maxime quando potestas est parum expertus, vel causa est ita difficilis ꝙ Doctiorem exigat Iudicem, q; sit potestas. Et Laudabile esset ꝙ fieret Decretum, super hoc prouidens, mandans in casum negligentie Dominorum, de tali consultore, per presidem prouincie posse prouideri, Nam in ellectione cõfidentium fiunt multe fraudes, & cause nimiũ diferuntur, in dando super quolibet Articulo preiudiciali cõfidentes, Et rare sunt cause, in quibus Potestates villarum alteri partium non faueant, & sepe Domini loci, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

1 *IN Feudo paterno, auito, vel antiquo, agnati qui ex eodem stipite descendunt, succedunt in infinitum.*

Noua inuestitura, Non facit nouum feudum.

Inuestitura facta, de feudo deuoluto, quando dicatur Nouum, vel antiquum feudum, Et au succedant agnati in eo.

Lite pendente an sit Nouum feudum, vel paternum, agnatus debet stare in possessione.

Igressus relligionem, per metum, & declaratus demum Laicus, etiam non vocato Domino feudi, succedit in feudo.

CONS. CXXXXIII.

NEscio videre Quid obstet Domino Philipo, de carretto Cur inuestiri non debeat de feudo Degi, & parte feudi Malarum de quibus fuerat inuestitus Dominus Iohannes eius patruus, Qui decessit sine liberis, nulloq; relicto agnato sibi proximiore q̃, sit ipse Dominus Philippus, attento ꝙ vt sonat inuestitura Domini quondam Iohannis ipsa feuda saltẽ erãt quoad ipsum Dominum Iohannem paterna, & ꝙ quo ad ipsum Dominum Philippum sunt saltem auita, cum ipse quondam Dominus Iohannes & Dominus Philippus processerint ab eodem stippite, Qui fuit vni Pater, & alteri Auus, & attento ꝙ per alias inuestituras apparet ipsa feuda esse antiqua, Ita quod ipsi, & eorum descendentes in infinitum possint in dictis feudis succedere c. 1. §. Hoc autem sciendum alias §. decedente vbi Bal. & alii in titulo qui feu. dar. pos. & c. primo vbi plene Docto. & Alua. de gradi. suc. in feu. & c. 1. vbi ẽt Docto. de succes. feu. cum infinitis concordantibus.

Nec obstat ꝙ inuestitura facta Domino Iohanni, nuper defuncto de cuius successione agitur dicatur noua inuestitura, Quia Inuestitura de nouo alicui facta, non facit dici nouum feudum, Nec operatur ꝙ feudum antiquum, auitum, vel paternũ, dicatur nouum, secundum Bal. in l. fi. in 2. col. C. de iuis & legi. vbi allegat c. primum de vas. decre. æta, per quem textũ Ita etiam decidit Roma. cons. primo in fi. & facit textus in c. primo in principio per quos fiat inuesti. vbi And. de Iser. & Docto. vult Idem And. de Iser in c. 1. vers. non de paterno in primis verbis de duobus fratris de ben. inuesti. Dicẽs ꝙ seqñs inuestitura improprie dicitur inuestitura & ꝙ est quedam successio per tex. in d. c. 1. in principio per quos fiat inue. vult Allex. cons. 30. inci. Quoniam 3. col. vers. sed premissis, primo vol. quod est repetitum in cons. 2. 5. vol. Ad quod alias multa adduxi in cons. 78. & sequenti impressis, in primo vol. meorum consiliorum feudalium, que possunt videri, Ceterum etiam ipsa inuestitura non potest dici Noua, Qr. in ea dicitur prout Genitor Domini Iohannis, & alii antecessores fuerunt inuestiti, Que verba non patiuntur, vt aliqua inuestitura dicatur Noua, vt in proposito dixit

dixit Allex. in d. cons. 30. in 2. col. vers. & ita etiam colligitur, vult Franciscus de are. in l. si michi & titio ff. de verb. obli. & & in cons. suo penul. in 4. col. Dicens ꝙ quando sequens inuestitura fit sub commemoratione precedentis, aut precedentium, non dicatur noua inuestitura, Nam dispositio alterius cōmemoratiua, secundum cōmemoratam regulatur, vt habetur in l. Lucius §. Filiam vbi Bar. & Doct. ff. ad trebbell., Hinc dixit Bal. in l. prima 2. col. quarta questione, ff. de re iudi. ꝙ nō videtur noua inuestitura, per quam vetus confirmatur, & dixit Idem Bal. in c. prim. §. insup el secōdo in finalibus verbis de prohi. alie. feu. per Fre. ꝙ exequtio veteris feudi, non esset etiam in feudo deuoluto nouū feudum, nisi daretur noua forma, plus voluit Allex. cons. 80. inci. circa primum pe. col. primo volumine, ꝙ licet augeatur Canon., per hoc non dicatur noua concessio.

Nec obstat si dicatur ꝙ Dominus Iohannes fuerit inuestitus de ipsis feudis, tanquam ad Marchionalem Excellentiam deuolutis, mediante sententia que dicitur fuisse exequtioni mandata, reducta possessione ipsorum feudorum ad manus Camere Marchionalis, Quo casu ista videt̃ noua concessio & inuestitura, vt voluit Bal. in d. §. insuper el secondo in fi. commenti, & Pau. de ca. cons. 156. inci. Quod istud in antiquis & Dominus. Preposi. in preludiis feudorum in quarta diuisione 13. col. & Bal. notabiliter in d. l. prima in 3. col. 15. questione. ff. de re. di. Volens ꝙ reuersa possessione ad Dominum dicatur Noua inuestitura, vel noua concessio, esto ꝙ Dominus remittat felloniam, Quia pars Domini Iohannis, & Domini quondam Bernardini, eorum fratris, nonq̃; fuit deuoluta, cum ipsi tempore asserte fellonie que dicebatur fuisse commissa, & tempore processuum essent absentes á patria, ita ꝙ nulla in eis reperta fuerit culpa, quamuis pro defensione aliorum etiam consuluerim, vt patet in d. vol. primo consiliorum meorum feudalium cons. 69., & sic quoad Dominum Iohannem non potest dici facta concessio, vel inuestitura, tanq̃; de feudo deuoluto, cum non esset quo ad eum deuolutum.

Et insuper etiā in feudo deuoluto illa verba prout Genitor tuus ac Antecessores tui fuerunt inuestiti, Non patiuntur vt dicatur noua inuestitura, vt dixit Allex. d. cōs. 30. loco preallegato, & vult Franciscus de are. in locis preallegatis, cum etiam tali casu tenor inuestiture declaret an vt Noua concessio fiat secundum And. de iser. in c. 1. in 2. col. circa fi. de vas. decre. æta. vbi dixit inspici tenorem inuestiture ad inuestigandum an princeps indulgens criminoso intenderet vti de nouo feudo, An tanquam de non deuoluto inuestire, in tantum ꝙ secundū eum etiam si adessent verba de nouo concedimus, Et Nichilominus adessent verba importantia restitutionem in pristinum, puta restituimus reddimus &c. Non esset noua concessio.

Fortius voluit Bar. in l. Quod dicitur la prima prope fi. commenti ff. de Impensis in reb. dota. fac. ꝙ in dubio cōcessio de feudo deuoluto, non sit censenda Noua concessio, Nec vti de feudo nouo, sed vti de antiquo, sequitur And. de iser. in c. si quis milles vers. Et si filius in fi. commenti in tit. Impera. Loth. Euge. Pape & Allex. in d. cons. 30. in 2. col. vers. Sed premissis & est de mente Bar. in d. l. Si michi & titio in fi. commenti. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. vnica col. fi. C. quando non peten. part. & Imo. i c. 2. 4. col. de feudis Licet, Bal. distinguat in d. §. insuper el secundo in fi. commenti, & in d. l. prima in 15. questione ff. de rer. di., & Dominus Preposi. non audeat aliquid firmare in preludiis feudorum in d. quarta Diuisione, super quo poncto cum sit extra propositum, non expediat vlterius insistere.

Et saltem ipse Dominus Philippus esset in possessione mitendus, stante hac contentione, An feuda ista sint Noua, vel paterna, propter possessionem Domini Iohannis, vt est textus in c. primo in principio vbi omnes scribentes si de feu. fue. cōtro. int. Domi. & agna. & tanto magis ex quo ipse

Ipse Dominus Philippus repertus fuit in possessione Castri Degi, mortuo Domino Iohanne. Antequam commissarius Marchionalis veniret captum possessionẽ & in eo erat, quando fuit capta eo inuito. Nec obstat si dicatur quod ipse Dominus Philippus est incapax feudi, cũ ingressus quandoq; fuerit Relligionem fratrũ predicatorum, & ibi fecerit professionem, per notata in c. 1. de mil. vas. qui arm. bel. dep. & per Bal. in c. qui Clericus si de feu. fue. contr. int. Domi. & agna. cum similibus, Quia iste ingressus Monasterii cum predicta professione, & mansione in Relligione fuit meticulosus, In tantum ꝙ data opportunitate recessit à Monasterio, & ad vitam laicalem se transtulit, Iuxta c. primum cum sua materia quòd met. cau. Et fuit declaratus Laicus, & ipsa Professio meticulosa, per commissarium Apostolicum in vrbe, vocato procuratore relligionis, & demum per relligionem tolleratus pro laico, & vxorato, prout adhuc tolleratur, Que sententia super ipsa causa Monacationis, & status Laicalis, vel clericalis lata, facit ius quo ad omnes etiam non vocatos, secundum Bal. in proposito in l. ingenuum in prima lectu. in pen. col. in fi. ff. de sta. homi. Quem refert & sequitur Allex. in repetitione l. sepe in 2 col. vers. iuxta hoc queritur ff. de Iudi. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Domini Terrarum vel eorum potestates, An possint contra eorum subditos procedere, pro delictis in alieno territorio commissis.

CONS. CXLIIII.

In hac mã vide Hipo. marsil. in sua practica Criminali in §. Constante 2. col. Bru. Filius.

Pulcra est mã & satis trita, An potuerint Magnifici Dñi Costigliolarũ, contra Romanum saracenũ eorum subditum procedere, pro pretensis furto, vel rapinis, Que dicuntur facta per eum super finibus Neuearum cum complicibus, in qua Bal. in l. fi. pe. col. vers. pone cõsuetudo C. si a nõ compe. Iudi. Dicit ꝙ Generalis consuetudo est ꝙ non possint.

De mero autem iure Bar. in l. Si cui §. fi. in fi. commenti, ff. de accusa. tenuit per illum textum ꝙ non possint, Nisi quantum ad aggrauandum delictum in territorio Dominorum commissum, puta si pro tribus furtis posset quis acrius puniri, forte furcha Suspendi, Et in territorio Dominorũ non cõmisisset nisi vnum furtum, & alibi duo furta, Licet ipse Bar. aliter tenuerit in l. prima C. de summ. trini. col. antepen. cum sequen. & in l. Relegatorum §. interdicere tertio notabili ff. de penis, vbi voluit quod etiã incola possit puniri de delictis alibi commissis, Quod est forte dictum contra malefactores, Qui fugientes alibi incolatum contrahunt, cum ante incolatum contractum, sit materia remissionis delinquentiũ, de qua in authen. Qua in prouincia ac in l. prima & 2. C. vbi de crimi. agi. oppo. pro quò facit ꝙ dixit Bal. in c. prim. §. Si Iudex de pac. tene. Dum dicit quod Domini terrarum non debent receptare malefactores, & Ibi in fi. commenti concludit, ꝙ possunt si volunt inquirere contra subditos pro delictis alibi commissis, sed non compelluntur, Et licet in materia sint opiniones, tamen communior opinio est, ꝙ possit contra hunc Romanum procedi, vt per Panor. & Docto. in c. cum contingat vbi Panor. in 2. col. & late Felli. in princ. commenti & in c. fi. de for. compe. & Ang. cũ additione Domini Augu. in tractatu malle. in prima clausula pe. col. vers. querit hic Dominus Ang. secundum antiquã impressionem & secundum nouã inci. Ang. quero an in delictis commissis per subditum extra territoriũ antepen. fol. Nichilominus volentes, ꝙ puniendus sit secundum statuta loci delicti, de quo etiã traditur in c. fi. de constitu. Qui articulus est etiam pulcher, licet predicta sit communis opinio, vt per Bar. in d. l. prima in Repetitione col. pe. C. de summ. tri. & Panor.

nor.in d. c. cum contingat & Moder. in locis preallegatis. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Subditus alicuius debitor, si per Dominum suum alteri soluere compellatur, an liberetur.

CONS. CXLV.

Videtur ꝙ Bartholomeus Genta non possit molestari, pro eo quod debebat Magnifico Domino Ludouico de carretto cum Domino Spigni ex quo Ipse peccuniæ fuerunt per Iusdicenté dicti loci sequestrate penes ipsum Bartholomeum, & per sentenitam latam in loco Costigliolarum. Ipse Dominus Ludouicus declaratus fuit debitor, Magnifice Domine Marchionisse incisie, & dictus Bartholomeus Iussu potestatis ac Dominorum, & Illustrissimi Domini Ducis Sabaudie superioris ipsorum Dominorum, coactus fuit soluere ipsum debitum dicte Domine Marchionisse vt est Decisio Bar. Imol. & Docto. in l. creditor in principio ff. de Soluci. & ita transeunt Pau. de ca. ac Dominus Phili. Corne. in l. si te bonis C. de Iur. delibe. Inferentes ad collonos, qui coguntur soluere communi partem quã soluere debent Locatoribus contra Bal. & Salice. Ibi, cum etiam in nominibus debitorum possit fieri exequtio l. Adiuo Pio §. In venditione cum sua materia ff. de re Iudi. & maxime quia Bartholomeus, predicta fecit inthimari ipsi Domino Ludouico cui est imputandum si non prouidit, Et licet possem multa adducere in proposito & generaliter pro excusatione eius quod fit per subditum, iussu superioris, tamen predicta videtur sufficere, maxime Quia moderno tempore, Inuento Articulo & poncto questionis. Remissiones de se patent. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Domini terrarum an possint suos subditos conuenire, coram eorum potestate, & an subditus casu quo possint ibi conueniri per Dominum, possit allegare potestatem suspectum.

CONS. CXLVI.

In hac materia vide Iohannem de arnono in Problemate num. michi 36. & Marantã sicculũ in suo Tractatu de ordi. iudici. ĩ 6. parte principali vers. Secũdus actus principalis nu. michi 32. & sequen. Brunus Filius.

Licet regula sit in iure, ꝙ superior potest se submittere iurisdictioni iudicis inferioris, aut paris vt in l. est receptum vbi Bar. & alii ff. de iurisdi. omni Iudi. vbi dicunt Docto. hoc ẽt procedere in Papa, & Imperatore, siue per viam expresse submissionis, siue prorogationis, Siue etiã secundum Bar. Ibi, cum quo alii transeunt per viam reconuentionis, Quo casu non est necessaria submissio, sed inuitus conuenitur, Que opinio est indubitata, tam apud Legistas, quam Canonistas, vt ibi habetur, & consequenter videatur ꝙ Dominus Loci possit subditũ coram potestate loci predicti conuenire, Qui potestas est iudex indubitatus in causis subditorum, licet non Dominorum, tamen infitiari non potest, quin potestas iste sit suspectus subdito, in causa Domini, vt per Imol. in c. Insinuante de offi. dellega. & Philip. Frãchũ in c. postremo vers. duodecima suspicionis causa de appell. Dicẽtes ꝙ si Episcopus est suspectus eius Vicarius etiam est suspectus, facit quòd dixit Bar. in l. Qui iurisdictioni circha principium commenti

commenti .ff. de iuris, om. Iudi. ꝙ sicut Dominus in causa suorum familiarium est suspectus, pariter est suspectus ille quē Dominus dat pro iudice in ipsa causā, Et predicta fortius procedunt, ex quo iste potestas est subditus, vt voluit Alberi. de Rosa. in d. l. Est receptum, cum quo Ibi transit Dominus Ias. in 3. col. Dicens ꝙ in subdito, cui superior se submittit. semper millitat causa suspicionis, Que non permittit tenere talem submissionē, Nec sententiam valere, Et si dicatur, ꝙ iste subditus, forte consensit tacite in hunc iudicem, cum vocatus ex improuiso non contradixerit persone iudicis, iuxta notata in l. prima ff. de Iudit. & in d. c. postremo in Notabilibus, & per Panor. in c. significasti antepen. col. cum concordantibus de for. compe. & per Docto. in d. l. est receptum, Dico ꝙ hoc presupposito, error excludit consensum, Nec patitur prorogationem l. Si per errorem .ff. de iur. omni. iudi. cum ibi notatis & declarat Panor. in d. c. significasti antepen. col. Et quia in rustico ex improuiso coram potestate vocato, fuit tollerabilis error, & iuris ignorantia, saltem quousq; fuit sibi spacium temporis, pro consulendo peritiores iuxta notata in l. Iuris C. qui admi. cū sua materia. Et propterea Zabare. alibi dicit ꝙ in Rurali propter non repetitionem apostolorum, appellatio, non deseritur; Item Nottoria suspicio reddit processum nullum, esto quod non allegetur, secundum Bar. in cons. 121. inci. inquiritur in causa Domini Iohannis, sequitur Barba. cons. 38. inci. preclare scripsit in quarta col. secondo vol. vbi in septima col. dicit ꝙ euidens iudicis incompetentia potest quandocunq; opponi & sequitur Dominus Ias. in l. prima §. Nontiatio ff. de ope. nou. nontia. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

PApa, Imperator, & quiuis Dominus loci, subicitur Iurisdictioni Iudicis paris, vel inferioris, ex expressa conuentione, vel tacite pattendo se conueniri coram eis.

Et si Dominus delinquat in territorio vassalli de quo non recognoscatur, sed alter superior. sortitur Ibi forum, & subiicitur Iurisdictioni sui Vassalli.

Et Tutor, vel Tutrix pupilli Domini terre, in totum, vel pro parte, an possit constituere actorem, cum Decreto sui Officialis.

Et an Dominus loci possit emancipare filium, vel se, vel adoptare, aut manumittere coram se, vel suo potestate.

CONS. CXLVII.

HAEC Magnifica Domina Tutrix filiorum suorum cundominorū Prioche potest meo Iudicio constituere actorē corā potestate Prioche, Quamuis ab ipsa Domina Vrbana ponatur potestas pro parte, eo quia superior potest prorogare iurisdictionem iudicis paris, vel inferioris, licet non priuati inferioris, vel paris, vt est textus in l. est receptum ff. de Iuris. omni. Iudi. vbi late de materia, faciunt que habentur per Anto. de Butr. & Panor. in c. sane el secōdo vbi latius Felli. de offi. deleg. Dum tangunt an possit se submittere confessori, & habetur in l. Ille a quo §. tempestiuum ff. ad trebbel. ꝙ nō procederet in terris Ecclesie, si Episcopus superior, vellet se submittere Iudici inferiori seculari, Puta laico potestati ville sue per c. significasti iuncto c. Si dilligenti cū ibi notatis de for. compe. iunctis his que habentur per Docto. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitu. Dum tangūt an Papa possit se submittere, Imperatori, vel iudici laico, vbi Felli. in 2. col. Sicut etiam Imperator potest se submittere iudicio inferioris vt ibi, & per Allex. & Dominum Iaso. in d. l. Est receptum cum concordantibus ibi allegatis per eos, & Dicit Bal. in d. l.

d.l.Est receptum, ꝙ sic fecit Imperator tempore pacis constantie. Et ista submissio potest fieri, vel ex expresso pacto, & consensu facto, antequam causa inchoetur secundum Cyn. Guil. Bal. Pau.de ca. & Allex.in d.l.Est receptum in principio commenti, Iuxta l.primam in fi.ff.Si quis Iusdi.non obtemp.,& notatur in l. Si con uenerit.ff.de Iuris. omni. Iudi. vbi tangitur, an eo casu sit locus penitentie, & dicendum est ꝙ non, vt per Bal. cons. 393. inci.Inter tres fratres tertio vol. Et eo qr. si submissio accedit contractui nominato, Non habet in ea locum penitentia, Et vidi in aliquibus locis Montisferrati seruari, ꝙ Nobiles, & Domini loci, litigant, in causis eorum, coram eorum potestate, Item potest fieri Ista submissio tacite, patiente Domino loci, se conueniri coram suo potestate, vel Iudice maiore, coram equali, vel minore, non opposita exceptione incompetentie iudicis, secundum Docto. preallegatos, iuxta l. fi. C.de exceptio, & l.Sed & si susceperit ff.de iudit. vel si me habente duo castra, superior meus. ratione vnius castri, contrahat, vel delinquat, in territorio Alterius castri, de quo alium Dominum recognosco, Qr ratione delicti, subicietur iurisdictioni mee, per l.Heres absens §.primo ff.de Iudit, & notatur in d.c.Significasti, & notat Pau.de ca.in d.l. Est receptum in principio commenti, & Maria.in c.Postulasti 5. col. 11.questione de for.cõpe.Cuius contrarium tenent, communiter Docto.in c. Cum inferior prima col.cum sequen.de maio.& obe. vel si consors meus facta diuisione Castri,& territorii, contrahat, vel delinquat, in parte michi obuenta, Quia ero Iudex suus, cum quilibet in suo territorio sit maior, per Glo. in l. Apud eum, ff.de manumis. titulo generali, secundum Pau.de ca.in d.l.Est receptum, vbi etiam ita tenent Allex. & Moderni cum concordantibus Ibi Allegatis per eos. Quamuis contrarium in hoc Vltimo, de duobus cundominis, Qui castrum diuiserunt, & territorium cum iurisdictione, teneat Bar. in l.Inter tutores in 3.col. ff. de admi. tuto., Nõ obstat quod dixit Alberi.de Rosa in d.l. Est receptum, debere intelligi predicta in minore, sibi non subdito, vt Ibi per Dominum meum Ias. in 2. col., Ex quò infertur ꝙ Archiepiscopus se nõ possit submitere Iurisdictioni Episcopi, sibi subditi, sed alterius, Quia textus & Docto. de materia loquentes aliter dicunt, vt patet ex predictis, Et Quia vt dicit Bar. in d.l. Est receptũ, maioritas impeditiua prorogationis tollitur per cõsensum, Que verba non conueniunt non subdito.

Non obstat si dicatur, quod licet superior, vel par, possit submittere se iurisdictioni inferioris, vel paris, In his que sunt contentiose iurisdictionis, Tamen in his que sunt voluntarie iurisdictionis, Hoc nõ est indifferenter verum, In tantum ꝙ non valeat emancipatio facta per aliquem iusdicentem, coram Iudice collega, minusq; inferiore, secundum Bal. Pau. de ca. Allex. & Modernos in d. l. Est receptum, Reprobata opinione Dyn. aliter tenentis in d.l.Apud eum, cum quo transeunt Benedi. de Plonb.ibi, ac Imol. in c. p. & g. post medium commenti de offi.dele., Eo quia cum possit apud se ipsum emancipare, manumittere, & adoptare, l. 1. ff. de offi. consu. & l. 2. ff. de offi. presi. & l. Si consul.ff. de adop. salua honestate, & dignitate, sui Imperii, hoc fieri non potest apud collegam, vel inferiorem iudicem ab ipso emancipante, vel adoptante, vt per Bal. Ang. Allex. & Dominum meum Ias. in d.l.Est receptum, Ex quo inferunt Marti. de laude & Domiuus meus Ias.in d.l.Est receptum in medio cõmenti, ꝙ Comes Pallatinus habens ab Imperatore potestatem legitimandi, si legitimat per alium Comitem, filium suum, non valet legitimatio, cũ ipse possit apud se filium proprium legitimare, per predicta, & vult Bal.in d.l. Si consul in 4. questione 2. col. propter quæ forte idem dicendum videatur, in hac Domina volente Actorem constituere.

Quia respondetur, ꝙ attenta opinione Dy. & Ang.ac Benedi.de plombi.in d.l.Apud eum, & Rey.& Cy.in d.l. Est receptum, &

& Imo. in d.c.P.& G. post mediũ commenti, de Offi. deleg. facilius debet posse prorogari Iurisdictio, in casu voluntarie Iurisdictionis, quàm contentiose, Et qr. cõtraria opinio dicitur esse magis Communis, Iterum respondetur, ꝙ illa ratio, ꝙ quis possit in his quæ sunt voluntarie iurisdictionis, actum per se facere, & esse Iudex, ac iurisdictionem exercere, non millitat in hoc casu, Quia in datione Actoris requiritur causa, que subreptitia, posset causare nullitatem, vt per Bar. in l. Actor 2.& 3. q. ff. rem rat. hab. Quo casu, Quando requiritur in actu, cause cognitio, ille actus non potest expediri, ab ipso habente iurisdictionem, coram se, vt plene habetur per Bar. & Scriben. in l. Prima ff. de Offi. consu. vbi Bal. in pe. questione & fi. & tradditur in d.l. Si consul, maxime in illa questione an habens iurisdictionem, possit insinuare donacionem, excedentẽ Quingentos aureos coram se, Que cause cognitio, esset coram aliis Dominis, tanquam collegis, Non coram alio inferiore, nisi ex expressa submissione examinanda, Vt per Bal. in d.l. Prima pe. questione ff. de Offi. consul. vbi etiam Bar. & habetur in d.l. Si consul, verum qr. causa est Euidens, Quia mulier, vt per Bar. in d. l. Actor seconda questione, Ita vt, cause cognitio non sit necessaria, vel leuis, quæ non tollit sibi iurisdictionem l. Si pater la Prima §. In arrogationibus, iuncta dict. l. Si consul ff. de adop. adhuc videtur obstare, quod non possit coram collegis, vel potestate qui est inferior, aut saltem collegas representat, Ex quò coram se potest hoc facere verum quia exigitur etiam cognitio cause, circa Idoneitatem persone, consulo vt ipsa, & potestas, interponant auctoritatem huic dationi, & quod Potestas cause cognitionem adhibeat, & quod dicatur hoc fieri, ex expressa submissione, ipsius Domine Tutricis, & circa predicta, potest etiam videri l. secunda, & fi. ff. de offi. Preto. & l. secunda ff. de offi. Presi. cum concordantibus, Vbi an quis possit se tutorem dare, adoptare, & adoptari apud se ipsum, se ipsum Iudicem dare, manumittere, & his similia.

Nec obstat si dicatur, quod ista Domina Tutrix, non habeat iurisdictionem, siue, ex capite viri, cum vidua censeatur esse in matrimonio, l. Filii §. Vidua cum concordantibus ff. ad munici., Quoniam, subditi mariti, non censentur esse, subditi mulieris., Nisi largho modo, ita quòd, vxor in eis iurisdictionem non habeat, vt habetur in c. Dilecti filii, Vbi Panor. in secunda col., quinto Notabili, de arbi. siue, ex capite tutelle, eo quia mulier iurisdictionem, & Officiũ iudicandi de iure habere, & exercere non potest, l. Cum Pretor §. fi. ff. de Iudi. & c. Mulier est, in fi. 33. questione quarta, & habetur in l. Femine. ff. de reg. iur. & in d. c. Dilecti filii, cum concordantibus.

Quia respondetur, ꝙ ex quo est tutrix, & ista iurisdictio, est annexa Feudo, potest, per ipsam Magnificam Dominam exerceri, vt per Ang. in d.l. Cum Pretor §. fi. & in d. l. Femine, & Docto. ac Panor. in c. Significauit, de rescri. & in c. Dilecta, de maio. & obe. Et Allex. cons. Primo quin. col. 5. vol. & notat Panor. in d. c. Dilecti filii, in quarto, & quinto notabili, in 2. col. Vbi patet, ꝙ iurisdictio, quæ est annexa Feudo, potest in feminam transire, & per feminam exerceri, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN donatio, excedens sommam quingentorum aureorum, facta p Dominum loci, sine Insinuatione, valeat, tanquam per eum insinuata.

Et Quid, si fiat coram consorte, vel eorum potestate ipsam insinuantibus.

In hac materia, vide Plenè Allex. cons. 152. in 2. vol.

CONS. CXLVIII.

HAEc Donatio, facta, ꝑ alterum ex cõsortibus, & Cumdominis loci, alteri Consorti an valeat. Non caret dubitatione, ex quò excedit, sommã Quingentorum Aureorum, in eò quòd excedit, Nam Bar. in l. Si consul, prima questione ff. de adopt. tenet ꝙ valeat, donatio facta per Iudicem, vltra Quingentos Aureos, coram se, seu ab ipso Iudice Insinuata, per Illam legem quæ vult ꝙ Consul apud se ipsum, possit emancipare, Esto, ꝙ emancipatio, requirat causæ cognitionẽ l. Si pater, §. Fi. ff. eo. tit. Sicut & insinuatio, l. Data, C. de donatio. Vt Ibi per Bar. Qui in mea lectura est corruptus, Et pro Ista, opinione consuluerũt Bar. & Frãc. tigri., Quos refert, in l. Sancimus Bal. in principio, 2. col. C. de Dona. consuluisse, ꝙ valeret testamentũ, Cuiusdam Dñi de Vrsinis, factum, in eius Castro, in Quò, habebat, merum, & mixtũ Imperium, & omnimodam Iurisdictionẽ, sine insinuatione, quia Apud superiorem facta, eò quia iste esset actus, voluntarie Iurisdictionis, & apud ipsum testãtẽ, esset potestas, & auctoritas, attento, ꝙ in Loco, habebat merum, & mixtũ Imperiũ, cum qua opinione, videtur Ibi transire Bal., & sequitur Allex. in l. Omnium pe. col. C. đ testam. vbi ẽt Dñs Prceceptor meus Ias. in pe. col. & Vitalis ĩ Tractatu Clausularũ in Rubrica 124. An legibus insinuationẽ exigentibus, possit renuntiari, 9. col. Motus qr. Leuis causæ cognitio exigitur, Et qr. solum fit, vt occurratur occasioni, procurandi Donationẽ, dolo, vel metu, aut clã, Sed contrarium tenuit Odof. q̃m refert Bal. in d. l. Sancimus, loco preallegato, volẽs, hoc esse speciale in Principe, superiorẽ non recognoscẽte, vt possit insinuare donationẽ, apud se ipsum, Et ita tenet ẽt Bal. in d. l. Si cõsul, post Guil. đ cu. Ibi, Et qr. minor apud se, non manumitit vindicta, propter causæ cognitionem necessariam, l. 1. ff. de offi. consul. cum qua opinione transit Oldra. cons. 231. inci. Vt eius de quò queritur, primo Dubio, & Io. And. in additione specu. in Tit. de Instr. ædit. §. Porro vltima additione, & Imo. in c. Cum cõtingat antepe. col. vers. An autem, de Iure Iur. & Ant. de Cana. in Tractatu insinuationũ 7. questione, Et Ita 2, opinio videtur æqui or. Qr. licet Ipsi Nobiles sint Magistratus, & habeant Iurisdictionem, nõ tamen cessat ratio legis, requirentis Insinuationem, Quando ipsi inuicem donant, vel alteri. Et qr. vt consuluit Corn. cõs. 200 inci. videtur, primo vol. In arrogatione, nichil hic actum apparet, de insinuatione, Licet verum putem, ꝙ si adhibeant vnum ex eis, cui non fiat donatio, loco Magistratus, vel fiat coram eorũ potestate, per modũ submissionis, vel prorogate Iurisdictionis, ꝙ sufficiat, per notata in l. Est receprum ff. đ iuris. omni, Iud. vbi concluditur. ꝙ potest prorogari iurisdictio Paris, vel inferioris, etiam in his quæ sunt voluntarie iurisdictionis, saltem in his, que per se ipsum expediri non possunt, vt Ibi latius ꝑ Docto. maxime Allex. & Dominum Ias. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

VNus Consortum, an possit facere, & habere mollendina propria, & Illa super Flumine publico collocare, & Clusam in Flumine pro eis facere, consortũ contradictione, Nõ obstante.

CONS. CXLVIIII.

IN hac Difficultate, q̃ orit̃ inter Magnificos Dños Rochete Tanagri, super mollẽdinis, Que ibi habẽt, Dum sunt aliqui eorum, volẽtes clusas facere, dicẽtibus aliis, ꝙ hoc nõ licet, eis inuitis, cũ Flumen, ac Alueus, & Aqua sint cõia ipsorũ oĩum Dñorum, Arbitror non posse istos Dños habentes mollendina

mollendina Impediri, Quò minus faciant Clusam, in loco ab aliis non occupato, Quia vt dicit Bal. in l. Item Lapilli 2. col. vers. Sed pone ꝙ Istud Flumen est commune &c. ff. de rer. diui., Quando Flumen est commune, quilibet Consortum potest facere quòd vult, de dimidia parte Aque, si sufficit ambobus, Itaꝙ ex mente Bal., Si sunt alia loca, In quibus alii possint ponere mollendina, & facere clusas, Non possint Domini predicti impediri, Et hoc idem est de mente Bal. in l. Si plures prima col. vers. Item si duo C. de condi. inser. vbi dicit, ꝙ si Princeps, concessit Aquam duobus, habentibus mollendina iuxta Flumen publicum, pro eorum mollendinis, quilibet, potest vti Aqua pro suo mollendino, Si omnibus potest sufficere, Et hoc etiam est de mente Bar. in Repetitione l. Quòminus 2. col. prima questione .ff. de Flumi. Dum dicit, Quando pluribus per Principem est facta concessio, habendi mollendina in Flumine publico, vnus non potest alium impedire, Hoc est posterior priorem, Sed ambo, vti habent Aqua, Ita ꝙ posterior, priorem non impediat, Iunctis his quæ dicit Ibi Bar. in 5. questione; Facit quia, Socius potest vti re cōi, ad vsum destinatum, etiam inuito socio, quando vterq; potest vti, hoc est socius contradicens, habet etiā facultatem vtendi, l. Arboribus §. Nauē ff. de vsufr. vbi Glo. format exemplum in Silua communi, & l. Cum duobus. §. Itē mella ff. pro Soci. l. Si ædes vbi Glo. ff. communi diui. Floria. in l. Sabinus ff. eo. & Bar. ac Docto. in l. Serui electione. §. Labeo ff. de leg. primo Rizar. malum. Bal. Pau. de ca. & Docto. in l. Duo fratres ff. de acqui. here. cum concordantibus quæ allegaui in cons. 49. in Primo vol. Consiliorum meorum feudaliū circa fi. Ideo Bal. cons. 109. inci. Et videtur ante medium, primo vol. prima impressione, dixit, posse Socium vti Aqua communi, Dummodo totum non vsurpet, subiungendo, prope finem consilii, Quid Iuris, si mollendinum destructum reficiatur, Quòd si dicatur, non videri, quòd isti Domini, qui omnes descenderunt à primo inuestito, habeant vnus, Potius Ius, quàm alius, & quòd in isto Alueo Tanagri, & Aqua communibus pro indiuiso, sunt æquales, Itaquòd, omnis particula sit communis, l. Gaius ff. de leg. secundo Et licere aliis Dominis dicere, ꝙ volunt eorum ponere mollendina, & clusam facere, Vbi isti Domini posuerunt, vel ponere intendunt, Et qđ licet, Iste vsus Aque, & Clusarum, pro mollendinis sit diuisibilis, per regiones, & mensuras, debuisset requiri, & fieri diuisio, & quod alias durat Communio Aluei, & Fluminis, per ea quæ decidit Bar. in d. l. Quòminus in sexta questione vbi dicit, ꝙ si duo habentes ius mollendina, & clusas, construendi super Flumine, concurrant ad volendum facere clusam, pro mollendinis eorum, in eodem loco, vsus Aque, vel est communicandus inter eos, vel per mensuras, & tempus, &c. diuidendus, prout etiam sentit Bal. in d. cōs. 109. sicut etiam in Iurisdictione, quæ diuiditur per gradus, & tempora, vt per Bal. & Docto. in c. Primo §. Præterea Ducatus de prohi. alie. feu. per Fre. Quia predicta procederent dato concursu, videlicet quando vterq; Dominorum haberet parata mollendina, Que quælibet partium, pararet ponere in vno met loco, Quo casu si nō esset alius modus cōcordandi partes, sorte esset dirrimendū qs in illo loco esset ꝑferēdus, notatur per Bal. in c. Cum oēs 7. col. vers. Sed quid si sunt Duo vicini de constitu. facit l. Quotiens C. de vsufr. & l. Prim. & 2. C. quib. Quarta pars debe. lib. 10. Prout ēt decidit in proposito, Dn̄s meus Ias. i Repetitione d. l. Quòminus in d. 6. q. in 12. col. in princ. Vbi autē, non est talis cōcursus, secus est, qr. vnicuiq; licet Vti Aqua, & Alueo, sicut Silua, & alia re cōi vtendo, ad vsum destinatum, vt dictū fuit, Hinc consuluit Bal. in cons. 56. inci. Casus talis est Cōmune & homines de Villafrancha 3. vol. pe. impressione ꝙ in Flumine macre quod est cōmune pro indiuiso, Inter ipsos de Villafranca existentes ab vna parte, Fluminis, & cōitatē Lu-

sorii, existentē ab alia parte, poterat vtraq; Cōitas versus Partē suam cōstruere mollendina, esto ꝙ illi de Villafrancha preuenissent, & lucrum suorum mollendinorū minueretur, cū quo transit Signo. in cons. Ibi sequenti, Dummodo. Illi de Lusorio non transcenderēt medium fluminis, quo casu non ædificarent super cōi, Sed super ꝓprio illorū de Villa francha, Ideo bene dixit Bal. in d.l. Si plures prima col. vers. Item si duo C. de condi. inser., ꝙ si aliquibus Ius aque, pro mollendinis sit simul q̄situm, ꝓut euenit, in pluribus heredibus vnius Dn̄i, hn̄tis Ius aque à Principe, in flumine publico, Quilibet habet vsum aque, si pōt omnibus sufficere, Et habens mollendinum altius, primo percipit suam vtilitatem, & mollendinum primū in via, vel in esse, est primum in frui, vt ibi latius per eum, Qr. nālis cōmoditas, nemini debet auferri, & prius in via, prius est in termino, Quòd ēt est de mente Bar. in d.l. Quòminus 2. col. 1. & 2. q., Et rigorosum & contra ius, videretur dicere, ꝙ si vnus consortum faceret mollendinū, aliis non curātibus facere, Non posset inuitis cōsortibus Illud in flumine collocare, Nec pro eo clusam facere, Et Ita vidimus inter eos fuisse obseruatū, Ante tempora trāsactionis, inter ipsos inite, super cōicatione certorum mollendinorum, Naturaliter cōis vsus vtendi, debet attendi, vt per Bar. in l. Labeo in 2. col. vers. 2. quero ff. de suppel. leg. In qua transactione noluerunt conuenire, ꝙ mollendina in futurum ēt fienda, deberent esse cōia, cōicatis expressis, sicut de Illis tempòre trāsactionis existentibus cōuenerunt, Qr. Si voluissent bene, sciuissent dicere l. Si seruus seruum §. Nō dixit ff. de acqui. here. l. 1. §. Sin autem ad deficientis C. de Cadu. tol. & saltem isti Domini sunt tuēdi in sua quasi possessione secundum Bal. in d.l. Item Lappilli 1. col. 5. conclusione, Et ꝙ quādo aqua omnibus sufficit, vnus alium impedire non possit, faciunt notata in l. In concedendo vbi Bar. ff. de aq. Plu. arc. & l. Quarta vbi Bar. & Bal. C. de serui. & textus in l. Lucio ff. de aq. quot. & æsti. Ita ꝙ quilibet possit capere commoditatem aque, in flumine, pro vsu suo, ad quòd Dominus Ias. in d.l. Quòminus 5. questione multas allegat concordantias. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Prohibitio extrahendi granum, extra territorium, an liget extrahentem de vno loco territorii, ad aliud, Nec non Vassallum, qui extrahit de vno suo Castro proprio, vel cōi ad aliud.

CONS. CL.

Ista prohibitio de non extrahēdo grano extra territorium non ligat intra Territoriū, Hoc est volentem extrahere intra Territorium de loco, ad locum, vt de se Patet ex verbis prohibitionis, facit qd̄ dixit Bal. in l. Cetera §. Hoc senatus ff. de leg. primo alias est §. Si duobus, Dicēs ꝙ Vassallus habēs duo Castra propria, potest transferre granū, de vno suo Castro proprio, ad aliud Castrum suum proprium, sequitur Allex. in l. Serui electione §. Labeo 3. col. ff. eo. quòd intelligo quando est intra territorium Principis ꝓhibentis, Et subdit Bal. ꝙ si prohibitio esset Localis, puta facta in loco, vbi essent multi Domini, seu Vassalli, & alter eorū haberet Castrū vnum proprium, Non esset licitum transferre, granum de Castro communi, in proprium, & secus esse, si de proprio, in propriū; Et cum Bal. transit Ibi Pau. de ca. quod intelligo, quando vtrumq; est in eodem Territorio, facit ad predicta, Quia Dominus Duorum locorum, potest de Causis hominum, vnius ex dictis locis, In altero ex dictis locis cognoscere, secundum Bar. & Ang. in l. 1. C. de

C.de metro.Berri.lib.11.& Pau. d̃ca.Alex. & Moder. in l.fi. vbi Dominus Iaſ.in §.limitatione ff.de Iuris.omni.Iudi. contra quòd facit quòd dixit Bal.in l.3. ff. de offi.Preſi.de Rege Anglie tũc Duce Guaſconie, vt non poſſet in Regno ſuo ac extra Prouinciã Guaſconie de cauſis Guaſconie Iuſdicere, Sed per Vicarios ſuos in Prouincia Guaſconie, ex quo ipſe Ducatus eſt ſeparatus a Regno Anglie, ſecus ſi eſſet vnitus, Quòd ſi eſſet Ordinatio ipſorum vaſſallorum, per quam ſeipſos ligarent ſub pæna Non tantum ſubditos, tũc de communi territorio,ad proprium extrahendo,incideret extrahens in penam indubitanter, Laus Deo, & Virgini Glorioſiſſime.

Albertus Brunus.

PRohibitio extrahendi victualia ex pacto fieri permiſſa. Quid contineat.
Et quando fieri poſſit, & quomodo.

CONS. CLI.

DOmini Rocheouerani, ex conuentione quam habent cum hominibus, poſſunt ꝓhibere extractionem victualium, Et dubitatur q̃d veniat appellatione victualium, & licet de hoc verbo fiat mentio in c.Si Eps vbi Gemi.& Moderni de offi. ordi.in 6. Tamẽ attendẽdũ puto, primo & ante oĩa cõem vſum loquendi illius loci,per textũ & notata,in l.Librorũ §.Quòd tamẽ caſſius ff.de leg.3.& in l.Labeo vbi Bar.ff.de ſupel.leg.& in l.Cum delanionis §.Aſinã ff. de fon.inſtr. cum infinitis concordantibus de quibus ꝑ Felli. in prohemio decretalium 2. col. cum tribus ſequentibus & alibi in innumerabilibus locis, Maxime ꝑ Bar. in l. pri. §.de eo opere ff.de aq. plu.arcen.vbi dicit appellatione frumenti contineri quòd ſecundum cõem vſum loquendi continetur. Nec non puto attendẽdum cõem vſum Vtendi in talibus Prohibitionibus, Vt Quia factis proclamatibus,ne extraherentur victualia, nichilominus vinum, caſtanee, & fructus, extraherentur, Quia cõmunis vſus vtendi,etiam attenderetur,vt per Bar.in d.l.Labeo vbi in 2.col.verſ. 2. Quero,& in queſtiõne precedenti, dat modum probandi tam communem vſum vtendi q̃; loquendi facit l. Minime ff.de legibus,Que dicit ꝙ minime ſunt mutanda,que interpretationem certam ſemper habuerunt.

Tertio debet Iſta prohibitio q̃ñ fit,eſſe rationabilis,Nec poteſt paſſim fieri,ſed ꝓ euitãda chariſtia in loco,& ꝑſeruãda habundantia, cum hoc pretextu fiant, & permittantur tales prohibitiones,vt per Bal. in l.Cetera §. Sed ſi quis ff. de leg. primo vbi Franciſ. de Are. in primo notabili Hinc dicit Bar.in l. Ambitioſa in 5. col. verſ. ſecunda regula ff.de decre. ab or.faci. ꝙ habentes arbitriũ ſuper habundantia non poſſunt ſtatuere aliquid, quod licet pertineat ad habundantiam, tamen redundaret in maius damnum publicum prout eſſet ſi ceſſantibus premiſſis vellent prohibere extractionem caſtanearum aut vini,quibus abundant,& quibus mediantibus, emunt ſibi ipſis granũ, Sal, carnes, & veſtes ac alia neceſſaria Niſi eſſet tanta penuria caſtanearum, & vini, vbi predicta in capitulo inſtrumenti de prohibitione tali loquente comprehenderentur, ꝙ vtilis eſſet prohibitio,Facit Quia cõuentiones & contractus ſunt intelligendi ſecundum ius cõe,ita ꝙ contrahentes ſuper aliqua materia, intelligantur ſe ſubicere legibus loquentibus de Illa, vt per Pau. de ca.in l.1.§.Adeo ff. loca.

Nec eſt dicendum hoc pactum fuiſſe factũ, in fauorem Dominorum, vt poſſint imponere Gabellam, ſuper extractione, In Capienda licentia extrahendi, Quia hoc non dicit inſtrumentum,l. ſi ſeruus ſeruũ §.Non dixit ff.de acqui. here.& l.vnica §. ſin autem ad deficientis C. de cadu. tol. Et Quia preſumptio eſt, ꝙ propter publicam populi vtilitatem factum ſit illud pactum, vt fuit ſupra probatum. Et

quia talis Gabella, saperet nouum vectigal, & non esset de Iure permissa, Et faceret Dominos Cadere in graues penas, Iuxta l. 2. & per totum C. no. vectiga. impo. non posse. Ita vt Domini debeant super hoc aduertere, & vti rationabiliter dicta facultate prohibendi.

Et non omitto, q de Iure cōi Domini predicti, nō possent facere talem prohibitionem, Quia non habent Iurisdictionē cū administratione, Sed Iurisdictionem tantum, vt per Bar. in l. Principalibus in fi. commenti ff. Si cer. pet. cum Consilium loci, & Priores, sint illi qui habent administrationem. Ita q expediret, cessante conuentione, interuenire consilium cum Dominis propter penam, quæ concernit Iurisdictionem, facit ad hoc decisio Bar. in l. Nulli vers. Tutius est ff. q cuius. vniuers. nomi. quod in his quæ sunt Iurisdictionis itur ad Rectorem, Et in his quæ sunt administrationis, itur ad Priores, ad quos etiam itur, vbi deficeret Rector, in his quæ sunt iurisdictionis, facit etiam l. prima ff. de decre. ab ord. faci. quod etiā Preses in concernentibus administrationem Ciuitatis, vt conducere Medicū, nō debet se intromittere, & circa ista sunt videnda dicta Bal. in l. 1. in principio 2. col. ff. q quis. Iuris, vbi ponit, quando populus dedit potestatem Magistratui, & quando habeant concurrere, habens Iurisdictionem, & Priores. & quando solus Magistratus possit, vel soli Priores, Et est aduertendum, q in Prouincia soli Presides faciunt Banna, & deueta vniuersalia, Qr. ipsi habent vniuersalem iurisdictionē, cū vniuersali administratione, cum decreta vnius Ciuitatis, non ligent alia loca non subdita, Ideo negotia tangentia totā Prouinciam, sunt per Presidem tractanda, taliter, q non obstet l. 1. ff. de decre. ab ord. faci. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Feudatarius indebite tenens feudum, an possit opponere Domino, feudū ab eò petenti, de Iure tertii, & q ei, non spectet ius agendi.

CONS. CLII.

Placeat cōsiderare, In casu Donationis causa mortis, de hac re Emphiteotica, vna cum aliis bonis facte, Domino Gaspari Luppo, per suum mollinarium, Qr. presuposito q non valeat, seu non sit probata donatio predicta causa mortis,

Et q vlterius amisisset ius suum, ingrediendo possessionem sine Domini licētia, Tamen ex quo presuponitur, q ipse mollinarius habeat fratrem in emphiteosi predicta succedentem, potest dicere, Domino dirrecto, q ei non licet agere ad ipsum vtile Dominium, etiam contra ipsum Dominum Gasparem, ius in Dominio vtili, non habentem, Quasi satis sit, indebito detentori Emphiteosis, vel feudi, opponere Domino agenti contra eum ad vtile Dominium, de Iure tertii, & q ipsum Ius vtile, non spectet Domino dirrecto, per l. Fi. vbi Pau. de ca. de hoc C. de rei vendi. & notant Late Bart. & magis Communiter Scribentes in l. Indebiti §. Sed si nummi ff. de condi. indeb., Et licet multi teneant contrarium, tamen placeat super hoc motiuo cogitare, Quia Allex. in d. §. Sed si nummi multum laborat, & non se firmat, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Pater qui fecit homagium vni Dominorum loci, pro rebus, quas ab eò accepit in feudum, An teneatur consentire Iudicio, quòd inchoatur contra filium, Qui fecit se hominem alterius consortis.

Et

Et an Homagium patris, obliget filium.
Et an filiusfamilias, possit se, pro Homagio obligare.
Et An Homo vnius ex Dominis loci, teneatur omnibus prestare iuramentum fidelitatis.
Et An possit vnus ex Dominis loci, facere sibi ex hominibus loci, proprios, & speciales subditos, in aliorum preiudicium.

CONS CLIII.

QVia Bartholomeus de serra de loco Ferreriarum, accepit longho tempore iam decurso in homagiũ, à Domino quondã Georgino de Garretis, quedam predia, Quorum pretextu, fecit Homagium, pro se, filiis, ac heredibus suis, ipsi Domino Georgino, ac eius filiis, & heredibus, promittendo operas, que solent promitti, & ei prestando iuramentum fidelitatis, pro se, filiis, & heredibus, &c. Et Iohaninus, alter ex filiis dicti Bartholomei, dicitur fecisse se hominem, cuiusdam alterius ex Dominis dicti loci, prestando ei iuramentum fidelitatis, & certas Operas ei singulis annis facere promittendo, Et recusante Iohanino facere ipsas operas, fuit conuentus coram asserto Iusdicente Ferreriarũ, ad illas prestandum, & dictus Bartholomeus pater, fuit monitus consentire iudicio moto, seu mouendo, contra ipsum Iohaninum filium, pro legitimanda persona dicti Iohanini, Quòd cum facere negligeret ipse Bartholomeus, fuit mulctatus in penis Florenorum, 75. quas propter contumaciam dicitur incurrisse, Iuxta notata in l. Non solum .§. Necessitate per Glo. Bar. & Docto. C. de bon. quæ lib. Nunc dubitatur, an potuerit de iure mulctari, & an salua conscientia possimus ipsas mulctas exigere, In qua materia placeat aduertere, Quia videtur ꝙ non, Nam ipse Bartholomeus, requisitus fuit, prestare consensum, Iudicio agitando, pretextu fidelitatis, & homagii facti, per filium alibi, q; fecerit ipse pater; Qui pater fecit pro se, & filiis, ipsum anterius homagium, Vnde ex quo pater, pretendit homagium filii impugnare, vel saltem ei contradicere, propter ipsius patris homagium, alibi, pro se, & filiis factum, videtur ꝙ non potuerit, eius consensus requiri, etiam ad hoc solum, vt legitimaretur persona filii, per Glo. primam in d. §. Necessitate prope fi. cum qua transeunt ibi Bar. in pe. questione ac Scribentes.

Quòd si dicatur homagium patris, non astringere, nec ligare filium. vt per Bal. in l. 1. C. de Patri. qui fil. distraxe. vbi etiam Pau. de ca., Respondetur, ꝙ hoc non est Ita simpliciter, Nec per omnia verum, vt per Specu. in tit. de Feu. §. Quoniã de homagiis 5. questione 4. & 5. col. & Dominum Iacobinum a Sancto Georgio Preceptorem meum in Tractatu de Homagiis 2. col. in fi. cũ sequenti, Nam vt dicit Specu. in tit. de actore, 11. col. vers. Sed q d si pater in fi. pater põt excusari, ne prestet consensum filio conuento, allegando iustam causam. Et insuper, quelibet causa etiam colorata, excusat à contemptu Iudicis, & a mulcta, vt per Glo. & Docto. in l. prima §. Fi. ff. si quis iusdi. non obtẽp. vbi Dominus preceptor meus Dominus Ias. in 4. & 5. col. Satis plene videatur etiã Bal. in auten. Quòd locũ prima col. vers. Idem videtur quando pater nõ vult consentire C. de Colla.

Quinimo, Istud homagium, quòd fecit iste Iohaninus filius, tendit in preiudicium nostrum omnium cundominorum, Quia; se submissit dictus Iohaninus tali Domino, sub pretextu, ꝙ nullum habeat defensorem, vel protectorem, dicente Iohanino, ꝙ oprimitur à multis personis de loco, & à Dominis, de qua forma habetur ꝑ Specu. in tit. de Feudis §. Quoniã suꝑ homagiis 2. 3. & 4. col. & ꝑ Dominũ Iacobi. de Sancto Georgio in d. Tract. de Homagiis 3. col. cum omnes simus in superioritate pro rata pares, & non liceat alicui nostrum taliter appropriare subditos in loco degentes, Nec liceat subditis facere, Dominorum conditionem deteriorem, in se aliis submittendo, & censuales

les

les faciendo. vt per Felli. in c. Dilecti 2. col. vers. hominibus de maio. & obe. & Dominum Ias. in l. Debitorum post medium commenti C. de pactis volunt Ant. de But. & Hostien. ĩ c. Auditis, vbi Panor. in 7. col. de prescrip. dicentes ꝙ si in iure pro quo est subiectus, alii se subieit fit pre iuditium, Et vt habetur in Decisionibus Delphinalibus Decisione 207. esto ꝙ aliqui teneant in homagium, vel feudum rusticum, aliquid, ab altero ex nobis, Nichilòminus potest cogi ratione incolatus, prestare omnibus fidelitatem, per modũ iuramenti assecurationis, Iuxta textũ & notata in c. primo quali. vas. Iur. debe. fideli. Quantumcũq; magis sit astrictus ei, à quo, tenet predium in homagium, licet ergo filius hominis mei, possit ab altero habere feudũ, & adhuc in paterno feudo, vel homagio, succedere, vt habetur in c. primo §. fi. de prohi. alie. feu. per Fre. vbi Dominus Prepo. & Specu. in tit. de feudis, §. Quoniam vers. 10. Bal. in l. 2. questione fi. C. de ope. lib. vbi pulchre. & habetur per Dominum Archiepiscopum Taurinensem quandoq; meũ preceptorẽ in Tractatu feudorum sub Rubrica Qui feudum accipere possint 2. col. in fi. & facit textus in c. Grandi de sup. negli. prela. Non tamen videtur ꝙ possit alterare ius superioritatis, quod æqualiter & pariformiter habemus in loco, vnde attento Nostrum omnium nottorio interesse, etiam non poterat astringi consentire iudicio, contra filium intentando, faciunt Notata per Pau. de ca. & Allex. in l. Si eum in principio ff. si quis cautio, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

S

1 Quis habeat castrum, de quo neminem recognoscat, nisi Imperiũ, An ab eius sententiis, vel sui officialis, poterit appellari.

Et ad quem poßit apellari, vel recurri, propter grauamina, per talem Dominũ, vel eius potestatem, subdito illata.

CONS. CLIIII.

Attento ꝙ Domini Frinchi de ipso Castro, Feudo, & Iurisdictione, Nullum recognoscunt, Sed ipsum Castrum inmediate tenent ab Imperio, per hòc non est sublatum remedium appellandi, Isti, pro grauaminibus, que pretendit sibi inferri, Quia vt dicit Maria. in c. Licet ex suscepto ĩ 6. col. vers. tertius casus in fi. de fo. cõpe. Non reperitur iure cautum ꝙ non possit appellari ab istis Domicellis inferioribus, Qui non sunt Principes, etiam si non recognoscerent Imperatorem, Cum speciale sit in p̃fecto pretorio, ꝙ propter suá sommam Dignitatem, exploratamq; fidem, grauitatem, & sapientiã, Que in electione Prefecti pretorio adhibetur, ab eorum sententiis non appelletur, vt in l. Prima ff. de offi. prefe. preto. & in l. prima C. de senten. quæ a prefe. preto. profe. Qui Prefectus Pretorio, Regibus æquiparatur vt per Bal. in prohemio Digestorum in 3. col. vers. Item Nota ꝙ est commune &c. Vbi ex hoc dicit, etiam a Regum sententiis non appellari, vt ibi per eum, Nam vt dicit textus in d. l. 1. ff. de offi. Prefe. preto. ꝙ non minus iusta, ac si ab ipso Imperatore sententia feretur, est censenda, Que ratio cessat, in proposito. Ideo videmus, quod ab aliis etiam in dignitate magna constitutis appellatur, l. A proconsulibus, & l. Et in maioribus C. de appel. & ꝙ plus est, etiam ab ipso Prefecto pretorio, potest saltem, per viam supplicationis, infra Biennium, ad Principem recurri, d. l. Prima C. de sent. Pref. preto. & predicta sunt de mente Panor. & Scribentium post eum in Rubrica de appel. in 5. questione in principio. Et faciunt quæ dixit Panor. in c. Per venerabilem 6. notabili 2. col. qui fil. sint legi. vers. Nota textum singularẽ Dum loquitur de Principibus, Iura Imperii habentibus, & neminem recognoscentibus, Et ista fortius procedũt,

data

data euidenti Iniustitia, quæ fiat huic incarcerato, Cum eo casu, recurri possit, etiã a sententia Principis, ad Papam, vt ꝑ Panor. in Rubrica de appel. in d. 5, q. & Ibidem Moder., Et tanto magis procedunt, in grauaminibus Illatis per Potestatẽ horum Dominorum, à quò licet appellare, etiam vbi a Dominis non liceret, d. l. A Proconsulibus cum ibi notatis, Cum potestatis, & Dominorum, sit idem tribunal, Ita ꝙ non possit ad eos apellari, c, secundo Cum sua materia de consue. in 6. Quamuis ad eos, dicitur fuisse habitus recursus, & nolluerint super ipsis grauaminibus prouidere.

Sed stat difficultas, ad Quem hoc casu sit recurrendum, cũ Imperator, & eius Curia, Non sint in partibus istis, Maria. in d. c. Licet ex suscepto in d. 3. effectu, seu casu, videtur velle, ꝙ ad Papam appelletur, Qui succedit loco Iudicis secularis deficientis, vt ibi latius per eum, & in Penul. col. & fi. dicit, quod existentibus Dominis, & allegatis pro suspectis, ꝙ Episcopus detur adiunctus, per auten. Si vero contigerit cum materia sua C. de Iudic. Quòd de Episcopo hodie non seruatur de consuetudine, sed satis est, ꝙ vnus probus homo addatur, vt notatur in d. auten. Si vero, vbi Dominus meus Ias. ĩ primo notabili prope finẽ, Aut Elliguntur Arbitri, vt latius tradditur in d. c. Licet ex suscepto, vbi Maria. & in l. Cnm specialis C. de Iudic. Sed Bar. in l. Vbi absunt ff. de Tuto. & Cura. da. ab his, Cuius opinionem sequitur Panor. in Rubrica de appel. in 5. q. Dicit appellandum ad Priores, Decuriones, vel Consilium loci, Quòd non videtur procedere in proposito, Qr. secundũ Panor. vbi supra, hoc procederet qñ Iusdicens fuisset ab eis creatus, vel prout late probat ibi Felli. in d. 5. Questione Qñ. tales haberent Iurisdictionem, ac merũ, & mixtum Imperium, Quòd etiam voluit Bar. in l. 1. §. solent circa medium commenti, quando appel. fit & late Corse. in singularibus in verbo appellatio vers. septimo Ang. vero ĩ l. Si vaccãtia C. de bon. Vac. lib. 10. dixit, ꝙ cum Perusii sint Iudices per portas Ciuitatis, Si est Pestis in Ciuitate, Ita quod non adsit Nisi Iudex vnius porte, aliis absentibus, Ille poterit adiri, Per Illum textum. Qui vult ꝙ vbi Abest Procurator Cæsaris, Qui est Iudex inter Fiscum, & Priuatum, l. 2. C. Si aduer. Fis., potest adiri Preses Prouincie, Qui est alias incompetens, Quòd ẽt voluit Ang. in Auten. vt Cleri. ap. Propri. Epi. col. 7. Vbi Iudex Ecclesiasticus, non potest clerico Iustitiam ministrare, potest adiri Iudex Laicus, & secundum Ang. ibi prope fi. commenti, Si Iudex Laicus non facit iustitiam, potest adiri Ecclesiasticus in subsidium, Per §. Si quis autem in Auten. de sanctis. Epis. col. 9., Ex quo inferri potest ꝙ agentes pro isto incarcerato, Si vnus Dominorum eum grauat, possunt ad alium recurere, aut ad Magnificum Dominum Vicarium Gubernii, Astensis, attenta adherentia Quam habent Domini Frinchi, cum Regia Maiestate, etiam si non sappiat subiectionem per predicta, & fortius si sapiat subiectionem, Iuxta ea que dixit Bal. cons. 393. Inci. Inter tres Marchiones tertio vol. & post eum Dominus Iacobinus a Santo Georgio in tractatu de Adherentibus in 2. & 3. col., vel ad Episcopum, quem negare non possunt Quin sit superior Iudex Dominorum, saltem in spiritualibus, Esto ꝙ in ea specie sit alias incompetens, Saltẽ in subsidium, ratione peccati, Ipse Ecclesiasticus videtur competens per predicta, & notatur in c. Nouit de iudic. Et de Epõ, est textus in auten. vt differentes Iudices col. 9. in princ., volens ꝙ Epi habeant Iudices seculares, & eos in Criminalibus, ad Iustitiam faciendam compellere, vbi etiam Ang. dicens ꝙ Eps, Negligente seculari Iudice, debet antequã causam retineat, eum monere si fuerit negligens, & dixit Ibi Iac. de Belui. ꝙ si abest vnus Iudex, puta Eps, dandus pro adiuncto, datur alter, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Vnus consortum, maxime Capitaneus, an possit cognoscere, de delicto alterius consortis, Et quibus casibus liceat.

Vel Iusdicere, inter Hominem, & alterum ex Dominis.

Et Dominus tenetur suum subditum, vel communem cum aliis consortibus; indebite oppressum, aduersus consortes, ac etiam contra proprium Patrē Ipsius Domini adiuuare.

CONS CLV.

DVM queritur ad Quem possit recurrere iste Petrus de Mōforti, pro his molestiis, Que sibi inferuntur, parte Magnifici Domini Frācisci ex Dominis Nouelli, & dicti Loci, superiorem non habentis, nisi Imperatorem,

Primo Queritur, An possit adiri Capitaneus Ipsorum Dominorum, Quem constituunt singulis annis, Et videtur ꝙ Non, Quia par, in parem, non habet Imperiū, l. Est receptum cum materia sua ff. de Iuris. omni. Iudi. & l. Ille a quò §. tempestiuum cum concordantibus ff. ad trebel. l. Nam & Magistratus ff. de arbit. volunt Guli. de Cu. Bar. & Scribentes in l. Fi. ff. de rerum diui. vbi respondent, ad gesta per Romulum, in decapitari faciendo Fratrem, sequitur Bar. in l. Qui Iurisdictioni questione Fi. ff. de iuris. omni. Iudi. vbi Dicit hoc verū, Nisi Consors committat tale delictū, per quòd statim amittat administrationem, & iurisdictionem; Quia eò casu consors potest cognoscere, vt in crimine lese Maiestatis, Secus si sit delictum, in quo administratio nō perdatur, Nisi lata sententia, vt ibi per eum; Ex quo infert Bar. in l. 1. §. 1. in fin. commenti, ff. Si quis iusdi. Non obtem. ꝙ etiā Si vnus consortum, turbet alterius Iurisdictionem, Non poterit illum punire, & ista est communis opinio, vt per Pau. de ca. Allex. & Modernos in d. l. Est receptū reprehendentes Ang. aliter tenentem ff. de Iuris. omni Iudi. & Felli. in c. Cum inferior secunda col. de maio. & obe. Quæ secundum Bar. procederet, etiam si duo fratres per diuisionem habuissent, vnus vnum Castrum, & alter Aliud, Quia vno delinquente in Castro alterius, adhuc cognoscere, & punire, eum non posset, secundum Bar. in l. Inter tutores in 3. col. ff. de admi. tut. & in l. Cum constet §. inter duos ff. de aqua quot. Et æsti. Quæ tamē opinio communiter non tenetur, vt per Pau. de ca. Allex. & Modernos, in d. l. Est receptum, Nisi dicamus, ꝙ Bar. loquitur in feudo Dignitatis, quòd non est diuisibile, Nisi quò ad administrationem, & secus esse in feudo inferiore, quòd est diuisibile, etiā quo ad ius proprietatis, & ita saluat Bar. Dominus Bal. in c. 1. §. Preterea Ducatus in secunda col. de Prohi. feu. alien. per Fred., De quo etiam Per Marti. de Lau. & Dominum Præposi. in c. Primo quali. vas. præsta. debe. iuram. fideli.

Est verum, ꝙ sunt alii casus, in quibus, vnus consortum potest cognoscere, de delicto alterius.

Primo si consors suam partē iam alteri vendidisset, vt per Dyn. & Nicola. de nea, in l. Cum ex oratione. ff. de excu. tut. vel si subditus acquisiuisset partem in Feudo, Quia, non desinit esse subditus, vt ibi ꝑ Dyn. & Nico. de nea. & Bar. in l. Caius ff. de iure patro.

Vel si Duo consortes, essent in eodem loco, vnus vassallus alterius, ratione diuersarū rerum, vt per Ang. in l. Eius col. fi. Vbi Dominus Ias. in vers. ꝙ si stippulatus in 4. col. ff. Si cer. pet. & Marti. de Lau. & Dominum Prepo. in c. Primo quali. vas. præsta. debe. iura. fideli., Sed ista sunt extra propositum.

Forte tamen dici posset, ꝙ imò Capitaneus posset prouidere, per ea quæ dixit Bal. in c. Primo in fi. cōmenti qualiter vassa. Iura. debe. fideli. cū quò transit Marti. de Lau. Vbi dixit, in tribus casibus, vnū ex consortibus posse cognoscere de delicto alterius in eum commisso, Primo si nullum recognoscant, & hoc non procederet in

casu

casu nostro, qui est diuersus, per notata in l.Fi.ff.de rerum diui.per Bar.post Guil. d cu.Sed in proprio casu sic, Cum defectu Superioris, liceat sibi ius, propria auctoritate dicere, Et idem dicit ibi Mar.de Lau, si adsit Superior, ad quem, sit difficilis aditus, vel qui non possit resistere, vbi ad hòc allegat bona iura, vel nisi Capitaneus veniret, vt defensor Petri, tanq; sui subditi pro eius rata, Cum liceat Domino, iniuriam quæ sit subdito propulsare, Et teneatur ipsum indebite oppressum, et contra patrem adiuuare, vt habetur in c. Fi. vbi Aluaro, in 3.col.in tit.hic finitur lex, & Patet in c.1.in fi.de form.fideli. Et in re cõi melior sit conditio prohibentis, l.Sabinus cum cõcordantibus, ff. cõmuni diuidun.

Vel secundum Bal.in d.c. Primo in fi. commenti quali.vas.Iur.deb.fide.vbi inminet Periculum in mora, quòd sequitur Dominus meus Ias.in l.De pupillo §. Si quis riuos ff.de ope.no.nonti.

Vel Nisi secundum Bal.vbi supra, Capitaneus insurgat ratione maioris administratio nis, Quia maioritas administrationis, pôt secundum Bal.tribuere Iurisdictionem, in Consortes, Super quò, esset consideranda facultas data Capitaneo; l.Non distinguemus.§.De Officio ff.de arbi.& l.Diligenter cum vulgaribus ff.manda.Considerabimus etiã an possit trahi Ast, virtute Adherentie, vel coram Ecclesiastico in defectum Superioris, de hoc dixi late in consilio Precedenti 154. Sed suadeo, vt conuocatis omnibus Dominis, Iste Petrus requirat eos, de modo habendi Iudicem, Quia forte suadebunt ipsi Domino Francisco, vt causam alicui partiũ confidenti remittat, vel se Potestati, aut eorum Capitaneo, vel alteri ex Consortibus submittat Quò ad hanc causam, iuxta d. l. Est receptum cum sua materia. Vel forte ipsi oẽs tanquam Curia, & Pares Curie, quò ad Dominũ, erunt Iudices in hac causa vertente inter Dominum, & subditum, super rebus subiectis, & hominum suorum, per textum notabilem cum ibi notatis per Docto, maxime And.de Iser.Bal.& Alua, in cap. Primo §. Primo de milli. Vas. qui contu. est, vbi post Glo. tangunt, an sit necessaria petitio Veniæ, de quà in ædicto de in ius vocando, & concludunt q sit in ellectione, Vassalli, conuenire Dominum, qui Vassallum feudo spoliauit, vel coram curia, de qua est ipse Dominus, vel coram Superiore ipsius curiæ, Qua ratione, forte attemptari posset, q Dominus Capitaneus, qui de voluntate omnium, representat totam curiam, posset esse Iudex, per predicta, Licet vbi subditus conueniret Dominum, pro re non subiecta Dominis, seu que non esset de eorum Territorio, & Iurisdictione, seu homagio, curia non posset se intromittere secundum Innoc.& Docto. in cap. Ceterum de Iudic. & habetur in d. c. Primo §. Primo vbi Alua. in pen. col. vers. Quero quid si Dominus, Et de modo reuerenter requirendi istum Dominum Franciscum, & ad curiam recurendi est Pulcher tex. in d.c.Primo §. Prim.copiose appostillatus per Docto. cum questionibus opportunis.

Et an sit Necessaria petitio venię, etiam tradditur per Allex. in l. Generaliter ff. de in ius Vocan. & ibi etiam tradditur, maxime per Alua. in pe.col. vers. Quero an Dominus spolians &c. quòd licet Ordinarius posset Dominum Criminaliter punire, materia subiecta hoc exigente, Non tamen poterit curia, subiungendo, quod si materia subiecta hoc exigeret, posset curia Dominum illo Feudo priuare, puta quando spoliat subditum, re in Feudum subdito data, & super damnis, & interesse, ac Expensis, pronuntiare, super quò latius non insisto, cum non sit presentis hesitationis Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN Possit Quis habere Castrum, quòd a nullo racognoscat.
Et Quomodo acquiri possit tale Castrum & an per tempus, de cuius Initio non extet memoria.
Et Quid differat à Feudo Francho, & libero.
Et multa de Feudo Francho, & libero.
Et aliqua de presumptione, cui subsit Castrum intra aliquos fines, vel intra alienum territorum constitutum.

CONS. CLVI.

De materia Feudi Franchi, Vide Gramma. Decisione 103. nu. 134. & sequen. Brunus Filius.

CVm possit aliquis Dominus habere Castrum, nō Iure Feudi, sed ex consuetudine dominandi, vt dixit Bal. in c. vno delegatorum Prope fi. commenti de offi. dele.

Et istud Castrum Miolie, à Nullo recognoscatur, certe est Castrum liberum, & Patrimoniale, Itaq; isti Magnifici Domini de Scarāpis dicant, in eò secundum Quid, Et tanquam Principes, vt etiam colligitur ex verbis Bal. in l. Ea lege 7. questione C. de condi. ob cau. Ad quòd facit qđ consuluit Pau. de ca. in cons. 163. inci. In causa, in antiquis, vbi vult, ꝙ pro tali Castro, quòd non solet ab aliquo recognosci, Nō sit prestandum Seruitium, nec Homagiū, Nec iuramentum fidelitatis, & possit de eo disponi, Sine alicuius licentia, Et secundum Bal. Vbi supra, potest in eo fieri per Dominum testantem prohibitio alienationis, & de tali Castro solum recognoscitur Imperator, tanquam vniuersalis Dominus; non tanquam Dominus dirrectus talis Castri, Et non mirum Qr. suprema auctoritas Imperialis, vel Pape, a nullo potest prescribi, videlicet, ne quis sit ei subiectus, vt late habetur in c. Cum nobis, vbi Felli. in prima charta de præscr. & per Panor. in c. Ad audientiam in fi. commenti eo. tit. Et late per Dominum Ias. in l. Imperium 9. col. vers. Limita istam ff. de iur. omni. Iudi. Cum etiam talis Iurisdictio, Imperatori spectans, tanquam vniuersali Domino, vendi nō posset, puta, si venderetur ipsum Castrum, tanquam ab omni superiore liberum, & nullius iurisdictioni subiectum, seu, vt Iurisdictioni etiam Imperiali non subditū, vt habetur in c. Primo §. Ad hæc de pac. iur. Fir. vbi plene Dominus Preposi. Cum etiam non valeat Priuilegium, Ne quis subsit Papæ, vel Imperatori, secundum Io. And. in c. Cum instantia de Censi. de quo per Felli. in c. Ad audientiam; in fi. commenti de prescrip. vbi distinguit. Et Hoc Castrum, differt á Feudo concesso, Iure Franchi Feudi, Quia Ita concessum, non est sine obligatione, secundum Bal. in c. primo in fi. de capi. qui Cur. vendi. & in Prellu. Feu. in 8. Diui. & Ibidem Dominus Ias. etiam in Preludiis Feudorum pe. charta 8. diuisione in 2. col. cum seqn. & Allex. cons. 10. Inci. Viso instrumento pe. col. vers. Et subdit 5. vol. post Bal. in auten. Nisi rogati C. Ad trebbel. pe. col. & in l. Si plures C. de condi. inser. Dicentem, in eò succedere Ecclesiam, & ꝙ Feudum honorificum, sit Franchum, Et valere pactum, eximens Vassallum à legibus penalibus Feudorum, Dummodo dolum futurum non remittant, De quò Feudo Francho etiam habetur per Bal. in c. Primo de milli. Vassa. Qui contum. est, & per Io. And. in additione Specu. in Rubrica de rescrip. & per Dominum Iacobi. à Santo Georgio in sua inuestitura feudali, In clausula, Qui quidem inuestiti 19. col. & p Hostiensem Pulchre in sua somma in tit. de Inmu. Eccle. §. Item in quantum, pe. col. & Dominus Ias. in prelludiis Feudorum, in seconda charta, ac etiam in pe., in 8. diuisione Feudorum.

Refert ergo, an quis habeat ex concessione, vel consuetudine, Castrum, & Villam, cum Iurisdictione, & homagio, iure Feudi Franchi, & liberi, & tunc ex quò habet iure Feudi, non potest esse sine obligatione, An vero habeat non iure Feudi, sed

ex consuetudine dominandi, vt dixit Bal. in c. vno delegatorum prope fi. cōmenti, de offi. dellega. cum concordantibus pallegatis vel sit cōcessum simpliciter, & tūc dicit Castrū allodialle, Quòd plenò iure, & tam rōne dirrecti, q̄; vtilis Dñii, est possidentis, vel accipientis, sine vlla obligatione, secundū Bal. in cōs. 301. inci. In Bonis 2. col. 3. vol. pe. stampa, & Ang. cons. 242. inci. Super pōcto in fi. & Dominū Prepo. in c. 1. in fi. cōmenti in tit. in quib. modis feu. amita. & Deci. cons. 32. pōt. n. ex pacto, omne dominium concedi, sicut & fidelitas remitti, secundū Bal. in d. l. Si plures in 2. col. in princ. C. de conditio. inser. In dubio autem, an videatur Castrū concessum pleno iure, & cum plena proprietate, ponit Bal. in c. Significauit de rescrip. primo notabili Dicens ꝙ comitatus, in dubio presumitur in allodium concessus, & traddit Dominus Iacobinus de Santo Georgio in sua Inuestitura Feudali in clausula de Castro in 3. col. & late examināt Dominus Ias. in prellu. feu. in 6. col. vers. Iuxta supra tradita, & Dec. cōs. 193 Quòd non est p̄sentis inuestigationis, ex quo non constat de fondamento, & origine Iurisdictionis, & homagii, Dominorum Miolie, & suorum Auctorum, Et Qr. in dubio est p̄sumendum, ꝙ prout fuit tentum, & possessum, Ipsum castrū, tale fuerit initium, & talis fuerit Iurisdictionis cōcessio, videlicet cū pleno Dominio, & plena proprietate, Et sine alicuius obligationis vinculo, Cum fuerit pro tali annis Ducentū elapsis, ipsum Castrū, p̄ Dominos de Auria Ianuenses tentum, Et pro tali, Dominis de Grimaudis, per Ipsos de Auria venditum, sine alicuius licentia, & reseruatione Iuris, alicuius Superioris, Et demum pro tali, in Dominos de Scarampis alienatum, & in dotem datum, Et successiue pro tali, Per Ipsos Dominos de Scarampis possessum, Nam qualis fuit possessio, & patientia, presumitur titulus talis precessisse, vt dixit Pau. de ca. in dict. cons. 163. in 3. col. vult Bal. in cap. primo circa fi. commenti, in tit. Quid Iuris sit si post aliena. Vassa. feu. recu. & Bal. in l. Si certis annis 3. col. vbi etiam Ang. & Dominus Ias. in col. fi. C. de pactis, cum infinitis concordantibus.

Nec obstat, quòd dixit Pau. de ca. d. cons. 163. in quinta col. in principio, quòd saltem Iurisdictio recognoscatur ab Imperatore. per fondamenta per eum relata, Quia fateor, tanquam sub eò pretextu, quòd Imperator sit vniuersalis Dominus, à quò Fluant Iurisdictiones, non autem iure feudi, vt supra fuit probatum.

Nec obstat si dicatur, Istud Castrum contineri, in Infeudatione facta, per tunc Imperatorem, Marchioni Aleramo, & quòd ipsum Castrum sit situm in Territorio, ipsi Marchioni Aleramo concesso, Quò casu, presumi videtur, esse de Illo Feudo Marchie, Quia, quicquid est intra fines Regni, vel Comitatus, presumitur esse de Regno, vel comitatu, secundum Specu. in titulo de Iuris. omni. Iu. §. primo vers. magis & Bal. in l. Insule Italie ff. de Iudic. & Pau. de ca. dict. cons. 163. in quarta col. in secundo Dubio, & Sozi. in cons. 166. in secunda col. Et quia verba Principis narratiua probant Cle. prima cum similibus de proba. Quia, cessant presumptiones, Vbi constat de contrario, l. Diuus ff. de in inte. resti. & c. Afferte cum similibus de presumpt. Et quia, multa sunt alia Castra huiusmodi, Que sunt nominata in dicta concessione, & Intermedia, sicut Ista, Nec pertinent heredibus ipsius Marchionis, Cum ad tollendum consequentiam, sufficiat dare instantiam, vt per Glo. in c. Sicut Vrgeri prima questione prima & in l. Manumissiones in verbo genera in fin. ff. de Iusti. & Iur. cum concordantibus, Et quia non sequitur, quòd quis sit inuestitus de tali Castro, Et quod Castrum potuerit ipsi inuestito concedi, vt patet in c. primo & per totum titulum de Inuest. de re alie. facta, Cum in proposito, constet Istud Castrum fuisse illorum de Auria, & Illorum de Grimaudis, & illorum de Scarampis, & aliorum.

Et saltem ex quò fuit tentum, pro castro Nulli iure feudi subiecto, per tantum tempus, ꝙ non extet memoria in contrarium, & per annos Ducentum, & vltra, tale tempus, habet vim tituli, ab Imperatore, vel habente ius conferendi, concessi ac priuilegii, dict. cap. Super quibusdam §. preterea vbi Glo. Panor. & Docto. de verb. sig. cum concordantibus de quibus per Dominum Ias. in Repetitione l. Quòminus 8. col. .ff. de Flumi. & in l. Si certis annis, in decima limitatione. post Cyn. Ang. & Pau. de ca. C. de Pactis & Sozi. cons. 127. & Firmian. in Tractatu, Gabellarum in prima parte 6. col. & multis aliis, Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN Homo meus, possit aliquid in feudum Capere, me inscio. Maxime ab aliquo Principe, habente predia in territorio meo, seu in villa mea.

CONS. CLVII.

Isti Homines Miolie, potuerunt capere in Feudum à Marchionali Excellentia Montisferrati, partē ꝑ Homines Miolie sue Excellentie donatā, de Nemoribus Deiuie, Non obstāte ꝙ ipse Dominus Marchio, in loco Miolie, In cuius Territorio sunt ipsa nemora, Nullam habeat Iurisdictionē, Et ꝙ in ipso loco Deiuie, sit tanq; priuata persona, aut Forensis, Iurisdictionem non habens, cum secundum communem sententiam, ēt priuatus, ac Rusticus, possit proprietatem aliquam, vel fondum dare in Feudum, vt per Bal. in c. 1. §. Marchio prope fi. commenti Qui Feu. dar. pos. per c. 1. §. Nouū vbi Bal. & Alii, per quos fiat inue. vult Io. Blanchi in Somma Feudorū sub Rubrica De Illis qui possunt rem in feudum dare 3. col. vers. Item maior, Et Dn̄s Frāceschinus Curtius in sua Somma Feudorum, in prima parte, secunde partis principalis, 4. q. pricipali, & latius, Dn̄s Archiepiscopus Thaurinensis, in suo Speculo Feudorum, sub antedicta Rubrica, Qui feuda dare possunt, pe. charta in fi. vers. 3. principaliter, vbi plenius ceteris quos viderim, examinat hunc passum, Nec per tale Feudū, dari dicitur Iurisdictio aliqua ipsi Domino Marchioni, per ipsos homines Feudatarios, que pactis priuatorū conferri nō pōt, l. Priuatorum C. de Iuris. omni. Iudi. cum duplex sit Feudum, scilicet Corporale, vt Istud, & Incorporale, vt Iurisdictionis, seu decime Ecclesiastice, secundū Bal. in c. 1. § Sacramentum, col. fi. de consue. recti Feudi, Et isti dicuntur vassalli extra Curtem, & extra Iurisdictionem secundum Alua. in §. Fi. 3. col. vers. Sed interdū qui. mo. feu. ami. Ita ꝙ, potestas cohercendi homines, non sit in ipso Domino Marchione, Nec Iurisdictionem supra homines exercendi, licet homines sint sue Excellentie pro feudo predicto, quòd nō est feudum Iurisdictionis obligati ad eā, que solent vassalli obligari Domino, Iurisdictionem non habenti, Cum aliud sit, esse subditū ratione Iurisdictionis, Aliud esse obligatū rōne feudi, vt notatur in c. primo quali. vas. Iur. de fide. de quo Feudo Iurisdictionis aliqua dicit Soci. in cōs. 165. inci. Visis inuestituris 2. col. in vers. tertio premittendum primo volumine.

Et non obstat, ꝙ ipsi de Miolia sint subditi, & homines, Magnificorum Dominorum de Scarampis, & ꝙ non liceat homini meo, se submittere alteri Domino, in preuditium Domini sui, secundum Innoc. in cap. Olim el tertio, de resti. spoli. & in c. 2. de resti. in integ. & Panor. in c. Cū dilectus post medium, de relligi. do. & Felli. in c. Dilecti in vers. Hōibus 2. col. de maio. Et obe. Qr. rn̄detur, Istud factū fuisse ex cā vtili, vt nemora à Vicinis tuherenē, & sine Dn̄orum ꝑiuditio, Item Certum est, ꝙ quis pōt esse vassallus duorū, vel plurium, c. 1. §. Illud quòque & Ibi notatur, de prohi. alie. feu. per

per Fre. & est Glo. in cap. Ex ore, cum qua ibi transeunt Scribentes de Priuileg. & in Clemen. Pastoralis, in verbo ligius vbi et Docto. de re Iudi. vult Specu. in tit. de feudis §. Quoniam vers. 10. cum duobus sequen. facit tex. in c. 2. in princ. de prohi. Feu. alie. p Lotha. vult Bal. in l. 1. §. ne autem, col. fi. C. de Cadu. tollen. & in l. Si plures prima col. in fi. C. de cōdi. inser. cum infinitis cōcordantibus, Quòd intelligitur Dummodo Dominus Marchio, seu secundus Dominus, non sit Inimicus horum priorum Dominorum, secundū Specu. vbi supra, prout non est ipse Dominus Marchio, horum Dominorum Miolie.

Quòd si dicatur, non licere homini meo, sine meo consensu, se facere censualem alterius, vt p Bal. in c. licet, quarta col. vers. Et sic argues, de proba. Quem refert, & sequitur, Felli. in d. c. Dilecti, secunda col. vers. Homines de maio. & obe. Respondetur, quòd hoc procederet, vbi Ius Domini poneretur in periculo, & ei fieret, vel pararetur preiuditium per predicta, & infradicenda, Ideo Panor. in c. Auditis septima col. de prescr. dicit, non fieri preiuditium Domino, Quando quis alium recognoscit, respectu iurium, quibus primo Domino non, est subiectus.

Quòd si dicatur, debuisse in iuramento fidellitatis prestito Domino Marchioni, excipi ius antiquioris Domini per Glo. secundam in c. 1. de nou. for. fide. & Glo. fi. in c. 1. §. Fi. alias §. contra omnes, in tit. hic finitur Lex, Deinde consuetudines regni incipiunt vbi Bal. Respondetur, quòd ipse Glo. non dicunt, quòd sit necesse expresse, & specialiter excipere in secondo Iuramēto, Ius prioris Domini, Quia Glo. in d. c. 1. dicit non esse absonum, quod antiquior Dominus, sicut Imperator excipiatur, & d. Glo. fi. dicit, recte fieri si nominatim excipiatur, & ita etiam videtur de mente Specu. in d. §. Quoniam vers. duodecimo, Sed sufficit in genere dicere, saluo iure alterius Domini, cui essem obligatus, vt per Bal. & Glo. in locis prealllegatis, maxime in dict. §. Contra omnes, Et inuenio quod in mandato facto per Communitatem, fuit dictum, quod procuratores Communitatis faciant Fidelitatem, reseruatis reseruandis, Et propterea, esset videnda forma fidelitatis facte, Ipsi Domino Marchioni.

Nec dici potest obstare Decisionē Io. And. In additione specu. in Rubrica de Feudis De filiofamilias, Qui recepto feudo, Iurauit fidelitatem concedenti, contra omnem hominem, Et demum patre mortuo, successit in Feudo paterno, Quòd talem fidelitatem requirebat, Dum querit Io. And., post Pileum, An filiusfamilias perdat Feudum paternum, Quia Io. And. & Pileus, videntur residere quod admittatur ad secundum Feudum, reseruando Priorem Dominum, Nisi accepisset hoc primum Feudum in fraudē, per textum in c. Primo §. fin. de prohi. alie. feu. per Lotha. Et hic constat quòd Communitas accepit in Feudum à Domino Marchione ex causa vrgenti, & probabili iuxta c. Ex parte de feu.

Et in concursu, tenebuntur isti homines seruire Dominis de Scarampis secundum Specul. in dict. §. Quoniam vers. duodecimo, & Bal. in dict. §. Ne autem, & in l. Manumissiones in fine commenti C. de oper. liber., & Paul. de ca. in l. In operis ff. Loca., & consil. 159. in primo volumine penultima Stampa, habetur maxime per Aluarotum in cap. primo. §. Preterea Ducatus, & in §. Illud, de prohibi. aliena. feu. per Frede., Et facit consilium Romani 47. incipi. Visis necessariis, Et circa predicta videri etiam possunt, quæ dixit Bal. in l. Secunda vers. Sed nunquid obtinens Castrum C. de ope. lib. & in c. Licet causam appostillando textum ibi, in verbo inceperint quarta col. de probatio. & Panormi. in cap. Ex diligenti de Simo. & Dominum Prepositum in vsibus Feudorum in preludiis, in quinta carta, cum sequenti, & in cap. primo §. Illud, prima col. & §. finali de prohibi. aliena. feu. per Frede.

Ceterum, non valet consequentia, quòd aliquis sit subditus ratione

Iurisdictionis, vt quia habitet in loco Miolie, & q̃ sit vassallus, & homo, Nisi constet q̃ aliqua bona habeat in Feudum, & homagium, a Dominis Miolie, cum ratione solius originis, & incolatus, quis solum obligetur Domino Loci ad iuramentum assecurationis, vt habetur in d. c. 1. quemad. vas. tene. presta. iura. Fide. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Verba Pape narrantis, Castrum teneri per Ecclesiam, & illi spectare, an probent.

Castrum, & locus Ecclesie, subditus inmediate Romane Ecclesie, an Prescribatur per laicum detentorem, spatio tanti temporis, q̃ non sit memoria in contrarium.

Et de tali prescriptione, Quando concurrit mala Fides.

Et mala Fides, an probetur in antiquis per famam.

Et an in antiquis, titulus probetur per famam.

CONS CLVIII.

DVm Queritur, An Reuerẽdus & Magnificus Dominus Apostolice Sedis Prothonotarius Dominus Bartholomeus de Scarampis ex Dominis Charii, Prepositus, seu Cõmendatarius Abbatie, seu Ecclesie Ferranie, possit agere ad Castrum Calizani, qđ ex Priuilegio Innocentii Tertii confecto Anno Domini 1210. Confirmante tunc Preposito ad dictam Ecclesiam, quæ est de Iure, & proprietate Ecclesie Romane, cum possessionibus, & proprietatibus, & Castro, Villa Calizani, & reliquis Ibi nominatis, Nec non ex priuilegio Innocentii Quarti facto de Anno M. CC. XL V. & alio Sixti Quarti predictorum confirmatorio, de Anno 1483. facto, dicitur ad dictam Ecclesiam pertinere, Constante etiam publico instrumento, in quo continetur, Sicuti Commune, Consilium, & homines Calizani, cum se subtraxissent ab obedientia, & subiectione dicte Ecclesie, fuerunt in litte, & demum fuerunt ipsi homines Calizani censuris Ecclesiasticis innodati propter dictam subtractionem, Et tandem per transactionem absoluti recognouerunt se subditos dicte Ecclesiæ, & sub eius Iurisdictione, ac mero, & mixto Imperio, se fore declararunt, & fuisse in preteritum attestati fuerunt, per tantum tempus, quòd non extaret memoria in contrarium, & Prout latius in ipso instrumento continetur confecto de Anno 1300.

Dubium faciunt Duo, Et primo An per Ista priuilegia & instrumenta sit probatum Dominium & Iurisdictio Ecclesiæ quam, & quòd, habere dicebatur in Castro & loco Calizani. Secundo An quia Istud Castrum cum Iurisdictione tenetur per quosdam Nobiles de Carretto, Quos Commune & homines calizani ab annis centum, & vltra, & per tantum tempus, quòd non sit memoria hominis in contrarium recognouerunt in Dominos, & non ipsam Ecclesiam Ferranie, sit prescriptum, contra dictam Ecclesiam.

Circha primum, licet sit magna dubitatio, an debeat credi literis Pape narrantis ad commodum Ecclesie Romane, Castrum aliquòd ad Romanam Ecclesiam pertinere, in preiuditium laici, Ecclesie non subiecti, vt per Docto. in c. Ad audientiam vbi Panor. in 3. col. & late Felli. de prescrip. & per textum in c. Si Papa de priuileg. in 6. vbi Videtur quod non, tamen concurrentibus Aliis probationibus, puta libro censuali, & testibus, est credendum, secundum Glo. Panor. & cõiter Docto. Ibi in 3. solutione, Et hic ẽt adest Instrumentum recognitionis facte per homines, declarantes se ipsius Ecclesie subiectos, & quedam census exactio in pergamena, Et sic videntur probare priuilegia predicta, coniunctis predictis coniecturis

coniecturis, Quibus etiam, Vt sentio potest coniungi Fama, que in hoc multum prodest, & plene probat, vt per Innoc. in c. Veniens de verb. sig. & Bal. in auten. Quas actiones prope fi. commenti, C. de Sacrosan. Ecclesi., & in l. Cum super C. de rei ven. & in cons. 133. inci. Verba Laudi in principio & fi. Consilii primo vol. pe. stampa & Franciscum de aret. cōs. 37. incip. Sequendo ordinem, cum concordantibus tradditis per Dominū meum Ias. in secunda Repetitione l. Admonendi col. 91. secundum primam stampam vers. tangit etiam ff. de Iur. iur. Facit quòd dixit Bal. cons. 46. inci. Statuto Ciuitatis post principium vers. Considerandum primo volumine Adeo vt secundum Roma. in l. secūda §. Idem labeo ff. de aq. plu. arc. Papa possit probare per Famam, se esse dirrectum Dominum Ciuitatum Quæ habet Ecclesia, Cum in antiquis Dominium probetur per Famā, vt Ibi per eum, & pulchre per Allex. in cons. quarto Incipien. videretur inspectis in quarta col. secundo vol. vbi dat etiam modos aliter probandi Dominium ad propositum vtiles, Ex cuius dictis apparet ꝙ nullo alio apparente Domino tempore quo homines Calizani recognouerunt Monasterium, ipsum Monasterium censeatur habuisse Dominium, & Iurisdictionē, vult Allex. cons. 75. inci. visis & ponderatis prima col. in quarto vol. vbi tangit etiam de hoc qđ Fama in antiquis probet, & quòd Instrumenta antiqua probent Dominium, etiam enontiatiue prolatum, de quo etiam in l. Cum aliquis C. de Iur. delib. cum concordantibus vtrobiq; per Allex. Allegatis & per Dominum Ias. in d. l. Admonendi, vbi etiam traddit de confessione facta etiam absente parte, quod probet in antiquis, vt etiam dicit Franciscus de are. cons. 36. inci. casus talis est, in secunda & tertia col. & cons. Pe. tertia col. vers. Est tamen aduertendum, Ex quibus consequenter insurgit, quod illud instrumentum recognitionis facte de Anno 1300. per homines Calizani, in quò confitentur se homines & subditos Ecclesie Ferranee, probet ipsius Ecclesie Dominium, & non tantum redditur probatum Dominium Ecclesie, verum etiam possessio, per ipsum instrumentum recognitionis, subiectionis & confessionis hominum, vt per Panor. in c. Cum nobis in tertia col. de prescrip. Et licet Innoc. in c. secundo prima col. in fi. de ca. mo. dicat quod Instrumenta confessionum, per que, homines confitentur se homines, & subditos alicuius, ac instrumenta fidelitatum, non probēt possessionem, Hoc procedit, vbi constaret de alterius possessione vt per Flori. in l. Si sic constituta ff. quemad. serui. amit. cum similibus.

Secundum Dubium, Quia Isti Domini de Carreto tenuerunt locum Calizani spatio tanti temporis, quod de initio non extat memoria in contrarium per quòd tempus acquiritur Castrum laico, etiam contra Ecclesiam Romanam, vt est tex. in c. Ad audientiam de prescri. & in cap. Cum nobis eod. titulo & in l. Fi. C. De Sacrosan. Ecclesi. Cum Istud tempus habeat vim tituli, & acquisitionis, ac Priuilegii c. Super quibusdam §. Preterea de verb. signifi. in 6. vbi Panor. & c. primo in fin. de prescrip. etiam in sexto, & notatur in l. 2. §. Item labeo ff. de aqua Plu. arc. vbi inter alios Pau. de ca. & per Allex. cons. 6. Primo vol. & cons. 74. inci. viso poncto in secunda col. & cons. sequen. prima col. cum concordatibus, in quarto vol. & multum in proposito cons. 16. inci. In causa & lite, in 2. col. vers. 2. principaliter 5. vol. in quo consilio multa dicit, que possent in hac materia tangi.

Due occurrunt responsiones, Et Primo quia dicitur ꝙ isti Domini de Carretto emerūt istud castrum, à Domino Preposito dicte Ecclesie, pacto adiecto, ꝙ precium dicti castri, deberet conuerti in emptionē tot Proprietatum Ecclesiæ magis Vtilium, ita ꝙ quousq; soluissent integrum pretium, haberent ipsum castrum sub Fictu, & tenerentur soluere ad rationem de quinq; pro centenario singulo Anno, pro fictu prestandorum, De quo pacto est Textus

in l. Sicut §. Fi. Iuncta l. Sequen. ff. Loca. & in l. Serui emptor ff. de Peri. & commo. rei vendi. Et licet hoc probari non possit per instrumenta que non reperiuntur, Nec etiam per Testes, propter temporis antiquitatem, quòd centum Annos excedit, Tamen dicitur quòd probari potest per vocem, & famam, que in antiquis probat, vt supra fuit probatum, Et certum est ꝙ conductor non prescribit, l. Male agitur vbi Bal. & Sali. & l. Competit cum ibi notatis C. de Prescr. trig. anno. Bal. & Sali. in l. Nemo C. de Vsufr. Quòd late examinatur per Dominum Balbū in Tractatu Prescriptio. in 4. parte, quarte principalis 11. questione, ideo me latius non extendo, Et maxime non prescribit Fictabilis Ecclesiæ l. 2. C. Ne rei domi. vel templo. & quòd dixit Felli. in c. Illud col. Fi. vers. 11, Conclusio de prescrip. in antiquis vbi Io. And. & vult Philip. fran. in dict. c. 1. col. Fi. de prescrip. in sexto. Et predicta clare procederent, si aliquis Istorum de Carreto auctor horum modernorum, per testamentum, pro exoneratione conscientie, confessus fuisset, se tenere sub fictu, prout aliqui putant fuisse factam cōfessionem. Et que vox, & fama, causat malam fidem in istis Dominis de Carretto, secundum Bar. in l. Celsus 3. seu 4. col. vers. Requiritur etiam bona fides &c. ff. de vsuca. & Panor. in c. Si diligenti in 6. col. vers. 2. casu principali de Prescrip. & Felli. in c. Cum contingat 2. col. de rescri. Sicut econtra potest causare bonam fidem, & titulum putatiuum, vt per Bar. in l. 1. §. Hòc interdicto 3. col. vers. venio ad sequentem Glo. ff. de Iti. actuq; priua. & Panor. in d. c. Ad audientiam pe. col. vers. Sed quero & reuoco de prescrip. & in c. Cum Ecclesia Sutrina, Vbi etiam Anto. de Butr. Imo. & Alii de causa pos. & ꝑprie. & Felli. in d. c. Cū cōtingat & in d. c. Si diligenti 4. col. cum similibus, Cū male fidei possessor nullo tēpore prescribat vt in regula possessor de reg. Iur. in 6. & c. Vigilanti eo. tit.

Secundo quia. Ex quò apparet de Instrumentis, & Priuilegiis, ꝙ iste locus esset Ecclesiæ Ferranie, constat ꝙ memoria extat in contrarium, vt dixit Io. And. in d. c. Primo de prescr. in 6. in nouella, & Ibi Dominus Philip. Franc. in col. fi. Dicentes per instrumenta probari posse memoriam extare.

Quòd si dicatur, Istud tempus sequens causare presumptionem Iuris, & de iure, contra quam, non admittitur Probatio in contrarium, vt voluit Anto. de Butri. in c. Peruenit in 10. charta vers. ad tertium qualis sit ista presumptio, de censib. Quē refert & sequitur Felli. in d. c. Cum nobis quarta col. in principio vers. scias etiam de prescrip. Respondetur quod hoc procederet, quando esset Canonice, & absq; mala fide, decursa ipsa sequens contraria prescriptio, Quia ex ea, anteriores tituli, & anteriora instrumenta, quasi ex nouo contrario titulo eliderētur, vt per Docto. & Panor. in d. c. Super quibusdam §. Preterea, cum concordantibus.

Ceterum potuisset in istis Dominis de Carreto, causari mala fides, per denontiationem sibi factam, ꝙ indebite ipsum Castrum possiderent, vt per Felli. in c. Illud col. fi. in 5. Limitatione de prescrip. Iunctis his que Felli. dixit ibi in 5. col. vers. 3. declaratio & in d. c. Cum contingat, Que mala fides, maxime in hoc facto arduo, & tanti feudi, presumitur continuata in heredes, secundū Panor. cons. 3. in 16. questione secundo volumine Quem refert & sequitur Felli. in c. Si diligenti tertia col. de prescrip. & vult Bal. in d. l. Neque vbi etiam Sali. & Pau. de ca. C. de vsufru. & Allex. cons. 63. inci. Chalimacus 4. col. 4. vol. & habetur in l. Pomponius §. cum quis ff. de acqui. pos. & per Dominum Balbum in dict. tractatu Prescriptio. in quarta parte quarte partis principalis 11. questione supra allegata, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Alluuiones, Rippe, & Glaree, qua non acquiruntur habentibus predia prope Rippam, An sint Principis, seu Domini Castri.
An vero vniuersitatis, populi.
Et per negligentiam longissimi temporis, habentes predia prope Rippam, amittunt ius acquirendi Alluuionem, & Glaream.
Et Bona vaccantia, spectant Principi.

CONS CLIX.

Quòd Glarea, Quæ est super finibus Gabiani, iuxta Flumen Padi, non spectet Communitati, sed Principi spectauerit, Et cōsequenter Magnifico Domino Secundino de Incisia, Qui fuit de ipso Castro postea inuestitus, probatur, quia siue Glaream consideremus, quatenus se habet per modum Rippe, debuisset acquiri his, Qui prope rippam predia possident, l. Ripparum ff. de rer. diui. & §. Ripparum institu. eo. Siue illam cōsideremus, eatenus, quatenus, est Alluio, etiam ipsis prope Rippam predia possidentibus debuisset acquiri, §. Preterea, insti. de rer. diui. & l. Adeo §. Preterea. ff. de acqui. rer. domi. & late Bar. ī suo Tractatu Tiberiadis, Vnde, ex quo isti singulares, homines Non curarunt, sed neglexerunt ipsam Glaream eis acquiri, non est, nec esse potest in eorum Dominio, l. 3. §. Neratius & l. Quemadmodum, & quòd habetur in l. 1. §. 1. vbi Dominus Ias. in vltimo notabili ff. de acqui. pos. & quòd notat Bal. in l. Item lapilli in 5. questione. ff. De rer. diui. & Bar. in Repetitione l. Quòminus in 15. q. ff. de Flumi. & ꝙ habetur per Bar. & alios in l. Fi. ff. de vsucapio. Iuncta regula textus l. Sicut & l. Omnes C. de prescri. trig. anno. & l. Licet C. de Iure delib. & l. Hereditatis C. de peti. here. quòd iuri acquirendi, & consequendi rem, ad quā competit nobis Ius, & actio, prescribatur triginta annis, Et Quia negligentia sola, ius amititur, vt in l. Sequitur §. Si viam ff. de vsucapi. & l. Si sic constituta vbi Bal. Ang. & Docto. ff. quemadmo. Serui. amita. & l. Si quis diuturno cum concordantibus ff. Si serui. Vendi. Quò casu bona fides, vel mala, alterius possidentis non attenditur, vt habetur ibi maxime in d. §. Si viam.

Vnde, ista bona spectauerunt Domino Castri, tanquam vaccantia, in quibus bonis vaccantibus, Fiscus succedit, l. prima §. Diuus ff. de iure fis. & in tit. que sint Rega. in verbo bona vacantia, vbi Iser, & Alua. inter ceteros. Nec apparet de aliquò iure, Quò mediante, possit communitas in eis ius pretendere, Ex quò istis singularibus hominibus bona ipsa habere negligentibus, deuoluebantur, vti vaccantia, ac deuoluta fuerunt Fiscò, Itaꝙ etiam ex priuilegio, Communitati deferri non posset, Ius occupandi bona vaccantia, vt in l. prima cum ibi notatis C. de bon. vac. lib. 10.

Et predicta, in Rippaticis procedunt, presuposito, ꝙ per consuetudinem, Rippatica non forent, Domini predii, contigui Rippe, Quamuis talis Consuetudo, in Foro conscientie, reperiretur periculosa, Vt per Andr. de iser. in d. c. primo, in verbo Rippatica, in tit. quæ sint rega. Et quia ideo spectant habentibus predia prope Rippam, Quia ipsi sunt sub periculo damni, vt in iuribus supra ad hòc allegatis, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Trahens Subditos alicuius Domini, coram Principe non suo, an possit puniri per talem Dominum.
Et an teneatur Domino actione Iniuriarum.

CONS. CLX.

In materia huius Consilii occupans Iurisdictionem alienam, qualiter sit plectendus, siue sit Iudex, siue seruiens, seu alius, Vide Gulielmum de Ludouico in suis Singularibus, in Singulari nu. michi 5. inci. Lex est, & in singulari nu. michi 33. inci. Leges sunt, quod seruiens, & Io. de Arnono in Problematibus suis, in problemate nu. michi 40. inci. Quero abs te, & Io. de Plat. in locis citatis per Glo. in l. 1. & 2. C. de Cohorta. lib. 10. & Boerium Decisione 8. & Capitium Decisione 130. sub nu. 21. & 28. Bru. Filius.

SVm opinionis, q̃ iste Georgius Rabella Ianuensis, Citari faciendo homines Miolie, Qui vt ali quando consului, non sunt subditi Marchionales Montisferrati, Sed Magnificorum Dominorum de Scarampis, & deferendo literas citationis ad Locum Miolie, pro Illis exequendis, Non possit puniri, pena, trahentis aliquem ad Vetitum Tribunal, propter delictum nõ consumatum, & Quia locus est penitentiæ, vt per Glo. & Communiter Scribentes, in l. In criminali C. de Iuris. omni. Iudi. Sed bene puto, quod possit contra eum procedi, eo q̃, Iurisdictionem Dominorum turbauerit, actione Iniuriarũ, Ciuili, vel Criminali, licet accusatio de iure non sit prodita, vt per Bar. in l. Iniuriarum la seconda §. fi. Vbi etiam Ang. ff. de Iniur. & per Ang. in l. Si duo §. Cum inquilinus, ff. vti posside. & per Bar. in l. 1. §. Interdictum circa principium commenti eo. tit. cum concordantibus, Et secundum Ang. in dict. l. Iniuriarum §. Si quis per iniuriam, possent isti conuenti, propter presumptam causam vexationis, etiam agere actione iniuriarum, & de falso accusare, propter falsam obreptionem, Nisi obstaret quod delictũ non fuit consumatum, Ex quo citatio non fuit sortita effectum, Quòad omnia ista, Preterquã Quòad turbationem Iurisdictionis, de qua per actus iam gestos euidenter apparet, Et predicta intelligo, posito, quod iste Georgius scienter, & fraudulenter, predicta fecerit, iuxta notata per Bar. in l. 1. §. Non autem, post medium cõmenti, ff. Si quis testa. lib. esse ius. fue. & per Glo. Bal. & Scribentes in l. Si plagii C. ad leg. Fau. de plagi. cum suis concordantibus. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

VAssallus, an possit sine Dominorum licentia, de Fructibus Feudi disponere.
Locando ad longum tempus.
Vel fructus ad vitam concedendo,
Vel vsumfructum, aut vsum constituendo.
Et an possit filios, in fructibus grauare.
Vel de Feudo, ad vitam suam disponere.

CONS. CLXI.

QVia Spectabiles Domini Cardonus, & Galeaz, cumdomini Vrserolarũ eorum partem, tenent in Feudum, à Magnificis Dñis Ludouico, Freilino, & Raphaelle, de Carretto, Quàm vellent alienare, cum pacto redimendi, infra 25. vel 30. annos. Et Queritur an possit fieri alienatio, In ipsum Dominum Ludouicum, Taliter. quòd non cogatur Dominis Raphaelli, & Freilino, pro eorum ratis partibus prestare Iuramentum fidelitatis, Cum simpliciter emendo teneretur, iuxta notata per Ang. in l. Eius col. fi. ff. Si cert. peta. Vbi etiam Dominus Ias. in vers. q̃ si stipulatus quarta col. vbi dicit, q̃ ratione eiusdem Feudi, Quis potest esse Dominus & vassallus Consortis, Nisi emeret solummodo partem, pro qua recognoscitur ipse Dominus Ludouicus.

Breuiter Nullum inuenio modum, Nisi prout infra, Quia etiam locando per longũ, vel tantum tempus, diceretur alienatio, Vt

Vt per Bar. in l. Codicillis §. Instituto ff. de leg. secundo, & in proposito, per Allex. in l. Si domus §. fi. col. fi. post Imol. ibi ff. de leg. primo Et plene Felli. in cap. Que in Ecclesiarum 34. col. vers. 6. declaratio, de constitutio., & Dominũ Ias. in l. Fi. in col. 4. ĩ fi. secundũ primã impressionem, vers. secundo principaliter C. de Iur. emphi. cum concordantibus per eos allegatis, volentes ꝙ ea ratione sit necessaria licentia omnium Dominorũ sic Locandi, Vt Ibi per eos, Et ꝙ non sufficiat apponere pactum, ꝙ de Nouennio, in Nouenniũ, debeat fieri renouatio Locationis, vt per Lappum Allegatione 12. inci. Disputat hic, & Cardi. in Clemen. prima in §. Fi. pen. questione de reb. Eccle. non alien. cum concordantibus per Felli. in d. 6. declaratione circa fi. Nec etiã prodesset, ad validitatem talis locationis ad longum tempus, sine Dominorum, consensu fiende, si diceretur, ꝙ tot essent locationes, Quot essent Anni, Quia hoc presumeretur in fraudem factum secundum Bal. in c. 1. in principio 7. col. Qui Feu. dar. pos. vers. Extra quero, & in c. 1. §. Aut si libellario, que fuit prima cau. bene. amit. Vbi Dominus Prepo. in fin. commenti, & Io. And. in additione Spec. in tit. de Donat. §. 1. vers. Quid si aliquis donat & Bar. in l. Modestinus in fi. commenti .ff. de Donat. cum concordantibus allegatis per Felli. in d. c. Que in Ecclesiarum, in d. 6. declaratione Nam ex Locatione ad longum tempus, transfertur vtile Dominium, & sic insurgit alienatio, l. 1. §. Qui in perpetuum ff. Si ager vectiga. vel emphi. peta. & l. 2. §. Quòd ait ff. de superfi. Et transfertur possessio naturalis, Vt per Cardi. in d. Cle. prima §. Fi. in 2. questione de reb. Eccle. non alie. cum concordantibus allegatis ꝑ Modernos, in locis preallegatis.

Est bene verum, ꝙ si in tali locatione ad longum tempus, apponatur pactum expressum, ꝙ per talem locationem, Nullum vtile Dominium transferatur in Dominos conductores, valebit talis locatio, etiam sine Dominorum consensu facta, Quia tunc euidenter apparet fraudẽ excludi, vt per Bal. & Imol. in l. Si domus §. fi. ff. de leg. primo, & Imol. in c. Ad audientiam de reb. Eccle. non alie. & Bal. in specie in d. c. Que in Ecclesiarum vbi late Felli. in d. 6. declaratione in principio conclusionis allegat multas concordantes, Quicquid in contrarium dicat Bal. in d. c. 1. in principio tertia col. vers. Quero, an Vassallus possit concedere in emphiteosim, de prohi. alie. Feu. per Fre. & isto modo teneo ꝙ poterit tute disponere de fructibus Feudi, & satisfacere intentioni Istorum Dominorum, Non petita alia licentia, alterius Superioris.

Cogitaueram etiam, An ad vitam horum Feudatariorum, posset fieri contractus de hoc Feudo, sine licentia omnium Dominorum, Sed quia hec esset alienatio Cle. prima de reb. Eccle. non alie. & qđ dixit Bar. in l. 1. §. Quòd ait ff. de Superfi. & in l. pe. §. Instituto ff. de leg. 2. cum in se contineat longum tempus, vt etiã patet ex predictis, Non posset impune, sine omnium Dominorum licentia hoc fieri, & ita tenet Felli. in d. c. Quæ in Ecclesiarum in 30. col. in principio, dicens speciale esse Dote, Vt possit dari in dotem filie per patrem Quoad pater viuet, Vnum bene verum est, ꝙ de fructibus feudi, poterunt vsq; ad eorum mortem, & pro tempore eorum vite disponere, Illos vendendo sine licentia pro annis 30. Si tantum vixerint, & precise per ipsum tempus filiis consentientibus, vt per Alua. in c. 1. in principio 8. col. vers. Sed bene posset vendere fructus &c. de prohi. alie. feu. per Fre. & Io. reine. in §. Habito eo. tit. & Bal. in c. 1. in principio in fi. commenti de succes. Feu. vbi dicit Bal. ꝙ Vassallus pôt in suo testamento filium grauare, vt de vino Quod nascetur in sua vinea feudali, det omni anno amore dei, duas salmas, Quia alienatio fructuum separatorum, non est alienatio feudi, secundum eum. licet non possit in feudo, vsus, vel vsusfructus constitui, secundum cõmuniter Docto. in d. c. 1. in principio de prohi. alie. Feu. per Fre. cum concordantibus, Et in

vendendo

vendendo fructus ad triginta annos, & vltra, est aduertendum ad doctrinā Bar. in l. Codicillis .§. Instituto, vers. Quero quid si vendit fructus domus pro centum annis &c. ff. de leg. secundo Ad effectum ne constituatur ius in re, sine licentia omnium superiorum, Quamuis Bal. in c. 1 .§. Aut si libellario, cum quò ibi transit Dominus Preposi. in fi. commenti que fuit prima cau. bene. amit. velint, ꝙ ad longū tempus fructus vendi non possint, & qđ commoditas vsusfructus cædi possit, Et ꝙ partiarius colonus ad longum tempus bene possit constitui, Quorum dicta iuxta supra conclusa, puto intelligenda, & ꝙ possint vsq; ad 30. annos, & vltra, de fructibus Feudi disponere, si tantum vixerint, personalem obligationem contrahendo, Firmat Dominus Preposi. in c. 1. §. donare 1. col. quali. olim feu. pot. alie. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Homo alicuius Domini, an possit inuitus, in alterum alienari, siue cum parte Iurisdictionis, siue per se, & siue cum homagio, siue sine re, quam tenet in Feudum, vel Homagium.

Et Quid si talis Dominus, velit hominem suum alienare, Necessitate compulsus.

Et an quis cogatur inuitus esse subditus plurium, vel pluribus Dominis prestare fidelitatem.

CONS. CLXII.

DVm queritur a me, an Dominus Iohannes de Alpheriis ex Dominis Magliani, possit alienare certos homines suos, vel certa homagia, Inuitis ipsis hominibus de quorum alienatione agitur.

Dico Breuiter, ꝙ aut vult eos alienare in totum, videlicet ipsos cum predio quòd tenent ab ipso Domino Iohanne in homagium, simul cum parte Iurisdictionis, vel Territorii, & Curie, & tunc potest indiferenter alienare, siue velint ipsi homines siue Nollint, & siue alienentur in parem, siue in maiorem, vel inferiorem etiā Rusticum, per textum & notata per Bal. & Docto. in c. primo §. Ex eadem de leg. Conra. de quò etiam habetur per Glo. & Docto. in c. primo. §. Prӕterea Ducatus de prohi. alie. Feu. per Fre. argumento eius quòd dicimus, de hominibus ascriptitiis, & censitis, Qui simul cum prediis, quibus sunt ascripti, vel pro Quibus sunt censiti, possunt alienari, per l. Quemadmodum C. de agri. & cen. lib. 11. & ita tenet Iac. de ardiz. in somma feudorum in Rubrica vtrum prohibeatur Vassallus feudum compensare, pe. & antepe. col. & Allex. cons. 25. inci. Attentis narratis pe. col. vers. Tamen contrariam 5. volumine, & in l. 2. in principio col. fi. ff. Solu. matri. & Felli. in c. Dilecti vers. Hominibus de maio. & obedi. & Dominus meus Ias. in l. Debitorum C. de pactis, & in l. Si non sortem §. Libertus antepe. col. ff. de condi. indebi. & in §. Item seruiana circa fi. commenti insti. de actio. & Felli. in c. Quӕ in Ecclesiarum 20. col. de constitu. Quāuis Corneus cons. 321. inci. In hac 2. & 3. col. 4. vol. aliter sentiat, videlicet quod sine subditorum consensu, nō possit, & male, De Hoc, Et quando consuetudo est incontrarium, late Fabia. de monte in tractatu de empti. & vendi. 6. q. Quarte principalis, Aut vult alienare homagia aliqua, sine curia, Territorio, vel Iurisdictione, & consequenter sine vniuersitate, & tunc non potest inuitis hominibus, Nisi in parem, vel Maiorē allienet, Itaq;, si aliquis de Consortibus sit impar ipsi Domino Iohanni, Forte Rusticus, vel ignobilis, Non possunt homines in talem alienari, secundum Bal. in d. §. Ex eadem, & Docto. in Locis supra allegatis Nec tunc puto distinguendum, an ex necessitate, in talem imparem alienet, Vel non, prout distinguere videntur Iac. de Belui. in d. §. Ex eadem, & Bar. in l. Si

is

is §.Iura ff.de Pigno.propter eà quæ tradit Felli. in d.c. Dilecti, in vers. Hominibus in fi.de maio.& obedi. Super quò fortius non insisto, Cum non putem expedire, & si expedierit, Plenius considerabo, & scribam.

Et indubitanter prohibetur ipse Dominus Iohannes, ipsos homines inuitos pro parte tantum, sine vniuersitate, hoc est sine alienatione Iurisdictionis, Territorii, & Feudi totali, vel particulari, alienare, Qr. non potest homagium, quò ad fidelitatẽ, inuitis hominibus, pro parte alienari, licet quò ad predium datum in homagium ac redditum, vel censum, bene possit ẽt inuitis eis, Eò qr. interest talium hominũ, non habere plures Dominos, quibus fidelitatem prestent, vt dicit textus in d.§. Preterea Ducatus, & vult Bal. notabiliter, in d.§. Ex eadem, vult Cyn. in l. prima C. de Nouatio. Et Allex. Felli. & Docto. supra allegati, maxime Dominus Ias. in d. l. Debitorum post medium commenti, & in d. l. Si non sortem §. Libertus antepe. col. Ad quòd faciunt que dixit Bal. cons. 97. inci. proponitur ꝙ Domini in 3. vol. pe. stampa Dum tangit, ad quid possit astringi vassallus alienatus, & ad quid secundo Domino obligetur.

Et idem est, si ipse Dominus Iohannes inuitis hominibus, velet eos duobus, vel pluribus vendere, Qui homines poterũt dicere, ꝙ nollunt facere fidelitatem duobus, vel pluribus, Et ꝙ ipsi emptores concordent se Cui eorum velint prestari fidelitatem, Quamuis dirrectum dominiũ rei in homagiũ date, ac redditus exactio, transeat pro rata, in oẽs emptores, secũdũ Bal. in d.§. ex eadem in fi. commenti, cum quò alii scribentes transeũt, vult Alua. in c. omnes 4. not. si de feud. fue. contro. int. Domi.& ag. dicens secus esse, quando ex necessitate successionis cõtingit, ꝙ quis habeat plures Dominos, vt quia Dominus decedat relictis pluribus filiis, vt ibi per eũ laus Deo, & virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

RVsticus, an possit emere feudum Iurisdictionis, & homines fideles habere, ac iurisdictionem. Et an ex tali emptione, fiat nobilis, & an iurisdictio vendi possit, ac sit in comertio.

CONS. CLXIII.

In materia huius consilii, Vide D. Bru. in Consilio 60. in 1. vol. suorum consiliorum Feudalium & eundem D. Bru. in consilio. 155. in col. 3. vers. Est verum, ꝙ sunt alii casus, & in consilio 164. in hoc secundo vol. Brunus filius

OBertinus de Maioribus, non potest molestari. In iurisdictione, quã emit in loco Magliani, Nec quò minus sibi prestetur ac iuretur fidelitas, per homines loci, pro rata, etiò ꝙ dicatur, vnus de subditis, & Rusticus oriundus de loco Guarene, & subditus Domini Guarene, quia, etiam Rusticus potest emere iurisdictiones, & Dignitates, que sunt proprium patrimoniũ venditoris, vt per Bal. in c. 1. §. Ex eadem, 2. col. vers. Et est notandum, cum vers. precedẽti de lege Conra. Facit quòd dixit Bal. in c. 1. §. 1. quis dica. Dux Mar. Com. vult Bald. in c. 1. §. Marchio antepe. questione qui feu. dar. pos. vbi dicit, ꝙ licet habere vassallos sub se, sit quedam Dignitas, cui inest iurisdictio. Tamen hodie etiam Rustici hòc habere possunt, ac infeudare, Adde ꝙ habetur in Decisionibus Dælphinalibus decisione seu questione 365. Non tamen ex hoc fit nobilis, secundum Bald. in prelludiis feudorum in settima diuisione, quòd non est presentis speculationis.

Iurisdictiones autẽ, an possint alienari, licet de iure communi videatur dicendum ꝙ non, quia sunt publici iuris, & nõ recipiũt æstimationem secundum Bald. in d. §. Ex eadem in 2. col. vers. preallegato, & videtur text. in c. 1. §. Ad hòc vbi etiam Bal. in 2. col. de pac. iur. firm. Tamen hodie contrarium, est vsurpatum, presertim vbi venditur

ditur cum vniuersitate, puta Castrum villa Plebs, &c. secundum Bal. in d. §. Ex eadem vers. preallegato, & in d. §. Ad hoc, faciunt notata per Bar. in l. Si is §. Iura ff. de Pigno. vbi tangit an iurisdictio, Pedagium, Homagium, & similia, possint obligari, cum concordantibus tradditis Ibi per Allex. in appostillis, Quas reassumit Dominus Preceptor meus Ias. in §. Item seruiana in vltimis columnis insti. de actio. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Subditus acquirens partem Iurisdictionis Feudi in loco, in quo est subditus, Non desinit esse subditus, Nec desinit teneri Dominis suis illius loci, prout ante, Et potest ab eis, pro Delictis per eum commissis, etiam post acquisitam Iurisdictionem puniri, Quamuis talis subditus, in alios Rusticos Iurisdictionem acquirat.

Et in eodem loco quis potest esse Subditus, & superior.

CONS. CLXIIII.

VLtra aliàs allegata, fit noua Difficultas, videlicet, an ex quò ipse Obertinus de Maioribus ē vassallus, & subditus, Dominorum Magliani, propter multa predia, quae habet in loco, & finibus Magliani, Que tenet à Dominis Magliani. in homagium, possit ex hoc capite, dici prohibitus emere à Dominis dicti Loci, partem Iurisdictionis, & Feudi, Et dicendum est quod non, secundum Dyn. cum quò transit Nico. de Neap. in lectura sua inserta inter lecturas Bar. in l. Cum ex oratione ff. de excu. tuto. & Bar. in l. Caius ff. de iur. pat. vbi hòc limitat, nisi in feudo prohibito alienari, Facit quod dicit Ang. in l. eius, vbi etiam Dominus Ias. in §. ꝙ si stipullatus 4. col. ff. si cer. peta. tenēs ꝙ plures Domini possint inuicē esse vassalli, ratione eiusdem feudi quòd etiā volunt Marti. de Lau. & Dominus Preposi. in c. 1. quali. vas. iur. deb. fide. Sed ex hoc priores Domini, & superiores, ipsius Obertini, non desinunt esse in ipso loco Magliani eius Domini, & superiores, Nec ipse Obertinus desinit esse eorum subditus, ita ꝙ non liberetur ab his, ad què eis prius ipse Obertinus tenebatur. In tātum vt delinquens, etiam post acquisitionem, possit ab eis puniri, Ex quo insurgit, ꝙ quò ad eos erit adhuc subditus, & quò ad homines loci, seu Rusticos erit cumdominus secundum Nico. de Neapo. post Dyn. in d. l. Cū ex oratione, argumēto eius quòd dicimus de liberto, qui impetrauit, Ius aureorum anulorū, qui habetur ingenuus quò ad extraneos, non aūt quò ad Dominos per illū textum, cū concordantibus ibi allegatis, & per textum in d. l. Caius, Et est pulchra materia secundum Doctores preallegatos. Et est vnus de casibus, in quò par, in parē habet Imperiū, Eò qr. iste non est per omnia par, sed secundū quid, hòc est pro parte par, & pro parte impar, & subditus, Et secundum predicta intelligo, quòd dicunt Iaco. de Ardizo. in summa sua Feudorum in Rubrica de causis ex quibus excusatur vassallus &c. ī 2. col. & Io. Blanchi in sua summa in simili Rubrica, versiculo. Item excusatur, propter dignitatem accrescentem, Dum volunt, ꝙ propter parem dignitatem adeptam, vassallus excusetur a seruitiis. Qr. per hoc Dominus non debet ius suum amittere, & illa decisio, posset procedere in eo qui est solum subditus ratione iurisdictionis, & acquirit partem iurisdictionis, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

D Ominus ville, An possit extra Territorium, & districtum Ipsius ville causas delegare, etiam si dum delegat, sit extra Territorium, Ita q̃ extra Territorium, de causa cognoscatur, puta si delegetur in Ciuitate, alicui iurisperito.

CONS. CLXV.

S Pectabilis Compater meus Dominus Benētinus Guttuarius Cumdominus Agliani, Capitaneus pro eo tempore, dato q̃ esset extra Locum, & Territorium Agliani, potuit causam appellationis ad eum deuolutam, per appellationem à potestate Agliani interpositam in Ciuitate Astensi ipsi Magnifico Domino Nicolao de Ponte Delegare cognoscendam, & terminandam, Et valuit processus, quamuis in hac Ciuitate, & extra Territoriū Agliani fuerit agitatus, Eò quia ambe partes consenserunt in ipsum Dominum Delegatum, Et pluries instantiam fecerunt vnus, contra alium, in hac Ciuitate vt procederetur. Et quia Ordinarius huius nostre Ciuitatis, non contradixit, vt de his omnibus habetur p̄ Docto in l. Extra territoriū ff. de iuris. omni. Iudi. & p̄ Bar. in l. Fi. ff. de Iusti. & Iu. vbi Dn̄s Ias. in fine cōmenti, & Bar. in l. Quero ff. de solu. vbi ēt Ang. & cōiter Scribentes. & Cano. in c. P. & G. de offi. deleg. Et tanto magis. qr. secundū Pau. de ca. in d. l. Extra territoriū, cū quò transit Ibi Allex. in 2. col. Sufficit q̃ nō adsit contradictio Iudicis Astensis, seu Illius Territorii, vbi procedit, & fertur Sententia, absq; eò, q̃ exigat exp̄ssus consensus, talis Iudicis Territorii, tūc scilicet quando procedens extra territorium, nō erigit publicum Tribunal.

Nec michi displicet cōsideratio D. Aduocati Partis, videlicet q̃ bonū sit, vt Iudex Ordinarius Ciuitatis Astensis, suum prestet consensum; tam pro retrogestis, q̄; p̄ aliis gerēdis, p̄ l. fi. C. ad mace. & notat in l. Bonorū ff. rem rat. habe. Et nō obstat si dicat q̃ iudiciū nullū, rōne defectus Iudicis, Iurisdictionē nō habētis, nō pōt ratificari, p̄ l. primā vbi Pau. de ca. in 3. col, C. q̃ p̄ sua Iuris. cū similib. Qr. vt dicūt Doct. & Dn̄s meus Ias. in d. l. fi. in fi. cōmēti ff. d̄ Iusti. & Iur. Iudex talis habet iurisdictionē habitu ēt extra Territoriū, Quā in Territorio habet actu, Et p̄dicta Cōclusio coadiuuatur ex eò, q̃ videmus obseruatū, q̃ multi Dn̄i. Castrorū vocēt ad hanc Ciuitatē in qua habitant, eorū subditos Coram se, & Causas ipsorū subditorum quandoq; audiant & decidant, & quādoq; decidēdas cōmittant, cū Consuetudo sustineat gesta extra Territoriū, vt solet traddi in d. l. Extra territoriū maxime p̄ Dn̄um Ias. in 12. limitatione, Quòd aūt Dn̄s Benētinus p̄dictus potuerit existens extra locū Agliani, & sic extra Territorium actū Delegationis facere, & alia non exigentia Citationē partis, vel cause cognitionē, habet in d. l. Extra Territorium vbi Dominus Ias. in 1. 2. & 17. limitationibus, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

T Imore Rixe, vel vbi fiunt mine. Officiali, potest ipse Officialis Iurisdictionem extra Territorium exercere.

Et ista est causa legittima obtinendi à Principe licentiam, extra Territorium habendi Tribunal.

CONS. CLXVI.

A Rbitror in differētia existēte, inter Cōsortes Dominos Loci, posse aliquos ex eis obtinere à Principe, vt Iusdicens eòrum, possit Iurisdictionem exercere extra Territorium, maxime in aliquo loco Ibi vicino, & eorum hominibus multum non incommodo, per notata in l. Extra Territorium vbi de hòc. ff. de Iurisd. omni. Iudi. Et per Bart. in l. fin. ff. de

M Iusti.

Iusti. & Iur. & Cano. in c. P. & G. de. Offi. delega. cum timor rixe, numeretur, inter iustas causas, vt per Bar. in l. Si conuenerit, per illum textum. ff. pro Soci. Iunctis his que in proposito exercitii Iurisdictionis, stante timore rixe, dixit Allexan. in cons. septimo inci. In consultatione secunda col. vers. Et in dubio ibi sexto probatur, in quinto volumine Et timor, ac suspicio rixe, soleat esse probabilis causa, non minus quàm, ipsa effectualis rixa, Iuxta notata per Dominum Preceptorem meum Dominum Iaso. in l. Cum te proponas secundo notabili C. de transaction. Et predicta fortius procederent in casu isto, in quò Domini in loco commorantes, minantur Potestati Dominorum extra Locum commorantium, ne locum ingrediatur, Iuxta notata, per Pau. de Cast. in dict. l. Extra territorium in secunda col. post medium, cum quò transit Ibi Dominus Ias. in secunda col. quarta limitatione, Quò casu mero iure, & sine Principis licentia, licitum esset extra Territorium, ius dicere, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

ORDINAMENTA, & pene, *contra ius facta, & imposite, propter preseruandum locum à peste, an valeant.*

Et an Domini, vel Potestates Locorum possint ex causa legem transgredi, Et an Statuta que Potestas Iurauit obseruare debeat.

In transgressoribus Ordinamentorum inspicitur contemptus, Leuitas, concupiscentia, causasi qua subsit, & persone qualitas.

CONS. CLXVII.

IN *Materia huius consilii q̃ pena imposita à Lege, Statuto, vel Cõsuetudine, Ex causa possit per Iudicem augeri, vel minui, volunt Marsilius in suis singularibus in Singulari num. michi 182. inci. Iudex, & Pau. Grilan. in sua Practica Criminali, sub titulo de rellaxa. carcer., & Iohannes de Arnono, in suo libro Dialogi, in Dialogo numero michi 38., & Dominus Maranta Sicul. in suo Tractatu de Ordine Iudiciorum, in 4. parte principali, in vers. Deuenio nunc ad quartã partem principalem nu. 65., Et Afflictus Decisione nu. michi 287. & in Decisione 391. nu. decimo & Capicius in suis Decisionibus, in Decisione nu. michi 124. sub nu. 5. & Doctiss. Grammaticus in suis Decisionibus in Decisione 5. & etiã Decisione 36. sub nu. 2. 3. 7. & 9. cum sequentibus, & in Decisione 107. sub nu. quarto, & sexto, vbi de hòc prefati Doctores multum copiose loquntur Brunus Filius.*

CIrcha ista Ordinamenta quæ facta fuisse dicũtur propter Contagionẽ Pestis, Ne quis teneat canes, vel habitet extra Locum; vel sine licentia, ac Bullatino vadat extra locum, &c; sub penis, de quibus in eis, Non est curandum an Offendatur libertas, & dispositio iuris communis, vel offendantur statuta, maxime dum ponitur ardua; & maior pena derrobãtibus de rebus suspectis Peste &c; Quã de ipsis Ius cõmune, & statuta disponant; Qr. Ex causa licitũ est Dñis locorum Qui habent merum, & mixtum Imperium, legem transgredi, & propter atrocitatem delicti, que est in capiendo de rebus suspectis peste, ex quibus nõ tantum vna familia, sed tota Villa pòt venenari, Licitũ est penã iuris Cõmunis excedere, & quedam permittuntur, que alias non permitterentur, contra regulas iuris, Ad quòd possunt videri, Que dixit & agregauit Dominus meus Ias. in l. prima C. de preci. imp. offe. & in auten. Hodie C. de Iudi. Quòd facere non liceret Potestati ipsorum Dominorum, maxime quia iurat seruare statuta, vt ibi per eum. vbi in effectu videtur ita residere, post multas Decisiones super hac materia relatas,

Item

Item faciunt, que copiose cumulauit Felli. in c. primo 16. col.7. Fallentia de cõstitu. Vbi in multis locis innuit, quod etiam Officialis Dominorum, seu Potestas posset & multa bona dicit, & ꝙ etiam ex causa potest fieri mitigatio pene, & rigoris iuris, vt ibi per eum, puto tamen esse aduertendum, an transgressio fiat ex contemptu, an vero ex leuitate & concupiscentia, & subsistente causa vt per Felli. in d. c. primo 4. col. vers. Sed intellige, & in cap. Qm̃. contra de probatio. & addæ persone qualitatem vt Ibi per eum, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN in generali infeudatione Castri, & loci, ac territorii comprehendantur vassalli, Quos antea Princeps in ipso loco, de aliquibus rebus infeudauerit.

Et an bona Principis, remaneant de Iurisdictione vassalli,

Et quid si ipsi vassalli de certis rebus infeudati, peruenissent ad illa titulo permutationis, & mediantibus aliis bonis feudalibus permutatis.

Et an tales Vassalli, saltem propter domicilium dicantur Ibi forum sortiri.

Et an saltem ratione delictorum, vel contractuum, Aut alterius rei eorum, In ipso Territorio scite.

Et Quid Si exempti sint a Principe etiam in antedictis casibus.

CONS. CLXVIII.

VIsis permutatione facta, per Nobilem Quondã Gullielmum CumDominum Gabiani de parte Castri, & Feudi, ac Iurisdictionis, quam habebat in ipso Castro Gabiani, Cum Illustrissimo Domino tunc Marchione Montisferrati, Dante inter cetera pro contracambio, certa bona existentia in Loco, & finibus, Tonghi, tenenda per ipsum Dominum Gullielmum, Iure nobilis, & gentilis feudi, pro se, filiis, & heredibus, &c; ab ipso Domino Marchione, & successoribus, Nec non visa demum Inuestitura, & concessione de Castro, Loco, Et territorio Tonghi facta, postmodum Spectabili quondam Dño. Henrrieto de Natis, Cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda Iurisdictione &c. Quia dubitatur an ipsi de Gabiano sint sub Iurisdictione ipsorum Dominorũ de Natis, Consultus quid sentiam, Breuibus perstringendo Iura, & fundamẽta ad propositum conferentia, arbitror ꝙ non.

Et primo moueor, Qr. regula est ꝙ in generali alienatione Curie, vel Castri, & Territorii, non veniunt vassalli, Quibus Princeps aliquid in Feudum concessit in illo Territorio, Loco, vel Curia, quando nõ fuit expresse hoc dictum, prout in proposito non fuit, vt est textus in c. primo in principio de Capi. qui Curi. ven. in Vsibus Feudorum, vbi Iac. de Belui. And. de Iser. Bal. Alua. Marti. de Lau. & Scribentes, & notatur in titulo de Pa. Constant. §. Cum autem nos, & in c. In generali, Si de feu. fue. contr. inter domi. & agna. & Clare Bal. in l. Prima in fi. commenti ff. de re. diui. & pulchre in l. In testamento C. ad leg. falci. Ita ꝙ nec Feudum, Nec ipsum ius vassallorum, contineatur in alienatione, secundum Bal. in d. c. primo Ibi in secunda col. vltimo notabili, & And. de Iser. in principio commenti, & est Glo. Ibi in verbo de eo, Dicens ꝙ in tali generali venditione, vassalli non continentur, Nec enim secundum And. de Iser. Ibi post principium commenti, veniunt in generalitate, que specialiter quis non esset concessurus, vt sunt Vassalli, Plus dixit Ibi Dominus Preposi. in primo notabili ꝙ in generali venditione non venit Feudum, Nec respectu Domini vendentis, Nec respectu Vassalli. Item Bald. in dict. l. In testamento, adducit aliam rationem, Quia in dubio, quis videtur velle contrahere, de suo tantum iure, Non etiam de iure tertii, vt in isto casu esset. Et secundum

And. de Iser. ibi in prima col. in medio, hoc potest operari Dignitas personarum ipsorum vassallorum, vt non cedant in venditione, argumento l. Iustissime in principio ff. d Edil. ædi. Dum textus vult, q homo non cedit rei, que est villior propter dignitatem persone, prout esset hic, in istis Nobilibus de Gabiano, Qui descenderunt de stirppe Montisferrati. Et Qui erant ex Dominis Gabiani, Quos non est verisimile permutationem fecisse de Feudo Nobili, & Iurisdictionis vt equalium Iurisdictioni, perinde ac Rustici subiicerentur, vel secundum And. de Iser. propter Dignitatem rei, que est data in Feudum, prout est in proposito, in quò datum fuit istis Nobilibus de Gabiano Id, quòd habent in loco, & finibus Tonghi, in Feudum nobile, cum exemptione, de qua in permutatione &c; Qui si includerentur in concessione facta Dñis de Natis, fierent eius cōditionis sicut Rustici, Potestati plerūq; Rustico subiecti, qđ repugnaret Dignitati psonarum, & Feudi Nobilis eis cōcessi; Facit ēt. Qr. cum Dñs habeat dirrectū Dominiū, in istis Bonis ī feudatis, Nō pōt dici, q hec bona Principis, sint sub Iurisdictione ipsorū Dñorum de Natis, vt p And. đ Iser. ī c. 1. pe. col. vbi ēt Marti. đ Lau. & ppo. quali. vas. Iura. de be. fide. Facit qr. p Infeudationē factā in istos Nobiles de Gabiano, censet hoc Feudū ab vniuersitate bonorum q̄ habebat Dominus separatum, vt habetur in d. c. 1. vbi Dominus Prepo. in vlt. notabili & Alua. post Glo. in 4. col. de Cap. qui curi. vendi. Predicta cōprobant ex tex. & not. ī d. c. In generali si de feu. fue. contro. inter Domi. & agna. vbi secundū vnam Lecturam, Dicit textus illud q dictū fuit supra, q in generali alienatione feudi, put fuit concessio facta Dominis de Natis de Feudo Tonghi, Vassalli nō continētur, Quā lecturā referūt Iaco. de Belui. And. đ Iser. & Marti. de Lau. Ibi, vbi And. de Iser. allegat rōnem pdictā, ppter Dignitatē hominum vassallorū, & Feudi Nobilis, Et Bal. allegat aliam rōem, Qr. interest nostra nō mutare Dominū, inferens q Rex nō possit inuitis Ciuibus, Ciuitatem alteri Dño subiicere, licet Bal. det Illi textui aliū sensū vt ibi ēt p Alua. Quē sensum non refero, attento q Decisiones vtriusq; lecture sunt in se vere, vt ibi tradditur maxime p And. de Iser. Iac. de Belui. & Marti. de Lau. Est verū q Bal. in d. l. In testamēto videt velle, q dirrectū dñium rerū talis Feudi, talium vassallorū ipsis Dominis de Natis spectet sed videtur hoc esse cōtra pdicta, & implicare contradictionem sibi ipsi, vult Bal. in l. Si plures 2. col. vers. Sed nunquid vendita C. de condi. inser.

Secūdo moueor, Qr. interest horū Dñorū de Gabiano, Qui Cām habent à Prīcipe ex titulo Oneroso, Nō habere plures Dños p textū & notata in c. 1. §. pterea Ducatus, đ phi. alie. Feu. p Fre. & nōtur in d. c. 1. §. Ex eadē, de leg. Cōra. vbi Bal. ī fi. cōmenti, & post mediū sup verbo maior; Qr. isti Nobiles de Gabiano, si intelligerētur submissi Iurisdictioni Dominorū de Natis, Haberent in eodem loco duos Dominos inmediatos, vnum rōne Bonorum feudaliū c. ceterū vbi Panor. in primo notabili de Iudic. & c. verum vbi Panor. in pe. notabili de fo. cōpe. cum vulgaribus, Alium rōne psonarum, & Domicilii; In tm̄ q bona reperirentur Digniora quòad Iurisdictionē q̄; psone, cuius contrarium esse debet d. l. Iustissime in princ. ff. de ædil. ædi. & l. In pecudum ff. de vsuris, Et sic Ex Dominis Gabiani, propter permutationem factam cum Principe tūc Tonghi inmediato Domino, vt morem gererent Principi, reperirentur facti subditi Equalium, Et vlterius, Duobus Dominis in eodē loco inmediate subiecti, quòd est contra antedictam rōnem, & cōtra omne verisimile, Et inducta ad augumentū ex infeudatione in Feudum Nobile, & ex inmunitatibus concessis &c. operarentur diminutionē, cōtra notata in l. legata inutiliter in princ. ff. de leg. primo, vbi multa ad hoc notāt Moderni, Hinc secundum Bal. in dict. cap. Preterea Ducatus, in fine, vbi alii, & maxime Marti. de Laud. Si Princeps decedat relictis pluribus filiis in Feudo succedentibus, potest Vassallus dicere, se non debere

debere habere plures Dominos, & idem dicit ibi And. de Iser. in vers. Ita tamen in fi. Ne in plures distinguatur qui cum vno contraxit, l. Ne in Plures ff. de exer. Propter quòd idem And. de Iser. in d. §. preterea vers. Nec Dominus in tertia col. circa principium ibi homo ergo demanio &c., Dixit, quod homo demanio qui solitus est esse inmediate sub Principe, saltem spatio triginta, annorum, Si Princeps velit eum alii inferiori traddere, Et submittere, Poterit dicere, quod non vult habere tot Dominos, cum isti Nobiles de Gabiano, semper fuissent inmediate sub Principe.

Tertio moueor, Quia vt dixit Alua. in dict. cap. primo in principio quarta col. quem sequitur Ibi Dominus Prepo. in prima col. de capi. qui Cur. Ven. Sicut Dominus non potest inuitos Vassallos alienare, Ita non videtur velle, quod in generali alienatione includantur, Nec etiam in generali obligatione, vt dixit Bart. in l. Si is §. Iura .ff. de pigno. ad quòd multa allegat Fellin. in cap. Dilecti secunda col. versiculo Hominibus cum col. sequen. de maio. & obe. Et multo plura adducuntur per Cumciuem Nostrum Astensem in consilio duodecimo, in vigesima col. in fine cum duabus vel tribus sequentibus, inserto inter mea consilia feudalia, in primo volumine Ad quòd Bald. cons. 97. inci. proponitur quòd Domini, tertio volumine vltima stampa, in prima col. allegat multa bona fondamenta, & multas rationes naturales, Quæ deberent pro lege haberi, l. Scire opportet §. sufficit vbi Bald. ff. de Excu. tuto. & Clemen. prima in principio Vbi Cardi. de electi. cum concordantibus; Et in primis quòd Vassallus cogi non debeat habere Dominum indecorum nec indigniorem, seu inferiorem vel inequalem priori Domino, De quo est textus in cap. primo §. Ex eadem de leg. Conra. Nam asinus ēt indignatur, si videt se, per Imparem aprehendi, vt notatur in l. 1. §. veteres ff. de acqui. pos.; Item qr. cū Dñs teneat bene tractare subditos, & Vassallos certe vassallus dicit̄ male tractari, si cogatur habere in Dominū, vel superiorē, quē non decet, per l. He opere ff. de oper. lib. Item qr. Dñs Dignitatem vassalli augere, aut saltem conseruare, Non minuere, vel maculare tenetur, maxime ꝑ l. primā vbi Cyn. hoc decidit in Vassallo, vt saltem in minorem transferri non possit C. de Nouatio. Cum Dominus vassallo teneatur vicem reddere c. primo de for. fide. in fin. Et tandem cōcludit Bal. in cons. preallegato ꝙ concesso Territorio ꝑ Ecclesiam Dñis de viscariis, In quo Territorio Dñi de la turre habebāt castrum in Feudū ab ipsa Ecclesia, stanteq; ipsa concessione cū villa, curte, Iurisdictione, vassallis & fidelitatibus, ita Demum venit Castrum Dominorum de la Turre, in ipso Territorio existens, Si Ecclesia Feudum predictum concessit ipsis de Viscariis ex necessitate, vt quia non posset percipere debitas vtilitates, cum ista dicatur causa necessaria cap. secundo extra de Feudis, Et ita transit etiam post multa Allex. in dict. l. secunda in principio col. fin. ff. Sol. Matr., Dicens Inuitum Vassallum, non posse inferiori Domino subiici, Nisi necessitate inminēte, Qr. necessitas non habet legē. Et hoc etiam vult Bar. in d. l. Si is §. iura & sequitur Felli. in d. c. Dilecti, secunda & tertia col. de maio. & obedi. Idem consuluit Barba. cons. 12. in tertia col. secondo vol. Ex causa pacis vel simili; Et si non potest, vbi expresse hoc agitur Vassallus per Principem subiici inferiori, vel saltem hoc reperitur disputabile, Esto ꝙ Cōis opinio sit in contrarium, vt per Allex. in l. secunda in principio col. fi. ff. sol. matri. & in cons. 25. in pen. col. quinto vol. & Dominum Ias. in d. l. Si non sortem §. Libertus antepe. col. ff. de condi. indebi. cum concordantibus, In Dubio saltem vbi nō reperitur exꝓsse actū, ꝙ Vassallus trāsferat̄ in inferiorē, Non debemus hoc ꝓsumere, vt est exꝓssum in d. c. 1. in princ. de capi. qui Curi. vēdi., Et hoc videt̄ indubitatū, ī ꝓñti casu, In quo ipsi Nobiles de Gabiano dederūt titulo ꝑmutationis Illustrissimo Domino Marchioni Castrū, Feudū et

Iurisdictionem Gabiani, quam habebant liberam, saluo iure Feudi, Accipiendo pro contracambio istas res Tonghi etiam iure Feudi nobilis &c., Quo casu videtur Princeps illas res dedisse ipsis de Gabiano, etiam Iure proprio, & libere, saluo iure Feudi vt per Bal. in Rubrica C. de contrahem. empti. in 6. questione Dicentem hoc procedere tam in venditione, quam in permutatione & titulis non lucratiuis, Et quia in contractibus debet esse equalitas l. Ratas C. de rescin. vendi. Cum vulgaribus vbi bonus textus in proposito, cum etiam permutans, teneatur de vitio rei, l. 2. vbi Bar. ff. de rer. permu. & permutatio sit similis venditioni vt Ibi, & l. 2. C. eo. Et in contractu permutationis, euictio debeatur, l. Si permutationis cum Ibi notatis C. de Euict. in qua euictione bonitas & qualitas inspicit, q̃ in est tẽpore contractus l. Bonitas cũ cõcordantibus ff. eo. Et cum plus grauarentur existentes subditi duorum, magis quam si ex toto, in vnum solum Dominum reperirentur alienati, etiam ex hoc capite non possunt subiici istis Dominis de Natis, per notata in d. §. Preterea Ducatus, maxime per Marti. de Lau. in 2. col. iunctis his que dicta sunt supra in secundo Fondamento.

Et ex his remanent sublata, que in contrarium possent adduci, Cum ita sit iure cautum in Feudis. vt dicunt Docto. in d. c. 1. in principio de capi. qui Curi. vendi. Ita soluentes contraria, ibi in Glo. allegata, maxime Iaco. de Belui. & Alua. Quòd si dicatur, hic non agi q̃ isti Nobiles de Gabiano, sint subditi, Nisi ratione domicilii, & Incolatus, respondetur, q̃ ex quò vt dictum fuit in primo fondamento, in generali alienatione nõ veniunt Nec Feuda aliis concessa, Nec ipsum ius vassallorum, Nec vassalli, & per talem Infeudationem, inducitur quedam separatio, Necessario sequitur, q̃ non sint sub Iurisdictione Dominorum de Natis, etiam ratione domicilii, tamquam pars separata, & ab eorum Iurisdictione exclusa. Cum intersit an exemptio, personis, & rebus, concedatur, c. per exemptionem de priuile. in 6. An vero rebus tantum, vt Ibi, iunctis notatis per Bar. in l. fi. pe. col. & fi. de consti. Princ. Nam ista separatio, que inest a Principio, videtur plusquam exemptio, vt de se patet, Et q̃r. vt dictũ fuit in secundo fondamento, si subiicerentur iurisdictioni Dominorum de Natis, contingeret ipsos Nobiles de Gabiano, in eodem loco habere plures Dominos, & reddi deterioris conditionis, vbi deberent esse melioris, quam alii Incole loci, contra iuris dispositionem. Et Qr. vt dictũ fuit in tertio fondamento, non licuisset eos inuitos, & titulum onerosum pretendentes transferre in inferiores priori Domino, & sibi alias æquales, & facto superioris ex contractu oneroso reddi deterioris conditionis, quam essent tempore permutationis per iura allegata. Et q̃r. Ipsum Domicilium ex quo sumit Originem à Feudo, & eius occasione processit, debet regulari secundum Feudum, cum actus consequtiui regulentur à suis causis, & secundum Illas, & causa prima magis attendatur, quam secunda & implementũ deseruiat suo radicali, & formali principio, secundum Bal. in l. Ex placito in prima col. maxime in 6. 12. & in 13. fondamento C. de rer. permu. Ideo secundum Bar. in l. prima in fi. cõmenti C. de impo. Lucra. descr. lib. decimo Quotiens, actus non priuilegiatus, sumit originem à priuilegiato secundum illud regulatur. Et q̃r Domicilium accessorium ad Feudi concessionem, sequitur naturam sui Principalis, vt in regula Accessorium cum vulgaribus de reg. Iur. in 6. Et q̃ per Domicilium, non fiant de Iurisdictione ipsorũ Dominorũ de Natis, probat & vult textus in c. primo de priuil. in 6. volens q̃d propter delictum, aut contractum extra loca feudalia factum, aut ratione rei non feudalis quam forte emerint, forum sortiantur ibi, per notata in c. Ex ore super Glo. in verbo Hostem de priuil. in antiquis, Cum etiam Forensis possit casibus predictis ibi conueniri, vt dicit ibi Glo. in d. c. primo in verbo Nunquid ergo, Cum

qua

qua trãseunt ibi Scribẽtes vult Panor in c. Cum capella in fi.commenti de priuile.in antiquis, Nisi Princeps concedat priuilegium, ꝙ etiam in istis casibus non possint nisi coram eò conueniri, vt tradditur in d. c. primo in principio de priuil.in sexto quòd puto valere cum non sint subditi, Cum etiam par, puta alter Feudatarius Dominus alterius Castri, in ipso loco delinquendo, vel contrahendo posset ibi conueniri, aut ratione rei scite, vt habetur per Scribentes maxime Pau. de ca. & Allex. in l.Est receptum ff.de Iurisdictione omni.iudi.& quandoq; consului super hoc, Non tamen per hoc dicentur ipsi Nobiles de Gabiano Dominorum loci Tonghi subditi, per Glo. Singularem in Cle. prima de for. comp. Quam ad hòc solent allegare Scribentes in d. c. primo in principio de priuil. in 6. & cum predicta opinione, etiam transeunt Scribentes in cap. fi. de constitu. in 6. vbi Dominus Philip. Franchus in 3. & 4. col.Et circa hòc, an Exempti contrahendo,vel delinquendo in ipso loco Tonghi,extra eorum loca Feudalia, vel in eis fiant de foro Dominorum loci de Natis, vltra notata per Bar. & Bal. in l.fi.ff.de Consti. Princip. & multa bona dicuntur in tractatu Ang.sup malef. in clausula In schalis Sancti Petronii, per Pet.de ancha. in Repetitione c. Postulasti quarta questione principali de for. comp. & per Maria. in c. qualiter el secondo quinto articulo principali 11. q. de accus. vbi latissime de ista materia, & Docto. in d. c.fi.de consti. in sexto & late Felli.in c.Graue de offi.Ordi.Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Princeps an possit Subditos vassallorum eximere ab eorum Iurisdictione, maxime Millites.

Et Quid si male tractentur ab ipsis Domicellis.

Et an Vassallus, vel Domicellus maletractans subditos potest per superiorem Feudo priuari.

Et Quid si negligenter versetur.

CONS. CLXIX.

NON puto ꝙ valeat, Exemptio istorum hominum loci Valisfenarie, à Iurisdictione Dominorum loci, inuestitorum cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda Iurisdictione, Quia licet Papa possit eximere aliquem à Iurisdictione ordinarii, siue personas aliquas, siue res, siue vtrumq;,c. primo & c.per exemptionem de priuil. in 6. & per totum ibi, & in antiquis, & idem in alio Principe, vt per Bar. & Bal. in l. fi. vbi Bar. in pe.col. & fi. ff. de cõsti. Princ.Quo casu non sunt subditi ratione domicilii, vt est prouisum per d. c. primum in principio de priuil.in 6. vbi est expressum ratione delicti, rei scite, vel contractus, possunt bene ibi conueniri, & sortiri forum, Sicut & Forenses, secundum Glo.ibi in verbo Nunquid ergo Quòd intelligunt Docto.ibi maxime Gemi. & Philippus Franchus, Nisi Papa, vel Princeps specialiter, aut per derrogationem ad illam Decretalem prouideat, ꝙ ét in dictis casibus debeant exempti, esse vt ibi per Gemi. & Phili.Franchum, & in c. fi.de consti.in 6. Tamen hoc non puto procedere, in preiuditiũ eorum, qui sunt inuestiti, de Feudo iurisdictionis, seu de mero, & mixto Imperio, ac omnimoda iurisdictione,Quãuis enim Princeps possit subditum liberare ab homagio, & seruitiis, vt per Lucam de penna, in l.Possessores secunda col.C. de fon. patri. lib. 11. & facere de Feudo allodium, vt ibi, Et dicatur Princeps concurrere in iurisdictione, cum Iudicibus Ordinariis, ita ꝙ possit se intromittere de ipsa iurisdictione ac ipsam adimere Ordinario,& ipsam suspendere, per textum & notata, in l.Iudicium soluitur .ff. de iudic. & per Bal. in l. Qui se patris penultima col. vers. Item in concessis C.vnde libe. habetur in c. Pastorallis de Offi. Ordi.& in c. vt nostrum, vbi Panor.& Alii, in notabilibus

de

de appel. Hòc tamen non procedit in iurisdictione infeudata, de qua non potest Princeps se intromittere in prima cognitione, seu nisi per viam appellationis, aut legitime querelle, vt per Bal. in l. prima 43. questione seu vers. 43. ff. de rerum diuisione cum concordantibus de quibus per Felli. in d. c. Pastorallis 2. col. 6. limitatione vbi probant ꝙ Princeps in Iurisdictione infeudata non concurrit nisi priuatiue, non autem accumulatiue, Quòd comprobatur, Quia cum vassallus habeat vtile Dominium c. primo vbi Bal. de nou. for. fide. & Bal. ac Felli. vbi supra nō pōt Dominus Illud sibi tollere, secundū Bar. in l. 2. per illum textum C. de Fon. Patri. lib. 11. & Bal. in d. l. Qui se patris in pe. col. vers. in translatis C. Vnde lib. & consuluit Pau. de Ca. in cons. 156. inci. viso & examinato in fi. in antiquis, sequitur Felli. in c. Que in Ecclesiarū 19. col. & sequen. in vers. 7. & vltima declaratio de constitu. Quicquid dicat Lucas de penna in l. Predia 22. col. cum sequenti C. de Loca. predi. ci. lib. 11. Et Quia Dominus debet iura suorum vassallorum thueri, & non minuere, & Vassallo vices reddere c. primo in fi. de for. fide. cum concordantibus de quibus per Bal. cons. 97. inci. Proponitur ꝙ Domini 3. vol. vltima stampa & Corsetum in Repetitione c. Grandi in antepe. charta vers. Nota ibi fidelitate, de supple. negli. prela.

Nec prodest istis exemptis, allegare, ꝙ sint Armigeri Principis, quibus potest de alieno largiri, l. Lucius in princ. ff. de euict. & l. Item si verberatum §. Si quis rem, cū ibi notatis ff. de rei vendi. quia ista non est causa legitima, sine qua non potest fieri assignatio rei aliene Millitibus, Cum Millitia non eximat à Iurisdictione ordinariorum Sed Millites de Iure coram Ordinariis respondere teneantur, l. Magisteriæ Iunctis ibi notatis per Glo. & Docto. C. de Iuris. omni. Iudi. Et quia Castra dari solent pro custodia Principatuum & patrie, vt in l. vnica in principio C. de Expen. lud. lib. vndecimo Non debent esse minus fauorabiles ipsi Domini Sed magis, maxime in ipso loco Limitropho argumento l. Quicunq; C. de fond. Limitro. lib. vndecimo; Et quia feuda annumerātur bonis Castrensibus, & vbi subesset causa legitima, que posset dici legitima, teneretur Princeps de suo soluere precium, vt late traddit Felli. in d. c. Que in Ecclesiarum decima col. vers. prima declaratio, & in c. Omnes 7. col. Distinctione prima.

Vnum bene credo, ꝙ subsistēte culpa aliqua Dominorum, possint ab eorū Iurisdictione eximi causa cognita, & premissa admonitione facta vassallis per Dominos, Ne male tractent eos, vt Per Bal. in c. primo §. Si quis aduocatione & §. pe. de pa. tenen. & in c. primo in fi. commenti, quali. Vas. Iur. deb. fide. & Alberi. de Rosa. in l. Bene azenone C. de quadr. prescr. & Roma. in l. Diuortio §. Si Fondum ff. solu. matr. Dicentes ꝙ Dominus potest Vassallum tunc Feudo priuare, Que monitio debet esse trina, secundum Dominū meum Ias. in auten. Qui rem prima col. in fi. cum sequenti C. de Sac. san. Eccle. Et secundum Bal. in prohemio Digestorum circa fi. Subditi non tenentur Domino male eos tractanti obedire, Que culpa posset forsitan etiam Domino requisito, & negligenti circa defensionem subditi ascribi, Cum teneatur reddere vices, c. 1. in fi. de for. fide. cum cōcordantibus preallegatis, & ꝙ habetur in c. Irrefragabili vbi Felli. in prima col. de offi. ordi. & per Roma. cons. 338. inci. In casu proposite consultationis aduertendum censeo secundo Dubio, Vbi dixit deputantem teneri de negligentia Officialis, adde Soci. cons. 292. Inci. Non prosequendo vers. 6. Ista conclusio, secundo volumine, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Dominus

Dominus Loci an possit subditum suum ab homagio quòd ei prestat, ratione rerum quas in homagium tenet à Domino liberare, & à seruitiis.

Et an possit compellere homines vt se liberent ab homagiis.

CONS. CLXX.

Teneo ꝙ Spectabilis Dominus Bartholomeus Isnardus possit egregiũ Gasparem de Burro liberare ab homagio quòd prestat ipsi Domino Bartholomeo pro fondo, de quo factus est michi sermo, alio non apparente. Cum nemini dubium sit, ꝙ vassallus liberare possit hominem suum à seruitiis, & obligationibus, cum eò, vel eius antecessoribus contractis, occasione rerum per eum, vel eius antecessores in homagium datarum. Licet secus esset; quando esset homagium pertinens ad partem Feudi ipsi Domino Bartholomeo, & suis antecessoribus concessi, vt per Lucam de penna in l. possessores in secunda col. C. de fon. patr. libro vndecimo, facit c. primum §. Rursum cum ibi notatis de controuer. inuesti. Ad quòd etiam facit l. 2. C. de fon. rei priua. lib. 11 vbi conductor potest ea mancipia fondi liberare, que postquam fondus fuit sibi locatus acquisiuit, licet non possit eà, que sibi cum fondo tempore locationis fuerunt concessa, Cum per instrumentum appareat de homagio isto, postquam fuerunt Domini loci facti, & tunc millitat illa regula, quod homo hominis mei, homo meus nõ est, seu Vassallus vassalli mei, non est vassallus meus, Nam licet ratione Iurisdictionis vniuersalis, Iste Gaspar sit subditus Principi, Tamen pretextu huius homagii, vel rei, Quam à Domino Bartholomeo, & suis antecessoribus in homagium habuerunt antecessores dicti Gasparis, Non est ipse Gaspar Vassallus seu homo vassallaticus Principis, qr. hòc est ratione diuersarum rerum, vt per Bar. in l. Claudius in fi. commenti, ff. qui poti. in pig. habe. & Bal. in tit. de pac. constan. in fi. in verbo ꝙ non sunt districti, & in c. primo §. Rursus in fin. commenti de contro. inuesti. & Oldra. cons. 234. inci. Factum tale est, cum concordantibus de quibus per Felli. in c. Que in Ecclesiarũ 27. col. in vers. 6. Declaratio de constitu. Non tamen posset ipse Dominus Bartholomeus, Forte quia careat sobole, compellere homines suos, ad Franchitandũ homagia, mediante vero valore, seu ad se liberandum ab eis, & à seruitiis, textus est in d. l. Possessores, C. de fon. patri, Et facit l. Nec emere cum ibi notatis C. de Iur. delib. Nec poterunt Agnati mortuo Domino Bartholomeo contradicere, & homagium repetere, Cum ista bona, non sint de in feudum à Principe concessis, Nec comprehendantur inter bona Feudalia à Principe concessa, Sed sint de allodio Ipsius Domini Bartholomei, per predicta, Ita vt femine in eis succedere possint, Iurisdictione pretermissa, prout dicitur in facto obseruatum fuisse in Castro vallisfenarie, Et alias consului, Licet autẽ Gaspar liberetur ab homagio, Non tñ desinet esse subditus rõne Iurisdictionis, & tenebitur ad iuramentum fidelitatis, licet alio modo, cum aliud sit Iuramentum quod quis prestat vt vassallus, Aliud quod quis prestat vt subditus, secundum Bal. in titulo de pac. constan. in §. Vassalli in Glo. prima, & patet in titulo quali. Vas. presta. debe. Iur. fide. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus

Filia renuntians Bonis, vel hereditati, an censeatur feudo renuntiare.

Et an Iurisdictio possit, vel censeatur hypotecari, vel alienari.

Et an Hypotecata censeatur, in generali hypoteca.

Quid de hominibus, & homagiis.

Castri Appellatione, an veniant Iurisdictio, & homines

mines, & econtra.
Iurisdictio an diuidi possit.
Quid de hominibus, & homagiis, an diuidi possint.
Iurisdictio, & homagia, an veniant in dispositione, loquentæ, de re traddenda, vel possessione, vel de re Diuidenda.

CONS. CLXXI.

IN Presenti consultatione est aduertendū, quod Domina Catherina renūtiauit hereditati, & bonis paternis, ac Castro, & Iurisdictioni, & consequenter bonis quibuscumq; Feudalibus, Quia licet filia hereditati renuntians, non censeatur Feudo renuntiare, tamen secus est quando bonis renuntiat, Cum Feudum dicatur esse in bonis, licet regulariter non veniat appellatione hereditatis, Nec dicatur esse in hereditate, secundum Specu. qui loquitur in Emphiteosi in titulo de Locato §. Nunc aliqua, vers. 156. in fi. & in proposito consuluit Dyn. conf. 2. vult Bal. in l. Liberti col. fi. vers. Quero an Vassalli C. de Oper. lib. & Marti. de Lau. in c. In generali si de feu. fue. contro. & Dominus Ias. in prelludiis feudorum col. 17. vers. Limita tamen, Dum examinat Illum articulum, An Feudum veniat in petitione hereditatis, Quòd indubitanter procedit, stantibus aliis verbis adiunctis Castro, Iurisdictione &c. Cum ex verbis adiunctis amplietur, & declaretur dispositio l. Sed si adiciatur ff. pro Socio, l. prima cum ibi notatis ff. de re. dubi. l. Si seruus plurium §. Fin. ff. de leg. primo, cum concordantibus, Et licet ipsa Domina Catherina renuntiauerit mediātibus tribus millibus scutis, l. Fuit questionis, ff. de acqui. here. & quòd habetur in l. actione C. de transactio. & per Pau. de ca. & Allex. in l. Sicut C. de repu. here. Et qr. Domina Maria, seu Dominus Fredericus eius filius fuit declarata, vel declaratus heres, Cum Dominus Antonius Ipsarum Dominarū Marie & Catherine pater, vellet ipsum Dominum Fredericum heredem instituere, nisi fuisset impeditus, In cuius Domini Frederici fauorem lata fuit sententia, Que in effectu, videtur approbata, Taliter quod sicut Domino Antonio patri incumbebat onus dotādi ipsam Dominam Catherinam l. Fin. C. de dot. promis. Pariter incumberet eius heredi, Et merito dicitur in Transactione, quod Domina Catherina habeat ipsa scuta tria millia pro dotibus suis.

Secundo est aduertendum, pro intellectu pacti, quòd inducit difficultatem, quod licet conuentum sit, vt deficiente Magnifico Domino Christoforo de Saluciis marito ipsius Domine Marie, & patre ipsius Domini Frederici, vel ipsis Dominis Maria & Frederico, deficientibus in solutione dictorum trium millium scutorum secundum terminos appositos, Ipsa Domina Catherina habere debeat dimidiā bonorum paternorum Feudalium, & allodialium. ac partis paterne Castri, quousq; tradita fuerit dicta somma, Ita tamen quod fructus non computentur in sortem; Tamen ex hòc non videtur actū, vt in ipsam Dominam Catherinam retrotrāseat dominium, Nec quod sint ipsa bona vendita, vel retrouendita ipsi Domine Catherine, Sed quod Illa teneat loco pignoris, Iuxta dispositionem c. Salubriter de vsuris; Quòd maxime comprobatur, ex Illa adiectione verborum, quod fructus non debeant in sortem computari, quæ verba alias nō conuenirent, Iuxta notata per Bar. & Docto. in l. Vbi ita ff. de dona. causa mort. & per Bal. in l. Non codicillum C. de testa. Et qr. Ipsa scuta tria millia expresse promissa sunt vt dos, Non vt pretium rei, cum preter propositum non oriatur actio l. Nō omnis in Principio cum Ibi notatis ff. si cer. pet. & l. Multum interest Iunctis etiā Ibi tradditis C. Si quis alteri vel. si. Et qr. ex solo titulo resolutiuo dominium retro non transfertur vt late habetur in l. Ab emptione ff. de pactis, cum sua materia.

His premissis, Ex quò non fuit satisfactū ipsi

Domine Catherine, dubitatur an ipsa Domina Catherina possit frui Iurisdictione, & ponere Potestatem, & ab hominibus exigere Iuramentum fidelitatis, Et videtur ꝙ sic, Quia homagia & Vassalli dicuntur esse in bonis, secundum Bal. in d. l. Liberti, col. fi. vers. Quero an Vassalli & in l. Prima vers. Sed nunquid ff. de sta. homi. vbi dicit quod rerum mearum appellatione veniunt homines mei, nisi qui sunt michi sanguine coniuncti, Et qr etiam Castri appellatione possunt venire Vassalli, & econtra, vt per Bal. in c. In generali, si de feu. fue. contro. & pulchre Firmi. in Tractatu Gabellarum primo articulo, prima parte, in 13. questione De qua materia, etiam habetur in c. primo in principio de Capi. qui curiam vendi. Et quia in concessione, vel venditione castri, venit Iurisdictio, secundum Bar. in l. Inter eos, ff. de acqui. rer. domi. & Bal. in d. c. primo 6. col. de capi. qui cur. vendi. & in l. Prima §. Initio secunda col. ff. de offi. prefe. vrb. & Angel. in l. Prima §. fi. ff. de Offi. eius cui manda. est Iuris. & Roma. cons. 444. inci. An dictũ castrum secundo Dubio, & in l. 3. in principio vbi Dominus Ias. prope fin. commenti ff. de acqui. pos. Et quia nomine castri, territorium continetur, cui inest merum, & mixtum Imperium, secundum Bal. in l. 2. in pe. col. C. de Peda. Iudi., Et quia iurisdictio, venit in iudicio communi diuidundo Ita ꝙ simul cum castro diuidatur, secundũ Bar. in l. Arbor §. fi. ff. communi diuid. & Allex. cons. 25. prima col. 5. vol. cum multis concordantibus de quibus per Dominum Ias. in l. Stippullationes non diuidun tur 20. col. ff. de verbo. obligationibus.

Et Quia ponere Officialem potest qui habet Iurisdictionem, vult textus in l. Imperiũ in fi. ff. de iuris. omni. Iudi. & Pau. de ca. in l. Iure ff. de Serui. Vrba. pre. & Bal. in cap. primo §. Ad hoc secunda col. de pac. Iur. fir.

In contrarium vero facit, Quia cum non sit expressum de iurisdictione, Sed tantum de bonis feudalibus & castro, non veniat iurisdictio quæ secundum Bar. in l. Si is q §. iura ff. de Pigno. quem sequitur Felli. in c. Ad audientiam 2. col. vers. An autem iurisdictiones castri, de prescr. pignorari non potest, & consequenter multo minus pignorata censetur, Facit quòd dixit Bal. in d. c. 1. §. Ad hòc 2. col. de pac. iur. firm. Dum dixit ꝙ iurisdictio non est in Patrimonio, cum sit publici iuris, maxime cum consistat in creandis Magistratibus, ita ꝙ dicatur inesse in territorio, & Magistratu vt ibi per Bal. in vers. modo quero. Quod fortius comprobatur ex his que dixit ipse Bal. in l. Data opera decima col. C. qui accu. non pos. Vbi dicit ꝙ iurisdictio, non venit appellatione bonorum nec rerum, vel substantie, cum sit qualitas territorii, quem sequitur Dominus Ias. quãtum ad propositum nostrum, licet eum in alio reprehendat, in l. prima in pe. col. vers. tertiam vtilitatem ff. de Iur. omni. iudi. Hinc dixit Bal. in l. A procuratore C. mandati, ꝙ subiectum iurisdictionis est territoriũ, non autem certa predia, Et alibi dicunt Bal. Allex. & Docto. ꝙ iurisdictio formaliter & actiue dicitur esse in Magistratu, materialiter & passiue in personis subditis, & ratione situs in territorio, Et secundum Bar. in l. prima C. de excu. mun. lib. decimo, conuentio ꝙ castra capta ꝑ Vbaldinos, sint sub eorum regimine, non transfert in eos iurisdictionem, Ita vt simile dici possit in hac hypoteca castri, & bonorum feudalium de pignore, de quò hic Glo. prima, & Doct. in c. 1. §. Si quis fecerit quo temp. mil. & Glo. in verbo ad alium in c. primo. §. preterea ducatus de prohi. alie. feu. per Fred.

Similiter in contrariũ facit, circa hominum fidelitatem, ꝙ per ipsam Dominam Catherinam peti non possit, Decisio Bar. in d. l. Si is qui §. iura, Quam sequitur Felli. in d. c. Ad audientiam loco preallegato, Dum volunt ꝙ homines & Vassalli non possint pignorari, ideo Iohan. Fab. in §. Item seruiana in octaua col. vers. Quid si castrum insti. de actio. dixit ꝙ obligato castro, homagia non censentur obligata, nisi hoc fuerit expressum, per textum in d. c. primo in principio de capi. qui Curi.

vendi.

vendi. & est de mente Bal. in l. Si plures in 1. & 2. col. C. de condi. inser.

Et licet Bal. & multi Docto. alibi teneant, Iurisdictionem esse in bonis, & alienari posse, saltem de consuetudine, vt per Allex. in appostillis in d. §. Iura, Cuius dicta refert & sequitur Dominus Ias. in d. §. Item Seruiana prope fi. commenti, & soleat distingui, an homagia sint alienabilia, vt habetur in c. 1. §. Ex eadem de leg. Conra. & in c. 1. § Preterea Ducatus de prohib. alie. feu. per Fre. Tamen in presenti casu, ex eius tenore, & verbis, vltra premissa, excluditur ipsa Domina Catherina à Iurisdictione, Nam dictum fuit ꝙ bona, & pars, quæ petere potest ipsa Domina Catherina debeāt diuidi, ita qđ medietas deť Domine Catherine, Et certum est ꝙ talis diuisio, ac datio medietatis, non cadit in iurisdictione quæ est indiuisibilis, vt late habetur in d. c. primo §, Preterea Ducatus Vbi Bal. in secunda col. de prohi. alie. feu. per Fre., & Per Bar. cons. 189. inci. Primo queritur 2. col. Cum ex adiunctis generalis sermo, vel indefinitus restringatur d. l. Sed si adiiciatur ff. pro Socio, cum concordantibus supra allegatis, Et vbi non conueniunt verba, non vendicat sibi locum dispositio vt per Bar. in l. 4. §. Pretor ait in fin. commenti, vbi late Roma. & Allex. ff. de dam. infe. & Allex. cons. 2. inci. Ex narratis, vers. 2. Principaliter 2. vol. Ex cuius dictis etiam infertur dictam dimidiam peti non potuisse, ante lapsum omnium terminorum.

Quòd si dicatur iurisdictionem posse diuidi, seu capere diuisionem, quòad exercitiū per tempora, & commodum fructuum, vt dixit Bal. in d. §. Preterea Ducatus 2. col. Cum quò alii transeunt, & in l. Communi diuidundo in principio. ff. communi diui. & Bar. in d. cons. 189. cum concordantibus, Respondetur, ꝙ verba transactionis hunc sensum non admittūt, Qr. loquntur de bonis Feudalibus pro dimidia dandis, Quòd contingere non potest in Iurisdictione, Quæ esto ꝙ exercitium eius diuidatur, Tamē quò ad ius proprietatis, & possessionis, seu quasi, remanet indiuisa, vt in locis preallegatis, & per Bar. in l. Inter tutores 3. col. ff. de admi. tuto. & in l. Cum constet. §. Inter duos ff. de aq. quotti. & æsti., & illud dictum Bar. in d. l. Arbor ff. commu. diui. qđ Iurisdictio veniat in iudicium communi diuidundo, saltem accessorie ad castrum, non obstat, quòminus dicatur indiuisa quòad ius proprietatis, & possessionis, licet ratione quotte, pars cuiuslibet quotta sit, declaretur, vel procedit ratione exercitii tantum, per predicta. Et ista coadiuuātur, eò qr. ista iurisdictio Domini Antonii patris ambarum filiarum adhuc est indiuisa, cum Nepotibus ex Fratre, dicti quondam Domini Antonii Dominis Montisbersarii, pro alia dimidia; Ita ꝙ non esset in potestate ipsorum Dominorum Christofori, Marie, & Frederici, dare dimidiam, dimidie, ipsi Domine Catherine, cum nemo censeatur promittere sibi impossibile l. 3. ff. de stat. libe. cum concor.

Quòd si dicatur saltem homagia capere diuisionem, Ita ꝙ homines diuidi possint, vt voluit Bal. in c. vno delegatorum prope fi. commenti; de offi. deleg. & in d. l. Liberti col. fi. vers. Quero an Vassalli C. de ope. lib. & in l. Si plures prima col. C. de condit. inser. & Dominus Ias. in dict. l. Stippulationes non diuiduntur in princ. 21. col. ff. de verb. oblig. Respondetur ꝙ si non potest aspirare ad iurisdictionem, minus potest aspirare ad superioritatem hominum quæ est subiectum iurisdictionis, cum iurisdictio passiue sit in hominibus, vt dictum fuit supra, Et vlterius secundum Bar. in d. cons. 189. 2. col. homagia sunt indiuisibilia, nisi quò ad æmolumenta, licet alia opinio sit magis communis.

Ceterum dici potest, verba transactionis etiā non conuenire Iurisdictioni, & homagiis, dum loquntur de traddenda possessione, cum incorporalia non possideantur, l. 3. in principio. ff. de acqui. pos. Super quò fondamento non est insistendum, Quia preterquam in materia statutaria, dispo-

sita

sita circa possessioné, regulariter trahuntur ad quasi possessionem, & possessionis appellatione veniat quasi possessio, & in materia statutaria adhuc sint opiniones, Vt habetur in d. l. Tertia in principio per Allex. Are. & Dominum meum Ias. Melius ergo est dicere, ꝙ ista verba non conueniuut, quia incorporalia vt Iurisdictio, non tradduntur, Sed in eis patientia habetur, pro tradditione, vt late tradditur per Anto. de Butri. in proposito in Repetitione c. Fi. penul. charta de cau. pos. & propri. & per Innoc. in c. Olim el tertio super Glo. prima de resti. Spoli. facit vulgata l. Quotiens la 2. vbi Bart. ff. de Seruitu. & notatur in l. prima & 2. per. Bar. C. de serui. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Vnus Dominorum loci tenetur si requiratur, alteri prestare iuramentum assecurationis.

Vel ex causa præstare fideiussorem de non offendendo.

CONS. CLXXII.

In materia huius consilii vide Iohannem de Arnono in suis Singularibus in Singu. nu. michi 30. inci. vulgata conclusio est, & in Singulari nu. michi 53 inci. Quotidie, & Dominum Marrantã Siculum in suo Tractatu de Ordine Iudiciorum in sexta parte in vers. inci. Octauum membrum Iudicii nu. michi 13. vers. Quarta species satisdationis fol. michi 187. Brunus Filius.

SI isti Consortes non confidunt vnus de alio, vnũ est remedium quòd michi occurrit, ꝙ nó Confidens petat ab altero Iuramentũ assecurationis sibi, prestari, cum de Iure Consors, Consorti, licet sint pares in Iurisdictione, & vnus, non subsit alteri, tale Iuramentum præstare teneatur, secundum Bal. in c. 1. vers. Sed pone ꝙ sunt duo fratres Domini &c. quali. debe. Iura. vassa. Domino fideli. cum quò transit Ibi Iacob. Alua. in antepen. col. vers. Quæro ab extra, Vbi Marti. de Lau. limitat hòc non procedere, Si Vnus sit alterius Superior, Puta si Princeps Dominus Vassalli, habeat in Castro Vassalli sui bona, Vt ibi per eum, & cum Ista opinione etiam transit Dominus Præpo. in dict. cap. primo vers. Quæro ab extra, tertia col. Vel si constet de minis, aut Illicita offensa, Petat Iste diffidens fideiussionem securitatis, Iuxta notata per Bar. in l. Illicitas §. Ne potentiores ff. de offi. Præsi. Iunctis his quæ Cumulatissime collegit Felli. in Rubrica de Treu. & Pa., Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

Iurisdictio an diuidi possit, maxime quæ non sit dignitatis, & quando ea quæ est dignitatis.

De modis diuidendi Iurisdictioné.

Et an duo Domini possint diuersos Officiales, videlicet quilibet vnũ in loco ponere.

Et an diuisio subditis inuitis, & Domino inscio fieri possit, & cum minore.

Et an non obstante, ꝙ semper tenta sit communiter.

Et Quid si aliqui ex Dominis Pretendant prærogatiuam aliquam, vel aliquis habiturus sit Prædia, in loco diuiso in alterius parte.

In materia præsentis consilii videatur Allex. cons. 25. vol. 5. & cons. 6. & 7. eo. vol. 5. & extant etiam prædicta cons. in præsenti cons.

CONS. CLXXIII.

Circa articulũ de quo queritur, An diuidi possit Iurisdictio huius Castri, Ita ꝙ quilibet consortũ habeat de per se, suã ratam partem, taliter ꝙ sit eius administrator, & Dominus, Ac solus possessor, seu quasi. Premito ꝙ si loquimur de diuisione ꝑ modum commoditatis, vel administrationis tantum. Nullus discrepat, etiam in feudis dignitatum, Quin hòc fieri possit, Vt late comprobat Allex. cons. 18. inci. Visis capitulis secunda col. vers. His ergo 2. vol. & 25. inci. Attentis narratis, prima col. in fi. cum sequenti 5. vol. & Felli. in c. Quæ in Ecclesiarum 35. & 36. col. in 8. declaratione de constitu. & Soci. cõs. 165. inci. visis inuestituris 7. col. cum sequenti, primo vol. Et Dominum Præceptorem meum Iaso. in l. Stipullationes nõ diuiduntur in principio 20. col. vers. vltimo quærit ff. de verb. oblig. Et idem esset, Vbi Iurisdictio vni in totum assignaretur c. Omnes si de Feu. fue. contrò. inter Domi. & agna. & traddit Allex. d. cons. 18. loco preallegato. Si vero loquimur de diuisione ipsius Iuris Iurisdictionis Ita quòd quilibet separatim, & per se, dicatur Dominus, & possessor, seu quasi, sue rate partis Iurisdictionis, Communis conclusio est, ꝙ in Feudis dignitatum hòc fieri non possit, per textum in c. primo §. Præterea Ducatus, de prohi. alie. feu. per Fre. vbi late tradditur de hoc, per scribentes, & per Allex. in cons. 6. in 5. vol. & in d. cons. 18. & Sozi. in dict. cons. 165. & plene Dominus Ias. in d. l. stippulationes nõ diuiduntur loco preallegato. At in Feudo, quòd non sit dignitatis, Sed solum Iurisdictionis, Vt in proposito, an possit fieri talis diuisio, Inuenio Doctores Varie, fuisse loquutos, & Bart. fuisse sibi ipsi contrarium, Nam in l. cum constat §. Inter duos ff. de aq. quot. & æsti. Ipse Bar. dixit ꝙ diuisa inter duos consortes vnius Castri Iurisdictione, vel iure pedagiandi, pars que obuenit alteri eorum, per eum possidetur ex persona sua, Et pars alterius etiam per eundem possidetur ex persona alterius, motus per illũ Textum cum Glo. fi. Vbi diuiso per tempora vsu Aque, vnus, per alium dicitur possidere, Cum ius Aque ducende, sit indiuiduum, sequitur Pau. de ca. in l. vie in fi. ff. de serui. vr. predio; Quòd procedit secundum Pau. de ca. Ibi & Bar. in l. Inter tutores 3. col. ff. de admi. tuto. & cons. 189 inci. Primo quæritur vtrum Iurisdictio 2. & 3. col. & Gemi. in c. fi. in principio col. fi. de arbi. in 6. etiam vbi sunt duo Castra, quòrum vnum perueniat alteri in partem, Et aliud alteri, In tantum vt si post factam diuisionem, vnus delinquat in Castro alterius, non possit ab eò Puniri secundum Bar. in d. l. Inter tutores, vbi mouetur, argumento eius quòd dicimus de tutella diuisa inter tutores, vt sola administratio sit diuisa, cum ipsum ius tutelle, à persona tutorum euelli, non possit, sed sit indiuiduum super quo Gemi. Vbi supra, & Panor. in capitulo prudentiam in principio quarta col. de Offi. delega. allegant aliam rationem, videlicet quòd diuisio fieri non possit in præiuditium superioris, per l. Communi diuidundo in principio cum Glo. & Ibi notatis maxime per Bal. ff. Communi diuid. Ex qua decisione Bar. in dict. l. Inter tutores infertur, ꝙ per Felloniam vnius, possit Dominus totum Feudum ad se euocare Vt Ibi per eum, & per Alua. post Bal. in hòc impugnantes Bar. in cap. primo §. Præterea Ducatus in sexta col. vers. Quæro an Iurisdictiones de prohi. alie. feu. per Fre. iuncta col. sequen. Et demum Idem Bar. in l. Arbor §. fi. ff. Communi diui. dixit ꝙ Iurisdictio, etiam ratione iuris proprietatis seu quasi, ac quasi possessionis, potest diuidi accessorie, cum Castro, licet non per se, Sicut in dict. §. Fin. Seruitus quæ per se est indiuidua cũ fondo põt diuidi.

Ita ꝗ ad ipsam diuisionem Iurisdictionis cum Castro competat actio communi diuidundo, Quam opinionem firmat etiam ipse Bar. in consilio preallegato tertia col. vers. Tertio an Iurisdictio, & sequi videtur Panor. in dict. cap. Prudentiam in principio quinta col. Nisi liber meus sit corruptus, Et ante eos voluit Specu. in titulo de Feudis §. Quoniam super homagiis, vers. 34. & Bal. in c. vno delegatorum col. Fin. de offi. deleg. argumento eius quod dicimus, de seruitute, Et quia secundum eum efficatius est ius Iurisdictionis quam seruitutis, Cum Iurisdictio possit subalternari, non seruitus, Idem voluit ipse Bal. in cap. primo §. Præterea Ducatus secunda col. de prohi. alie. Feu. per Fre. & Allex. consilio 18. in secundo volumine & consilio septimo ac consilio 25. in 5. vol. quam opinionem dicit communem, & multis auctoritatibus comprobat Dominus preceptor meus Dominus Ias. in l. Stippulationes non diuiduntur in principio 21. col. ff. de verb. oblig. vbi breuiter & copiose loquitur, & subtiliter comprobat, Dominus Bartholomeus Sozi. dict. cons. 165. in antepe. col. cum sequenti. primo volumine, & probatur ex textu in c. Omnes si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. vnde cum Iurisdictio sit de se indiuidua tanquam res incorporalis, vt in locis preallegatis, maxime per Bar. consilio preallegato, & Bal. in dict. cap. vno delegatorum col. fi. & in dict. §. Præterea Ducatus secunda col. & Imol. in dict. c. Prudentiam, & Pau. de ca. in dict. l. vie, Concludendum puto post predicta, quod accessorie ad Castrum diuidi possit, intelligendo de Castro, prout est quid vniuersale, videlicet certis finibus, ac territorio, cum Iurisdictione munitum vt per Roma. in l. tertia in principio pe. col. ff. de acqui. pos. Non autem prout est solis muris circundatum, vt per Allex. ibi 8. & 9. col. post Bar. in l. 2. ff. de verb. sig.

Nec enim, inter duos consortes, volentes diuidere Castrum, Feudum, & allodialia, dicere debemus, ꝗ si vni obueniat totũ Castrũ, forte propter incõmodam diuisionẽ, & alteri Domus allodialis existẽs in villa, Ille talis habẽs talẽ Domũ, nil habeat de Iurisdictione Sed habens Iurisdictionem tanq; castro coherentem qr. tunc capitur Castrum tanq; muris circundatum. non vt quid vniuersale.

Non obstat qđ dixit Bar. in d. l. Inter tutores in 3. col. ꝗ sicut tutella non potest diuidi, nisi quò ad facultatem administrationis, ita nec Iurisdictio, Qr. hoc argumentum Procederet, capiẽdo Iurisdictionẽ, prout Castro non coheret, seu territorio, sed persone, prout declarat Bar. in d. l. Arbor §. Fi. & in d. cons. 189. in secunda col. vers. 3. an Iurisdictio, & habetur de ipsa Iurisdictione personali, Per Imo. & Docto. in dict. cap. Prudentiam, & per Gemi. in dict. c. fi. in principio col. fi. de arbi. & per Bal. in l. prima .ff. de Offi. consul. ꝗ talis sit indiuidua indistincte, Nisi ratione commoditatis, & administrationis. Cum sit dare Iurisdictionem territorio, & Castro coherentem, & solum persone coherentem, Quarum prima dicitur realis, & 2. personalis, vt per Bar. in l. sequitur .§. Si viam in fi. cõmenti, vbi alii & in l. Si aliena .§. Hòc Iure ff. de vsuca. & in l. Prima col. fi. ff. de Iuris. omni. Iudi. & in l. Fin. C. vbi, & apud quem in integr. resti. postu. Vbi dicit ꝗ personalis est duplex, & in l. Inter eos .ff. de acqui. re. domi. & in l. Pater in fin. ff. de Serui. leg. vbi dicit concessionem Iurisdictionis in dubio presumi realem, cum concordantibus de quibus per Roma. in d. l. 3. in principio pen. col. vbi etiam Allex. in 9. col. ff. de acqui. posses. & Allex. in d. cons. 7. in 2. col. vers. Et posito 5. vol.

Nec etiã obstat, ꝗ diuisio feudi, seu Iurisdictionis, fieri non possit in præiuditiũ superioris, Quia cum fiat ex necessitate successionis, fieri põt sine superioris cõsensu, & eò inuito, vt habetur ĩ d. l. cõi diuidũdo in princ. ff. communi diui. & per Allex. in d. cons. 7. inci. primũ, in Prima col. in fi. in 5. vol., vbi dat alias responsiones, ad hoc obiectum, & plene consuluit, quòd

N 2 Feu-

Feudum Iurisdictionis diuidi possit, ad quòd multa cumulauit Felli. in c. Quæ in Ecclesiarum in 35. col. de constitu. In tantum q superior prohibere non possit diuisionem, vt Ibi, & in locis prædictis, Iunctis his quæ dicentur infra de diuisione alternis annis fienda post Panor. in cap. Fi. secunda col. secundo notabili de re Iudi. & Allex. in l. 2. §. Ex his 3. col. ff. de verb. oblig.

Et pro ista opinione, quàm supra firmaui faciunt iura que volunt, q in feudo diuiso, nichilominus agnatus agnato, succedere possit, vt per Glo. & Docto. in c. primo in principio in titulo Imperator Lotharius, & in cap. primo de natu. suc. feu. cũ concordantibus maxime per me agregatis in cons. 79. in primo vol. meorũ consiliorum Feudalium, per quæ Iura apparet diuisionem, nõ extinguere ius prime concessionis & prime Inuestiture ex toto, videlicet quò ad facultatem succedendi.

Quò ad secũdum articulum, de modo diuidẽdi Iurisdictionẽ, est aduertendũ, q licet diuidatur Castrũ, ẽt prout est q̃d vniuersale habens territoriũ, & annexã Iurisdictionem, ex hoc solo non erit diuisa Iurisdictio, Quia Officialis, seu Potestas ponet cõiter in loco vt per Pau. de ca. in d. l. vie in fi. commenti ff. de serui. Vrb. predio, & in l. Si vni ff. de re Iudi. & mulcte, ac Emolumenta Iurisdictionis, communiter exigentur, Quas mulctas, vnus, sine altero, remittere non poterit, vt per Panormi. in d. c. Prudentiam in principio quarta col. & Sic de reliquis, & erit effectus q pars Castri erit particulariter diuisa, & Iurisdictio cum territorio, erit diuisa pro quotta, hoc est quòd vnus habebit Tertiam, alius Quartam, alius dimidiam, pro indiuiso, Et secundum has partes percipient emolumenta, per Eà quæ in Simili dicuntur, in l. tertia. §. Incertam ff. de acqui. pos. Vnde ad inducendum diuisionem Iurisdictionis, inuenio multa, alia media, traddi à Doctoribus, Quòrum aliqua respiciunt ipsum ius Iurisdictionis, ac eius quasi proprietatem, & quasi possessionem, & aliqua diuisionem administrationis, & quandam Vtendi feudo, & Iurisdictione commoditatẽ, Et vna species diuisionis Ipsius Iurisdictionis, est, quando vni totum Feudum venit in partem, & alteri alia bona allodialia, Iuxta textum in dict. cap. omnes, Si de Feu. fue. contro. inter domi. & agna. & traddita in superioribus, & hæc non est proprie Feudi diuisio.

Secundo quòd fiat diuisio Territorii in regionibus, puta quòd vnus habeat, in Villa, & territorio, tales Parrochias, & contratas, seu talia quarteria, & valles, montes, & loca, sic & sic noncupata, & alter talia, vel per Signa, Et terminos, Ita quòd vnus habeat à tali parte Ville, & Territorii, & alter ab altera, per designationem terminorum, secundum Bal. in cap. Primo §. Item si fuerit Vbi Præpo. in Fi. commenti quibus mo. Feu. amit. el primo, dicentes quòd diuisio Feudi, potest fieri ex diuisione rei Feudalis, Et hòc, vult Clarius ipse Bal. in dict. cap. Vno delegatorum col. fin., Iunctis his quæ Ibi dixit, in pen. col. Versiculo Quero cum Iurisdictio, & est de mente Bar. in dict. l. Arbor. §. Fin. in finalibus verbis. ff. communi. diui. Vult Alua. in dict. §. Præterea Ducatus, & Allex. dict. cons. septimo in secunda col. vers. In dubio, Quinto volumine Et dicit Alua. in dict. §. Præterea Ducatus pe. alias antepe. col. tunc esse cautiones interponendas, de non impediendo se inuicem. Tertio diuidendo Domos, & homines, & Vassallos, Vt dixit Bald. in dict. cap. Vno delegatorum col. Fin. de Offi. deleg. & in l. Qui se patris col. Fin. vers. Quero an Vassalli C. Vnde libe. & l. Si Plures prima col. C. de condi. inser. & in dict. §. Item si fuerit, Vbi etiam Dominus Præpo. in fin. commenti, Et Dominus Præceptor meus Ias. in dict. l. Stipulationes non diuiduntur in principio 21. col. vers. Querit vltimo. ff. de verb. oblig. Quamuis Bar. in dict. cons. 189. in secunda col., dixerit hanc diuisionem hominum fieri non posse, Quòd intelligo quin saltem habitando in villa indiuisa,

tenean tur

teneātur omnibus ad Iuramentū assecurationis iuxta notata in c. 1. quali. vassal. presta. debe. Iura. fide., Et ꝙ per Quarteria, vel per portas, possit diuidi etiam Iurisdictio non feudalis, vult Bar. in dict. cons. 189, in 3. col. Bal. in l. prima 12. questione in fi. ff. de offi. consul. & in l. 1. in fi. C. Vbi quis de curi. vel cohartali, & Franciscus de are. cons. 79. in 2. col. Ista tamen diuisio hominum & Domorum, non est perfecta, Nec vniuersalis, Quia licet vnusquisq; deputet Officialem suis hominibus, Nichilòminus si extraneus delinquat in territorio, Iurisdictio, cognitio, & pena est cōis, & per ambos potestates, vel Dominos, erit cōiter procedendū, vt per Pau. de ca. in d. l. vie in fi. cōmenti, & Gemi. in d. c. Fi. in principio col. fi. de arbi. in sexto, De quò, & an sit Locus inter eos preuentioni, habetur vltra dicta per eos, per Panor. in d. c. Prudentiam, & per Bar. in d. l. Si vni 5. q. cum concordantibus.

Item potest fieri diuisio Emolumētorū tantum, puta ꝙ vnus habeat tertiā, alter plus, Alius minus, vt per Bal. in d. l. communi diuidundo, in principio in fi. cōmenti ff. cōi diui. & Allex. d. cons. 25. 1. vel 2. col. 5. vol. & Ista diuisio Fructuū, non est proprie diuisio, secūdum Bal. in d. c. vno delegatorum in fi. commenti.

Item potest fieri diuisio, Ita ꝙ vnus consortum, teneat titulo Locationis, Et pensio, ac emolumenta diuidantur pro rata, vt ꝑ Alua. in d. §. Preterea Ducatus antepen. vel penult. col.

Item poterit fieri diuisio, vt alternis annis fruantur, vel ponant Officiales, videlicet habens dimidiam duobus annis, Habens quartam vno anno ex quatuor, Et tertiam habens vno anno de tribus, ad quam diuisionē alternis annis faciendam data discordia, cōpelli possunt ꝑ Superiorem, vt dixit Panor. in c. fi. in 2. col. vlt. notabili de re Iudi. Vbi Felli. vult Bal. in dict. cap. vno delegatorum col. fin. de offi. delega. & in d. c. primo. §. Preterea Ducatus in 2. col. de prohi. alie. feu. per Frede. & Allex. in l. secunda. §. Ex his in 3. col. ff. de verb. oblig. & in dict. cons. 18. in secunda col. secundo vol. & in dict. cons 25. in prima & secunda col. quinto vol. De qua diuisione in simili est textus in d. l. Constat, in principio & § primo; ff. de aq. quot. & esti. & habeē in l. In concedendo ff. de aqu. plu. arc. & per Bar. in dict. l. Stipulationes non diuiduntur in principio 2. col. cum infinitis concordantibus. ff. de verbo. obliga. Que diuisio non respicit ius proprietatis, vel possessionis, sed administrationem, & commoditatem vtendi.

Posset etiam fieri diuisio Iurisdictionis, per species, capitula, & per gradus, secundum Bal. in d. c. vno delegatorum col. fi. & in d. §. Preterea Ducatus secunda col. puta ꝙ vnus præsit causis primis, alter causis appellationum, vel vnus causis meri imperii, alter inferioribus, iuxta tradita per Bar. & Docto. in l. Imperium. ff. de Iuris. omni. Iudi. vel vnus causis Criminalibus, alter Ciuilibus, Vel vnus à tanta summa infra, alter à tanta supra.

Quòad Tertium Quæsitum concernens alia, quæ obiciuntur ad impediendum diuisionem, Et Primo ꝙ non possit fieri, nisi omnibus Consortibus consentientibus, vt consuluit Panor. cons. 83. inci. Quanquam in his dubiis pen. col. primo vol. Cum quò transit Felli. in dict. cap. Quæ in Ecclesiarum in 36. col. octaua declaratione, secunda limitatione de constitution. per textum in dict. cap. primo §. Preterea Ducatus de prohi. alie. feu. per Fre. in versiculo Si consortes voluerint &c. Respondetur quod hòc non obstat, & communis opinio, est in contrarium, Vt per Andr. de Iser. in dict. §. Præterea Ducatus prima col. Vbi etiam Bal. in 3. col. Et plene ꝑ Allex. in d. cōs. 25. in 3. & 4. col. & cons. 7. secunda col. in fi. quinto vol. & Soci. dict. cons. 165. col. fin. primo volumine Et Dominum Ias. in d. l. Stipulationes nō diuidūtur in 21. col. vers. vltimo querit in limitationibus & d. §. preterea ducatus loquitur in Feudis dignitatū, in qbus regulariter est prohibita

diuisio vt habetur in d. §. Preterea Ducatus, & latæ per Felli. in d. c. Que in Ecclesiarum loco preallegato, Et per Dominum Ias. in d. l. Stippulationes non diuiduntur etiam loco preallegato, & Soci. in d. cons. 165. Vbi limitant, & tangunt quando etiam Feuda dignitatũ possint diuidi, de quò etiam per Allex. cons. 6. & 7. 5. volumine & 18. circa fi. 2. vol. vbi limitat stante mala administratione alterius & per Bal. in auten. Hoc amplius secunda col. C. de fideicom. & in c. 1. in principio 5. col. de prohi. alie. feu. ꝑ Fre. Vbi limitat, quãdo Rex diuidit filios consentientes. Et non obstat etiam superioris contradictio, vel defectus consensus superioris, Quia, vt dictum fuit, in vers. Nec etiã obstat ꝙ diuisio &c. Talis licentia superioris, vel consensus, non requiritur prout etiam late firmat Feli. in d. c. Que in Ecclesiarum 35. col. 8. Declaratione. Sed quòd magis est, stante discordia consortum in administrando, superior debet ipsos cogere ad diuisionem, saltẽ alternis annis, secundum Panor. in d. c. fi. in seconda col. vltimo notabili de re Iudi. & Allex. in l. 2, §. Ex iis in quarta col. ff. de verb. oblig. & d. cons. 25. prima col. vers. Et potest 5. vol. & Curtius Senior cons. 69. & Allex. in l. Si domus §. fi. ff. de leg. primo Et cons. 189. in secunda & pe. col. secundo vol. & memini tetigisse in cons. 93. in primo vol. consiliorum meorum Feudalium circa principium, & in quoddam alio paruo cons.

Item non obstat dissensus subditorum, Qr. vt dixit Pau. de ca. in l. Si vni ff. de re Iudi. in pe. col. vers. Quid autem si decessit interest subditorum, & opponere se possunt, ne habeant plures Officiales, seu potestates, dicens se ita consuluisse. Et quia vt dixit Allex. d. cons. 25. pe. col. in principio 5. vol. videtur esse monstrum, quod sint in eodem Castro duo Domini separati, Et publice interest ne ita sit, vt ibi latius per eum; Quia veritas est in contrariũ, ꝙ subditi non possint hanc diuision ẽ impedire, vt per Allex. d. cons. 25. pen. col. & Paulo post, vers. circa aliud dubiũ, late hoc, multis mediis comprobantem, Et propterea ipse Allex. Ibi in antepe. col. in vers. Non obstat etiam quod videatur, ap ꝑbat ꝙ vnus cõsortũ, possit ponere vnũ Officialem & alter alium, Et ex hòc fortius inuitari debet superior, ad cogendũ istos consortes ad diuisionem totalem Iurisdictionis, & territorii, Quò casu cessabit hec difficultas, quia quilibet constituet super suis hominibus, & sua parte Territorii Officialem, per eà que dicta sunt in vers. precedenti, Et quia, eò casu quando Domini discordant, in vsu Iurisdictionis, possunt subditi instare, ꝙ ipsi Domini cogantur ad diuisionem deuenire, vt vult Ang. in l. 2. §. Ex his ff. de verb. oblig. cum quò transit Allex. d. cons. 7. in 2. col. circa fi. & 25. in prima col. vers. Et potest 5. volumine Et Ideo ipsis subditis instantibus ne fiat diuisio, est danda indubitanter repulsa, Item non obstat, ꝙ semper tentum fuerit hòc feudum communiter, & ꝙ videatur inducta prescriptio, ne possit diuidi, vt per Oldra. & Ang. in l. prima C. de Anna. excep. Quia veritas est in contrarium, Vt ibi per Bar. & Allex. cons. 6. 5. vol. & Dominum Ias. Plene, in §. Quedam insti. de actio.

Item nõ obstant, allegate præeminentiæ aliquorum consortum, & parentum suorũ, solitorum in loco cõmorari, Quia ꝑ alias iuris allegationes fuit responsum, vera nõ esse que proponũtur, & de Iure nõ fuisse acquisitas, nec potuisse acquiri, Et ex quò constat ꝙ reliqua communiter facta fuerunt, non debet impediri diuisio, qua facta cessabunt tales præeminẽtiæ, vt pulchre consuluit Allex. d. cons. 25. in fi. 5. vol. vbi loquitur de antiquiore pretendente iura appellationum, Et Sicut non valeret expressa conuentio impediens diuisionem quamuis iurata, vt per Allex. d. cons. 18. 2. vol. Puta quod antiquior sit perpetuus gubernator vt ibi, Sic nec tacita, quamuis contrarium teneat Bar. in d. cons. 189. in 3. col. Quòd ius ex conuentione quesitum amitteretur, tali iniustitiam faciente, & male exercente, l. Auxilium ff. de mino. & Allex. d. cons. 18.

prope

prope finem.

Insuper non obstat minor ætas aliquorum, Quia minor ad diuisionem prouocari potest, Et stante rixa, vel discordia, aut inminente scandalo, Ipse alios potest prouocare, per Iura vulgaria, Et consuluit in materia diuisionis feudi Allex. d.cons.25 in fi.5.vol. & Soci. d. cons. 165. etiam in fi. Nam vt dixit Allex.d.cons. 7.in 2. col, vers. sexto probatur & in col. fi. vers. Preteræa alia Iura,5. vol. Et Dominus Soci. d. cons. 165. in 9.col.vers. Decimo & vltimo, In Feudo alias non diuisibili, ratione timoris rixe, & scandali, vel discordie, potest peti diuisio, vt Ibi latius per eos, quorum dicta referre superfluum est.

Postremo diuisionem feudi non impedit, ꝙ vnus habeat plura predia allodialia sparsa, quam alter, Ita ꝙ non possit diuidi territorium, quin alter sit habiturus predia, in qualibet parte, per eà quæ dixit in terminis Allex. in simili questione in d.cons. 25 col.fi. pe. dubio, videlicet quia extãt regule iuris permissiue diuisionis, & ista causa non reperitur esse de impedientibus diuisionem, vt ibi per eum, Cuius dicta erubescerem transcribere. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

VNus ex Dominis consortibus in eodem Castro, an possit emere ab hominibus, de prediis quæ homo tenet in homagium ab altero consorte.

Et plures Domini loci possunt sibi inuicem esse Vassalli.

CONS. CLXXIIII.

DIxi vobis oretenus, & iterum dico, ꝙ de Iure, vnus ex Consortibus, & Dominis Loci, non potest emere à rustico, bona, vel predia, pro quibus prestatur homagiũ alteri Consorti, Duplici ratione, Primo; quia bona quæ in homagium, vel feudum ab aliquo tenentur, non possunt etiam quòad vtile dominium talis hominis sine Domini licentia, in alium alienari, c. 1, in principio de prohi. alie.feu. per Fre. & c. primo de alie.feu. pater & c. 1. de prohi. Feu.alie. per Lotha. cum Ibi notatis, etiã si alienentur in consortem, Domini Feudi participem, secundum Bal. in l.voluntas secunda col.vers. pone concessum C. de Fideicom. quem ad hoc allegat Felli. in c. Que in Ecclesiarum col. fi. Nona, & vltima declaratione, de constitu.

Secundo Quia alienando in maiorem, fieret deterior conditio Domini; c. primo vbi Bal. in 3.col.de alie. feu.in vsi.feu., & late tradditur in Emphiteosi, in l. fi. per illum textum C. de Iure emphi. vbi late Dominus Ias. in 31. col. cum tribus sequentibus prima stampa, & Imo.ac scribentes in c. Potuit de Loca. cum concordantibus per eos allegatis, Non obstante ꝙ sint paris potentie isti Consortes, Quia attenditur conditio hominis alienantis, ꝙ non fiat Domino durior per alienationem, vt per Dominum Ias. in d.l. fi. loco supra proxime allegato, Per eà que consuluit Cardi. cons. 37. inci. Casus feudum quòddam, vbi in simili dixit, Episcopum non posse dare feudum deuolutum in feudum capitulo quòd nunquam moritur.

Verum Quia presuponitis esse consuetudinem in Loco, quod cõsortes possint emere talia predia, vnus videlicet predia homagiorum alterius consortis.

Nescio intelligere quomodo hòc procedat, Nam si volumus dicere, ꝙ ex tali emptione, extinguatur homagium per talem consuetudinem, Durum est michi credere, ꝙ extet talis consuetudo, Quia si homagia erant in esse tempore Castri per Principem concessi, Non debet esse in facultate vassallorum Illa extinguere, vt late disputat & concludit Luchas de penna, in l. possessores, Per illum textum in 2.col. C. de fon. Patri.lib. 11.

Quòd si dicatur, Ista homagia non fuisse ante, vel eò tempore constituta, sed confe-

cta p vassallos de propriis fondis, & proprietatibus, quò casu possunt extingui secundum Lucam vbi supra, licet non videatur ex totò irrationabilis, Cum sit reciproca talis consuetudo per notata in l. 1. & in l. Licet C. de pactis, Tamen videtur dura, cum aperiat viam ditioribus, emendi homagia consortum minus diuitum, non obstante tertia parte, vel dimidia precii, quæ datur Domino, Quia multum interest talis Domini, si prediū tale in homagium tentum, efficitur liberum ex alienatione in consortem, cū alias posset pluries alienari; & pluries Dominus in precio concurrere & deuolui, vel aperiri Domino, Et sic de ceteris, Et iura resistunt ꝙ res pro qua quis prestat, homagium, stante homagio separetur ab homine, vt habetur in c. primo §. Ex eadē de leg. Conra. vel ꝙ quis remaneat obligatus ad homagium, extincta re pro qua prestabat homagium, vt per Bal. in d. §. Ex eadem, super verbo maiori, & quòd dicunt Guiliel. de Cuneo Bal. Pau. de ca, & pleriq; Scribentium in l. Solemnibus C. de rei vendi. Et Alua. in cap. primo in principio pe. col. que fuit prima cau. ben. amit. quòd non tenetur ad seruitia Vassallus qui cōmoda non percipit, iunctis tradditis in c. primo de contro. Feu. int. Vass. & Episcopum, facit l. 1. C. de Iur. Emphi.

Quòd si dicatur, ista predia transire cū sua causa, & obligatione, vt in l. Si conuenerit §. Si fondus ff. de pign. actio. l. Si prædium C. de Euictio l. Si debitor ff. de distra. pigno. & ꝙ notatur in l. fi. ff. de contrahem. emptio. Tunc succedit aliud, ꝙ iste emptor, quamuis sit de Consortibus, respectu talis homagii fiat subditus illius Consortis, Cui vendens præstabat pro ipsa re homagium, quòd non est à Iure alienum, vt per Ang. in l. Eius col. fi. ff. Si cer. pet. Vbi Dominus Ias. in 4. col. & Marti. de Lau. in c. 1. 2. col. vers. Quid autem si essent, vbi etiam Dominus Prepo. in 3. col. sub simili vers. quali. vas. iura. debe. Domino fideli. & Specu. in tit. de Feudis §. Quoniam supra homagiis, vers. 24. vbi etiam Bald. vers. Sed pone, ꝙ sunt duo fratres domini eiusdē ciuitatis, & Ia. de ardi. in sua somma feudorum in Rubrica de successione feudi. 22. questione inci. Adhuc 15. col. Dicente ꝙ plures Domini, Reges, vel Comites, possunt sibi inuicem, etiam in vno loco esse vassalli respectu diuersorum, Sicut possunt plures sibi inuicem seruire, & se inuicem possidere, per quandam fictionem, cum vere possessus ab vno, per aliū possideri non possit l. Liber homo in fi. ff. de acqui. rer. do. facit quòd dixit Nico. de neapo. in lectura sua, inserta in lect. Bar. in l. Cum ex oratione ff. de excu. tut. & Bar. in l. Caius ff. de Iur. Patro. ꝙ subditus acquirendo partem feudi, & Iurisdictionis, in loco in quò est subditus sit Dñs & nichilominus remanet subditus, & est ad propositum illa questio, quam tangit Iaco. de ardi. in loco supra allegato.

Et secundum istum modū magis Iuri consonum, posset fieri emptio; & valeret consuetudo, ꝙ Consors possit emere de pdiis homagiorum alterius consortis, licet non consentientis, Quia eò modo nullius iuri preiudicatur, eò saluo ꝙ subrogatur potentior, dum alienatio rei date in homagium fit in alterum ex Dominis Consortibus.

Sed non putarem talem subiectionem, esse in vobis laudabilem, Nisi iste Consors habeat reciproce predia, quæ de vestris homagiis emerit, Et tunc quid Iuris sit, si vnus vestrum alterum offendat & alter alterum, ponit Martin. de Laud. in loco preallegato & pariter Dominus Preposi. dicentes ꝙ non sit compensatio, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Olim

OLim subditus ratione feudi, vel homagii alienatus, vel aliter homagium dimittendo, debet ipsi Domino reuerentiam, & non potest ipsum Dominum offendere.

CONS. CLXXV.

LIcet alienatio feudi, vel homagii de voluntate Domini facta, faciat istũ Iohannem desinere esse hominem, seu Feudatarium talis Domini, vt ꝑ Bal. in c. ceterum in fin. commenti de Iudic. quem refert & sequit Felli. in c. Quæ in Ecclesiarum in 27. col. 6. declaratione de consti. non tamen eximitur ex toto videlicet Quin ipsi Domino debeat reuerentiam; Et quia non licet tali Dominum antiquum offendere, vt declarat & ꝑ multas auctoritates probat Felli. vbi supra in 31. col. cum sequen. vers. Fallit 5. Nisi talis homo offenderetur ab antiquo Domino, vel nisi requireretur à nouo Domino, contra antiquũ, vt Ibi, Et si talis remaneat in loco Domini Antiqui adhuc est subditus tanquam incola c. primo de priuil. in 6. & quod tradditur in c. primo quali. vas. Iur. debe. fide. & in decisionibus Guido. Papæ Decisione 207. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

DOminus Verberans, vel maletractãs subditos aut eis iniustitiam faciens, An possit homagio, & feudo priuari.

Et an Domino, vel oppresso applicentur.

Et an liceat Domino Castigare subditum.

Et an Domino inique administranti, possit dari coadiutor, vel talis sit administratione, & obedientia subditorum priuandus.

CONS. CLXXVI.

IN materia huius Consilii, videatur Soci. cons. 291. inci. Non prosequendo, vers. 6. ista conclusio secunda parte, Et Dominus Curtius in somma Feudorum 6. parte secunda questione, et etiam prima Et quarta parte 22. questione, Prepo. omnino in prellu feu. antepen. col.

ISte Paulus subditus, & homagiũ habens à Domino Bartholomeo, potuit insultatus ab ipso Domino Bartholomeo, ad suam defensionem, ipsum Dominum Bartholomeum percutere, Iuxta notata in l. vt vim ff. de Iusti. & iur. & in l. pri. C. Vnde vi., Nec ex hòc dicitur fecisse contra iuramentum fidelitatis, secundum Archi. in c. Forma 22 questione vltima, & solet traddi in c. primo vbi Ita tenet Marti. de Lau. de form. fideli. Sic etiam dicimus, ꝙ Iudici de facto facienti, licet de facto resistere l. Defensionis facultas, & l. Deuotum cum Ibi not. C. de Iur. Fis. libro decimo Notat. Panor. in capitulo Si quando de offi. delega. Et licet dici soleat, qđ Dominus Possit castigare subditum, vt est Glo. in. c. potest quis, de reg. iur. in 6., & textus in c. Illi qui 5. questione 5., & in c. vniuersitatis de senten. exco. cum concordantibus Ibi ꝑ Glo. & Docto. allegatis, & l. Præceptoris cum l. præcedenti in fi. ff. ad leg. acqui. Tamen hòc est extra propositum, quia iste insultus factus fuit non per modum castigationis, sed offensionis, Et puto per modum castigationis fieri, quando Dominus homines suos ludentes, aut noctu vagantes cum baculo leuiter, aut super spatulis percuteret, eos increpando, Aut si pastores male versantes in pascendis Brutis, in alienis prediis damnum dantes, leuiter, vel sine periculo verberaret; prout aliqui probi Domini facere solent, Qui ex hòc non damnantur, Sed à subditis, laudantur per d. c. Vniuersitatis, & c. 1.

&

& c. Cum voluntate, cum vtrobiq; notatis de senten. exco. & c. Presbiterum, cum ibi etiã notatis de homi. & d. l. Preceptoris cum l. prece. in fi., Vbi inmoderata verbera, etiam correctionis gratia damnantur, Nam ex modo percutiendi, & genere armorum, cognoscitur qualis sit intentio percutientis, vt habetur per Bar. & alios in l. prima C. de Sicca. & per Cano. in c. primo de Præsump.

Et posset Iste Dominus Bartholomeus, in amissione Iuris quòd habet, super rebus quas paulus ab eò tenet in homagiũ puniri, Eò quia Dominus tenetur homini suo ab aliis oppresso auxilium prestare, ꝙ si non faciat amitit dirrectum Dominiũ, & ius quod habet in homine & homagio, vt per Glo. in c. primo §. fi. vbi Docto. in tit. hic finitur lex, volentes ꝙ Dominus teneatur hominem & Vassallum suum, habentes guerram iustam quò ad eos, vel si opprimantur ab aliquo iuuare, etiam contra patrem, ac filios, & fratres ipsius Domini, Quam determinationem Alua. Ibi in 2. col. vers. Quero cum Glo. &c. dicit Santam & terribilem, contra Dominos, Cum Domini ad pares vices reddendas, vassallis suis teneantur, vt ibi, & c. 1, in fin. de for. fideli. & in c. 1. quali. domi. propri. feu. priu. Quòd Ius applicabitur ipsi Vassallo secundum Docto. in locis preallegatis, Quòd est intelligẽdum, de feudo & iure dirrecto, talis Domini, de quò superiorem, nõ recognoscit, Non de Iurisdictione, vel feudo Principis, vt tradditur in d. c. primo de for. fide. maxime per Marti. de Lau. & Dominũ Præpo. & infra latius dicetur, vnde si tenetur prestare auxilium, multo magis debet abstinere ab offendendo hominem suum.

Tum quia sunt decisiones aperte, ꝙ Dominus offendens, hominem suum priuetur Iure quòd habet in homine & homagio, vt in d. c. primo de for. fide. in fi. Vbi per omnes Scribentes & in d. c. primo quali. vas. propri. feu. priu. & per Glo. in dict. c. primo §. fi. in tit. hic finitur lex, Quam Glo. dicit Ibi Marti. de Lau. notandam contra Dominos male tractantes vassallos suos, Et est generalis regula, ꝙ ex quibus causis vassallus priuatur feudo, erga Dominum committendo, vel delinquendo, ex eisdem Dominus erga vassallum priuetur feudi & homagii iure, in vassallum commitendo, vt in d. c. primo in fi. de for. fideli. vbi per Omnes, dicentes octo esse causas, & ibi numerantur, & in d. c. primo quali. Dominus Propri. feu. priue. & per Glo. & Docto. in d. §. fi. in titulo hic finitur lex, Et de hòc est notabilis textus in c. Domino commitente, si de feu. fue. controu. vbi dicitur quòd Dominus priuatur proprietate feudi, si commitat culpam, contra Vassallum vult Roma. in l. Si Finita §. Si de vectigalibus .ff. de dam. infe. & Dominus Ias. in l. fi. C. de Iure emphi. & habetur in somma Iohannis Blanchi, super vsibus feudorũ sub Rubrica de causis propter quas ius Domini quòd habet in feudo amitatur, vbi in princ. dicte Rubrice hoc intelligit procedere sub dubio forte, in atroci offensa, & non in leui, Et circa finem Rubrice idem dicit, Si Dominus Iniustitiam faciat Vassallo, vel homini suo, Et quia dictum fuit, quod ius homagii acquiritur homini offenso, hoc est intelligendum quando est tale ius, de quò Dominus alium non recognoscit, puta quia ipse Dominus de suo proprio pleno iure & libero dedit tali homini in homagium, secus est in Iurisdictione, vel alia re, de qua talis Dominus offendens subditum suum, Principem, vel superiorem recognoscit, Nam iurisdictio, vel talis res, de qua alter superior, per talem Dominũ recognoscitur, reddit ad ipsum superiorem, seu Principem, in feudo scilicet nouo, Nam in antiquo reddit ad cõsortes & cũdominos, ab eodem stippite descendentes secundum Io. Blanchi, in somma predicta sub antedicta Rubrica, habetur per And. de Iser. Marti. de Lau. & Dominum Prepo. in d. c. primo de for. fideli. post Glo. in d. c. De forma, quam ita procedere debere declarant. Quòd si dicatur predicta non procedere ita plane, Cum secundum Bal. in l. Ex hoc iure ff. de Iusti. & Iur. subditi

diti non possunt expellere Dominũ eos intollerabiliter opprimentem,licet secundum Bal. prædictum in prima Rubrica Digestorum circa fi. vers. Quicquid sit, possint ei eò casu obedientiam denegare, vel secundum Alberi. de Rosa. in l. Bene azenone C. de quadri. Præscrip. eò casu possunt per superiorem, puta Papam, vel Imperatorẽ priuari, Quòd intelligit Bal. procedere in c. primo §. publici latrones vbi etiam Alua. de pa.te.Quando vassallus male tractans subditos fuit monitus ne procedat, vel vt desistat, Respondetur ꝙ duo sunt casus considerandi.

Pirmus est de Domino loci offendente, & male tractante, hominem, qui tenet aliquid ab eò in feudum, seu homagium, & pro quò ei præstat Iuramẽtum fidelitatis, & in hòc procedit conclusio predicta qđ Dominus ei teneatur reddere pares vices sub pena amissionis homagii, per prædicta, Et simile est in Domino Bannito, vel de Crimine Capitali, damnato, Qr. bona & Feudum vassalli non confiscantur, Sed ipsum Feudum, remanet franchum, Ita ꝙ libere potest vtile Dominium suum alienare secundum Bal. in c. 1. in princ. quarta & 5. col. in tit. hic finitur lex, & Dominum Ias. in l. fi. septima col. C. de Iur. emphi.

Alter vero casus est, quando Dominus loci male tractat subditos sibi ratione Iurisdictionis tantum, vt quia habitant in loco sue Iurisdictionis, siue originarii sint, siue incole, & nichil tenent à Domino in feudum, vel homagium, & tunc quia agitur de amittenda Iurisdictione, quæ non est subditorum offensorum, sed recognoscitur à Principe, & non tractatur de aliquo iure subditis acquirendo, propter offensam eis factam, procedunt decisiones secundo loco Allegate, Quia isti non sunt Vassalli nec homines ad homagium, vel fidelitatem, Domino loci astricti, sed solum tenentur præstare iuramentum assecurationis, vt est textus & ibi Bal. Andr. de Iserni. Alua. Marti. de Lau. & Scribentes in c. 1. quali. vas. iur. debe. fide. & tunc potest adhiberi contra talem remedium, Vt ei detur coadiutor, sine quo nil possit administrare, qui regulariter datur cuilibet iniquò administratori, etiam si sit Baro, vel Rex, vt in c. Grandi, de supplen. negl. prela. & est Glo. in verbo priuamus in c. Ad apostolice de re Iudi. in 6. vult Spec. in tit. de feudis. §. Quoniam sup homagiis, in fine, & Bal. in l. Post susceptam. ff. de excu. tuto. vel obedientia denegari ei potest, mandante sic superiore, vt subditi ei non pareant quousq; aliud habeant in mandatis, vel precedente monitione, vt ab oppressionibus desistat, si perseueret poterit feudo, aut saltẽ obedientia subditorum in quos deliquit ex toto priuari, per Decisiones Docto. Prealegatas, Quæ videntur sic concordande, Faciũt quae dixit Bar. in l. ꝙ si forte §. Sunt quidam 3. & 4. questione. ff. Solu. matri. & dixit Bal. in l. Etiam secunda Oppositione C. ad leg. fal. ꝙ indigno administratori aufertur administratio, & ꝙ possit dari coadiutor vt supra, voluit etiam Bald. cons. 328. incipiente Queritur Si Rex pe. col. in fi vers. Sed nunquid Imperator 1. vol. vltima stampa, Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Dominus loci an possit prohibere alicui, ne suum territorium, vel locum ingrediatur, vel ne per Illud transeat.

Vie publice an dicantur de territorio & Iurisdictione Dominorum.

CONS. CLXXVII.

NOn potest per hunc loci cundominum interdici, ingressus loci, & territorii huic M. habenti prædia in loco, & territorio, multiplici respectu. Et primò Quia cui conceditur

ditur habere fondum seu prædium, etiam conceditur habere iter, & alia necessaria ad illud, l. Tertia §. Qui habet ff. de Serui. rusti. predio. & l. Binas la prima. ff. de Serui. vrba. predio. & l. Fundum §. In lege ff. de contrahen. empti. & l. prima §. vsusfructus ff. si vsusfr. peta. cum concordantibus.

Secundo, Quia iste iam factus est de populo, quamuis forensis, cum multotiens venerit intra territorium, & receptus fuerit, & ibi habuerit, & habeat collonos, Quò casu Iura volunt, ꝙ bene possit à talibus exigi per Dominum loci Iuramentũ assecurationis, si de tali diffidant vt est textus & ibi late habetur per Bal. And. de Iser. Alua. Marti. de Laude ac Dominũ Præpo. in c. 1. in tit. quali. vas. Iura. debe. fideli. Non tamen licitum est ei interdicere, loci, & territorii ingressum, Cum quamuis sit forensis, nichilominus dicatur de populo, per textum singularem in auten. de questo. in principio Ad quòd facit pulchra Decisio Bal. in c. 1. de for. fideli. Vbi etiam Martin. de Laud. & Alua. in c. 1. pe. col. vers. Quero an Domini terrarum quali. Vas. iura. debe. fide. & Panor. in c. Quoniam in plerisq; prima col. de Offi. ordi. Et Cepol. in tractatu seruitutum Rusticarum Rubrica de seruitute vie 8. questione volentium ꝙ non possit iam ingressus, & consequenter iam receptus, in locum vel territorium tanquam factus de populo expelli, Nisi ex causa, ex qua possent Forenses banniri, Cum iam receptũ expellere sit interdicere, quæ pena interdictionis sine legitima causa, non debet imponi l. Relegatorum ff. de interdi. & relega.

Tertio Quia attẽto odio ipsius Domini, contra istum M. videtur hòc fieri ad æmulationem, Cum disponant iura, ꝙ permissum alias fieri, Non possit æmulationis causa fieri, Adeò vt non liceat Consorti Castri indebite expulso, partẽ suam alienare potentiori, qui habeat illam recuperare, vt per Dominum Præceptorẽ meum Dominum Ias. in l. Ex hoc iure ff. de Iusti. & iur. prima charta, & Latius Allex. cons. 70. in ci. Opportune 2. vol. vbi multa colligit, ꝙ non liceat etiam in suo facere aliquid, ex quò alter damnificetur, quando faciens commodum non percipit &c.

Quarto Quia secundũ Bal. & Marti. de Lau. in d. c. 1. de for. fideli. & Alua. in d. c. 1. quali. Vas. Iura. debe. fideli. & Panor. in d. c. Quoniam in Plerisq; de Offi. Ordi. Non licet Dominis terrarum, etiã mercatoribus. vel aliis forensibus postquam intrarunt territorium eorum, eos expellere, sine causa legitima, cum mondus sit communis patria, licet ante ingressum possint prohibere, Sicut quilibet priuatus potest prohibere, ne quis fondum suum ingrediatur l. Diuus cum concordantibus ff. de Serui. Rusti. prædio, Et quia ista prohibitio fit huic M. in Territorio existenti, vt recedat, & ne amplius redeat.

Quinto cum isti Domini non habeant ex concessione Regalia, & vie publice sint de Regalibus Principi spectantibus, vt in tit. quæ sint regal. in principio vbi Alua. inter ceteros prima col. & And. de Iser. in verbo vie publice Dici potest ꝙ Domini terrarum nõ possint prohibere accessum per talem viam, vt per Cepol. sic expresse determinantem in Tractatu de seruitutibus Rusticis Rubrica de via 8. questione in sexta col. post Bal. & alios in locis per eum allegatis. Cum vie non sint vnius populi publice, sed omnibus populis. Et nostre Itale sint publice etiam Anglis secundum Iacobum de Are. Pet. & Cyn. in l. Quædam, & in l. Item Lapilli, ff. de re. diui. & Io. Fab. & Ang. are. in §. Littorum insti. eo. tit. Cum Regalia nisi sit dictum concessa non censeantur, vt ꝑ Albe. de Ros. in l. Fi. C. de Iur. omni. Iudi. & Marti. de Lau. in Tractatu de Principibus vers. 115. & Dominus Præpo. in tit. quæ sint regal. prima col. cum cõcordantibus; Imò eorum concessio nisi fiat ex certa scientia præsumitur esse subreptitia, secundum Marti. de Lau. Vbi supra vers. 287. Contra quòd facit Quia vie publice sunt de Territorio, adeò ꝙ punitio delictorum in via publica commissorum spectet Dominis

minis Loci, Esto ꝙ proprietas viarum, sit de Regalibus Principi spectantibus, vt ꝑ Bal. in l. Si plures 4. col. vers. Fuit quæstio C. de cõdit. inser. Sicut in simili dicimus đ Flumine publico, quod sit de territorio per quòd fluit ratione Iurisdictionis, vt ꝑ Bal. in Rubrica de re. diui. 4. col. vers. Sed nonne cum concordantibus & ipsi sunt vniuersaliter inuestiti de territorio, prout etiam dicimus de prædiis Ecclesie scitis intra territorium, vt respectu Iurisdictionis dicantur de territorio Domini temporalis in quò sunt sita & possint puniri ꝑ Dominos temporales l. Si quis in hoc genus vbi Docto. C. de Epis. & Cleri. & c. Fi. de inmuni. Ecclesi. Notant Cardi. in Cle. 2. §. Denique secunda questione de re Iudi. cum concordantibus datis per Ang. & Augu. in Tractatu malleficiorum in clausula In scallis Santi Petronii, Et idẽ de Palacio Episcopi, vt habetur in c. penultimo de inmu. Eccle. Facit etiam quia plura veniunt sub vniuersitate, quæ per se non venirent l. In modicis .ff. de contrahen. empt. & notatur in c. Quanto de Iudic. Sic etiam etiam dicimus ꝙ loca exempta dicuntur de Diocæsi, & de Regno, ita ꝙ punitio delictorum ibi commissorũ, spectet Regi, vel Diocesano, vt late per Felli. in cap. Grauem de Offi. ordi. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Contra Vassallum impedientẽ missum in possessionem, in prædiis sitis in suo territorio, virtute sententie contra eum late, quòd sit remedium.

Et an possit eius expensis manu millitari, fieri exequtio, & captura persone mediante.

Et an compelli possit fideiubere de non molestando.

Et si fuerit pertinax, an possit feudo priuari.

CONS. CLXXVIII.

Contra istos vassallos contumaces, & nollentes parere literis & Commissariis Principis, modus videtur ꝙ exigantur pene, & via millitari prouideatur, mittendo armigeros, qui expensis ipsorum vassallorum fructus prædiorum, in quibus Ant. fuit in possessione missa colligi faciant, & abduci, dando ipsos dicte Antonie, & arrestando ipsos vassallos, etiam personaliter, ac hominibus præcipiendo, ne eis obedientiam præstent, per textum & notata in l. Qui restituere .ff. de rei vendi. Vbi est expressum de tali manu millitari concedenda, & Ibi notatur per Glo. & Docto. ꝙ potest fieri captura, & arrestatio personalis, contra tales contumaces, seu resistentes, De quò etiam plenè habetur in l. A diuo pio in principio .ff. de re Iudi. & per Glo. in verbo factis & Docto. in l. De quibus ff. de legib. Et dicit Ang. in dict. l. Qui restituere, in prim. col. vers. Et dicit quòd isti tales dicuntur hostes Principis, Et quòd contra eòs tanquam hostes potest Bellum moueri, & exerceri, Et quia secundum Bal. in prima Rubrica Digestorum circa finem, vers. Quicquid sit, potest tali vassallo obedientia subditorum tolli, & denegari, cum secundum Bal. in l. Etiam secunda oppositione C. ad leg. Falc. indigno administratori, auferatur administratio.

Item sunt detinẽdi, quousq; Idoneæ fideiusserint de nõ molestando in futurũ ipsam Antoniã taliter, ꝙ via fideiussorum, sit opportune succursum ipsi Antonie per notata per Bar. in l. Illicitas. §. Ne potentiores ff. de offi. Præsi. Panor. & Felli. in Rubrica de treu. & Pac. iunctis notatis per Bar. in l. prima §. Interdictum in fi. commenti, vers. 2. dixi, ff. vti posside.

Tetio Videt̃ posse præcipi istis vassallis, sub pena amissionis feudi, & Iurisdictionis ne ipsam Antoniã, in posśõne dictorũ bonorũ

in qua fuit missa, Nec in perceptione fructuum, ac abductione, & vsu eorum molestent, Ex quò aliter faciendo sunt hostes Principis, Et iuri superioritatis ipsius Principis derrogant, Dũ pertinaciter parere recusant, Et quia Vassallus propter iniustitiam, & iniurias quas infert, in Territorio & Iurisdictione cui præest, debet Feudo priuari, Saltem postquam est monitus, vt p Bal. in c. 1. §. Publici latrones, vbi etiam Alua. de pac. tenen. & Dñs Ias. in Auten. Si qua mulier prima col. in fi. cum sequen C. de Sac. San. Eccle. & Alberi. de Rosa. ĩ l. Bene azenone C. de quadri. præscri. Facit qr. Dñs potest violenter cogere subditos ab obedientia se subtrahentes, & contra eos arma mouere, c. Grandi vbi Pet. de anch. in notabilibus & Corsetus 40. col. propter verbum impedientes de supplen. neg. præla. vbi et dicit, ꝙ ad istud põt aliorũ auxiliũ ĩplorari, facit c. Dilecto de sent. exco. in 6. habetur per Io. Andr. post Imo. in c. Olim el primo de resti. spol. & in c. Sicut de Iur. Iur. & in c. Dilectis de appel. tradditur plene per Docto. in d. c. Dilecto, Laus Deo & Virgini Gloriosissimæ,

Albertus Brunus,

Domini terrarum an possint facere, statuta, vel Proclamata penalia, contra damnum Dantes in eorum prædiis,

CONS. CLXXIX.

In materia huius consilii, vide D. Brunum in consilio 101. in primo volumine suorum consiliorum feudalium, Bru. Filius,

DVM dicitur ꝙ quamuis Domini terrarũ habẽtes Iurisdictionem, cũ mero & mixto imperio, possint facere statuta, vt per Bar. in l. 1. in principio ff. quòd quisq; Iur. & in l. Omnes populi prima questione in Repetitione ff. de Iusti. & Iur. cum concordantibus, de quibus per Allex. cons. 124. inci. Super primo dubio 2. col. vers. Quantum aũt ad Proclamata quarto vol. & p Dec. cons. 199. inci. visis 2. col. Nec non possint imponere penam confiscationis, Si qualitas delicti hoc exigat, per l. primam cum Glo. & Ibi notatis C. ne fin. Ius. Princi. & notat Roma. cons. 59. inci. Ad discutiendum veritatem, quamuis etiam possint mulctas imponere vt per Bar. in l. Si vni 5. q. & sequen. de re Iudi. cum sint commoda Iurisdictionis, vt per Bar. in l. fi. ff. Solu. matr.

Quòd tamen per hoc non inferatur, ꝙ possint facere proclamata, Nec mulctare damnum dantes, in eorum prædiis, cum recognoscens superiorem nõ possit aliquid statuere, vel proclamare; contra Iuris dispositionem l. 2. C. de offi. præfe. præto. & ꝙ notat Bar. in l. 1. in princ. col. fi. vers. Sed quero qualiter ff. Si quis Iusdi. nõ obtẽp. & Allex. in d. l. 1. in principio ff. quod quis Iur. maxime in præiuditium subditorum, vt per Innocentium, in cap. Fin. de Offi. dellega. & Io. And. in cap. Fin. de appel. in Nouella, & Pau. de ca. consilio 48. inci. Visis & ponderatis omnibus in antiquis, Et quia hoc esset sibi iusdicere in propria causa, & statuere super penis, ad proprium commodum, quòd non licet, vt per Bal. in l. prima C. commi. epi. program. & in l. prima per Illum textum C. de monopo. & Bar. in l. Sodales ff. de Collegi. Illici. iuncta l. Qui Iurisdictioni ff. de Iuris. omni. Iud. cum sua materia, & l. prima C. ne quis in sua causa, Et qđ dicit Glo. in cap. Cum Venissent de Iudic. Volentes hoc soli principi licere Cum statuere sit Iurisdictionis cap. secundo de offi. Archi. & notat Bart. in Repetitione l. Omnes populi, prima questione principali in princ. cum suis concordantibus, ff. de Iusti. & Iur. & idem in proclamationibus, Quia sunt actus Iurisdictionis l. Programma, & l. prima & per totum C. commi. Epis. progr. & habetur de his in l. Imperiũ ff. de Iuris. omni. Iudi. & in l. Iubere cauere eo. tit.

Breuiter Videtur tenendum contrarium ꝙ imo possint, vt consuluit Deci. dict.cons. 199. in 2.col.& faciunt quæ dixit Allex. in d. cons. 124.loco præallegato, vbi vult ꝙ habentes perpetuam Iurisdictionē possint facere proclamata ad eorum vtilitatem, & Bar. in l. Si vni 5. questione cum sequen. ff. de re Iudi. non dicit ꝙ Dñs nō potest iusdicere super mulctis & penis, Sed dicit totū cōtrarium Quamuis dicat si sint plures Domini, omnes debeant simul cognoscere, & Iusdicere de penis, Et causa mulctarum, Nec declaratio pene intrantis predium Dominorum, dicitur contra legem, Cum talis alias teneretur actione iniuriarum, & cum pene à iure taxate, possint augeri, declarando vt per Dec. cons. præallegato, Ex quo excluditur, ꝙ non dicatur statui, ad proprium commodum, cum nichilominus alias esset peniendus, à Iure communi, Placeat cogitare, Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

IN Feudo Nouo concesso Fratribus succedit Vnus, alteri, stante pacto, vel si sit concessum iure antiqui feudi.

De tali Feudo, alter Fratrum testari non potest, nec fratrem grauare, etiam pro dotando eius filias de fructibus.

Quando Feudum conceditur pro successoribus quibuscunq; & postea datur modus succedendi, ille attenditur.

Si quis inuestiatur, prout alii fuerunt inuestiti, seu aliter, priores inuestiture, in tali censentur repetite.

CONS. CLXXX.

OMnipotentis Dei, & Gloriose Virginis Mariæ, nominibus & præsidio inuocatis.

Visis Dubitationibus de quibus in concessione facta ꝑ Illustrissimū Quondam Dñum Ludouicum Marchionē Saluciarum De Castro Bonuicini Magnifico quondam Dño Iohanni de Aladio.

Prima est difficultas, an ipsum feudum dicatr̄ nouum, adeò ꝙ frater fratri nō succedat, Cū frater, fratri, ī feudo nouo regulariter non succedat, vt in c. 1.de benefi.fra.& in §. Fi.de succes. feu.& in c.1. de fra. de nouo benefi. inuesti. cum simili. & secus sit in Feudo antiquo, in quò fratres bene sibi inuicem succedunt c. 1.§. His verò de gradi.suc.in feu.cū similibus. Et arbitror ꝙ non sit locus dicte difficultati, ex quò est in secunda concessione dicti feudi specialiter prouisum.ꝙ fratres succedant, per tex.in d.c.1.vbi Docto.& Alua.in secūdo notabili de bene.fra.& in d.c.1.de fra. de nou.bene.inuesti.& in c.1.§.Cum verò, et §.Fi.qui. feu.dar.pos.& in §.fi.de success. feu.vbi dicitur valere pactū appositum in feudo Nouo, ꝙ frater fratri succedat.

Et ex quò Istud feudū fuit cōcessum secundum naturā Feudi Antiqui, Auiti, & Paterni, non censetur nouū, Sed sortitur naturam antiqui, & paterni, secundum Bal. in c.1. de alie.feu.Pater, & in Prellu.Feu. I 3.diuisione, Vbi Præpo.& Moderni ēt ita tenent, & Alua.in c. 1. in princ. an agna. vel fili.defun.& in c.1.de vas.decre.æta.& Bal.in l.Quicunq; C. de omni ag. deser. lib.x.& Allex.cōs.30.inci.Quoniā ī 3.col. vers.fortius dixit, & cons. 39.1.vol.& cōs. 10.in 3.vol.cum cōcordantibus maxime agregatis, per Dominū Franciscū curtiū seniorem, cons.48.inci.Memorie recolende 9. col. vers.2. confirmātur & cons. sequen. col.23.vers.1.igitur Et cons. 50.inci. Præsens consultatio 3. & 4.col. quod consilium est Bononiensis collegii.

Circa secundam difficultatem, an potuerit Dñs Bernardinus de alladio, ad q̄m feudum ꝑdictū deuenit pro dimidia, ꝑ mortē Dñi Iohānis, qui decessit intestatus, & sine liberis, grauare Dñum Antonium de alladio, quē instituit pro ipsa dimidia heredem in ipso feudo, cum onere, ꝙ dare teneatur filiabus ipsius Domini Bernardini, certam peccuniarum summā, Quas filias suas ipse Dominus Bernardinus instituit heredes suas vniuersales.

Breuiter dico, quod grauamen non tenet, nec dispositio de feudo facta, cap. primo in principio de succes. feu. Vbi maxime Alua. in principio commenti vbi dicitur ꝙ nulla testatoris dispositio de feudo, valet, vel manet, cum concordantibus de quibus per Allex. dict. cons. 30. 5. col. vers. septimo cum sequen. Vult Marti. de Lau. in c. primo in principio prima col. qui feu. dar. pos. dicens non valuisse testamentum Illustris Domini Marchionis Mantuæ, in quò primogenitum heredem instituerat, & Dominus Ias. in l. De quibus 17. col. vers. Tertio ergo ff. de legib. & Bal. ac Docto. in cap. primo in principio quinta col. vers. Quero Vtrum pater de prohi. alie. feu. per Fre. Vbi videtur limitare, nisi in feudo per se acquisito, interueniente tamen Domini consensu, vel in feudo hereditario, & Bal. ac Docto. in cap. primo §. Donare qualiter olim Feu. pot. alie. et Moderni in auten. Res quæ 12 col. C. commu. de lega. Dicentes ꝙ non valet dispositio testatoris, etiam prohibens feudi alienationē Et secundū And. de Iser. in d. cap. primo in principio de succes. feu. Non licet testari de feudo, etiam inter filios, & ita in proposito huius casus decidit Dominus Iaco. de Santo Georgio, in sua inuestitura Feudali, in clausula & cum pacto quod de ipso Feudo possint testari, in questione fina, Quòd fortificatur, quia pro veritate Dominus Antonius etiam pro ipsa dimidia, venit ad ipsum feudum Vigore concessionis factæ Domino Iohanni primo inuestito, & tanquam successor, non autem vt heres Domini Bernardini, Ita ꝙ non teneatur ad debita ipsius Domini Bernardini, minusq; ad legata, per ipsum Dominū Bernardinunm facta, vt habetur in c. primo in principio an agna. vel fil. defun. Vbi Docto. & in c. primo de gradi. suc. in feu. vult Bal. cons. 433. inci. Femina, primo volumine secundum penul. impressionem & 382. inci. Petrus eod. volumine & Cuma. consilio 163. inci. Guarnerius in tertio Dubio, Ad quòd etiam faciunt multa accumulata per Curtium Seniorem consilio 48. inci. Memorie, tertia col. versiculo Feudum paternum, Ad effectum, quod ipse Dominus Antonius non dicatur, pro ipsa etiam dimidia feudum accepisse, ab ipso Domino Bernardino, sed ab ipso Domino Concessore, & vigore Ipsius concessionis Feudi, Itaq; non valuit institutio facta per ipsum Dominū Bernardinum, in ipsum Dominum Antonium, de dicta dimidia ipsius Feudi, ad ipsum Dominum Antonium, vt supra per ipsam concessionem Principis deuoluenda, sicut non Valet heredis institutio, per quam quis est in re sua institutus, vt per Bal. in l. Scimus §. Repletionem in tertia col. C. de inofi. testa. Sicut etiam non valet legatum alicui de re sua seu ipsius legatarii factum insti. de lega. §. Sed si rem legatarii, Sicut etiam non valet legatum factum legatario, de re sibi debita, §. Econtrario insti. eo. titulo Ita quod succedat dispositio l. Ab eò C. de fideicommi. cum sua materia, quòd sicut Dominus Antonius nichil capit ex testamento Domini Bernardini, Ita ex ipso testamento grauari non potuerit.

Prædicta comprobantur, Quia ex quò ipse Dominus Antonius fuit nominatus expræsse in concessione Feudi, venit etiam ex hòc ad ipsum Feudum Iure suo, Nec est necesse quòd sit alterius heres, seu ꝙ veniat vt hæres ipsius Domini Iohannis, aut ipsius Domini Bernardini, per iura allegata supra ad hòc propositum & vult Bald. in capitulo primo §. Et quia, tertia col. versiculo Quærit Glo. pone ꝙ Frater, qui feu. dar. pos. & Allex. consilio 26. quinto volumine & Curtius Senior dict. cons. 50 sexta col. Quòd vt supra dictum est, fuit consilium Collegii Bononiensis, Est verum quòd Paul. de Cast. cons. 163. inci. In causa, in antiquis, Cum quò transit Felli. in cap. Prudentiam in principio in secunda. col. de offi. delega. tenet quòd Vassallus potest testari de Feudo, & disponere, faciēdo feudi conditionem

ſionem meliorem, Sed ſecundum Allex. conſ. 12. 5. vol. Iſtud procederet in Feudo per talem diſponentem acquiſito, In quò ſecundum Allexan. conſ. 18. inci. ſuper primo dubio ſecunda col. quinto vol. Bene liceret acquiſitori, facere ordinationem oneroſam, volunt And. de Iſer. & Alua. in cap. primo in principio in fi. commenti, de alie. feu. pater; Vbi idem dicunt de Feudo hereditario, Cum in feudo per alium acquiſito, deteriorem conditionem eius facere non liceat per prædicta, & habetur in cap. primo §. E contrario, Vbi Alua. in ſecundo notabili de Inue. de re alie. fac. Nam grauando Dominũ Antonium propter Feudum, foret facere Feudi conditionem deteriorem, & ꝙ ſucceſſor poſſet grauari, ꝙ non licet, Sicut non liceret ſeruitutem imponere, niſi ad preiuditium imponentis, d. c. primo §. Quid ergo de inue. de re alie. fa.

Circa tertiũ Dubium, an poſſit Dominus Antonius transferre ipſum feudũ in aliũ de agnatione, attento ꝙ fuit facta conceſſio Domino Iohãni, pro ſucceſſoribus, & deſcendentibus ſuis, ac ſucceſſoribus quibuſcunq;, Quæ verba operari videntur, vt etiam in legatarium Domini Antonii tranſire poſſit ipſum feudum, vt per Docto. in l. Quædam §. nichil ff. de æden. Vbi Allex. in prima col. Et in dict. conſ. decimo in tertia col. & in l. Quòd dicitur in vltimis chartis poſt Imol. ff. de verb. obli. & Docto. in c. In preſentia vbi Felli. in vndecima col. de probatio. & attento ꝙ ipſe Dominus Antonius, & Pariter Dominus Bernardinus, Quamuis fuerit inueſtitus pro ſe, & deſcendentibus, fuit tamen inueſtitus ſecundũ formam, & conditionem, quibus Dominus Iohannes fuit inueſtitus, Quæ verba operantur, ꝙ Inueſtitura Domini Iohannis cenſeatur de verbo ad verbũ in iſtis aliis repetita ſecũdum Ang. in l. Omnes C. de præſ. 30. an. & Allex. d. conſ. 30. in 3. col. verſ. Et etiam colligitur &c.

Sed in contrarium faciunt ſubſequentia, verba ſecunde cõceſſionis, in quibus continetur, ꝙ filii maſculi Domini Iohannis primo deberent in infinitũ ſuccedere in dicto Feudo, & ꝙ mortuo ipſo Dño Iohanne, ſine filiis maſculis, ſuccedere poſſent & deberent ipſi eius fratres, videlicet Domini Bernardinus, & Antonius, & eorum filii maſculi in infinitum, aut quem ex his eligeret ipſe Dominus Iohannes, ꝑ quæ verba datur ordo ſuccedendi, Et tollitur efficatia illorum verborum de ſucceſſoribus quibuſcunq; videlicet, ꝙ poſſet de iſto feudo diſponere aliter, ẽt legando, cum vltima derrogent primis l. pacta nouiſſima C. de pactis cum concordantibus Ibi per Modernos cumulatis, Et quia pacta continentia repugnantiam in feudi conceſſione non valent, vt per Bal. in cap. primo in principio col. fin. de Capi. qui Curi. vendi. & facit l. vbi repugnantia. ff. de reg. Iur. Item quia illa facultas transferendi in quoſcunq; ſucceſſores, videtur cõceſſa ſolum ipſi Domino Iohanni, Dum dicitnr, pro ſe & ſuis deſcendentibus, & aliis ſucceſſoribus quibuſcumq;, & ad plus ipſi Domino Iohanni, & ſuis deſcendentibus, vt ex tenore conceſſionis apparet, Qui tenor eſt ſuper omnia attendendus, & dat legem contractui feudi, & derrogat omni naturæ feudorum ſecundum Bal. in cap. primo de alie. feu. pat. & in cap. primo de duo. fratr. à capi. inue. Ibi propter tenorem inueſtiture, & Bal. ac Pau. de ca. in l. Ad probationem la prima C. de probationibus & Bal. in l. prima C. de lati. lib. tol. & Roma. conſ. 33. inci. Ex tenore inueſtiture, cum concordantibus maxime agregatis per Curtium ſeniorem dict. conſilio 48. ſeptima col. verſ. Ad demonſtrandum, & conſ. ſequenti 23. col. verſ. Primo igitur poſt eius principium, vbi multa cumulat ad propoſitum, Vnde illa verba intelligentur de ſucceſſoribus quibuſcunq; ab inteſtato venientibus ne adſit repugnantia per prædicta, & in propoſito per Deciſionem Bald. in dict. capitulo primo. §. Donare ſecunda col. quali. olim feu. pote. ali. Quam ſequitur Allexan. in dicto conſ. 30. Cum ſi

illa verba & successoribus quibuscunq;, in persona Domini Iohannis aposita, operari potuissent effectum predictum, potuisset per eum tolli successio filiorum Domini Iohannis & fratrum, contra expressam dispositionem concessionis, quæ etiam contemplatione filiorum Domini Iohannis, & fratrum emanauit, Quò casu sublata fuisse censetur facultas Domino Iohanni, in alios disponere, vt habetur in c. primo in principio vbi And. de Iser. & Alua. in fi. commenti, de alie. feu. pat. cũ concordantibus copiose agregatis ꝑ Dominum præceptorem meum Dominum Ias. in l. secunda in vltimis chartis C. de iure emphi. & solet de hoc traddi per Bal. & Docto. in d. c. 1. in principio an agna. vel fil. defun. Et nisi sic diceremus, sequeretur ꝙ fuisset in potestate Domini Bernardini relinquere, suam dimidiam dicti feudi alteri, quam Domino Antonio, Et ꝙ illam relinquendo ipsi Domino Antonio, potuisset ipsum grauare, prout grauauit, iuxta notata in dict. l. Ab eò cum sua materia C. de fideicōmis. Cuius contrarium fuit supra in secũdo dubio Conclusum.

Non obstat ꝙ Alua. in c. 1. in princ. de prohi. alie. feu. per Fre. in 8. col. vers. Quero an vassallus possit &c. Dixit ꝙ possit vassallus vendere fructus rerum feudalium durante eius vita, vel ad tempus, & aliter de ipsis fructibus disponere, quasi ista non sit alienatio feudi, l. in ædibus §. 1. ff. de donatio. quòd etiam tenet Io. Reinaldi in Repetitione d. c. Imperialem §. Habito de prohi. alie. feu. per Fre. In tantum ꝙ secundum Bal. in c. 1. in principio circa fi. cōmenti de succes. feu. possit pater in suo testamento filium grauare, ꝙ de vino quòd nascetur in tali fondo feudali, det omni anno Brentas duas amore Dei, quasi tunc nō dicatur disponi de Feudo, Sed de Fructibus separatis, qui postquam sunt separati, nō dicuntur feudales ꝑ d. l. in ædibus, Qr. ibi grauabatur filius futurus heres, & Feudũ à patre capiens, & hic secus est, Laus Deo & Virgini Gloriosissime. Albertus Brunus.

ONus transuehũdi artegliariã, vel res Principis, non debet esse vltra fines cuiuslibet loci, Alias impune sperni potest præceptum.
Subditi si vltra debitum grauentur possunt impune non parere.
Nec vnus, alterius onus supportare debet,
Vbi contingit vnum, plus altero grauari.
Fit temperatio, quæ æqualantia vocatur.

CONS. CLXXXI.

In materia huius consilii vide consilium sequens, Brunus Filius.

NOn possunt isti homines grauari ad conducendũ artegliariam, vltra fines territorii loci, & alias eis licet recusare ĩpune illã conducere, vt est tex. & Ibi Io. de Plat. & scribentes in l. 2. C. de priuil. Dom. Augu. lib. 11. & l. Pro locis C. de anno. & tribu. lib. decimo & l. 1. C. de fond. limi. lib. 11. Et ad onus huius transuectionis, etiam Bubulci Nobilium Dominorum loci, mero Iure cogi possunt, ac etiam tenentes prædia Principum vt in d. l. 2. Iunctis his quæ habentur in l. fi. C. de colla. fondo. Fisca. eo. lib. 11. Cum etiam pro vehendis armis expeditionis Principis, seu Imperatoris teneantur, vt in tit. quæ sint Regal. Vbi Docto. & Iac. Alua. in 5. col. verbo Præstationes. Ideo placeat aduertere ne isti homines plus debito grauentur, in hòc, vel alio onere, Qr. eis licet impune recusare, facit quòd dicimus de creditore, plus debito petente, vt ratione partis indebite, liceat recusare totum, vt habetur in l. Qui solidũ in principio ff. de leg. secundo Nam vt dicitur in §. Talem in auten. de manda. Princi. col. 3. & refert Io. de platea in d. l. 2. in fi. commenti, subditi debent paternaliter, & benigne tractari. Et secundum Io. de pla. ibidem per textum in d. l. 2. subditis se-

pe

pe prestatur occasio non seruandi iussionem Dominorum, quando scilicet ab Officialibus Dominorum vltra debitũ grauantur, & facere volunt ꝙ aliqui supportent aliorum onus, Nam vt dicit Glo. 2. in l. Deuotum C. de metatis lib. 12. æquales esse debent omnes Prouinciales, Ideo textus in l. De vsu ff, de vari. & extraordi. cogni. vult, ꝙ si contingat vnum plus altero grauari, debeat fieri temperatio cum aliis. Et hinc inducta est consuetudo, in Patria nostra, faciendi taleas æqualantie, secundum vulgarem sermonem loquendo, Quando .n. si ego non fuissem passus expensam armigerorum, alii passi fuissent licet nesciatur quis fuisset passurus, damnum est ab omnibus resarciendum l. Prima §. Si seruius in fi. cum Glo. in verbo æquissimum ff. ad leg. rod. de Iac. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Domini terrarum an possint grauare subditos, pro expensis armigerorum per Dominos supportatis, maxime quando ad certa onera homines tenentur.

Princeps quando possit grauare subditos oneribus armigerorum & aliis.

Domini terrarum ad quæ onera teneri reperiantur.

CONS. CLXXXII.

Domini Nouelli, in quorũ Castro Capitaneus Ducalis fuit hospitatus, ipsos Dominos variis expensis grauando, Non possunt compellere homines ad ipsas expensas soluendum, Attento ꝙ ipsi homines, sunt eisdem Dominis subditi conuentionati, & cum franchisiis, & conuentionibus, de quibus in instrumentis. In quibus inter cetera continentur onera, ad quæ soluenda per Dominos compelli possunt, Ita ꝙ extra onera contenta compelli non possint, l. Cum satis §. caueant C. de agri. & censi. lib. vndecimo & quòd dicit Bal. in cõmento pacis constantie in verbo Pactiones, & in c. primo quali. Vas. Iura. debe. fideli. Vnde cum lex, pactum, vel consuetudo, non tribuat ipsis Dominis ius in subditos, pro dictis armigeris hospitandis, & allendis, non debent ad hòc homines astringi, Vt expresse vult Bal. in l. His quibus C. de fideicõmis. liber. Et in homagiis nulla nouitas est inducenda secundũ Spec. in tit. de Feudis §. Quoniam super homagiis pen. col. vers. Et nota ꝙ nulla nouitas, Nouaq; onera contra antiquam consuetudinem extorta, dicuntur impressiua, secundum Bal. in d. c. primo quali. vas. Iura. debe. fideli. refert Dominus Iacobi. à Santo Georgio in Tractatu de Homagiis vers. Sed hic cadit vna pulchra dubitatio, Item sequestratis conuentionibus, si consideremus Ius commune, & dicamus homines istos non esse subditos, res videtur clara, cum grauare non liceat oneribus non subditos l. Incola ff. ad municipa. & quòd habetur in l. Rescripto, §. Sciendũ ff. de mune. Et hono. & in c. Ecclesia Sante Mariæ de constitu. & c. Non minus, & c. Aduersus cum sua materia de inmu. Eccle. Est bonus textus in c. 2. de cẽsibus qui textus etiam ad hòc allegatur, ꝙ solutio tributi probat subiectionem, & ipsam presupponit, habetur in c. Cum olim vbi Panor. in secundo notabili eo. tit. Insuper Ius commune etiã inter subditos disponit, ꝙ Princeps propriis sumptibus debeat gerere Bella, non autem subditos grauare, vt per Glo. & Bal. in l. Neminem C. de Sacrosan. Eccl. cum vt dixit Pau. de ca. in d. l. Neminem C. de Sacro San. Eccles. Principibus Soluantur annui redditus, vt ex eis sustineãt millites sine aliena iactura, in tantum ꝙ quando necessitas vrget, Princeps debeat millitibus prouidere, Sine iactura subditorum, per textum in l. 2. & fi. C. de pascu. publi. lib. 11. De quò plenè per Cepol. in Tractatu Seruitutum

uitutum Rusticarum sub Rubrica de serui. Iuris pascendi, Questione Nona, Plus Dixit textus in l. Fi. C. de re milli. lib. 12. ꝙ postquam millites steterunt certo loco hospitati, 30. diebus, non debent vlterius stare, Nec debent millites capere victum. & alimenta, nisi a Principe, non à subditis Sed de eorum stipendiis viuere, vt est textus in l. Nulli C. loca. & in l. Nulli, C. de re milli. & c. pe. qui fil. sint legi, Et millitibus constituuntur stipendia ad hòc ne aliquos grauent, quibus contenti esse debent, & aliàs sunt prædones. c. Millitare & c. Redire §. primo 23. questione prima, vbi pulchre de hòc, cum multis Iuribus præallegatis, vnde millites pro allimentis nichil debent capere, Ideò dicitur in l. Deuotum §. Solam C. de meta. libro duodecimo ꝙ millites sola hospitatione, Et parte domus debēt esse contenti, nichilq; capere debeant, sub pena decem librarum auri quòd hominum, vel animalium pascuis fuerit necessariū iter accelerando, Ita ꝙ diuturnitate cōmanentium nullius predium vexetur, Plus Dixit textus in l. prima C. de Salgamo eo. lib. 12. ꝙ nō licet millitibus à suis hospitibus accipere salgamum, hoc est aliquid esui & potui necessarium, Nec etiam culcitram, ligna vel oleum, etiam si hospites sponte offerant, & dent, Cum vt dicit Ibi Glo. semper præsumatur concussio, etiā Glo. ad prædicta allegat multas concordantes & facit textus in l. Senaticorum C. de eroga. milli. anno. eo. lib. 12. vbi prohibentur millites capere à prouincialibus, vltra id quòd pro annona præstari solet, Et esto ꝙ homines quandoq; supportassent talia onera, ex hòc etiam pro isto onere grauari non potuissent ad dominos releuandum, Quia præsumūtur metu fuisse talia onera ab ipsis hominibus extorta, secundum Glo. & Docto. in dict. l. prima C. de Salgamo lib. 12. & Bal. in titulo de Pace constan. in verbo pactiones, cum concordantibus de quibus per Dominū Iacobinum a Santo Georgio in Tractatu de homagiis in 8. col. & Præposi. in prælu. feu. antepe. col. in principio iuncta precedenti, & Bald. in c. primo in principio quali. vas. Iura. debe. fide. vbi volunt, ꝙ indebita seruitia præsumantur à subditis, pér vim, & metū extorta, & ꝙ noua grauamina contra antiquam consuetudinem præsumantur impræssiua. Nec .n. valet consuetudo per violentiam, vel cōcussionem inducta, vt per Panor. post alios in c. primo in 3. col. vers. in Glo. prima de arbi. vult Felli. in c. Cum ex officii 6. col. quarta limitatione in fi. de prescr. vbi fortius loquitur.

Quòd si dicatur Ista procedere, quando Princeps habet modum à seipso prouidendi, & ꝙ postquam euacuauit propriam Bursam pōt imponere subditis subsidium secundum Bal. in c. Conquerente, de offi. ordi. & Cyn. & Bal. in l. Neminē C. de Sacrosan. Eccle. facit l. 2. C. de quib. mu. nemi. lice. se excu. lib. decimo Et ꝙ quando equitat Exercitus Principis, loca circumuicina habent armigeris de sibi necessariis procurare, secundum Bal. vbi supra, per l. Si pendentes §. Si quid cloacarii ff. de vsufr. Quòd sequitur Pau. de ca. in d. l. Neminem, Dicens ꝙ quandò Exercitus, non potuit se premunire, potest in casu necessitatis, capere de rebus singulorum, puta panem, vinum, pullos, & similia alias non, Nam vt dicit Archi. in cap. Quia, secunda col. decima questione tertia, Principes habent redditus patrie, pro suis stippendiis, quibus debent esse contenti, Sed vbi non sufficiunt redditus, & aliquis casus euenit, in quò, pro communi vtilitate, vel honesto statu Principis conseruando, vel pro repellendis hostibus sit facienda expensa, tunc potest à singulis exigere, cum enim Princeps, communi vtilitati millitet, debet de communibus viuere, & vbi communia non sufficiunt, de singulorum sufragio, secundum Archi. vbi supra, Dicētem ei non licere exactiones vltra suos redditus constitutos facere pro sua libidine, vel pro suis inmoderatis expensis, ꝑ Iura, & auctoritates, per ipsum Archi. allegatas, Cum vt dixit Pau. de ca. in d. l. Neminem, Princeps non debeat grauare

grauare subditos, pro suis propriis commodis, nec pro filia maritanda, Nec pro suo honore, Quòd voluit etiam Pau. de ca. in d. l. tertia C. de statu. & imagi. per Illum textum, faciunt quæ dicit Panor. in c. Sicut nostris col. fi. de Iure Iur. cum concordantibus per Dominum Iacobinum à Santo Georgio allegatis in tractatu de Homagiis decima col. Refert .n. an Princeps, pro defendenda propria iniuria, requirat subditos, an pro publica vtilitate, vt per Docto. maxime And. de Iser. & Dominum Præposi. in cap. primo §. Firmiter de prohib. alie. feu. per Fre. Responderi potest ꝙ vassalli ex hòc non debent grauare ipsos homines Nouelli, Cum ipsi Domini Vassalli collectas imponere non possint, l. Placet cum ibi notatis C. de excu. mune. lib. decimo, cum concordantibus allegatis per Dominum Iacobinum à Santo Georgio in tractatu de homagiis, 8, col. vbi Dicit, ꝙ Vassalli non debent grauare subditos, pro oneribus sibi per Principem impositis, per iura que allegat, Vult Bal. in l. Hi quibus C. de fideicom. liber. Et memini alias tetigisse in Primo vol. meorum consiliorum Feudalium cons. 103. Inci. casus Iste, Nisi consuetudo hoc habeat prout non habet, stantibus conuentionibus prædictis, quæ non admittunt talem consuetudinem, Vt prædictum fuit. Ita vt non obstent; quæ dixit Dominus Præpo. in prellu. feu. col. 22. Dum dixit ꝙ Dominus pōt grauare subditos, quando Exercitus Imperatoris transit per loca sua, post Spec. in loco ibi allegato, cum concordantibus quæ adduxi in cons. prædicto 103. Et super Ista questione an Domini possint hoc casu grauare Istos homines suos Nouelli, Non est conueniens, ꝙ ipsi Domini sint Iudices, vt voluit Specu. in titulo de Feudis §. Nunc dicamus vers. Ceterū & Bal. in c. primo col. fi. de capi. qui Curi. Vendi. & Oldra. cons. 234. inci. Factum tale, & Dominus Præpo. in prælu. feudorum in col. 22. iunctis his quæ dixit Soci. cons. 187. col. fi. primo vol. vbi loquitur etiam si superiorem talis Dominus, non recognoscat, Ita ꝙ dici potest, ꝙ præsupposito, ꝙ isti Domini essent Vassalli Principis, tenerentur ire in Exercitum, vel Principi auxilium præstare peccuniarium, seu in fructibus, vt habetur in c. primo §. Similiter de capi. Conra., per Bal. & Scriben. Quò casu dicerentur supportasse onus ꝑ eos debitum, & ab eis ratione feudi supportandum, Nec enim subditi tenentur soluere debita Dominorum, vel ipsorum damna satisfacere, vt est textus & ibi notatur in c. Licet si de feu. fue. controu. inter Domi. & agna. & consuluit Allex. cōs. 11. col. fi. septimo Dubio primo vol. Et ex prædictis inferendum puto, ꝙ quocunq; se conuertamus, & siue Domini prætendantur esse subditi Principis, Siue non, contra eorum homines hac de causa, recurrere non possint, Nam si ipsi Domini non tenentur. & eis vis facta ꝑ millites dici possit, non tenentur homines pro casu Dominis cōtingente argumēto l. Damnum C. Loca. & l. Ex conducto §. pe. ff. eo. titulo & l. Si venditor .ff. de peri. & commo. rei vendi. & l. Que fortuitis C. de pigno. actio. Nec pro lesione eis per armigeros facta, argumento l. Si per imprudentiam ff. de euictio. Nec obstat l. De vsu ff. de vari. & extraor. cogni. quæ vult ꝙ si vnus plus altero grauetur fiat temperatio, cum aliis suis concordantibus Quia loquitur in legitimis oneribus, Et grauantes indebite rusticos puniuntur l. 2. in fi. C. vt rusti. ad ullū obse. voc. lib. 11. & l. prima eo. titulo, vbi secus, sunt iura eis fauorabilia, Iunctis concordantibus adductis, per Dominū Præposi. in præludiis feudorum antepe. col. vbi tangit an propter indebita grauamina, & Iniustitias, vel negligentias, Dominus vel vassallus feudo priuetur, & de modo prouidendi, & alias consului. Et si dicatur adhuc obstaræ quòd dixit Sali. in l. Neminem C. de Sacro san. Eccle. ꝙ vbi propter aduentum Exercitus, Vnus plus altero grauatur, fit postea talea adequationis, quia responsio patet ex prædictis, & Domini nollunt in talibus cum aliis contribuere, Et prout dicit textus in d. l.

De vsu. ff. de var. & extraord. cogniti. Istud procedit quando armigeri sine scitu superioris ad quem res spectat, hospitia cepissent.

Item si obligentur ratione adherentie, vel pactorum, vel subiectionis, etiam non habent infestare homines, rationibus allegatis, & qr. loquitur inter solitos inuicem contribuere, ꝙ non est inter istos Dominos, & homines, Et quia dici potest, quia etiam prædia Principis, & multo magis Nobilium Dominorum teneantur pro redditu millitibus assignato soluẽdo, l. Pro tironibus C. de priuil. Do. Aug. lib. 11. vbi Io. de Plate. dicit, ꝙ pro necessitatibus, ac stipendiis millitum, cessat priuilegium alicuius, & in l. 2. ac pe. & fi. & in l. fi. C. de colla. fond. fis. eo. lib. xi. patet, ꝙ etiam ad vectionem annone Principi debite, & similium rerum, ad refectionẽ pontium, & viarum, & ad ordinaria onera, & ad ordinarias præstationes, etiam prædia Principis patrimonialia tenentur, prout etiam est textus in l. secunda C. de exa. & transla. milli. anno. lib. 12. Et consequenter etiam prædia Dominorum inferiorum, Nisi contraria consuetudine, vel præscriptione inductum appareat, vt homines insolidum teneantur, Et quia collectam promissam, tenentur promittentes soluere, quando publicam vtilitatem non concernit, & multo minus solutam reppetere non licet, vt per Bar. in l. prima in quarta col. in prima questione secunde principalis vers. Quæro hic primo C. de muli. & in quo lo. lib. 10. cum concordantibus Ibi signatis in addi. & Sali. in l. Neminem C. de Sac. san. Eccle. & Allex. cons. 52. in 5. vol. Et ex prædictis colligitur responsio, ad notata in l. Si ex toto in principio ff. de leg. primo, per quæ forte argui posset ꝙ conuentio Dominorum & hominum, non trahatur ad casum Guerre, super quò latius non insisto, quia non vidi conuentiones, Nec dicatur, ꝙ damnum Istud possit dici publicum, cum reipublice intersit, ne quis de loco damnificetur l. Quotiens. ff. ad munici. alias ij. l. prima in principio. ff. de magi. conue. Tum quia secundum Bar. in d. l. Quotiens, Damnum dicitur publicum quando principaliter ordinatur ad damnũ reipublice, Non autem damnum singularium, vel particularium, qđ ita Principaliter non est ordinatum, Quod facit ad decisionem Bar. in l. Nullus C. de Cur. pu. lib. 12. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

STatutum prohibens inmobilia in forenses alienari, An habeat locum in bonis feudalibus ne transeant in heredem forensem, in 2. vers.

Et an censeatur prohibere, ne forensis etiam Clericus possit heres institui.

Et an vendicet sibi locum in casu dotis dande, vel restituende, vel quando res fuit semel in casu permisso alienata.

Et an impediat ne forensi, saltem debita sit ipsorum bonorum æstimatio.

CONS. CLXXXIII.

DEI Omnipotentis, inuocato præsidio in causa testamenti Domine quondam Hellene de Caualleriis, de loco Caramaniæ, Quæ instituit hæredem suum vniuersalem Dominum Iacobum de Caualleriis Ciuem Albe, cui Domino Iacobo opponitur de statuto Caramaniæ prohibente bona inmobilia alienari, in Forenses, Licet Communis opinio Doctorum esse videatur, ꝙ tale statutũ prohibens bona inmobilia alienari in Forenses, operetur ne Forensis possit in ipsis inmobilibus Institui, vt per Bar. in l. Si ita quis promisserit. §. Eà lege vers. per hòc formo, iuncto vers. Præcedenti & sequenti, ff. de verb. oblig. Cum quò transeunt

sciunt Ibi Ang. Imol. Pau. de ca. Fran. de aret. Dominus Ias. in pe.col. & communiter Scribentes, & Bal. in cons. 349 inci. Statuto Placentie prim.col. primo Dubio in fi. primo vol. Et Philip. Corn. cons. 213. inci. Circa primum tertia col. in principio 2. vol. cum concordantibus infra allegandis, Eò qr. prohibita alienatione, et per legem, vel statutum, in certum genus personarum prout in casu isto, censentur etiam prohibite tales persone instituí, secundum Doctores præallegatos, & Bar. in l. Peto §. Fratre, per illum textum ff. de leg. secundo & late Moderni, in repetitione l. Filiusfamilias §. Diui, Vbi Dominus Ias. in 2. lectura 21. & 22. col. ff. de leg. primo cum similibus. Et quia secundum Bal. in d. cons. 349. primo Dubio, potest statutum operari, ꝙ quis decedat pro parte, seu in aliqbus bonis testatus, & in aliquibus seu pro parte intestatus, Et ēt quia non tollitur facultas instituendi sibi heredem, sed modificatur, Vt ibi per eum, Ad quòd etiam facit, quia prohibita alienatione, vel odio persone, vel fauore publico, est prohibita heredis institutio secundum Bal. in l. Ea lege 4. col. C. de condi. ob cau.

Nichilominus tamen in præsenti casu, puto ꝙ ipsa quondam Nobilis Helena de loco Caramanie, vxor Nobilis Luchini Caualerii Ciuis Albe, potuerit ipsum Nobilem Iacobum Cauallerium etiam Ciuē Albe heredem vniuersalem instituere, ēt quò ad inmobilia quæ habebat, & reliquit in loco Caramaniæ, Non obstante dicto statuto Caramanie, prohibente eos, qui sunt de Caramania, vel ibi habent bona inmobilia, ipsa inmobilia vendere, vel aliter alienare, vel obligare alicui forensi &c.

Et obmittendo ꝙ multi Doctores teneant in tali casu, non censeri prohibitam heredis institutionem, vt per Bal. d. cons. 349. in fi. & in cons. 310. inci. Ad euidentiā 2. col. 3. vol. & Fulgo. cōs. 215. inci. In primo cū aliis concordantibus relatis per Scribentes in locis preallegatis.

Primo moueor, Quia attētis verbis & mente statuti prædicti, non censetur prohibita indiferenter alienatio, maxime illa quæ fit per vltimam voluntatem, Sed illa tantum quæ fit per actum inter viuos, seu ꝑ contractum, propter Illa verba vendere, vel aliter alienare, que intelligi debent, de alio modo alienandi Simili Venditioni, & consequenter de alio actu inter viuos, seu per viam contractus, per Glo. & notata in l. Si fugitiui, C. de seru. fugi. & Allex. cons. 34. col. prima primo vol. cū concordantibus agregatis per Felli. in c. Sedes de rescriptis.

Et quia vt optime adduxit Dominus Primus consultor; & late Dominus Ias. in d. l. Ea lege pe. col. prohibitio de non alienando inter viuos, Non trahitur ad alienationem per vltimam voluntatem, Nec econtra, Et ita in proposito consuluit Fulgo. d. cons. 215. inci. In primo, Dicens ꝙ si statutum prohibeat forensi legari, vel alio modo relinqui, verbum Illud generale, vel alio modo relinqui, restringitur ad similia hoc est ad fideicommissum, vel donationem causa mortis, Nec intelligi potest de heredis institutione que est maior species relinquendi, quam sit legatū, Idem etiam consuluit Bal. in d. cons. 310. inci. Ad euidentiam 3. vol. volens ꝙ in generali prohibitione alienationis facta etiā sub Istis, verbis, vel alio modo, commemoratio cōtractus restringit ipsam generalitatem prohibitionis alienationis, ad contractus tantum, cum alias cōmemoratio contractus nichil operaretur contra l. Si quando ff. de leg. primo & l. Si quando in principio C. de Inof. testa. iunctis notatis per Bal. in Rubrica C. de contrahen. emptio. 9. questione. Et prædicta determinatio, est de mente Corn. d. cons. 213. tertia col. vbi vult ꝙ quando statutum prohibet alienationem vel contractū intelligatur de alienatione quæ fit ꝑ contractum. Insuper ex aliis verbis statuti prædicti, etiam colligitur ꝙ statutū prædictum noluerit prohibere alienationem, quæ fit per vltimam voluntatem, seu hæredis institutionem Dum dicit, ne vlla persona audeat alienare forensi sub pena amissio-

amissionis &c. Nam defunctus non dicitur alienare, cum testamentum non sumat vires, nisi à morte testatoris, Nec ēt heres dicitur facere alienationem, cum heredi non acquiratur ante acceptationē, & Ita consuluit Bal. ponderãdo talia verba, vt non trahantur ad heredis institutionem, Sed Illam excludant in cons. 253. inci. Casus 2. col. 3. vol. sequitur Corne. in d. cons. 213. in 3. col. 2. vol. Subiungens ꝙ si statutum dicat ꝙ nulla persona, sit, quæ audeat alienare, tale statutum Præsuponit exhistentiam persone alienantis, Ita ꝙ talia verba morienti non conueniunt, que verba vel similia, etiam apponuntur in principio predicti statuti Nec ad istud obstant illa verba statuti, ꝙ pena commitatur in procinctu alienationis, Qr. adhuc non conueniunt alienationi quæ fit per hæredis institutionem, per fundamenta Bal. Et Cornei, Et etiam qr. cum ambulatoria sit hominis voluntas vsq; ad mortem, & possit vsq; ad mortem commutari, l. 3. §. Fi. & l. Sequen. ff. de adi. lega. non potest facto testamento, quis dici esse in procinctu alienationis in forensem. Et etiam ex alio, qr. contingere posset, ꝙ interim & ante acceptationem heres posset fieri de loco statuti, & succedere in talibus bonis, Vt per Fran. de are. in d. §. Ea lege 4. col. & Cuma. cons. 84. inci. Præsuposito, & Allex. cons. 4. inci. viso Themate, vltima col. primo vol. Et Dum statutum exigit superexistentiā persone alienantis, vt fuit supra demonstratum, ex hoc etiam tollitur. præcedens obiectum, Cum trita sit Iuris doctrina, ꝙ si verba non conueniunt, non conuenit statuti dispositio, vt per Bar. in l. 4. §. Prætor ait in fi. commenti Vbi Allex. & Roman. ff. de dam. infec. & necesse sit, ꝙ omnia verba conueniant vt ibi, & ꝑ Doctores in consiliis preallegatis, Et qr. dispositio diuidi non debet l. Eum qui ædes ff. de vsucap. Et vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare, l. Iam hòc Iure ff. đ vulg. & pupil. Cuius contrarium fieret si verba statuti, ex toto ad casum non conuenirēt.

Et prædicta coadiuuantur, qr. in dubio Capienda est interpretatio, quæ fauet libertati testandi l. prima C. de Sacrosan. Eccle. Et istud adducit ad propositum Bal. in d. cons. 253. 2. col. Et cùm hoc statutū, sit contra Ius commune, nec non penale, ac etiam odiosum, fortius est stricte interpretandum, vt pulchre per Corne. in d. cons. 213. in 3. col. & Cuma. d. cons. 84 post principium.

Secundo moueor qr. vt michi præsupponitur maior pars istorum bonorum inmobillium est Feudalis, Quò casu statutum prædictum Caramaniæ locum nō habet in eis, tanquam statuentibus non subiectis, per textum in proposito, in c. Quæ in Ecclesiarum de constitu. vbi Panor. in secundo notabili faciunt quæ consuluit Cardi. in cons. secundo, ꝙ statuta inferiorum, non ligant bona superiorum, de quò latius dixi in tractatu de statu. Exclusi. femi. sexto articulo principali. Primo membro septima questione sunt enim talia bona exempta à Iurisdictione loci Caramaniæ, & inmediate sub Iurisdictione Illustrissimi D. D. Ducis Sabaudiæ, vt habetur in c. primo in principio de capi. qui Curi. vendi. & per Marti. de Lau. & Dominum Præposi. in cap. primo quali. vas. Iura. debe. Fideli. Meritò igitur non subsunt, statutis loci Caramaniæ, cap. A nobis lo primo cum ibi notatis per Panor. de senten. excomu. & c. vt animarum de constitu. in 6. & volunt Panor. in d. cap. Quæ in Ecclesiarum secundo notabili & Bar. in l. Si quis sub conditione in fi. commenti ff. de condi. insti. & Bal. in l. Fin. §. In computatione in fin. commenti C. de Iur. delibe.

Ad idem facit, Quia cum pro ipsis bonis, nō possit per commune Caramaniæ, imponi collecta, nec statui ꝙ imponatur, vt per Andr. de Iser. in titulo quæ sint Rega. in verbo Et Plaustrorum, & Dominum Iacobi de Santo Georgio in tractatu de homagiis pe. col. cum similibus, minus videtur posse per Statutum prohiberi ipsorum bnorum alienatio in forenses, quæ sumit occasionem ab ipsis collectis, &

oen-

oneribus imponendis, argumen. l. Nulli C. de senten. & interlo. omni. iudi. & nota torũ in l. 2. ff. de iuris. omni. iud. Ideo secũ dũ Bal. in auten. Res quæ 2. col. vers. Que ro si ex forma statuti. C. cõia de lega. & in c. 1. in prin. 4. col. versic. Quero an con suetudo de prohi. alie. feud. per Frede. cũ concordantibus de quibus per Dominũ Ias. in l. Cõctos populos in 2. lectura 17. colum. versic. vltimo nota C. de somma Trini. consuetudo ꝙ maritus lucretur cer tam partem dotis, vel bonorum vxoris, & statuta de dote lucranda, non habent locum, in bonis feudalibus. Nec obstat si dicatur, ꝙ Alua. in cap. 1. quali. olim feud. pote. alie. & Marti. de Laud. in dict. capit. 1. §. Donare eod. titu. volunt posse per sta tutum permitti alienationem, sine consen su Domini, ꝙ ante eos voluit Bald. in cap. 1. in princ. in primis verbis de vassa. qui contra cõstitu. Lotha. bene. alie. & D. Ias. in l. De quibus 17. colum. versicu. 3. ergo in fin. versiculi. ff. de legib. post Bald. in cap. 1. in princ. penul. questione de succes. Feud. & Alua. in cap. 1. §. mulier. 2. colum. 2. notabili, si de feud. fue. controu. inter Domi. & agna. cum similibus, Qr. loquũ tur in his feudis, que sunt subiecta statuẽ tibus, per predicta, & per iura per eos al legata, Dum excipiunt feuda Ecclesiasti ca, que non sunt statuentibus subiecta, Nec etiam obstat si dicatur ꝙ Paul. de Castr. in consil. 218. incipiente Presuppo sito in fin. in antiquis, & Felli. in dict. cap. Que i ecclesiarum col. fi. & Ibidem Deci. 2. col. 2. ampliatione teneant ꝙ statuta lai corum habeant locũ in bonis feudalibus quò ad vtile dominium Feudatarii laici. Ad quòd etiam allegãt Bart. in l. vt iuris iurandi. §. si liberi, circa principium com menti. ff. de oper. libert. & Allex. consil. 9. in 5. vol. cum nonnullis aliis cõsiliis Quia ex fũdamentis, & decisionibus predictis que sunt in contrarium, apparet ꝙ veritas aliter se habet, & contrarium voluerunt Hosti. post Inno. & communiter Docto. ĩ d. c. Que in ecclesiarũ vbi Panor. in 3. col. vers. Sed quo ad terminos, post Doct. anti quos, tenent ꝙ statutũ laicorum nõ habet locum in feudis, etiam quòad vtile domi niũ feudatarii laici, & ꝑ veritate ille tex. hòc determinat, & ita intelligit illum tex. Glo. ibi ĩ verbo alienãdi. Cũ ibi tractetur de statuto ꝙ feudatarius vergens ad ino piam, possit feudum hòc est suum ius vti le alienare, Item cum licentia alienandi ta lia feuda dependeat ab ipso principe, cap. 1. in prin. de prohi. alie. feud per Fre. & c. 1. de prohi. alie. feud. per Lotha. Certe ex cluditur facultas disponendi super ista li centia per inferiores, per iura supra alle gata, in tantum ꝙ sicut non posset infe rior talem licentiam dare, sed solus Prin ceps, pariter non posset illam adimere, vel coarctare. l. Eius est velle. ff. de regu. iur. & l. 2. cum vulgaribus. ff. de re iudi. & aliter dicendo esset iniicere vinculum, ac imponere quodãmodo seruitutem in feudo principis, contra textũ & notata in cap. 1. §. Quid ergo de inuestitu. de re aliena. fac. & iura allegata pet Paul. de Castr. in dict. consil. 218. in fin. non pro bant suam decisionem, & decisio. Bart. quam allegat ibi Paul. de Castro. com muniter reprobatur. Nec Bart. in dict. §. si liberi hoc dicit, sed totum opposi tum, volens ꝙ in feudis, non statutum loci, sed iura feudalia attendantur, & simile vult Allexand. in consilio supra pro contrario allegato maxime in quarta col. versiculo Et contra illam limitationem & versiculo sequen. & alia consilia pro con traria opinione allegata, loquũtur in em phitheosi, seu in vtili dominio emphi teotæ. Cuius diuersa est conditio, & ra tio maxime in proposito, vbi contingit de iure superioris etiam tractari. Merito igitur dicunt communiter Docto. in illo Articulo disputabili, an liceat arguere, de emphiteosi ad feuda, ꝙ non, vbi est diuersa ratio, & in multis aliis casibus prout late scribit Dominus Ias. in l. prima 12. & 13. colum. C. de iur. emphiteo. vltima stampa, & Preposi. in prellu. feu dorum. in fine vbi ad hòc allegat Bart. in dict. §. si liberi, & tandem apparet ex verbis statuti, quòd non senserint.

P Nec

Nec loqui voluerit de bonis feudalibus, Dum vult rem alienatam in forensem, applicari Domino loci pro dimidia; Et pro alia dimidia Communitati,& accusatori, attento ꝙ Feudum sine licentia directi Dñi in alium transferri nõ põt d. c. 1. de prohi.alie.feu. per Fre. Et qr. feudum confiscari non põt, saltem taliter & perpetuo, vt per Bar. in l. Si finita §. Si de vectigalibus secunda col. ff. de dam. infe. Cuius opinionem Allex. ibi in 12. col. dicit communem.

Tertio moueor, qr. præsuposito,& nõ cõcesso, ꝙ hæc bona Feudalia subiiciantur statutis,& attẽto ꝙ fuerunt per ipsam Dñam Helenã Dño Luchino eius marito in dotem data, qđ fieri potuit, non obstante ipso statuto prohibente alienationem, vel ẽt si prohiberetur posse de eis disponi, vt consuluit Pet. de Ancha. cons. 380. inci. Ante determinationem, & Anto. de Butri. cons. 36. inci. visa forma contractus dotis,& sequitur Laur. de fano. in repe. l. In quorum 7. col. C. de pigno. cum concordantibus infra allegandis, Dicendum est, ꝙ in talibus bonis millitat dispositio statutorum Caramaniæ, vel Ciuitatis Albe, Iuxta notata in l. Exigere dotem cum sua materia ff. de Iudi. volentium vtrobiq; ꝙ maritus lucretur dimidiam dotis mulieris ꝑdecedentis sine liberis prout prædecessit ipsa Domina Helena, vt voluit Pe. de ancha. in c. Statutum, §. Cum autem de rescrip. in sexto & in c. Primo de consti. cum quò transit Barba. cons. vltimo inserto in quarto vol. consiliorum Allex. inci. Clementissimi, in 3. col. vers. secundo adduco ꝙ voluit &c. & in cons. 213. inci. Scripsit inserto in eo. vol. vers. & adduco ad prædicta &c. tertio col. & Ipse Barba. in suis consiliis cõs. 48. in quarta col. secundo volumine qđ consilium inci. ꝑclare scribitur, volentes ꝙ si per vnum statutum forensis prohibetur acquirere inmobilia, & per aliud maritus possit lucrari dotem vxoris, sine liberis prædecedentis, aut adulteriũ committentis, possit maritus forensis Lucrari inmobilia sibi in dotem data, Non obstante statuto prohibẽnte acquisitionem, Et cum ex datione in dotem quandoque bona fuerint semel in forensem Iuste alienata, attentari potest etiã ex hoc capite ꝙ remaneant & in istum No. Iacobum allienabilia, per l. cum pater §. Quindecim ff. de leg. tertio cum ibi notatis & per Bar. & Scribentes in d. l. Filiusfamilias. §. Diui de leg. primo Facit Quia statutum in Dubio non censetur de dote loqui secundum Sali. in l. Fi. C. de dot. promiss. & Dominus Ias. in l. Prima in 3. col. ff. solu. matr. & in proposito nostro in d. l. Filiusfamilias §. Diui.

Quarto tale statutum posito & non concesso ꝙ impedire posset heredis institutionem de ipso Iacobo, quòad ipsa inmobilia nichilominus tamen deberetur Ipsi Iacobo ipsorum bonorum æstimatio, vel patiendum foret, ꝙ ipsa bona caperet & persone non prohibite venderet, pro habenda æstimatione, vt per Bar. & Docto. in dict. l. Filiusfamilias §. Si quid alicui de leg. primo & per Salice. in d. l. Ea lege, 3. col. C. de condi. ob cau. & D. Ias. in d. l. Si quis ita promisserit §. Ea lege vltima col. cum concordantibus agregatis in meo tractatu de statu. exclu. femi. 9. articulo 11. questione & per Dominum Frã. Curtium Seniorem cons. 27. pe. col. vbi dicit hanc esse Communem Opinionem, Nec obstat si dicatur ista non videri procedere in predicto statuto Caramanie quòd punit alienantes in forenses, in valore rei, & in amissione ipsius rei, Quia vt probatum fuit supra in primo fondamento, dicta pena non potest conuenire, Nec applicari heredis institutioni, Nec defuncto accommodari, Et vlterius ex quò tractaretur in tali pena de damno euitando, Ipsa mulier excusaretur ab ipsa pena propter iuris & statuti ignorantiam, per textum & notata in l. Iuris C. qui admi. a qua pena etiam excusaretur propter probabile dubium,& subtilitates Iuris, q̃ concurrunt circa intellectũ dicti statuti, vt ẽt notatur in d. l. Iuris cum concordantibus ibi allegatis, maxime per D. Ias. in secũdo notabili,& notat Bar. i l.

Fi.

Fi. ff.de decre. ab ord.facie.Qua pena sublata, statutum remanet in terminis nude & simplicis prohibitionis, ita ꝙ saltem debeatur æstimatio, per prædicta,& consequenter sublata pena amissionis, quæ etiam est applicanda Domino loci communis Caramaniæ & accusatori,remanet disputatio cum venientibus ab intestato, quibus indubitanter præfertur ipse Dominus Iacobus veniens ex testamento, l. Quamdiu la seconda ff. de acqui. here. Quem certum est non excludi per statutum,Nec in rebus,nec in precio iuxta superius conclusa.

Quinto & vltimo moueor, Quia presupponitur ꝙ iste Nobilis Iacobus heres in prædictis bonis alienari ꝓhibitis institutus,sit Clericus prime tonsure, Quo casu nõ ligatur statutis laicorum, sicut nec foro seculari subiicitur,prout per plura fondamenta, ac per multas Docto. decisiones comprobat Dec.in c. Ecclesia Santæ Mariæ 2. col. vers. secundo principaliter de constitu. & ante eum Felli. ibi col. 49. vers. 4. scias ꝙ dicta in Clericis, habent etiam locum in clericis constitutis in minoribus,& in 25.col. in 2.questione vers. vnde secundo &c. Dicens ꝙ statuta præiudicantia etiam clericis prime tonsure,in his quæ licent eis de iure communi, dicuntur contra Ecclesiasticam libertatem, &in diuiduo ꝙ statutum predictum non habeat locum in Ecclesia vel clericis, in quos fiat alienatio late decidit & comprobat Felli. in d.c.Ecclesia Sãtæ Mariæ col. 32. in 8.questione vbi etiam Deci. & D, Ias. in repetitione d.§. Diui prima lectu, 12. & 13. col. quorum dicta esset superfluum & longum refferre, & Cuma. dict. cons. 84. in fi. & copiose Allex. cons. 210 inci. ponderatis his omnibus per totum 2.vol.Laus Deo,& Virgini Gloriosissime,

Albertus Brunus.

Licentia alienandi in patrem,an transeat in filium.

Licentia Domini non est necessaria in alienatione que fit inter agnatos Feudi successores.

Capiens in Feudum & alodialia Castro, vel Principi spectantia,non censetur facere Feudalia Allodialia quæ Feudatarius antea ibi habebat.

Capiens in feudum allodialia sibi spectantia, Non transfert in Principem eorum Dominium.

CONS. CLXXXIIII.

Dum obiicitur ꝙ heredes Magnifici Domini Odonis Rottarii habuerunt licentiã alienandi in Magnificũ quondam Dominum Theodorũ illam octauã partem Feudi,certum est,ꝙ ista licentia trahitur ẽt ad filiũ Magnifici Dñi Theodori prædicti,l.Fi. C. de contrahen.& commiten.stipul.l.Pactũ ff.de ꝓbatio.vult ĩ terminis Andr.đ Iser. in c.Imperialem ĩ princ.vbi ẽt Alua.circa 7.col.de ꝓhi.alie.feu.ꝑ Frede. & Curtius in tract.Feudorum 4.parte 2. regula 8.q. Itẽ non fuit necessaria licentia, ex quo ipsa pars octaua,fuit acquisita per Magnificũ quondã Dñum Io.ꝑciualem patrẽ,ipsorũ Dñorũ Odonis,& Theodori,fratrum, cũ ipse Dñs Theodorus esset de cõprehensis in prima inuestitura Dñi. Io. Perciuallis, Ita ꝙ in alienatione quæ fit inter eos qui descenderunt ab eodem stippite, non sit licentia necessaria secundum Bal. in d. c. Imperialẽ in princ.3 col.prope fi.de ꝓhi. alie.feu.per Fre.& Bal.cons.49. inci. Proponitur 4. vol. penult .stampa Allex.in l. Si domus § Fi.pe.col.ff.đ leg.primo Præpo.in c.1.§ Sed & res,prima col.per quos fiat inuestitu.cum multis concordantibus & ita sepe consului & obtinui, & notant Moder.in l.fi. in primis chartis C.de Iur. emphi.

Nec obstat ꝙ Communitas Sommarippe Promisserit ipsam octauam partem redimere in beneficium Illustrissimi Principis, Quia hoc factum non fuit, pro rei veritate, & facta non præsumuntur l. in bello .§. Facte .ff. de capti. & postlimi. reuer. &l. Quæcumq; .ff.de publici.cum

vulgaribus. Et qr. quòd nostrum est sine, facto nostro in alium transferri nõ potest l. Id quòd nostrũ ff. de reg. Iur. cum concordantibus.

Quò verò ad bona allodialia, non videtur curandum de rotulo amisso vel non apparente, ex quò constat de Instrumentis originalibus, auten. si quis in aliquò cum Ibi notat. C. de æden. & quòd habetur in cap. Quoniam contra de proba. & in l. Sempronius. ff. de leg. secundo cum Infinitis concordantibus, Cum vt Ibi habetur originale, sit Illud quod est attendendum, & ad quòd reccurri debeat, Et non obstat quòd dicitur Illa non spectare Magnifico Domino Comitti, sed Descendentibus ex Domino Gullielmo, Quia constat de multis allodialibus ipsi Domino Comitti spectantibus, super quibus cessat obiectum, Et qr. Ipse Dominus Comes, Dum esset possessor habebat præsumptionem Iuris pro se, l. prima. ff. de superfi. & §. Commodum insti. de interdi. & possessione ipsorum Bonorũ priuatus indebite, vel spoliatus, est restituendus, vel reintegrandus, per Iura vulgaria, Ita ꝙ ei non posse obici videatur, ꝙ tractet de Iure tertii, Et quia hoc non releuaret conscientiam Illustrissimi Domini Magistri à tenuta rei aliene, quem non deceret meo iudicio velle facere difficultatẽ, quæ non fit per ipsos descendentes Domini Gullielmi.

Nec obstat ꝙ ipse Magnificus Dominus Theodorus fuerit inuestitus de allodialibus, & ꝙ consequenter ea recognouisse videatur tenere in feudũ, Qr. non inuenio verba aliqua quæ hoc dicant, vel de Iure hoc importent, Nam illa verba cum allodialibus ad Castrum, vel Principem spectantibus hoc non probant, cum ista non essent bona Castri, vel Principis, & in tali casu opporteret, ꝙ ipse Princeps, vel Dominus Magnus Magister, constari facerent quæ essent bona ista Castro, vel Illustrissimo Principi spectantia, vel ꝙ ista bona essent de pertinentiis Castri, vt est notabilis Decisio Bar. in l. Si sic §. primo. ff. de leg. primo & Oldra. cons. 163. inci. viso priuillegio, que est cõis, vt sunt iura notissima. Et insuper ex eò ꝙ quis capiat in feudum, vel emphiteosim, rem suam, vel alienam, & non concedentis non transfert Dominium, vel ius in concedentem, Quando constat illam non fuisse concedentis, vt per Bal. in l. Cum falsa in 3. oppo. C. de Iur. & fac. igno. & in l. Ad probationem in secunda col. in vers. Quero si instrumentum C. loca. late Bar. & Docto. in l. Si aliquam rem ff. de acqui. pos. & Allex. cons. 12. in fi. allegando.

Ceterum est Doctrina Bar. & Communis ꝙ capiens in feudum rem suam, non preiudicet sibi, & quòd ex eò, non probetur res esse concedentis, qr. inducta ad diminutionem, prout est concessio in Feudum, non debent operari augumentum, videlicet quòd res spectauerit Principi Ita in terminis vult Bar. in l. legata ff. de adi. leg. cum quo alii transeunt, & Allex. d. cons. 12. inci. viso processu prima col. 4. vol.

Item ex quo concessio non habuit effectum, non nocent verba posita in instrumento concessionis, Quia resciso contractu, non nocet, nec valet confessio in eò facta, vt per Bal. in l. Si absentis prope fi. commenti C. Si cer. pet. & Allex. cons. 31. in secundo vol. Cum quibus alii transeunt, volentes generaliter, q̃d resciso contractu principali, nulla clausula, in eò apposita valeat, vult Bar. in l. Post legatum tertia col. ff. de his quibus vt indig. Vbi etiam dicit, ꝙ quando quis impugnat aliquod instrumentum, non potest se, ex eò, in aliqua parte, sibi Fauorabili iuuare, circa quod possent multa allegari, que sunt notoria? Ad quòd facit, ꝙ contractus non debet pro parte Valere, & pro parte non l. Ratas C. de rescin. Ven. & l. Si prædium C. de prædi. mino. Notant Pano. in cap. primo in tertio notabili de in inte. resti. Vbi Vult hoc procedere etiam quando contractus fuit initus cũ Ecclesia, Et ideo sub hac verborũ breuitate arbitror satisfactum fuisse motiuis vestris, cõtra Magnificum Dñum Comitem, michi cũpatrem

honorandum

honorandum factis, & si fuerit expediens plenius respondebitur, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Domini loci, non possunt procedere, contra non assistentes defensioni loci, & castri absentes, Quòs non est possibile interesse tempore proclamatum.

Subditi possunt propriam salutem, saluti Domini præferre.

Subditi non debent astringi ad defensionem, quæ non sit possibilis.

Si Dominus componat cum hostibus, & homines soluant compositionem, opere loco succedit pecunia.

CONS. CLXXXV.

PRocedi non potest contra istos homines Robelle, sub prætextu, ꝙ non interfuerunt, Dum Iussu aliquorum ex Dominis facta fuissent proclamata, ꝙ valentes arma deferre, infra tres horas comparere deberent in platea Robelle, pro Castri, & Loci defensione, propter Regium exercitum, qui statuerat expugnare, ipsum Castrum, & locum Robelle.

Et primo qr multi iam se fecerant absentes, res suas ex Robella abducendo, timentes ipsum Regium Exercitum, tam ex Dominis q̃; ex hominibus Robelle, Ita ꝙ absentes notitiam nõ habuerunt, saltem tali tempore ꝙ potuissent in termino comparere, cùm vox præconis paucis innotescat, autentica Qui semel cum vulgaribus C. quomo. & quando Iud.

Secundo Qr. nõ tenentur homines loci Castrum ita simpliciter munire, & defendere sed cũ distinctione, de qua per Dñum Iacobinum a Sãto Georgio in Tractatu de homagiis in fi.

Tertio Qr. secundum iura & constitutiones Feudorum, vassallus tenetur propriã salutem, saluti Dñi preferre secundum Bal. Alua. Marti. de Lau. & cõiter Scribẽtes, in c. 1. in princ. qui. mod Feu. amit. Quẽ Articulũ optime prosequit Dñs Fran. Curtius in suo solemni tractatu Feudorũ quarta parte principali 4. q. vbi multa bona dicit, & ꝙ subditi nõ sunt Sicut serui, nec sicut liberti, de quò ꝑ Dñum Ias. in l. Si nõ sortẽ §. Libertus ff. de condi. indebi. post alios. Sed sic est, ꝙ gentes Regie, expugnauerunt per tres dies ante, vel circha, Locũ Cochonati, Ibi vicinum, & multomagis fortem, & populosum, q̃; sit locus, & Castrum Robelle, dictum locum Cochonati depopulando, argumento auten. Multo magis C. de Sacrosan. Eccle. Et insuper certum est, ꝙ nonnulli ex Dominis Robelle fugerunt cum familia, & rebus, quas deferri facere potuerunt, Vnde meritò licuit ipsis hominibus, de Robella fugere & res eorum traducere, proprie eorum saluti consulendo, & in Dñorum contemptum hec non faciendo, Nam excusatur subditus, qñ Dñs petit ab eò seruitiũ, qđ fieri nõ põt, vel cum difficultate põt fieri, vel quòd honeste fieri nõ põt, aut si factũ lederet pietatem, vel æstimationem, Aut si est cõtra bonos mores, Qr tunc cẽsetur fieri nõ posse secundũ Io. Blanchi, in somma sua suꝑ vsibus feudorũ in Rubrica de causis propter quas vassallus excusatur si Dño nõ seruiat 4. col. vers. excusari ẽt põt Et vbi certũ est ꝙ Dñs oĩno succumberet quãtumcunq; vassallus ei opẽ ferret, vassallus excusat̃ à fuga, vt per Bar. in l. Si qđ in graui, in princ. ff. ad silla. Nec. n. obligatus ad seruitia, censet̃ obligatus ad seruitia euidenter iniusta c. vniuersitati vbi Felli. in secundo notabili de senten. exco. Sic & dicimus excusari vassallũ, quãdo nõ erat possibile, ꝙ Dñum iuuaret, vt ꝑ Alua. ĩ c. 1 §. Itẽ Qui dñum, q̃ fuit prima causa bene. amite. facit d. l. si quis ĩ graui in principio ff. ad silla.

Insuper Dominus tenetur subdito suo reddere, pares Vices, quales debet subditus Domino, vt est textus in cap. pri. in fi. de for. fide. & in cap. Domino, si de feu. fuer. controuer. inter domin. & agna. &

in c. prim. qualiter Dominus Propri. feu. priu. notatur per Docto. maxime Alua. & Marti. de lau. in c. primo §. fi. in tit. hic finitur lex &c. Et Si Dominus secus faciat priuatur proprietate feudi, seu iure quòd habet in talem subditum vt ibi, igitur nõ licuit ipsis Dominis Robelle, subicere homines suos morti, Cũ verisimiliter impossibilis esset eorum defensio, Et ex quò Domini se defenderunt, per compositionẽ pecuniariam, quam ipsi Domini fecerunt Et homines soluerunt, ista compositio successit loco operarum hominum, quas fuissent obligati prestare circa defensionem, per notata per Bal. in l. Si tempore in fi. commenti, C. de ope. lib. ita vt amplius imputari non possint de defensione non facta, Et quia mediante pecunia subditorum, Domini fuerunt à periculo, & damno præseruati, Nam Vt Dixit Io. And. in addi. Spec. Rubrica de Feudis, Fellonia pacto vsq; à principio põt mediante pecunia remitti, vnde ex post facto idem videtur, Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Femina an posit institui, vel succedere in feudo alienari permisso, in quosuis preter inimicos Domini, vel posit ei feudum legari.

Et an clausula generalis permißiua alienationis, trahatur ad specialem, stricte, & limitate de fœmina loquentem,

Fœmina an suceedat in feudo, ad nullum, vel modicum seruitium concesso, quando nichilominus est præstandum Iuramentum fidelitatis,

Et an vxor posit relinqui vsufructuaria in feudo alienari permisso.

Et an si non sit factum inuentarium, & saltem ex hoc heres teneatur ad legatum vsusfructus.

CONS. CLXXXVI.

Viso instrumẽto submissionis facte de Loco, & Castro Crauexane per Magnificum quòndam Dominum Antonium de Saluciis Illustrissimo tunc Domino Comiti Sabaudiæ, cum facultate ipsum Castrum & Locum & eius Territorium tenendi in feudum, & Iure feudi, cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda Iurisdictione ab ipso Illustrissimo Domino Comite, & eius Successoribus cum reseruatione facultatis, ꝙ possent ipsi Domini Antonius & sui Successores, ipsum feudum vendere, pignori dare, obligare, & alienare, saluo in inimicos Domini Comitis, & successorum eius.

Viso etiam testamento Domini Nani vnius ex filiis, & heredibus, dicti quondã Domini Antonii, In quò instituit hæredem suum vniuersalem, Magnificum Dominum Iohannem ipsius testatoris fratrem, finito, & saluo vsufructu Domine Secunde Ipsius testatoris vxori, Cui reliquit ipse testator vsumfructum omnium bonorum suorum, ac iurium tam feudalium, quam allodialium &c., prohibendo ipsi Domino Iohanni, ne ipsam Dominam eius vxorem in dicto vsufructu mollestet, volens ꝙ in casum molestiæ. Magnificus Dominus Maximilianus de Saluciis Dominus Plocii sit eius heres, Attentoq; ꝙ vertitur lis, super dicto vsufructu, quò ad bona feudalia, & an potuerit ipse Dominus Nanus grauare partem feudi, quam tenebat, onere talis vsus fructus, seu ipsum Dominum Iohannem Ipsius Domini Nani testatoris fratrẽ heredem vt supra, ab ipso Domino Nano institutum.

Tota fere difficultas cõsistit in hòc, an ipsum feudum sit in feminas etiam extraneas, ac in vxorem alienabile, Cum permissa alienatione prædicta, sit etiam permissum constituere in tali re vsumfructum, sic e-

contra

contra, prohibita alienatione esset prohibita etiam cõstitutio vsusfructus p . Fi. C. de reb. alie. non alie. & notant Andr. de Iser. ac Alua. in c. primo in princ. 8. col. vers. Quæro an Vassallus possit constituere &c. de prohi. feu. alie. per Fre. & Sommiste in suis sommis super Feudis, Dum tractant de alienatione feudi, in materia an liceat in feudo constituere vsumfructum, cum concordantibus per eos allegatis.

Et Breuiter arbitror, ꝙ ipsum Feudum, nõ sit alienabile, in vxores, nec in Feminas extraneas, & ab eis non descendentes, cum Femine, etiam filiæ, in feudis non possint etiam ex testamento succedere, nisi hòc sit expresse permissum in concessione feudi, seu eius inuestitura, c. 1. §. Filia verò de succes. feu. & c. primo §. Hoc autem notandum qui feu. dar. poss. & c. primo de alie. feu. & c. 1. §. 1. in tit. Epis. vel Abbba. & c. 1. §. Ad filias de gradi. succe. in Feu. & habetur in c. Significauit de rescrip. & in c. 1. de eò qui sibi. & here. suis mascu. & femi. Sed sic est ꝙ in ipsa submissione fuit dictum tam per verba importantia dispositionem inter viuos, quã vltimam voluntatem qđ ipse Dominus Antonius, & sui successores, possent dare, & disponere de ipso feudo, in filias & descendentes ab eis, ita ꝙ in aliis feminis stat firma regula feudalis, quæ vult ꝙ femine in feudo non succedant, cum exceptio firmet regulam in casibus non exceptis l. Quæsitũ §. Deniq; ff. de fond. instr. l. In his ff. de legib. & §. Vt aũt in auten. de nõ alie. aut ꝑmu. re. Eccle. colatione 2. Et concesso vno casu de prohibitis, censeatur in aliis remanere prohibitio, Ita ꝙ eò casu vnius inclusio sit, alterius exclusio l. Cum Prætor in principio ff. de iudic. & l. Maritus C. de procu. & qđ in simili dixit Alua. in c. primo in principio 8. col. vers. Quero an Vassallus qui habuit licentiam in fi. questionis de prohi. alie. feu. per Fre.

Cum trita etiam sit doctrina in materia feudali, ꝙ Feudum in aliquibus partibus alteratum, in aliis retineat communem naturam feudorum, etiam si esset adeò alteratum, qđ posset alienari quouis titulo in quamconq; personã, etiam axtraneã, sine Domini licentia, prout est istud, vel si datum esset, pro se, & quibus dare voluerit, per textum & notata in c. primo vbi Bal. & Alii de feu. non haben. propri. natu. feu. & vult Andr. de Iser. in c. 1. in principio col. fi. ex q b. cau. feu. ami. & Allex. cons. 30. inci. Quoniam col. fi. vers. Confirmo primo vol. & Bal. in l. Prima in 16. questione ff. de rer. diui. & Calde. cons. 11. sub tit. de feudis & Bal. in prælludiis feudorũ 7. col. vers. Dixi in sexto, & Pau. de ca. cons. 162. inci. circha id quòd queritur in antiquis.

Nec obstat si dicatur, ꝙ saltem videatur data facultas alienandi, in quasuis mulieres & fæminas indifferenter. propter præcedentem clausulam per quam permittitur ipsum Feudum alienari, saluo in inimicos Illustrissimi Domini comitis & successorũ Cum alienatione permissa, intelligatur permissa etiam alienatio, quæ fit per vltimam voluntatem vt per Bar. in l. Peto §. Fratre, in prima parte distinctionis quam ibi facit ff de leg. secundo per l. Vnum ex familia §. Si duos ff. eo. tit. Et l. Si quis priore §. Ceterum C. de secun. nup. cum concordantibus. Et quia exclusio inimicorum, videtur esse aliorum prohibitorum concessio, Eò ꝙ exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, per Iura supra ad hoc allegata. Et quia permissa alienatione, in quoscunq; legari censetur permissum vt per Bal. in c. 1. in principio 5. col. de prohi. alie. feu. per Fre. cum concordantibus de quibus per Allex. in l. Quædam. §. Nichil prima col. ff. de æden. cum similibus Respondetur ꝙ in ipso capitulo, non fuit expresse dictum, ꝙ in aliquam personam specialiter vel generaliter posset fieri alienatio, & illa verba saluo in inimicos Domini, inducta ad diminutionem, non debent operari augumentum per notata in simili per Bar. in l. Legata ff. de adi. lega. & Bar. Docto. ac Pulchre Modernos, in l. Legata inutiliter in principio. ff. de leg. primo.

Secundo respondetur ꝙ non est verum, qđ

exclusio

exclusio aliquorum de prohibitis expresse facta per contrahentes, sit aliorum prohibitorum admissio, per textum cũ Glo. in verbo vetari, in l. Fi. C. de Iur. emphi. vbi Dominus Ias. col. 142. secundũ vltimas impressiones post Dominum Gua. de Casti. & alios per eum allegatos, & facit Glo. in l. Ob æs C. de Predi. mi. vbi Bart. & Doctο.

Tertio respondetur, ꝙ ex quò ille in quem fit alienatio debet esse feudatarius, & prestare Iuramentum fidelitatis, sicut Dominus Antonius, propter hòc, non potest in tali pacto, femina compræhendi, cum etiam Vbi esset feudum ad nullum seruitium concessum, vel per feminam, Sicut per masculum explicabile, Femina non censeatur ad successionem talis feudi admissa, quando est ad iuramentum fidelitatis obligata, Quia virtute ipsius iuramenti veniunt eà quæ per feminam explicari non possunt præter expresse exceptuata, vt per Allex. cons. 9. inci. Ponderatis his tertia col. 5. vol. & d. cõs. 30. inci. Quoniam 9. col. primo vol. & Deci. cõs. 143. inci. Et pro tenui tertia col. post Bal. in c. 1. col. fi. de capi. qui Curi. vendi. per c. 1. de nou. for. fide.

Quarto respondetur, ꝙ per illam generalem facultatem alienandi in quoscunq; concessam, Non videtur facta concessio alienandi, in fæminam, sed in masculos, & habiles ad feudum, secũdum Bal. in cap. primo §. Donare secunda col. vers. Sed dubitari, quali. oli. feu. pote. ali. & in l. Cum virum C. de fideicom. & Allex. d. cons. 30. in 5. col. & Deci. d. cons. 193. in 3. col. Quam Opinionem vidi per multos alios Modernos, legendo, & consulendo teneri, Et facit quòd consuluit Bald. cons. 207. inci. Questio est, 2. vol. ꝙ facultas data in concessione feudi, relinquendi quibus voluerit, intelligatur de capacibus, & habilibus, ac idoneis, Ita ꝙ non comprehendãtur sub illis verbis, persone prohibite, lege, vel moribus, aut natura incapaces, vt Ibi per eum, Ad qđ faciunt multa quæ aggregaui, in Tractatu meo de statutis excludẽtibus feminas 5. articulo principali 11. questione 6. col. vlt. [illegible] impressione, ꝙ pacta, & concessiones feudorum, sunt intelligenda, secundum naturam feudorum, & mentem Iuris, ac Patriæ consuetudinem, quibus consideratis non debet fieri alienatio in fæminas.

Quinto Respondetur, ꝙ licet exceptio, soleat firmare regulam, non tamen illam ampliat, nec facit, vt comprehendatur casus, qui alias sub regula non compræhenderetur l. Generali §. Vxori vbi Bar. ff. de vsufr. leg. Bar. in l. Lucius §. Pluribus. ff. ad Trebbel. Textus cum Glo. in l. Fi. vbi Docto. & Allex. ac Dominus Ias. late in col. fi. ff. quod quisq; iuris, Ideò videmus, ꝙ exceptio etiam cum dictione taxatiua facta, trahi solet ad casus similes, d. l. Ob æs cum Glo. & ibi Bar. & Docto. C. de prædi. mino. cum similibus.

Sexto Respondetur, & Istud præ omnibus reddit casum clarum, in fauorem ipsius Domini Iohannis, & tollit omnia cõtraria, ꝙ prædicta prouisio, facultas, & Clausula generalis de alienando in quoscũq; non debet referri ad personas, de quibus in alia clausula est specialiter ꝓuisum circa eandem causam, l. Sticus §. Nutricis Vbi Bar. ff. de ali. leg. l. Alimenta §. Basilice ff. de fon. instr. Panor. cons. 75. inci. viso, col. fi. secundo vol. & Petrus in Tractatu de quarta Episcopali c. 9. in 8. col. Quòd indubitanter procedit, quando in casu specialiter prouidente, est aliter, ac limitatiue ad genus prouisum, vt per Bar. in l. Quæsitũ §. fi. de fon. instru. in principio commenti, in prima oppositione, & in 3. col. 3. questione per l. Legata. ff. de sup. leg. tunc enim species posita dispositiue, & limitatiue, restringit genus, ne trahatur ad ipsam speciem, Vt ibi, ita vt non obstent notata per Bar. in l. Si seruus cõmunis sibi. ff. de stip. seruo. Dum vult ꝙ quando præcedit genus, prouisio generalis in personis, trahatur ad personas in quibus est specialiter prouisum, Et quia Ibi agitur, de diuersa causa, Hic vero, quando prouisio, est facta circa eandem, causam, Et in proposito hòc de se patet

ad

ad rudem sensum, dum factum est speciale capitulum, circa alienationem in fæminas, Et Clericos, prouidendo ꝙ in descendentes fieri possit &c. Arguendo .n. à toto tenore instrumenti, simul sumpto, iuxta l. Inciuile, cum Ibi notatis per Bal. ff. de legib. & à coniunctione ipsorũ duorum capitum, de alienatione permissa loquentium iuxta l. Gallus. §. Ille casus, cũ ibi tradditis per Bar. & alios in notabilibus. ff. de lib. & posthu. resultat talis dispositio, qđ Dominus Antonius primus inuestitus, & eius successores, possint prædictum feudum, in quoscunque, præter inimicos alienare, qui sint masculi, & laici, quod si sint mulieres, aut Ecclesiastici, non possit in eos fieri alienatio Nisi sint de descendentibus, ab ipso Domino Antonio, & clerici, in sacris ordinibus nondum constituti, vel si sint claustrales facti.

Insuper si permitteretur talis facultas, ꝙ ipse Dominus Antonius & successiue alii descendentes sui, possent vnus post alium disponere de vsufructu ipsorum bonorũ in vxores, vel extraneos, data reperiretur facultas, ipsis feudatariis, sibi feudũ prædictum appropriandi, & ipsum reddendi inutile, qđ in generali & tali concessione facultatis, non censetur concessum, secundum Bal. & Docto. in d. c. primo vbi Dominus Præpo. de feu. non haben. pro pri. nat. feu. Ad quòd habet aduertere Illustrissimus Princeps, maxime qr. ex declaratione, que nunc fiet, illa facultas constituendi vsumfructum, pro semper, & futuris etiam casibus, recipiet determinationem, Cum concessio licentie, ab alienatione que fit recipiat interpretationem vt habetur per Docto. & Dominum Prepo. in c. primo in titulo quid Iuris si post alie. subse. &c. in lib. feudorum, cũ hòc sit in facultate ipsius Principis, sine cuius licentia, vel consensu, non potest capi possessio feudi concessi per Principem, vel etiam in quemlibet alienari, ex ipsa feudi constitutione permissi, vt per Bal. in c. Si duo col. fi. de pac. ten. & Bal. & Docto. in d. c. primo de feu. non haben. propri. natu. feu. cum concordantibus de quibus per Dominum Ias. in l. Fi. in 2. col. C. de Iure emphi. licet secũdum eum Communis sit conclusio, ꝙ eò casu non requiratur, in ipso actu alienandi, Domini consensus, quam communiter tenẽt Feudiste, maxime in d. c. 1, de feu. non haben. propri. nat. feu.

Et ex prædictis colligitur etiam responsio ad illud, quòd obiici posset, ꝙ fæmine possint in hòc feudo tanquam dato ad modicum seruitium succedere, Quia tenor Inuestiture, & concessionis aliter disponit, & pariter Ius commune in proposito Et quia vbi præstari debet iuramentum fidelitatis, fæmina non succedit in tali fæudo, per iura supra, ad hòc allegata, cum concordantibus allegatis per Dominum Præpo in c. prim. §. Et qr. in 16. col. vers. 7. fallit, qui feu. dar. pos. vbi etiam hòc tenet.

Ceterum non obstat si dicatur, ꝙ ipse Dominus Iohannes dixit se esse heredẽ ipsius Domini Nani, non conficiendo inuentarium, licet de eò conficiendo fuerit protestatus, quò casu tenetur ad legata ipsius Domini Nani, & consequenter ad legatum dicti vsusfructus, l. Fi. §. Et si præfatam & §. Si vero postquam C. de Iure deli. cum concordantibus, que in terminis possent adduci, Quia stante pro solido fondamento, ꝙ hòc feudum sine Domini consensu, legari, & alienari nõ possit in fæminam extraneam, Nec consequenter vsusfructus prædictus, per iura preallegata, & c. primum §. Donare, quali. olim feu. pote. alie. vbi dicitur, ꝙ etiam pro anima legari non potest, iuncto c. 1. in principio de prohi. alie. feu. per Fre. & de prohi. alie. feu. per Lotha. tacitus consensus Domini Iohannis, in adeundo hereditatem sine inuentario, Non debet plusquam expressus operari, qui sine Domini consensu esset inutilis, per textum & notata in d. c. 1. in principio de prohi. alie. feu. per Fre. & in c. 1. de alie. feu. pa. & l. Nemo potest ff. de leg. primo & l. Non dubium C. de legi. Iunctis aliis iuribus super hòc, per Magnificos Dominos consultores

consultores allegatis, Ita ꝙ hòc legatum, tanquam de re legari prohibita non debeatur, Cum & heres, sine Domini consensu talem vsumfructum fæmine extraneæ, constituere & promitere non posset, & hòc determinat Bal. in dict. c. 1. in principio 5. col. vers. Quero Vtrum pater possit feuda &c. de prohi. alie. feu. ꝑ Fre. vbi vult ꝙ filius etiam heres non obligetur ad obseruandam voluntatem patris in Fæudo, subdit tamen quod tenetur ad interesse, de quò intæresse in proposito non est curandũ, ex quò agitur ad vsumfructum, merito non habet locũ ademptio secundum Bal. in l. prima in 2. col. 5. oppo. C. de his quæ pene nomine, vbi dicit, ꝙ iniusta, & iniqua mandata testatorum, non sunt seruanda, & ꝙ regula Iuris permittens ademptionem hereditatis in casum inhobedientie, habet locum quando opponitur iuste, Et ꝙ non habet locum priuatio, quando Iussus, de non mollestando, astringit tertium sicut hic Illustrissimum Dominum de quò etiam ꝑ ipsum Bal. ibi ĩ septima q̃stione 7. col. vbi dicit valere relictum, & non penam, hòc est institutionem Domini Iohannis, pena ademptionis existente nulla. Illa autem prouisio, ꝙ istud Fæudum non possit per Felloniam amitti, volente eò qui felloniam commisisit soluere florenos sexcentũ Domino, facta in instrumento submissionis & inuestiture, licet valeat & procedat quò ad casus expressos per Io. And. in Addi. Spec. in Rubrica de feud. prope fi. nichil facit ad rem, Quia hic tractamus de amissione quæ causatur facto & translatione vassalli de feudo testãtis mediante inobseruantia heredis, & ex diuersis non infertur l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum vulgaribus. Sed pro hòc benè facit, ꝙ notat Dominus Ias. in auten. Hoc amplius pe. col. C. de fideicom. dum voluit ꝙ vassallus heres non implens voluntatem defuncti non priuetur feudo habetur in c. licet de voto, vbi textus prima facie videtur contrarium dicere, Item ex quò Dominus Iohannes est institutus heres, Finito vsufructu, Domine Seconde, non cogitur ante finitum vsumfructũ adire hereditatem, per notata in l. Extraneum C. de here. insti. Vbi Allex. in col. Fi. dicit non valere tale legatum vsusfructus, instituendo fratrem finito vsufructu heredem vniuersalem, seu post mortem vxoris, Quam opinionem, multi, & multi Doctores sequntur, Cum tempus faciendi inuentariũ, non currat, nisi ab adita hereditate, vt infra dicetur.

Item cum ipsa Domina Secundina prætendit se vsufructuariam, ipsa est que tenetur Domino Iohanni facere inuentarium, seu bonorum descriptionem. adeo ꝙ de hòc non possit obiicere, vt per Pau. de ca. cõs. 191. inci. Antequam veniam ad dicta dubia, prima col. Et Allex. cons. 58. inci. Posset dubitari 3. & 4. col. 3. vol. & est casus in l. 1. §. Recte ff. vsufr. quẽadmo. cau. Et insuper, cum ipsa sit causa impedimenti, ex hoc, & propter indebitam iudicialem vexationem, non currit tempus impedito l. Si cum ipse vbi Bal. ff. de excusa. tuto. c. Ex insinuatione & c. Ex ratione cum ibi notat. de appel. Bal. in l. 1. in medio commenti vbi late Moderni C. de Iurame. Calum. volentes ꝙ Iuditialis contentio, suspendat terminum iuris, ne interim currat vult Pau. de ca. cons. 25. in antiquis faciunt notata per Felli. in c. Vigilanti in primis columnis de prescri. Et est etiam certum ꝙ impeditus excusatur à pena deficienti in tempore imposita l. 2. §. Si quis in Iuditio, & §. Quòd diximus cum sequentibus ff. Si quis cautio. Et l. 2. §. Si mater el secundo, vers. Quòd si patris. ff. ad tertul. & c. Questionis cum similibus de senten. exco. Et adest etiam impedimentum, eo ꝙ inuentarium sumptibus hereditatis fieri deberet vt ꝑ Docto. in d. l. Fin. §. In computatione C. de Iure delib. & Bar. in l. 2. C. de nego. gest. vbi vult matrem excusari a pena iuris, si non petiit tutorem pupillo propter defectum expensarum per d. l. Secundam in d. §. Quod si mater vers. ꝙ si penitus & ista Domina prestat impedimentnm, ne Dominus Iohannes fruatur bonis defuncti etiam feudalibus.

Ceterum

Ceterum inuentarium fieri debet, adita demũ hereditate l. fi.§. Cum igitur & §. Sin autem dubius C.de Iur.delib. cum appareat ꝙ malitiose nõ differatur, vt ibi, Iunctis notatis per Bar. in l. Statu liberos §. Si quis ff.de statu lib.& non constat nichil de aditione, quia Illa verba Nollo adire, nisi cum beneficio inuentarii inquantum negatiua non inducunt aditionem, vt per Bar.in l. Gerit 3. col. vers. Sed quero q.d si dixit ff. de acqui.here.maxime quia inuentarium sine aditione fieri potest d.l fi. §. fi. C. de Iur. Delib. & quia dictio nisi prolata in actu suspensiuo, vt in proposito, vel quando constat esse duos actus à duobus verbis determinatis, vt hic, Cum hòc sit dicere, nollo adire, nisi faciam inuentarium, non inducit positionem vel aditionem, per notata per Bar.in l.Si eum §. Qui iniuriarum iunctis ibi notatis per Modernos ff. Si quis cautio, & per Bar.in l. prima ff. de condi. & demon. iunctis notatis per Bar. in d. l.Gerit 3.col.in vers. præce. etiam d.præallegatum versiculum & in l.Potuit C. de Iure delib. dicentes ꝙ etiam verbum volo adire, non importat aditionem, quando saltem est prolatum in actu suspensiuo, Reliqua supplentur in cons. sequenti, Laus Deo & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

AD idem An Valeat legatum vsusfructus Feudi alienari in quos vis permissi factum vxori. Et an debeatur per fratrem heredem à marito institutum, saltem quando non confecit inuentarium.

CONS. CLXXXVII.

VIdetur primo aspectu potuisse Magnificus Dominus Nanus de Saluciis, Cumdominus Crauexane, relinquere vxori sue vsumfructum bonorum Feudalium dicti loci, stante forma prime inuestiture facta per Illustrissimum Sabaudie comitem, Spectabili D.Antonio filio quondã Domini Nicolini de Saluciis Anno millesimo tricentesimo septuagesimo secundo, In qua cauetur vt ipse D. Antonius & successores, possint vendere, permutare, Donare, alienare, ac pignorare, & obligare, res feudales, Eò enim ipso ꝙ alienatio permititur constitutio vsusfructus permitti videtur l.Fi.C. de reb. alie.non alienan. quem textum ad hòc adducit Alua. in c. Imperialem in principio in titulo de prohi.feu. alie.per Frede.

Secundo Quia Ipse Dominus Iohannes heres institutus hereditatem adiuisse proponitur Domini Nani Testatoris, Ideò eius voluntati contrauenire non potest l.Cum à matre C.de rei vendi. Sicut nec singularis successor, vt per Curti. in tractatu Feudorum quarta parte in 14. col. in fi. & maxime quia inuentarium non confecit, §. Si verò non fecerit in auten.de here.& Falci.col.1.& specialiter traddit Bal. in l. Qui se patris C. vnde libe. col. 10. vers. Item quæritur, Et ideò si contraueniat, Magnificus Dominus Plocii vocatus in penam insurgere poterit, l. prima cum similibus ff.de his quæ pene nomine, Nec videtur obstare ꝙ legatum factũ sit fæmine, quæ feudi incapax esse solet, Quia hoc in feudo de quò agitur non videtur posse dici, In quò actum est, vt ẽt dispositio in fæminis fieri possit c.prim.in titulo quemadmo. feu.ad fem. perti. Et qr. hic fuit certum seruitium permissum, de quinque balistreriis, qui ita præstari possunt per feminam, sicut per masculũ, Quò casu Ita succedunt fæmine, sicut masculi, vt traddit Ludo. Roman. in cons. 167. inci. Circa primum in vlt.col.

Sed tamen præmissis non obstantibus, verius videtur, ꝙ legatum ipsum non subsistat, Quia regula est, ꝙ vassallus non potest huiusmodi legatum facere, vt specialiter habetur in d. c. Imperialem, cum concordantibus supra allegatis, & est generale ꝙ vassallus non possit de feudo testari, c.1.in principio in tit.de success.feu.

&

& hòc quando ex tali ordinatione, feudi natura alteratur ut ibi tradditur Nec obstât allegata in contrarium, ex quòrum resolutione veritas apparebit, Et primum dum dicitur ex tenore inuestiture permissam fore institutionem vsusfructus. Quia licet inter viuos hòc fieri potuisset, non tamen per viam vltime voluntatis, de qua pactum non loquitur, & ideo ad hunc casum extendi non debet, l. veteribus & l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & faciunt que habentur in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. & specialiter conferunt que habentur per Bald. in c. 1. de prohi. alie. feu. per Fre. col. 4. in fi. in versic. Quero si vassallo cōcessum est &c. dicens ꝙ si dominus permisserit vassallo donare feudū, non tamen poterit donare causa mortis, & multa ad comprobationem scribit Maria. Sozi. in prima parte consi. 19. inci. Pro decisione col. 5. vers. Nec potest fieri alienatio, Et dato ꝙ ista prima responsio non subsisteret talisq; ꝑmissio alienationis cōprehenderet etiam dispositionem que fit per viam vltime voluntatis. tamen intelligitur ꝙ vassallus sic disponere possit precedente licentia Domini, ut specialiter scribit Allex lib. 4. cons. 186. viso themate instrumēti col. 1. vers. Fortius dico, ꝙ dicta licentia, & est reppetitum lib. 5. cons. 128. & fuit opinio spec. in titulo de locato in. §. Nunc aliqua in versic. 94. & quamuis hec opinio absolute non teneatur, vt per Bal. & Angel. in l. Cum essent in. §. 1. ff. de serui. rustico. predio.

Tamen in proposito saluari potest in quò licentia alienandi, non est ita absolute data, prout Doctores predicti loquūtur, in quorum casu, tex. in d. c. 1. super quò se fondant probat, ꝙ non solum prefata verba operantur, vt non sit petenda licentia, verum ꝙ ille, in quem fit alienatio habebit rem tanquam allodialem & non iure feudi, vt ibi glo. & communiter Feudiste intelligunt, sed data fuit limitata, ut ille in quem alienatio fieret, in feudum recognosceret, ideo conuenit, ꝙ Domini uoluntas exploretur, Et maxime, quia sic expresse dicitur, ne alienetur in inimicū Comitis, vel successorum suorum, & ita vt prius Dominus certificetur, & scire valeat an talis sit inimicus, vel ne, vltimo etiam, si predicte responsiones non subsisterent, in quibus animus non quiesceret si suprascripta cessarent, tamen non potuit ei tali permissionem alienationis fieri, in ipsam vxorem, que nullo modo est de descēdentibus primi acquisitoris, Nam talis licentia alienandi non trahitur vt comprehendat, alienationem que fieret in huiusmodi mulierem, per ea que dicit Bal. in. §. Donare quali, feu. alie. pote. col. 2. in versi. sed dubitari potest, si feudum est, ita concessum &c. Dicens ꝙ licet quando feudū, est concessum, pro heredibus quibuscūq; dicatur posse legari, vt clarius firmat ipse Bald. in c. Imperialem. §. 1. in titu. de prohib. feu. alie. per Frede. col. penu. versi. Sed quid, si concessum est feudum, & est communis opinio. vt Allex. scribit in l. quedā in §. Nihil. ff. de eden. tamen legatum hòc casu femine fieri non poterat vnde etiam vxor secundum eum veniens ab intestato iuxta l. primā. C. vnd. vir. & vxor, non continebitur, in illis verbis heredibus quibuscunq;, quia esset impropriare feudum dupliciter, vno modo ratione heredum, qui non sunt agnationis communis, & altero ratione femine, & dicte tales impropriationes non admittuntur, vt per glo. in l. 1. C. de dotis ꝑmis. & ista ratio in terminis nostris, bene adaptatur, quia licet potuisset legare masculo extranee agnationis. non tamē femine, vt Bal. approbat Allex. lib. 1. consil. 30. quoniam omne datum optimum. col. 4. versic. 8. & est repetitū lib. 5. consil. 2. & ad hoc non obstat, ꝙ hic tenor inuestiture, permisserit dispositionem fieri posse etiā in feminas, quia illa remissio est quò ad liberos, & posteros Domini Antonii acquisitoris, de quibus nō est ista vxor legataria l. liberorum. ff. de verbo. signifi. l. 1. ff. de iure inmu. Nec etiam refragatur, ꝙ hòc feudum, alio respectu, sit transitorium ad feminas, quia datum dicitur ad terminatum seruitiū, quia illa opinio in iuris poncto non est vera, ut late deducit Marti. lau. in. §. Quia vidimus in titulo qui

qui feu.dar.pos. post Bal. in l. Quotiens col. 2. C. de suis & Legi. hered. Et loquitur in terminis fortioribus, quando feudum erat feudum, & ab omni seruitio exemptum quòd non est hic, & in terminis ita traddit Franciscus Are. in Feudo concesso pro certo seruitio aplicabili per fœminam cons. Primo col. pen. Præterea dato ꝙ in feudo simpliciter concesso pro certo seruitio, contraria opinio procederet, tamen hic vltra seruitium promissum, fuit præstitum Iuramētum fidelitatis, De cuius natura est, ꝙ vassallus præstet ea, quæ habentur in c. primo de noua for. fideli. Et ideo sumus extra terminos propositi, de quò Docto. contrarii loquntur & specialiter Allex. scribit d. cons. Secundo col. 6. vers. Ad tertium argumentum & lib. 5. cons. 9. inci. Ponderatis his quæ in themate col. 2. & 3. & Istud latissime deducit Bartolo. Sozi. lib. secundo cons. 257. Inci. Visis inuestituris Romanorum, col. 2. & sequen. vers. Præterea nō fuit præstitum Iuramentum fidelitatis.

Secundo principaliter non obstat, ꝙ Dominus Iohannes heres institutus contrauenire non possit, dict. l. Cum à matre, Quia si inuentarium fecisset res careret difficultate, per ea quæ traddunt Andr. de Iser. & Feudiste, in cap. Primo in titulo an agna. vel Fili. defun. Sed posito, ꝙ inuentarium non fecerit, adhuc predicta locum habent, Ex quò legatum factum est, de re prohibita legari dict. §. Donare & dict. §. Quia vidimus, Ideo succedit ratio textus in §. Non solum Insti. de lega. & istud in specie traddit Paulus de Montepicho, in Repetitione l. Titia in §. Titia cum nuberet ff. de leg. secundo in 37. questione & Ibi ponderat hòc esse de mente Bal. in cap. Primo de succes. Feu. & dicit isto casu, non debetur etiam æstimatio, & licet non respondeat ad dict. l. Cum à matre, Tamen responderi potest, quòd non habet locum hoc casu, in quo relictum factum est contra legem prohibitis, & in fraudem ipsius Domini Iohannis, ad quem Feudum peruenire debebat, & ita in simili dictam l. Limitant, Bald. & Sali. in dict. l. Prima C. De Inoffi. Dona. & Franciscus Curtius antiquior consilio Primo circa primum videtur prima facie in vltimo dubio, Et hoc maxime, locum habet in hoc feudo, quòd Dominus Iohannes habiturus erat, etiam si non fuisset heres Domini Nani, Cum non sit hæreditarium, per eà quæ ad declarationem dict. l. Cum à matre Allexand. traddit in l. Si patroni col. quinta in fin. ff. ad Trebel. Licet secus esset quando dispositio facta foret in fauorem persone Capacis Feudi. Quia Ille qui vocabatur ad feudum ab intestato si institutus adeat, contrauenire non potest, & hòc casu procedit quòd traddit Bald. in capitulo Imperialem præallegato col. quarta vers. Item quæritur vtrum pater, possit assignare & Allexand. libro quinto cons. 12. inci. Perspectis, quæ elleganter allegata sunt per Dominum Petrum de Cella, & consilio 29. supra allegato in tertio articulo, Et cum dispositio testatoris facta sit contra Prohibitionem legis, adiectio pene non tenet, l. Nemo potest. ff. de legat. primo, & specialiter probatur in dict. l. Prima ff. de his quæ pene nomi. & in l. Prima C. eo. & in §. Fin. Insti. de lega. Ex abundanti tamen Vtile esset Principem declarantem, quòd talem dispositionem in feudalibus ratam non haberet, quatenus de Iure fieri non potuerit, & eò casu illam non seruari mandaret, qr. tale mandamētum clarius excusaret à pena, l. Fin. ff. de leg. commisso. Salua semper correctione.

Purpurati.

Q Domini

Domini locorum an teneantur ad Collectas simul cum hominibus, pro prædiis registratis, aut aliis. Et Quid si quandoq; Soluerunt. Et an Solutio in vna specie collectarum præiudicet in alia spetie.

CONS. CLXXXVIII.

VLtra subtiliter allegata, per Præstantissimū Consumatissimumquæ Iuriscōsultum Dominum Bernardinum de Caualleriis michi in fratrē honorandum, Tria etiam occurunt, propter quæ Magnifici Domini Nouelli pro prædiis registratis, quæ ab hominibus acquisiuerunt, ad collectas ordinarias, & extraordinarias teneri videantur.

Et primo Registratio ipsorum Dominorum, quæ facit, vt ille qui registrat, dicatur ex tacito pacto, & consensu se obligare ad onera Communitatis, vt per Bar. in l. Hi penes C. de agri. & censi. libro vndecimo & in l. Incola ff. ad munici. & Bal. in Auten. Sed & periculum C. fine censu vel reli. & Ang. cons. 103. inci. Pro decisione huius puncti, Iunctis his que dixit Allex. in proposito Nobilium ementium de prædiis registratis, q̄ teneātur ad onera Cōmunitatis, in cons. 145. inci. Quoniam abunde in fi. secundo vol. cum ipsum registrum sit factum tam pro muneribus, & oneribus ordinariis soluendis, quam extraordinariis, Et ꝓ oībus, oneribus solitū semper fuerit reccurrere ad registrū, vt, de se patet, & experientia demonstrat Et notat Bal. in l. Neminem C. de Sacro san. Eccle. dicens quòd collecta proueniens ex æstimo communis, dicitur munus extraordinarium, & secundum Bart. & Andr. de Barru. in l. Prima C. de his qui Spon. mune. Sube. libro decimo etiam inmunis patiens se scribi in catastro, vel registro obligatur ad onera, nisi contra protestetur, sequitur Ang. are. in l. prima §. Si quis tutor .ff. quando appel. sit, & Allex. cons. 101. inci. visis instrumentis exemptionis, 6. col. primo volumine & Panor. in c. Cum accessissent de constitu. & facit l. Prima .ff. De vaca. mune. Cum vt dicit Bar. in dict. l. Incola, possit registrans teneri etiam ad onera quæ imponuntur persone, pro rebus, quæ assignantur in æstimo, Ita q̄ non liceat postea se eximere, prout etiam vult Glo. in l. Fi. in principio C. De censi. & censi. lib. vndecimo vers. Et Ideo, Bal. in dict. Auten. Sed & periculum dicit, q̄ si Ecclesia faceret sibi æstimum, conueniretur etiam ad collectas, tamquam ex promissione, & consensu suo, Et Bal. in l. Prima. §. Quòd si nemo tertia col. vers. Super tertio poncto, Ibi quicunq; habet æstimum in communi .ff. quòd cuiusq; vniuers. nomi. Iunctis notatis per Lafran. in c. Quoniam contra, verbo testes col. 35. vers. Illud tamen nota de proba. Nam vt dicit Bal. in l. Neminem C. De Sacrosan. Eccle. etiam Ecclesia pacto potest obligari ad collectas, & idem si Ecclesia succedat in rebus pro collectis expræsse hypotecatis secundum Bald. in titulo de pace Constantie, in Verbo Munitiones, dicitur enim Communitas grauari, quando res solita contribuere in omnibus oneribus & pro oneribus registrata, transiret in Dominos nollentes contribuere Vt de se patet, & habetur per Aret. cons. 132. inci. In causa col. fi.

Secundo moueor, Quia constat quòd Domini quandoq;, seu saltem aliquo casu Communis onera supportarunt, diminuendo de censu eis debito tantum, quantum pro rata registri deberi comperiebatur, Vnde propter solucionem, ex consuetudine ligantur l. Prima Vbi Bar. & Scribentes, C. de au. coro. lib. Decimo & talis consuetudo, ac quasi possessio, in aliquo actu collectandi, tribuit Ius collectandi generaliter in omni actu, Vt late per Allexand. consilio 68. inci. Et viso penult. col. & Fi. secundo volumine vbi elleganter loquitur, faciunt textus & notata per Bar. & And. de Barru. in dict. l.

prima

prima de his qui Spon.mune.ſube.lib.10. & per Panor.in c. Cum acceſſiſſent cum concordantibus Ibi per Felli. allegatis,in 13. col. & ſequenti, in verſ.3. regula, de conſtitu.vbi Felli.probat ꝙ vnica ſolutio obligat Dominos ne poſſint allegare inmunitatem, vel exemptionem, aut Iuris priuilegium.

Tertio moueor, qr. videmus in multis caſibus, collectas, & onera, poſſe imponi, etiam pro prædiis patrimonialibus Principis,puta pro neceſſitate millitum l. Pro tironibus C. de priuil. Dom. Augu.libro Vndecimo,pro reparatione pontium, & viarum, & conſimilibus l. Secunda & l. Abſit C. eo. titulo,pro ordinariis oneribus, vt per Io. de Plate. in l. Prima & Secunda ac Fi. eo. titulo & in l. Fi.in titulo ibi præcedenti, & etiam vidimus, ꝙ à muneribus patrimonialibus, nullus habet excuſationem, nec Nobilis,nec etiam Pontifex.l. Munerum §. Patrimoniorum ff. de mune.& hono. Vbi Bar. ita tenet, In tantum quòd conſideratis his, quæ ſubtiliter adducta fuerunt, per Spectabilem Dominum Bernardinum, & ſupra adductis, ac regiſtratione per Dominos facta, cum ſolutionibus ſubſequtis, Indifferenter ad Collectas, ac ad onera Communis, tam ordinaria, quam extraordinaria, ipſi Domini cenſeantur obligati,Et licet in conſiliis meis impræſſis videlicet conſ. 103.Teneam Dominos Loci, non teneri tanquam Iudices, quòd limitat Bart. in l.Prima C. de inmu. ne conce. libro decimo Tamen hòc ceſſat in propoſito, quia iſti Domini non exercent officium Iuſdicentis, vnde non gaudent hac inmunitate, l. Scriniarios vbi Allexan. in ſecundo notabili & latius Moderni, C. de teſtam.milli. & per prædicta, In quantum autem Nobiles non tenentur ad onera perſonalia maxime ſordida, vel tutellas, vt per Bal. in l.Non tantum.§. Illienſibus.ff.de excu. & tempo. earum facit l. Humilioribus C. de ſuſcep. Et archa. lib. decimo Et quòd notat Bar. in l. Prima tertia col. C. de mulie. & in quò lo. lib. decimo. Laus Deo, & Virgini Glorioſiſſime.

Albertus Brunus.

DOMINI locorum, an poßint facere Statuta, vel Proclamata penalia, contra damnum dantes, in eorum prædiis, & pænam facere arbitrio ſuo.

Et an proclamata tranſeant in rem iudicatam.

Et ſi pena ſit exceßiua, an ſit per Iudicem, de pena cognoſcentem refrenanda.

Et Quid ſi adſit conſuetudo, ꝙ in Prædiis Dominorum certum quid pro pena ſolui debeat.

Aut Duplum eius quòd præſtatur, pro damno dato in prædiis hominum.

Et an pena impoſita per Dominos pro ſuis prædiis, millitet etiam contra Dominos, pro prædiis hominum.

CONS. CLXXXIX.

DVM QVERITVR, An Magnifici Domini Nouelli poſſint facere præcepta penalia contra damnum dantes in ſuis prædiis, pænam arbitrariam imponendo, propter celeritatẽ Nontii, Et modicitatem mercedis, paucis expediam.

Et pro Dominis facit, Quia licitum eſt talibus Dominis, & Iudicibus habentibus merum & mixtum Imperium facere proclamata penalia, Vt per Bal. in l. Programma C. Commi. Epiſ. program.circa medium, & Allexander conſilio 124. incip. Super primo quæſito, verſ.quantum autem ad proclamata &c. 4. uol. & ꝙ ipſi poſſint etiam penam confiſcationis

Q 2 bonorum

bonorum imponere, vt per Glo. Bal. & Sali. in l. prima C. Ne sine iussu Princi. & Roma. cons. 59. inci. Ad discutiendum Et ad commodum etiam proprium mulctare vt per Bar. in l. Si vni 6. q̃stione vbi alii .ff. de re Iudi. facit l. Prima in principio ff. si quis iusdi. non obtemp. cum ibi notatis, & Cano. in cap. primo de dolo & contuma. & in l. Imperium. ff. de Iuris. omni. Iudi. cum etiam ibi notatis, Et possint non tantum mulctare, verum etiam corporale bannum dare, seu forbannire, vt in l. Nulli cum Ibi notatis maxime per Bal. C. de senten. & inter. omni. Iudi. & Bal. in d. l. Programma, & condere tandem possint Statuta penalia, vt per Bar. Bal. & Docto. in l. prima in principio .ff. quòd quisque Iur. cum concordantibus Ibi per Allex. Allegatis & in dict. cons. 124. loco præallegato, & Dominum Præceptorem meum Taurinensem Iacobinum de Santo Georgio in sua Inuestitura feudali, in clausula Cum mero, & mixto imperio, in secunda col. vers. An autem Nobilis Reprobata opinione Ange. contrarium dicentis, in dict. l. Imperium Quòd de proclamatibus in terminis propriis consuluit Dominus Deci. cons. 199. inci. visis secunda col. vbi decidit casum istum in fauorem Dominorum.

Et ratio videtur in promptu, Quia licitum est vnicuiq; etiam priuato prohibere, ne quis fondum suum ingrediatur, Ita quòd ingrediens contra voluntatem ingredi-entis puniatur actione iniuriarum criminaliter, Non obstante quòd etiam ciuiliter contra talem agi possit, l. Tertia. §. Plane, cum ibi notatis maxime per Glo. quæ dat limitationes .ff. de acqui. rer. domi. & .§. Planè Insti. de rer. diui. Iuncta l. Iniuriarum .§. Si quis alias. §. Fi. ff. de Iniur. & l. Diuus. ff. de serui. rusti. prædio. vnde cum liceat iniuriam passo illam æstimare, l. Iniuriarum æstimatio cum ibi notatis maxime per Bar. ff. de Iniur. & §. Pena insti. eo. cum concordantibus, facile concludendum videtur, quòd Domini possint hanc prohibitionem, per proclama facere & per ipsummet proclama æstimare penam & iniuriam, Et quòd fortius est secundum Dominum Decium Cons. & loco præallegato, videretur dicendum, quòd ipsi Domini possent penam Iuris Communis augere, per Glo. in Cle. Ne romani, in verbo tolli de electio. cum concordantibus allegatis per Modernos, in cap. Quod super his de maio. & obedi. Vbi late Felli. in 3. fallentia in 5. col.

Et insuper pro Dominis facit, Quia pro æstimatione damni potest capi animal pro Noxa, insti. Si qua. pau. feci. dica. in principio Vbi Iohan. Fab. & Angelus Are. Quinimo secundum Bar. in l. Fin. ff. de priua. deli. & in l. Respiciendum §. delinqunt. ff. de penis, & Corne. cõs. 33. inci. visa inquisitione, septima col. in fin. vers. Et insuper, quarto volumine Simplex damnum, etiam culpa leuissima quæ venit in lege acquilia datum, puniri potest criminaliter pena arbitraria.

Pro subditis autem, & pro contraria opinione facit; Quia non licet ipsis Dominis, Estò quòd possint Statuta, & ordinationes facere, dispositionem Iuris communis inmutare, Nec alterare, Vt per multa iura concludit Allexan. in dict. l. prima in principio .ff. quòd quisq; iur. Et quia Vt dicit Bal. in dict. l. Programma vbi etiam Salice. Genera penarũ aliter quam Ius Commune dictet, per Statutum magistratus, vel per proclama imposita non tenent, Vt Ibi per Bal. prima col. vers. Item cõsidera, in fin. vers. Faciũt quæ dixit Bar. post Glo. in l. 1. C. de Fisca. vsur. libro Decimo Vbi Bar. exclamat contra Rectores Ciuitatum ne possint, modum mulctarum excedere, Vt quando imponunt penam quarti pluris estò quòd possint mulctare, & ꝙ habeant vim maiorum Iudicum, Ad quòd etiam faciunt multa quæ ad propositum dixit Felli. in d. c. Quòd super his 5. col. 3. fallentia circa mediũ vbi loquit̃ de pena iuris cõmunis, per inferiores à Principe nõ

augenda

augenda, Quando ex augumento insurgit alteratio Iuris communis, facit quòd dixit Bar. in l. Prima in principio col. fi. vers. Sed quæro qualiter, ff. si quis iusdi. non obtempe. dicens ꝙ mulctam imponere faciendo legem generalem, puta quicunq; fecerit tale quid puniatur in tantum, non possunt nisi maiores Iudices, vt Senatus, & Præfectus Prætorio

Item pro subditis facit, Quia penæ delictorum videntur imponende ad commodũ Reipublice, & ad publicam Vindictam, non ad commodum partis, l. Ita Vulneratus ff. ad leg. Acquil. l. Licitatio. §. Quòd illicite cum vulgaribus. ff. de publica. vult Bal. in dict. l. Progrãma prima col. vers. Querit Specu. Nec deceat, nec liceat Iurisdictionem habenti, inuenire nouas obligationes a lege non inductas secundum Bal. in l. prima C. eo. titulo commi. Epi. progra. Et Si hòc non licet in Iudice, in quo loquitur Bal. in locis prædictis, Minus licet in Domino loci, qui obligationes habet reciprocas, versus suos subditos, in ipsos thuendos, & ab iniuria præseruando, c. primo in fi. de nou. for. fide. cum concordantibus, Item non licet Domino facere statuta ambitiosa, & irrationabilia, vel minus gratiosa Vt per Bal. in dict. l. Nulli, & facit cap. Erit quarta distinctione, & l. Ambitiosa ff. de decre. ab ordi. facien. Et talia proclamata, Si non fiunt secundum Iuditium, non transeunt in rem iudicatam secundum Bal. in dict. l. Programma in primo notabili post Iohannem mona. in cap. primo de appel. in sexto, Licet ab iniusto excessu in mulctando sit appellandum l. Et in mulctis, cum Ibi notatis C. de appel. quando in forma Iudicii processit vt ibi.

Breuiter in præsenti casu puto quòd liceret Dominis honestam, & rationabilem penam, per proclamata imponere, & quòd si Iudici, de causa cognoscenti, appareret excessiua, non tenetur illam sequi, sed esset refrenanda, dict. l. Iniuriarum æstimatio, cum Ibi notatis iunctis his quæ dicunt Feudistę, in cap. primo §. Iniuria maxime Aluaro. de pac. Iura. firman. cũ concordantibus, Et quia presupponitur esse consuetudo, quòd in prædiis Dominorum pro damno dato, sit certa pena taxata, non puto ꝙ sit ab ea recedendum l. Diutina, & l. Si de interpretatione, & l. Minime ff. de legib. cum ibi notatis per Docto. maxime Bal. vbi patet, ꝙ illud, quòd diu est habitum pro iusto, & ꝙ interpretatio diu obseruata, non sunt mutanda, Sic & æstimatio dicitur iusta quæ diu, & communiter pro iusta fuit habita l. Præcia rerum in principio cum ibi notatis ff. ad leg. Falci. & habetur in l. 2. C. de rescin. vendi. Et consequenter ex longho vsu censebitur actum per Dominos cum hominibus ꝙ illa sit iusta æstimatio penè dantium damna in eorum prædiis, cum Consuetudo habeat in se tacitum consensum partium, & populi, l. De quibus. ff. de legib. & hòc multum in proposito vult Bar. in l. Fi. circa principiũ commenti, ver. Quero in crimine, ff. de priua. deli. Vbi dixit quòd in actione iniuriarum, & aliis in quibus non est certa pena, illa censetur ordinaria, quam consuetudo taxauit per Glo. in l. Quid ergo, §. Pena grauior ff. de infa. vult Bal. in l. Et si Seuerior secunda col. C. eo. titulo de infami. dicens ꝙ pena arbitraria si taxetur per consuetudinem sit ordinaria, cum concordantibus de quibus per Felli. in cap. Inter ceteras, quinta col. uers. quinta restrictio, de rescrip. sequitur Felli. in cap. De causis in principio commenti, de offi. deleg. dicens ꝙ vbi est pena consuetudinaria cessat arbitraria, & ꝙ si exceditur pena consuetudinaria, dicitur Excedi modus, per Glo. in l. Hodie. ff. de penis, cum concordantibus ibi allegatis, Et tanto magis, quia apparet in volumine statutorum hominum Nouelli, per Dominos confirmatorum, sub Rubrica de nemoribus Domini, ꝙ si aliquis damnum dederit, in Boschis Dominorũ de Palareta, vel Monte Capriolo, soluat pro bãno solidos quinque, Ex quò infer-

tur, non esse in facultate Dominorũ imponere quam penam velint, Debet enim in tali casu procedi de similibus ad similia, vt per bona iura probat Felli. in dict. c. De causis in principio commenti, de offi. deleg.

Ceterum dicitur in l. prima in principio ff. quòd quisq; iuris, ꝙ faciens statutum, iure retorqutionis ligatur ad illius obseruantiam, Ex quò infertur ꝙ illa pena, quã in suis prædiis putant Domini honestam, & iuridicam, debeat contra censeri honesta contra Dominos, & eorum seruitores, ac operarios, in prædiis hominum Iuxta illud patere legem quam tu ipse tuleris, & per illum Textum cum ibi notatis Et quia Dominus Vassallo tenetur ad pares vices, saluo iure superioritatis vt est textus in d.c. primo in fi. de no. for. fide. & in c. Domino si de feu. fue. contro. inter Domi. & agna. volunt Alua. & Marti. de Lau. in c. primo in fi. commenti in tit. hic finitur lex & vult Ange. in l. venditor §. primo ff. communia prædi. ꝙ statutum liget conditorem.

Et decidendo hanc penam, eò ꝙ ingrediens fondum alienum contra prohibitionem Domini Fondi, tenetur actione Iniuriarum, videtur Illa communis obseruantia ꝙ in prædiis Dominorum sit pena dupli eius quòd in prædiis hominum multum rationabilis, per textum ad hoc notabilem in l. prima C. de Grege domi. lib. 11. eò ꝙ iniuria facta Domino, sit pluris, saltem pro dimidia æstimanda, quam iniuria facta subdito, per §. Atrox insti. de iniuri. & l. Prætor §. Fin. ff. eo. cum vbiq; notatis, maxime per Ange. Are. in d. §. Atrox, Quòd intelligo attendi debere quando pena statuti subditorum, est rationabilis, Ita ꝙ etiam duplicata non contemnatur, super quò cum non sit presentis consultationis, non insisto, Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

IN præsenti casu proponitur ꝙ transeunte exercitu, per loca Bestagni & circum uicina, vnus Capitaneus requisiuerit hospitium per diem, ac victum in loco Bestagni, & quòd ad id requisiuerit. Magnificum Dominum Io. Franciscum Dominum Bestagni, qui post multa penalia præcepta facta hominibus, & spreta, concessit Castrum Capitaneo & armigeris, Dicẽdo secundum aliquas informationes, concedo vobis, quod concedere possum, & secundum alias informationes, Dicendo ecce Castrum meum ingrediamini. Et per illud ingrediamini locum, & ipsum in prædam capiatis & sachomanetis, ac depopuletis, attento ꝙ isti homines nollunt vos receptare, Nec michi parere, & ꝙ ipsi armigeri, postquam ingressi fuerunt Castrum, violenter fuerint locũ Bestagni ingressi, multos homines dicti loci occidendo & locum sachomanando, ac derrobando, multaq; bona exportando.

Et dubitatur an poßint homines petere ab ipso Domino Io. Francisco resthaurationem damnorum.

Item se eximi à superioritate ipsius Domini Io. Francisci, & ab obedientia eius, ita ꝙ priuetur iurisdictione, quam super eis habet.

Et an Illustrissimus Princeps, contra eum procedere poßit, pro homicidiis & delictis commissis criminaliter, & ad Feudi priuationem.

CONS. CLXXXX.

IT Breuibus casum perstringendo pro ipso Magnifico Dño Io. Francisco & ad eius excusationem, multa adducuntur de quòrum veritate est videndum.

Primo ꝙ homines tenebantur ipsum exercitum tanquam Cæsareum receptare, ꝑ notata per Bal. Pau. de ca. & Antiquos in l. Neminem C. de Sacrosan. Eccle. post textum in l. Si pendentes §. Si quid cloacarii ff. de vsufr. Vbi habetur & dicitur, ꝙ quando transit exercitus Imperatoris loca, & prædia circumuicina, & vbi transit, tenentur conferre in necessariis pro victu, non obstante ꝙ prima facie videatur ꝙ Im-

ꝙ Imperator, teneatur supplere, de propria Bursa, & ea euacuata imponere collectam in Patria, secundum Bal. in c. Conquerente, in fi. commenti, de offi. ordi. Cyn. Guili. & Bal. in d. l. Neminem Vbi clarius Sali. volens istud non procedere, in repentino aduentu exercitus, subiungendo, ꝙ licet eò casu, Vbi tempus non patitur alio modo prouideri, grauentur habentes modum subueniendi exercitui, Nichilominus debeat postea collecta imponi, vt satisfiat ipsis, qui fuerunt grauati, argumento l. Omnes la secunda C. de Oper. publi. & ꝙ homines terrarum, possint per Dominos grauari pro exercitu Imperatoris, vult Spec. in tit. de feudis §. Quoniam super homagiis vltima Charta, vers. Et nota ꝙ vassalli cum quo transit Albe. de Rosa. in dictionario, in verbo Dominus, & Dominus Prepo. in prellu. feudorum in 22. col. & Dominus Iaco. de Santo Georgio in tractatu de homagiis, in 8. col. vnde si Dominus Bestagni, recusantibus recipere exercitum contra ius, dedit ipsis armigeris aditum per Castrum, Istud gestum fuit iure permittente & Ideo penam non meretur, l. Grachus cum ibi notatis C. de adult. Et tanto magis quia subditi pertinaciter resistentes, possunt manu millitari compelli, vulgata l. Qui restituere ff. de rei vendi. Vbi Angelus dicit qđ eò casu, dicuntur hostes allegando Imo. & consequenter non possunt conqueri, si tractati fuissent more hostium, Facit quia Vassallus qui dicit se nolle Domino suo parere, & qui non vult permittere, ꝙ Dominus Iustitiam faciat in concernentibus feudum, feudo priuatur, vt in cap. primo §. Item qui Domino cũ ibi notatis quæ fuit prim. causa bene. ami. & contra talem, cum sit euidens, & manifestus contumax, ac pertinax, non est necessaria alia monitio, in priuatione feudi, vt notatur in c. primo in principio vbi Alua. in antepe. col. & pe. vers. Quero ab extra., & sequen. de milli. vas. qui contu. est, Et quia Domini locorum, habentes merum, & mixtum imperium, possunt procedere, ad confiscationẽ bonorum, & penam confiscationis imponere, vt ꝑ Glo. Bal. Sali. Ange. & Scribentes in l. prima C. Ne sine iussu princi. & quòd habetur in l. Nulli, per Bal. C. de Senten. Et inter. omni. Iudi. Iunctis his quæ dixit Ange. in tractatu malleficiorũ in clausula Et eius bona publicamus 3. q. cum additione Augustini. Et vlterius in prædicto casu celeritatem exigente, non poterat maior solemnitas adhiberi, ad qđ est textus cum ibi notatis in c. Constitutionem, §. Statuimus de senten. exco. in 6. vbi facti necessitate permittente, simul possunt cumulari, & multiplicari præcepta, Quæ alias non possent, vt ibi, iuncto c. sacro eo. tit. in antiquis, Cum vbi periculum est in mora, etiam si agatur de vita hominis & de eo morti traddendo, fiat exequtio appellatione non obstante, cũ ex causa liceat leges transgredi, vt est textus notabilis, in l. Si quis filio, §. Hi autem omnes ff. de iniu. rup. irri. q; fac. testa. habetur in l. Quid ergo §. pena grauior. ff. de his qui notan. infami. cum concordantibus Nec poterat eò casu, ipse Mag. Dominus Io. Franciscus consulere peritiores, propter temporis breuitatem, & tanto minus, ex quo erat in ipsorũ armigerorum manibus & potestate, vt etiam infra dicetur, adeo ꝙ necesse erat ipsum facere, prout dictamen proprie sue rationis suggerebat, iuxta notata in l. Iuris C. qui admi. iuncta l. In bonorum à contrario sensu, ff. de Bono. pos. titulo generali, cum concordantibus ad propositum copiose deductis, per Felli. in c. De quarta in nona col. vers. Secunda doctrina prima limitatione de prescri. Et ex hoc tollitur, ꝙ non possit per subditos obiici Ipsi Domino Io. Francisco ꝙ priuari debeat feudo, & superioritate ac Iurisdictione, Quam habet in eos, eo qđ Dominus propter iniustitiam factam, vel denegatam, & culpam in subditos commissam, possit feudo priuari, vt in c. Domino culpam si de feu. fue. contro. inter Domi, & agna. & in c. primo quali. domi. feu. propr. priue. & per Glo. Fi. in fi. cum ibi notatis in c. primo Quid sit inuesti. & c. prim. §. Fi. vbi

textus de forma fideli. & in §. fi. vbi Glo. & Docto. per quos fiat inuesti. & per Glo. 2. vbi Docto. in d. c. primo. §. Item qui Domino quæ fuit prima cau. bene. ami. & per notata in d. c. 1. §. 1. de milli. vassa. qui contu. est, Et quia vt in fine consilii dicetur, hoc procedit quando subditi, ex parte sua impleuissent, Et quia hoc est feudum, Antiquum, seu paternum, qđ est ad filios ipsius Domini Io. Francisci peruenturum ex contractu, & mediante prima inuestitura, non autem ex persona, & facto patris, vt est de mente Alua. & communiter scribentium, in d. c. Domino culpam, Dum dicunt ideo Dominum priuari, proprietate feudi, male tractando vassallos, Ita ꝙ ad agnatos non perueniat, Quia ius Domini, est in sua libera voluntate, & necessario non est trāsiturum ad agnatos, Sicut Ius vassalli, cum secus sit in hoc Iure Domini Io. Francisci Et insuper, ad hoc, vt ex malo tractamento facto per vassallum, in subditos, vassallus feudo priuetur, Requiritur, ꝙ monitio superioris præcedat, vt per Docto. maxime Bal. & Alua. in c. primo §. Quicūq; de pace tenēda de quo memini quandoq; plenius consuluisse, cons. 176. in Hoc 2. vol & textus in §. Domino Culpam, Si De feu. fue. contro. inter Domi. & agna. cum similibus, loquntur in vassallo, qui differret ab eo, qui solum est subditus ratione Iurisdictionis & domicilii, vel habitationis, per notata in c. 1. quali. vas. Iura. debe. fideli. & de se patet, & scripsi latius cons. præallegato 176.

Secundo pro ipso Magnifico Domino Io. Francisco facit, Quia dato ꝙ non esset exercitus Cæsareus, sed Ducalis, nichilominus ex voluntate Illustrissime Domine Marchionisse Montisferrati, Gubernatricis & tutricis Illustrissimi Domini Marchionis debebant in patria Montisferrati dicti armigeri recipi, Et eis victui necessaria præstari, Quod sua Eccellentia demonstrauit, penes homines & locum Montis Magni, & Tonghi, & pluriū aliorum locorum, volens ꝙ etiam ingressus castrorum eis pateret, & præcipiendo sub penis arduis, vt receptarentur, in locis Montisferrati, & eis Castella aperirentur Et eis de victu prouideretur per homines locorum, ac minas graues suis faciēdo populis obstaculum ipsis armigeris facientibus, Nam quòd Principi placuit legis habet vigorem, siue per Epistolam, siue per ædictum, siue per Interloquutionē siue aliter decernat, l. prima cum similibus ff. de constitu. Princi. Cum voluntas non tantum verbis, verū etiam factis demonstretur, l. De quibus ff. de legib. vbi Moderni, in septimo notabili & l. Reprehendenda, C. de insti. & substi. sub condi. factis, & l. Paulus respondet non tantum verbis, cum similibus ff. rem rat. habe. Et excusetur qui aliquid Iussu, vel pro obseruandis mandatis Principis facit, l. Nō videtur §. quod iussu ff. de reg. Iur. & c. Quod quis de reg. Iur. in 6. Quæ Principis voluntas erat cum causa vrgenti, cum secundum Bal. & Angel. in l. Bene azenone, C. de quadr. præscr. possit etiam Ciuitas pro pace habēda res priuatorum donare, vult Hosti. in summa de peniten. & remissio. §. Quibus, & qualiter, pen. col. vers. Sed pone guerra, & Pet. de Ancha. in Repetitione c. Peccatum col. 39. vers. Sed moueo vnam questionem, de reg. iur. in 6. & Felli. in c. Que in Ecclesiarum 20. col. vers. secundo nota in hac materia de consti. Cumq; etiam pro publica vtilitate, potest Princeps subditorū bona capere, l. Item si verberatum ff. de rei, ven. vbi loquitur pro dando millitibus & l. venditor §. Si constat ff. commu. p̄dio. & not. Bar. in prohæmio Digestorū secunda col. Et late habetur in d. c. Que in Ecclesiarum, Et pulchre per Dominū Iacobinum de Santo Georgio in tractatu de adherentibus questione fi.

Tertio pro ipso Domino Io. Francisco facit Quia attenta, ipsorum hominum pertinatia, in nollendo ipsos armigeros admittere, omnino, seu verisimiliter, fuissent homines loci, Sachomanum, & forte maiora passuri, prout fuerunt passi homines aliorum locorum, nollentes. vel differentes ipsos hospitari, ut uisum fuit in

loco

loco Grane, & aliis, cum attendatur, qđ solitum est in similibus casibus,& per easdem personas fieri, l.Metum cum ibi notatis per Bar.C. quod met. causa,& quod tradditur per Bar. in l. De pupillo §.Si qs ipsi, in secunda & 3. col.5.questione cum quinque sequentibus .ff.de ope. no. nõti. cum cõcordantibus ibi per Allex.& Modernos tradditis, facit regula Qui semel de reg. iur. in 6.& quòd habetur in l. 1. ff. de Senato. Ex quò infertur,ꝙ non possit obiici, ipsi Domino Io. Francisco ꝙ mandauerit fieri ipsis hominibus talia damna, Cum mandans alias facturo non teneatur secundum Bal. in l. Si literas C. manda.& in l.Prima C. de seru.fugi. Vbi etiam Pau. de ca. in secunda col. post Iaco. Butri. in l.Fi.ff. de eo per quem fa.erit & Felli,in c.Sicut dignum secunda col.de homi. & sollet traddi, in c.Ad audientiã eo.titulo sequitur Dominus Ias. in d. l. 1. 6. col. C. de seru. fugi. Vbi Bal. Pau. de ca. & Scribentes dant coniecturas quando mandatarius erat alias facturus, vult Cepola cautella 39.incipi. vidimus, sed sit censendum, ꝙ ipse Dominus Io.Franciscus Castrum concesserit istis armigeris pro obseruanda Principis voluntate,cum alii sic fecerint, & pro se,& sua præseruando, cum esset in manibus eorum, Quò casu si isti erant omnino passuri, nichil potest sibi imputari & si non fuissent passuri cessantibus aliis fondamentis prædictis, saltem minus deliquisset, talia faciendo, & dicendo, pro sua salute, vt ꝑ multa iura probat Felli. in c. significasti, el secundo col. fi. de homi. ex cuius dictis limittatur textus in l. Sciẽtiam §.qui cum aliter .ff. ad leg. acquil. facit quod dixit Bal. in c. Primo §. iniuria col. fi. de pac. iura. fir. & Io. Fab. in l prima col. fin. C. Vnde vi, & Deci. in regula Is damnum, §. Eius vero .ff. de reg.iur.ꝙ occidens alium iussu potentis, qui alias occideret eũ cui iubet, excusatur, Et pari ratione credendum est, ꝙ dixisset armigeris si sic esse legitime probetur, quòd locum sachomanarent, Non quia sic affectaret, sed vt sue saluti consuleret, cum esset in armigerorum manibus, & potestate, Qui alias verisimiliter arbitrari potuissent, ꝙ homines, & ipse, simul colluderent, per prædicta, Ad quod facit. quòd habetur in c. primo .§.Sed & Quid delator, post Glo. vbi Alua. in antepe. col. quæ fuit prima cau. Benefi. amit. Dum ibi notatur, ꝙ si Vassallus pro iure suo tuendo, aliquid faciat propter quòd alias, esset feudo priuandus, excusatur, vt quia dicat & contendat, Dominum esse seruum suum, Quamuis stantibus aliis fondamentis, licitum fuisset Ipsi Domino Io. Francisco sic dicere, & Castrum armigeris concedere, Esto ꝙ ipse Dominus Io. Franciscus in nullo fuisset periculo, nec in potestate armigerorum.

Quarto pro ipso Domino Io. Francisco facit Quia pro veritate erat in potestate, seu manibus armigerorum, & in probabili dubio patiendi in persona, & bonis, Quò casu homines tenebantur eius salutem,& bonorum suorum procurare, & thueri, Quòd facere poterant recipiendo armigeros, & per diem tantum illis victũ præstando, Nam vt dicit textus in c. Licet si de feu. defun. fue. controu. Vassallus ẽt irrequisitus, tenetur iuuare Dominum, quando videt ipsum esse in magno periculo,habetur in c.Primo hic Finit lex. & textus in c. Forma, 21. questione 5. & in c.Ego enim de iure iur.& in c.cum Clerici placentini de verb. sig. volentes quòd Vassallus tenetur Dominum suum, contra inimicos iuuare, facit c. Primum §. Sed & quid, si delator, que fuit prima cau. bene.amit. Vbi dicitur, ꝙ Vassallus sciens Dominum inclusum, tenetur eum liberare si potest, alias feudo priuatur, & vt dicit textus in c.Primo in fi.in titulo quali. vas. iura.debe. fideli. etiam subditi ratione solius Iurisdictionis, & domicilii, vt quia habitant in loco, nichil à Domino in feudum, vel homagium habentes, tenentur vitam Domini preseruare, & illi in discrimine, & periculo vite constituto, aut amissionis membri vel honoris succurrere, Quòd si facere tenentur,propriam vitam, & personam exponẽdo defensioni

fensioni Domini, Fortius videtur fieri debuisse sumptum vnius diei exponendo in victu armigerorum arguměto l. In suis in fi, ff. de libe. & posthu. cum concordantibus ibi signatis, Et vult Iac. de ardiz. quẽ refert Alua. in d. c. Licet in antepen. questione Si de feu. fue. controu. inter domi. & agna. Et si dicatur etiam vassallum, quando feudum, quòd habet à Domino, non potest sustinere expensam quæ fit in præstando operam, non debere, nec teneri seruire Domino propria vassalli impensa, vt per Bar. in l. Meuia, §. Primo per illum textum. ff. de annu. lega. & Albe. de Ro. in l. De quibus pe. charta. ff. de legi. & Bal. in l. Quoniam liberi, C. de testib. cum concordantibus de quibus per Dominum Ias. in l. Si non sortem. §. Libertus, in 11. col. ff. de condi. indeb. & Allex. in l. Recusare. §. Fi. prima col. ff. ad trebel. & Dominus Præpo. in c. 1. ĩ prin. prope fi. commenti, de noua forma. fide. & multo minus teneri debuisse istos homines, quatenus ratione Iurisdictionis solum sint subditi, & consequenter non debuisse istos homines cogi, ad præstandũ victum armigeris etiam per solam diem, pro salute Domini cum secundum communiter Doctores, in d. c. Licet vbi Alua. in antepen. col. Si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. subditi etiam vassalli, non tenentur dare de suo, pro redimendo Dominum captiuum, seu in vinculis existentem, nec possit vassallus conueniri pro soluendo debita Domini, vt ꝑ Bal. in l. 3. C. de actio. Et oblig. per illum textum Qr. respondetur, ꝙ istud debet intelligi, nisi quando facto hominũ & subditorum contingeret Dominum in Vinculis teneri, vt ꝑ Alua. vbi supra, in d. antepen. q. Dum se remittit ad ea, quæ paulo ante dixit, in questione an vassallus teneatur alere Dominum egentem, vbi dat alias duas limitationes cũ hic contigisset Dñum Io. Franc. propter contentionem armigerorũ cũ hominibus, Ita ꝙ Si secus actum fuisset Dñs propter homines passurus fuisset, & cõsequenter opportuisset eũ facto hominum pati, ex quo nollebant armigeros hospitari Quod clarius procederet, si ipsi homines à Castro, omnia vel multa bona tenerent, vt per Alua. in questione prædicta, cũ sua remissione, ad aliã prædictam questionem.

Quinto dicitur ꝙ homines prouocarũt, istos armigeros, etiam postquam fuerunt ingressi castrum Bestagni ad saccomanandũ locum pugnando, cũ eis, magis ad offensionem, quam ad necessariam defensionẽ, Vnde damnum, ꝙ sua culpa fuit eis illatum habent sibi & non alii imputare, vt in regula iuris Damnum, de reg. Iur. in 6. Iuxta illud quòd merito pateris patienter ferre memento, & illud leuiter ex facto quicquid patiare ferendum est, Nec enim licet in defendendo ẽt excedere modum inculpate tutelle, vt notatur in l. 2. C. vnde vi, & in l. vt vim cum concordantibus ff. de Iusti. & iur.

Vltimo Isti subditi saltẽ tenebantur, ciuilius se habere, Domino suo existente in discrimine, & actus possibiles demonstrare, pro eius liberatione, si volebãt Dñum ecõtra teneri, ad eos præseruandum, qr, qui nõ facit ꝙ debet, non cõsequitur qđ oportet, Et qr. liquidissima debet esse causa, ꝑpter quam quis, seu Dominus, in penam incidisse dicatur, Et qr. hæc est natura penalium, siue conuentionalium, siue legalium vt nisi quis, seu subditus, probet se, ex parte sua impleuisse, quis ac Dñs cõtraueniẽs obligationi, quam habet erga alium, seu erga subditum, non incidat in penam, vt per Bal. in c. 1. in princ. quali. domi. proprie. feu. priue. cum concordantibus copiose agregatis, per Corsetũ in Repetitione c. Grandi 36. seu 37. col. vers. not. ibi fidelitate &c. de fupple. neglige. præla. Debuissent. n. Domino portas loci aperire, & eum admittere, & cum eò gratiose loqui, de reciproca obligatione, & similia agere, vt videretur si esset via, locum & Dominum præseruandi. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Feudum in dubio, vel simpliciter concessum, præsumitur concessum fuisse secundum consuetudinem patrie, puta alienandi, testandi, &c.

Et consuetudo derrogat contractui,

Et alias præsumitur concessum, secundum communem naturam Feudorum.

CONS. CLXXXXI.

Licet communis Doctrina Scribentium sit, ꝙ feudum de cuius concessione non apparet censeatur concessum secundũ communem naturã Feudorũ, Vel si sit simpliciter concessum, c.Primo in principio Vbi Bal.Alua.Marti. de Lau. & Docto. de Capi.Conrra. Iũctis notatis in c.Primo de feu. non haben. propri. natu. feu. maxime per Bal. tamen stante consuetudine patrie alterante ipsam communem naturam feudorum cẽsetur concessum secundum illam consuetudinem, cum regula sit, ꝙ contractus secundum locorum consuetudinem cẽseantur initi, vt est Glo. in l. Quinta.§.In commissoria, ff. de leg. commis. & habetur in l. Fi. vbi bonus textus C. De fideius. Bar. in l. Magistratus ff. ad munici. & in lege nemo est qui nesciat ff. de duo. reis Bal. in l. 1. in 2. questione C. Pro Soci. Panor. in c. cum M. Ferrariẽsis in 2. col. de cõsti.& in c.cũ ad nostrã de reb. Eccle.nõ alie.& in c.certificari in 2. casu de Sepul. & Ita in proposito nostro tenuit Oldra. cons. 152. in secundo dubio, Volens ꝙ si in patria sit consuetudo alienandi feuda in extraneos, censeantur feuda secundum Illam cõsuetudinem concessa, Sic etiam videmus in Gallia, in multis locis, Vbi est consuetudo disponendi de Feudis per testamentum, & inter viuos, & in extraneos, & Feminas, Quia videmus feuda ibi intelligi secundum illam consuetudinem concessa, Facit qr. secundum Bal. in cap. 1. §. Nominandum prima col. qui feu. dar. pos. consuetudo derrogat contractui. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Vassallus indebitum detentorem feudi spolians de facto, perdit ius suum.

Cui tunc Aplicetur ius vtile, an Domino, an agnatis.

Quis seruiet domino in tali casu an habens commoditatem, vel feudo priuatus.

Et feudi commoditas spoliato applicatur cum limitatione quando fortalicium est tale, vt via superioris prouideri non poßit.

CONS. CLXXXXII.

Magnifice Domine sum opinionis, & oretenus dixi, ꝙ quæratis via iuris præuenire, & impedire, Ne iste Dominus C. capiat possessionem feudi nomine suo, vel Domine eius vxoris, qđ mortuo patruo vestro, est ad vos peruenturũ & intentabimus remedium l. Diffamari, C. De inge.manumis. vel aliud per nos cogitandum? Nam si fieret possessor, vel dum dubitatur ne fiat, vobis non liceret Dominum patruum Vestrum, vel filiam in possessione constitutam, possessione de facto priuare, seu spoliare, & spoliando perderetis ius vestrum, quòd posset ipsi Domino C. vel Filie applicari, aut saltem applicaretur eis quatenus nõ possent ad feudum peruenire commoditas ipsius feudi, durante vita vestra, per l. Si quis in tantam, C. Vnde vi, & ita voluit Bal. in c. Si duo col. fi. de pa. te. & Bar. in l. Si finita.§.Si de vectigalibus prima col. vers. Querit Glo. an idem Sit in feudatariis. ff. de dam.infe.& Ang. & Imo. in l. eorum ff. eo. tit. Quos sequitur Allex. in d. §. Si de vectigalibus in 12. col. vers. adde etiã prædictis, volunt feudiste in c.primo § Si duo de pac. tenen. Et quod fortius est, et

Dominus

Dominus Spolians Vassallum de facto, perdit ius suum, vassallo applicandum, secundũ Doctores, in c. 1. §. 1. vbi Alua. in pe. col. vers. Quero an Dominus spolians de milli. Vassa. qui contu. est, Et licet aliqui Doctores dicant, ꝙ feudũ propter spolium Vassalli amissum applicetur agnatis non tantum vsq; ad septimum gradum, verum in infinitum, & consequenter Domino filio vestro, Dicentibus aliis, ꝙ applicatur Domino, quòd vltimum putarem procedere, in feudo nouo, vt per Allex. in d. §. Si de vectigalibus loco præallegato, propter hoc non releuaremini, ab amissione commoditatis, vestra vita durante, Et forte cogi possetis sustinere nichilominus onera feudi, erga Dominum, & illi, pro dicta ẽt parte seruire, iuxta conuenta, Non autẽ habens ius tantum commoditatis, per ea quæ dixit Bar. in d. §. Si de vectigalibus, in col. & questione ibi sequen. cum in talem non trãsiret personalis obligatio vassalli, seu obligatio fidelitatis, quæ est mere personalis, c. 1. de forma fide. & c. 1. de noua for. fide. Et qr. alie sunt opere vnius, alie alterius, l. Inter artifices, ff. de solutio. & l. Nemo est qui nesciat, ff. de duo. rei. Quamuis in contrarium faciat l. Si pendẽtes §. Si quid cloacarii. ff. de vsufru. cum multis aliis decisionibus, quæ adducere non expedit, cum hæc solum proponam vt detur materia cogitandi, & euitandi pericula.

Nec obstat illa Decisio Pau. de ca. in l. 2. C. De ædi. di. Adri. tol. quam refert & sequitur Allex. in l. Naturaliter §. nichil commune 8. col. vers. 5. Fallit ff. de acqui. pos. Dum vult remedium l. Si quis ad se fondum C. ad leg. Iuli. de vi, non habere locum, in eò qui spoliauit aliquem Castro, seu Fortalitio, quòd sequta victoria in causa proprietatis haberi non posset, propter eius fortitudinem, Ita ꝙ non posset fieri exequtio, Nam præsupponit, ꝙ feudum non amittatur, per spolium, Qr. nescio videre quomodo possit defensari illa decisio, contra dispositionem dict. l. Si quis in tantã & Decisiones prædictas, Nisi dicamus ꝙ Vbi tractatur de tali Fortalitio, licitum sit feudatario ius habenti illicitum detentorẽ spoliare, & sibi ius propria auctoritate ministrare, Sub prætextu, ꝙ per recursum ad superiorem, non possit ius habenti in proprietate esse succursum, vt per Bar. in l. Si alius. §. Bellissime. ff. quòd vi aut clam, cum concordantibns de quibus per Allex. in l. Milles §. Qui iudicati, prima additione ff. de re iudi. & in cons. 11. col. Fi. septimo dubio 1. vol. Quòd meo Iuditio nõ procederet, in hòc Castro, quòd non est ita forte, Vt Principi resistere posset, & quòd est patrui vestri, solum pro parte dimidia, & vestrum pro alia dimidia, vel nisi dicamus, ꝙ illa Decisio Pau. de ca. procedat in spoliatore, qui alium spoliatorem feudo spoliauit, iuxta notata per Doctores maxime Alua. in d. c. 1. in principio pen. col. de milli. Vas. qui contu. est, Iunctis notatis per Allex. in d. l. Naturaliter. §. Nichil commune 11. col. vers. Quintodecimo fallit ff. de acqui. pos.. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN Domini habentes Ius successionũ in loco sibi subdito, possint succedere in dotibus mulierum ibi nuptarum sine liberis decedentium. Mulieres an dicantur subdite ratione homagii, Quòd habent mariti. Et an teneantur ad Iuramentum fidelitatis, Sicut mariti, Et an si sint Forenses efficiantur de loco.

CONS. CLXXXXIII.

PLaceat aduertere, circha istum Articulũ, An Domini habentes ius succedendi hominibus loci, sine liberis decedẽtibus possint etiam in dotibus mulierum loci sine liberis decedentium succedere, Nam videtur obstare quod dixit Specu. in titulo de feudis. §. Quoniam de homagiis

homagiis 20.q.Cum quò transit Ibi Bal.ĩ additione inci.licet Maritus,& Io.And.in additione inci.mulier,post Mar.de homi. Vbi volunt ꝙ mulier hominis mei, etiam si longo tempore vixerit, cũ homine meo fæmina mea non efficiatur, Cum nec fæmine iurent fidelitatem, vt per Bal. in commento pacis constantie, in verbo Vassalli nostri vers. Sed nunquid fæmine, nec succedant in feudo,pro quò sit iuranda fidelitas, Vt per Bal.in c.1.§.Est & alia quæ fuit prima cau.bene.amit.vbi allegat c.Primum de extraor. cap. vult Bal. in c. 1.col. fi. de capi. qui Curi. Vendi. & Roma. con. 367. inci. circa primum, & Præpo. in c.1.§. Et quia 17. col.in 7. limitatione qui feu. dar.pos.& per Allex. cons. 30. inci. Quoniam 9. col. primo vol. & cons. 9. inci. ponderatis his 3. col. 5. vol. & D. Deci. cons. 143. inci. Et pro tenui, in 3. col. etiam si tale sit feudum in quò alias succedere possent, Vt qr. sit exiguũ, vel ad modicum seruitium datum, vt in locis preallegatis. Et si adesset ibi statutũ, vel consuetudo, ꝙ soluto matrimonio sine liberis maritus dotem lucraretur, Vt per aliquos esse dicitur, fortius viderentur Domini excludi, qr.caput inclusiuum maritorum, necessario esset exclusiuum Dominorum, argumento l. Maritus C. De procura. & l. Cum prætor in princ.ff. De Iudici.Cum simili.

Item in mulieribus forensibus nuptis in loco prædicto, res ista videretur magis dubia contra Dños, Eo qr.licet fiant de loco vel Incole loci,tñ non desinunt esse de loco originis,distinguendo vt per Bar. in l. Fi.§. Item rescripserunt el secundo ff. Ad muni. cum concordantibus tradditis per Allex.& Modernos in l.Cum quedã puella in principio ff.de Iuris. omni. Iudi.& ꝑ Felli. in c.1.prope fi.commenti, de sponsa. & in tractatu meo de statutis Excludentibus feminas à successionibus in 6. articulo principali primo membro 1.q.in fi.& in 4.membro 23.q. Et quia lex exigere dotem ff. de Iudi. quæ dicit in dote esse attendendam consuetudinem loci Mariti, loquitur quoad beneficium mariti, Vt ibi patet, iunctis notatis per Bald. in Rubrica C. De priuilegio dotis 2. col. & per Dominum Ias. in l. Conctos populos secunda lectura in 16. col.3. limitatione C. de somma trinita. Dum dicunt illam l. non habere locum,quoad tertium, Quòd fortius procederet secundum Bal. in Rubrica præallegata, quando dotans maxime tertius stippulatus esset sibi reddi dotem, vt ibi, & per Felli. in c. primo 14. col.quarta limitatione de sponsa. Et quò ad ipsas mulieres alterius territorii, ibi nuptas, etiam in materia successionis dotium,quam Domini prætendunt,videri possunt quæ attingo in tractatu meo de statutis excludentibus fæminas in 8.articulo Principali in 26.q.Dum tango illam questionem an statuta præferentia masculos fæminis in successionibus vendicent sibi locum in nominibus debitorũ, ac in dotibus,De quibus nominibus debitorũ in proposito Isto,plura dicit Dñs Iacobinus à Santo Georgio in tractatu de Roidis 4.col.vers.Quæro de notabili. Laus Deo & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

Comes,Baro, vel Dominus Castri,an possint facere gratiam de delicto,vel componere, aut penã minuere,vel fame restituere.

CONS. CXCIIII.

DVm Quæritur an Magnifici Domini Farigliani, possint indulgẽtiam, vel gratiam facere hominibus suis in causis capitalibus, vel compositionẽ sup ipsis criminibus pecuniariam cum eis facere,Duo sunt consideranda, Primo Ius commune,quòd Communiter solent seruare vassalli Domini terrarum,subditi alicuius Principis, Quò casu Bart. in l. Acta .§. De ampliandò .ff. De re Iudicata Vult quòd Comes, aut Baro, non possit, esto quòd habeat regalia, tollere, nec minuere penam, Nisi sit pecuniaria, siue bursæ

applicanda, volés ꝙ aliam penam nõ pecuniariam, etiam penam infamiæ, quæ infertur ex crimine tollere non possit, prout etiam vult de infamia ipse Bar. in l. 1. §. De qua per illum tex. ff. De postul. & cum prædicta opinione, transeunt communiter Doctores in d. §. De ampliando, & ẽt transit Bal. in c. At si clerici, de Iudic. & Marti. de Lau. in Tractatu de Principibus vers. 436. sequitur Dominus Iacobinus à Santo Georgio in sua Inuestitura feudali, in clausula cum mero, & mixto Imperio &c. in 2. col. circa fi. Ratio est secundũ Doctores, & Pau. de ca. in d. §. De ampliando qr. agitur de publico interesse, cum publice intersit ne delicta remaneant impunita l. Ita vulneratus ff. ad leg. Acqui. l. Licitatio §. quòd illicite ff. de publica. cum concordantibus, & aliam rationem assignat tex. in l. 1. §. 1. alias §. Calumniatoribus circa fi. ff. Ad Turpil. videlicet ꝙ pene persequtio legis auctoritati reseruatur, Et ideò solum tollitur per eum, qui habet potestatem legis condende, Quòd fortius procedit lata sententia, per textum in d. §. De ampliando, & in l Diui fratres. ff. de penis, vbi dicunt consulendum esse Principem vt fieri sic possit, vult Bal. in l. Imperium prima lectura in 3. col. ff. De Iurisdi. omni. Iudi. est textus de Præside in l. 1. in fi. ff. de questio. & dicit textus in l. Relegati in fi. ff. de penis, ꝙ solus Imperator concedit exulibus remeatum, seu reuocat exilium. Nec enim de Castro infeudatus cum Iurisdictione potest legem condere vel alterare, secundum Ang. in d. l. Imperium 2. col. vbi Dominus Ias. 7. col. & Bal. in l. Nulli C. De senten. & inter. omni. iudi.

Secundo est considerandus tenor pactorum quæ per eorum prædecessores fuerũt inita, cum Illustrissimo Domino Duce Sabaudie, cui se submisserunt sub conuentione, ne ipse Dominus Dux, habeat, seu possit se intromittere de eorum hominibus, tàm in causis ciuilibus, quàm in criminalibus, ex quò tenore pactorum constat ꝙ ipsi Domini Farigliani, quò ad causas criminales subditorum, non sunt subditi Ducis Sabaudiæ, sed sunt in pristina libertate, per ea quæ alias consului cons. 53. in Primo volumine consiliorum meorum feudalium, Ita ꝙ cum soli subsint Imperatori, equiparentur Præfectis prætorio, qui possunt legem condere, l. 2. C. De offi. Præfe. præto. orient. Iunctis notatis per Bart. in l. Prima in principio prima col. ff. quod quisq; Iur. in alium statue. & in l. Prima. ff. de offi. Præfe. præto. & dicantur in tali Castro Principes, & liberi, per notata per Bal. in l. Ea lege in septima questione C. de condi. ob cau. & in cap. Vno delegatorum prope fin. commenti, de offi. deleg. cum concordantibus alias adductis in cons. meo, 155. in hoc secundo vol. consiliorum Feudalium & sic forte possent, per notata per Bar. in d. §. De qua, & Allex. in dict. §. De ampliando, Quòd non affirmo, propterea quia Careo libris, Ita vt sit tutius, citra præiuditium Iuris Dominorum, habere be neplacitũ Principis.

Vnum inuenio, ꝙ ex causa ante sententiam, posset hoc fieri, vel componi, vt per Lucam de penna, in l. prima 12. col. C. De deser. lib. 12. & facit textus cum Glo. in dict. l. Prima §. Calumniatoribus in fine dicens ꝙ facti quæstio est in arbitrio Iudicis, non pena, Et quando possit iudex moderare penam delicti late ponit Felli. in c. Qualiter el secundo. §. Ad corrigendos quinta & sexta col. de accusa. & per Docto. in l. Prima in principio Vbi Dominus Ias. in fi. commenti. ff. Si quis iusdice. non obtempe. Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

Frater an teneatur dotare sororem vel Neptem, etiam de fructibus feudi.

Cons.

CONS. CXCV.

SVM Opinionis, Quòd frater sororem dotare teneatur de fructibus feudi quando supersunt, vel superesse possunt, l. Cũ in plures §. pen. ff. de admi. tuto. notat Glo. Vbi etiam Cyn. & Bar. in l. Non omni C. eo. tit. & Cyn. in l. 1. C. de alen. libe. And. de pisis in l. Qui filium, per illum textum ff. Vbi pupil. edu. debe. Bar. in auten. Res quæ C. Commu. de lega. & Bal. in l. Prima ff. Solu. matri. vbi Allex. ita transit in 5. col. & D. Ias. Latius in 6. col. concludentes, q frater sororem alere indubitanter tenetur, per tex. in d. l. Qui filium, Vbi Doctores, quòd procedit, in sorore inope, se educare, vel dotare non valente. Nec est mirandum, Quòd dixi de fructibus Feudi, Quia etiam de fructibus & redditibus beneficii Ecclesiastici frater ad prædicta teneretur, quando soror aliunde, non haberet secundum Panor. in c. Peruenit de arbi. & Allex. vbi supra. In Neptibus autem ex fratre licet Bal. in d. l. 1. ff. Solu. matri. dicat q debeant etiam per fratrem qui potest hoc facere dotari, sicut & sorores, per l. Nichil cum l. Seqn. ff. de in rem verso, Tamen Ang. & Imol. in d. l. Prima ff. Solu. matri. cum quibus transit Ibi Allex. in 5. col. aliter tenent dicentes non reperiri iure cautum in Nepte ex fratre, sicut in sorore, Et Bald. in dict. l. Nichil aliter inteligit illum textum qui loquitur de auo materno an teneatur dotare neptem ex filia, Pium tamen puto, & Laudabile quòd dotentur, licet patruus iste non sit obligatus per prædicta; Feudum autem pro sorore dotanda alienare non tenetur, Nec illud etiam pro parte in dotem dare cap. Primo §. Donare quali. olim feud. pote. alie. notatur per Dominum Ias. in Auten. Res quæ C. Communia de leg. col. 8. vers. An autem res prohibita alienari per l. vt in feudo possit alienari ex causa dotis &c. Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

SVccessor et singularis, habens causam, & titulum, ab eo qui imponit feudo grauamen, tenetur ad onus, Etiam si sit Princeps heres à Feudatario institutus, vel cui Feudatarius feudum donet, vel Renuntiet, post onus impositum, vel Dominum onerando.

CONS. CXCVI.

EX quo feudum Domini Francisci, Vadit seu redit ad Principem, Non Iuris dispositione, puta propter defectum existentie agnatorum successibilium vel propter Felloniam, sed ex dispositione expræssa, ipsius Domini Francisci volentis vt Princeps sit sibi successor exclusis agnatis, Princeps tenetur ipsum Feudum capere cum oneribus impositis, licet alias ad onera non teneretur, vt voluit Pe. de Bellaper. in l. 3. ff. De serui. titu. gene. quem refert & sequitur Io. Rey. in Repetitione c. Imperialem §. Habito 4. charta de prohi. alie. feu. per Fre. Quòd est generale, in quolibet etiam singulari successore Veniente ex titulo habito à Feudatario, Qr. Ex qua persona quis lucrum sentit, eius factum impugnare non debet, l. Cum à matre C. de rei vendi. & regula Ex qua persona ff. De reg. Iur. Vnde secundum eos, Princeps heres in feudo institutus per Vassallum, vel cui vassallus Feudũ donauit vel renunciauit, tenetur præstare patientiã pro seruitute per vassallum in feudo impositam, & ita etiã tenuit Pet. Iaco. in tit. de actione in rem, q̃ datur pro re que cecidit in commissum. vers. Item est notandum, & sequitur Dominus Curtius in tractatu feudorũ 4. parte 14. q. Nam q̃m honoro grauare possũ vt habetur in l. Ab eo. C. De fideicõmissis

Ad prædicta facit, quia in feudo nouo potest feudatarius, cum Domini consensu onus imponere, vt per Bal. in c. Primo in principio 5. col. vers. Quæro vtrum pater possit, de prohi. alie. feu. per Fre. post Andr. de Iser. in c. 1. de alie. feu. pater. & Allex. cons. 124. inci. Consideratis his penul. col. 5. vol. cum suis concordantibus, Et istud feudum quo ad Domini acquisitionem, videtur noua acquisitio, & nouum ius, hoc est ius per Dominum à Vassallo de nouo quæsitum, & Dominus Illud acceptando, videtur consentire acquisitioni vt de se patet, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Libellus quando contenditur de subiectione alicuius, contra quos sit formandus.

Sententia inter Dominos lata, super subiectione, an præiudicet subditis. Et lata inter subditum & prætendentem se Dominum, An noceat vero Domino.

CONS. CXCVII.

In materia huius consilii vide Affli. Decisione 396. & Capi. Decisione 20. maxime in nu. 17. & seq. Brunus Filius.

SVper ista subiectione huius hominis vestri, quem aliqui consortes dicunt esse hominem suum, pôt agi, & libellus formari, contra ipsum subditum, de per se, Itē contra Dominū consortē vestrū, qui prætendit eum esse subditū suum, & nō vestrum, & cōtra ambos vt ꝑ Doctores in c. cū inter, & in c. cū sup ꝑ vbi Panor. in primo notabili de re iudi, & in c. auditis de p̄scrip. cū cōcordantibus, Melius tñ erit vt agatis cōtra subditū, faciēdo cōminari cōsortē si vellit asistere ꝑ asserto suo interesse, qr. isto mō sententia operabitur contra oēs, q̄ alias fortæ nō operaretur, nisi cōtra cōuentum. vt late habetur in d. c. Cum super, & in iuribus ꝑallegatis, & ꝑ Panor. ī c. quãuis añpe. col. eo. tit. post Bal. in l. 2. C, de libe. cau. cū concordantibus de quibus ꝑ Allex. in l. Sepe añpe. carta, 3. col. & 2. ff. de re iudi. Quãuis secundū Panor. ī d. c. Cum sup ꝑ 7. col. vers. Ex hoc infertur scientia superioris alicuius exempti, cū ordinario super subiectione litigantis, ei possit nocere, qñ sententia fertur pro ordinario, cōtra exemptum, & eius priuilegium, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

CONS. CXCVIII.

HOmines loci, Si promiserunt Dñis facere Rodias cum bobus, ꝑ hñtes Boues, & cū bestiis asininis æquinis, vel Mullignis ꝑ illas habentes, An si solū habeant vachas, seu iuuenchas, quas aratro submitant teneātur de eis facere Rodias. Puto q̄ nō, qr. ista dispositio intelligitur đ Bobus ordinarie ordinatis ad iugum, & vecturā, nō aūt extra ordinarie, ꝑ l. Seio §. Medico cū ibi notatis ff. de annu. lega. iunctis cōcordantibus copiose aggregatis, per Felli. in c. Sedes 3. col. de rescrip. vbi sunt Decisiones multū ad propositum, Nam ordinarie, sunt ordinate ad faciendum vitulos, & lac, Et de centum nonaginta non subiiciuntur aratro, Et dispositio referri debet ad id quòd est frequentius l. Nam ad ea. ff. De legib. Nam pauperes viri tenent cōmuniter vachas ad aratrum cum modico manso, & paucis prædiis, Illas nimis non grauando laboribus, & raras vecturas cū eis faciendo, illas habendo ad aratrum, vti rem extraordinariam, Et vlterius elliguntur in instrumēto Rodiarū certa tēpora, quibus possent vache esse prægnantes, & proxime partui, vel habere fætum, vnde cum non possint adaptari verba cessat dispositio, & obligatio in vachis, vt per Bart. in l. Quarta §. Prætor ait, in fin. cōmenti,

ff.

ff. De dam.infe.cum concordantibus per Roma. & Allexand. Ibi allegatis, Ceterum prædicta conclusio comprobatur, ex eò, ꝗ de Rodiis aliarum Bestiarum subiicitur, Dum dicit, ꝗ habentes Bestias Asininas, & mulignas debeāt cum eis facere Rodias, Qr. Si de vachis sensissent pariter dixissent circha Bestias bouinas, prout de bobus solum dixerunt, l. Si seruus seruũ, §. Non dixit ff. De acqui. heredi. & l. Vnica §. Sin autem ad deficientis C. de Cadu. tol. Facit quia nonquam fuit post obligationem Rodiarum obseruatum, ꝗ cũ Vachis fierent Rodie, Vnde minime mutanda sunt, quæ interprætationem certam semper habuerunt, l. Minime ff. De legib. Et insuper communis sermo habet nomina Bouum, & Vacharum, vt quid differens, qui est attendendus, vt per Bar. in l. Labeo .ff. De suppel. lega. & in l. Cum delanionis §. Asinam, ff. De fondo instru. cum infinitis concordantibus. Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

Sententia lata contra patrem, ꝗ bona sint allodialia in fauorem sororis, an noceat filiis, si non sint patris hæredes.

Et Quando in feudis sententia contra vnum lata, alteri præiudicet.

Et Quid in iure superioritatis, vel subiectionis.

CONS. CXCIX.

Ista sentẽtia lata, in fauorem sororis, contra fratrem, ꝗ bona censeantur allodialia, facit ius, mortuo fratre contra filios eius, & quò ad omnes etiam agnatos, Esto ꝗ secundum Bal. in l. Fi. circa princ. commenti, C. de libe. causa, sententia lata sup Fellonia patris, non noceat filio, in Feudo antiquo, sed in eò tantum feudo, qđ habuisset à patre originẽ, & licet ẽt proprius ad terminos nostros dixerit Andr. de Iser. in c. Si vassallus de suo, in titulo Si de feu. fue. contro. inter domin. & agna. Quòd quando res feudalis est apud vnum ex agnatis cum quo aliquis litiget, sententia lata contra talem agnatum, super ipsa re feudali subsequentibus agnatis non citatis, & ignorantibus, non nocet, Sequitur Allex. in l. Filius familias .§. Diui .ff. De leg. primo, Ad quòd facit, ꝗ dixit Innoc. in c. Super literis, col. Fi. de rescrip. quem sequitur Bal. in Margarita, verbo sententia, vers. quarto, & Imol. in d. c. Super literis, & Allex. in l. Sepe in antepe. charta, in 3. eiusdem charte col. de re iudi. Volentes ꝗ contendentibus aliquibus priuatis super Iurisdictione & territorio, vt qr. quis dicatur deliquisse in tali territorio, Et ille talis neget territorium esse de Iurisdictione Iudicis procedentis, sententia super hoc lata, non nocebit vero Domino talis territorii, & Iurisdictionem ibi habenti, Non tantum quo ad proprietatem, imo nec quò ad possessionem, secundum Imo. & Allex. Vbi supra, licet quo ad possessionem, aliqui aliter teneant, maxime Bar. in l. Præscriptione C. Si contra ius vel vtili. publi. cum concordantibus p Allex. ibi supra allegatis, & per Felli. in d. c. cum super 5. col. de re. iud. qui ibi refert cões opi. facit quòd dixit Bal. in l. 2. C. De libe. cau. & Doctores in c. Quamuis de re Iudi. Vbi Panor. antepe. col. cum concordantibus, de quibus per Allex. in d. l. Sepe charta antepe. col. eius tertia Quòd si duo Nobiles contendant aliquem locum, vel hominẽ sibi subiectũ, sententia inter eos lata, non præiudicet huic homini, vel loco qui dicitur esse subiectus, Distinguendo vt ibi, Et quòd habetur ẽt per Doctores in c. Cum super eo. tit. & in dict. cap. Quamuis, & in cap. Suborta de re Iudi. & in cap. Inter quatuor de maio. & obedi. De sententia lata contra subiectum, ꝗ non præiudicet Domino, distinguendo vt ibi, Ex quò secundum Inno. & cõmuniter Doctores in d. c. Quamuis, & Allex. Vbi supra, concluditur ꝗ si quis agat spolio, contra Ecclesiam, à qua dicat se

se fuisse spoliatum, sententia lata contra Ecclesiam non præiudicabit alii dicenti ipsam Ecclesiam esse sibi subiectam, & ad hec iterum facit, quòd dixit Bal. in c. 1 §. Amplius consueuerunt in fi. commenti de pace constantie, Quem sequitur Allex. in l. Si tertius §. primo. ff. De aqua pluuia. Arce. & Cepol. in tractatu serui. ru. prædiorum Rubrica de aque ductu 8. questione col. 17. & sequen. ꝙ sententia lata inter duo Castella de ductu aque publice contendentia, nõ nocet vassallo, cui postea Princeps concessit Vnum ex illis Castris, sicut nec pactum noceret quamuis consuetudo posset per tex. in titulo De pace constantie, Ibi saluo iure aque Lambri vt ibi etiam Bal. & Doctores prædicti loquntur,

Et prædictis omnibus non obstantibus moueor ad sic dicendum, ꝙ ista sententia præiudicet filiis, Quia cum filii viuo patre ius non prætenderent nec prætendere possent in feudo, Nec in ipsis prædiis Vrbanis & Rusticis, quæ prætendunt esse feudalia, certum est, ꝙ sententia contra patrem lata, cui feudũ Principaliter spectabat, nocet ipsis filiis, Quamuis non citatis, & ignorantiam prætendentibus, vt est communis Doctorum conclusio, quã firmat Allex. in l. Filiusfamilias. §. Diui 3. col. vbi etiam Moderni, maxime Dominus meus Ias. ff. De leg. primo & in l. Si seruus plurium, §. 1. ff. eo. & Allex. consi. 126. in 2. vol. & in l. Sepe 2. charta & alibi per discursum ff. de re Iudi. & in l. Ex contractu, per illum tex. ff. eo. & in l. Si patroni §. Fi. ff. ad trebbel. & in l. De die §. qui mulierẽ, Vbi etiam Dominus Ias. post Bar. ff. q satisda. cogan. & post Bal. in l. Doce ancillam C. de rei vendi. Vbi volunt, ꝙ si maritus egit, ad rem dotalem, puta castrum, & succubuit, talis sententia noceat vxori, declarando, & distinguendo, vt ibi, & latissime per Allex. in dict. l. Sepe 28. col vers. Et quia tactum est, Et sicut isti filii, velent, si esset lata sententia pro Feudo, ꝙ eis prodesset, vt filiis, licet non prodesset vt heredibus, vt per Bald. Imol. & Doctores in l. Si marito §. Si voluntate ff. Solu. matri. Non egreferant, ꝙ eis noceat, Et cum ista conclusione transit Dominns Franceschinus Curtius, qui fuit michi promotor, in meo Doctoratu, in suo tractatu Feudorum vltima parte 9. questione vbi tenet, ꝙ sententia lata, ꝙ feudum ad alium pertineat, nocet agnatis.

Quòd si dicatur, per istam viam aperiri posse viam fraudibus vt dicunt Moderni, in d. l. De die. §. Qui mulierem, & in d. §. Diui respondetur, ꝙ posset talibus filiis succurri, vbi constaret de dolo & collusione, vel culpa patris litigantis, & succumbentis, Et vbi bona allodialia quæ reliquit nõ sufficerent satisfactioni, & lesioni filii, vel ꝙ essent aliqua bona fide non gesta, per textum & notata in l. Si seruus plurium §. 1. ff. de leg. 1. cum ibi notatis, & notant Bal. in d. l. Doce & Allex. in d. §. Qui mulierem, & multum copiose, in d. l. sepe, 28. col. Magna cum sequen. ff. de re Iudi. & per Bar. in d. l. Ex contractu in fi. commenti ff. de re Iudi. Et insuper secundum Allex. in d. §. Diui. in 3. col. magna, & in d. consi. 126. in 2. vol. & Felli. in d. cap. Quamuis pe. col. Reprobantem dictum Andr. de Iser. supra pro contrario allegatum, potest istis filiis succurri via appellationis, cum eis non currat tempus appellandi, ante inthimationem eisdesententia factam, vt ibi per Allex. qui in d. consi. 126. ponit vnam aliam notabilem limitationem sequitur Fellin. Vbi supra proxime allegatus, Et ista clarius procedunt, attento ꝙ ius vult, filiam durante lite, stare in possessione Bonorum, & præsumit pro filia, c. 1. §. Inter filiam si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. & quòd habetur in c. 1. si de feu. fue. contro. inter masc. & femi. Cum iuris præsumptio coadiuuetur, per præsumptionem sententie pro qua præsumitur, attento ꝙ sententia inter alios lata, prodest in possessorio, & inducit aliam aliquam præsumptionem, in fauorem Victoris, vt per Canonistas in d. c. Quamuis, Vbi Felli. in princ. commenti, & plenius in d. c. Cum super per Anto. de Butri. & Panor. cum concordantibus

dantibus

datibus per Felli. Allegatis in d.c. Quamuis & Allex. in d. l. Sepe, in multis locis, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

AN à sententia lata, per Marchionale consilium, liceat ad Illustrißimum Dominum Marchionem Montisferrati appellare, & de potestate talis Senatus, Et ad quem sit appellandum, Principe existente pupillo; an procedat consuetudo, Ne à Senatu predicto appelletur.

Decretum Montisferrati, super appellationibus conditũ, An procedat in tali appellatione, & de eius intellectu.

Et si dubitetur, ne talis appellatio sit deserta, Quis habeat de hoc cognoscere, An Princeps, an consilium.

Posito ꝙ à tali sententia per consilium Principis lata appellari non poßit, An saltem liceat supplicare, vel querellare.

An in prosequenda tali appellatione consilium sit adeundum, Si sit reformatum mutatis aliquibus personis, Non obstante, ꝙ prius fuerit allegatum suspectum.

In prosequenda tali appellatione, Si Gubernator Principis, sit allegatus suspectus an poßit expectari ꝙ Princeps fiat pubes, premissa saltem protestatione de expectando ipsam pubertatem.

Princeps factus pubes, an poßit administrationem habere, licet minor, & Iurisdictionalia exercere, & infeudare, ac Noua etiam feuda concedere, & legitimare.

CONS. CC.

OMnipotentis Dei, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ suffragio inuocatis; Circa primũ videretur prima facie dicendum; ꝙ non licuerit Magnifico Domino Gabrielli d' Asinariis à sententia ipsius Magnifici Senatus appellare, per tex. in l. 1. §. Sciendum ff. à quib. ap. non licet, & notant Spec. in tit. de apel. 2. lib. §. Videndum restat, ac Moderni in Rubrica extra de appel. Vel tanquam ipsi Domini Consiliarii, teneãt primum locum, post Principem, & sic equiparentur Præfectis Prætorio, Iuxta textum in l. 1. cum Ibi notatis ff. de offi. præfe. præto. A quorum sententiis non licet appellare d. l. 1. & l. 1. C. De senten. præfe. præto. & l. A Proconsulibus C. De appel. & l. Si quis aduersus C. de precib. Imper. offeren. & l. Episcopale C. De epis. aud.

Item dicitur per Dominos aduocatos partis aduerse, adesse consuetudinem, vt ab Ipsis sententiis Senatus prædicti non liceat Appellare, Quæ consuetudo valere videtur, cum habeat vim legis, l. De quibus ff. de legib. & §. Ex non scripto Insti. de Iur. natu. genti. & ciui. Iunctis plene notatis in l. 1. C. Quæ sit long. consue. & in c. Fi. extra de consuetu.

Sed in contrarium est veritas, ꝙ imò de Iure licuerit appellare, Quia Magnifici Domini Marchionales consiliarii, non sunt de Illis Senatoribus, de quibus lex loquitur, Nec illis similes, Iura enim loquntur de Senatoribus Imperatoris, ac suppremi Principis, & illi poterant legem condere, l. Non ambigitur cum ibi notatis ff. de legib. & Ibi tradditur, ꝙ etiam poterant generalem consuetudinem inducere, & ad famam restituere l. 1. §. de qua ff. de postul. & permittere aquam ex publico Flumine duci, l. Quominus ff. de Flumi. & l. quòd Principis ff. de dam. infe. & plura poterãt soli Principi reseruata, & in multis equiparabantur Principi, Vt patet ex Iuribus prædictis, & notatis in d. §. Sciendum, & Princeps erat, de eorum numero, l. Ius Senatorũ C. De digni. lib. 12. Et erat Princeps eorum caput, & ipsi membra, & pars corporis Principis, vt est expressum in l. Quisquis Vbi Glo. & Ang. C. Ad leg. Iul. Maie. Qui textus eos appellat Illustres Vt ibi etiam notat Ang. dicens ꝙ Bar. fuit Illustris, propterea qr. fuit Consiliarius Imperatoris, Non sic est cum supportatione, in Dominis Consiliariis Marchionalibus, cum non possint

legem

legem condere, Nec prædicta ex Principi reseruatis facere, Nec Principi æquiparentur, nec sunt idem tribunal cum Principe, Ita vt Princeps, non dicatur de eorum numero, cum faciat expeditiones vt michi fuit persuasum, nomine ipsius consilii, Non autem Principis, & sepe dicant referatur Domino tanquam Dominus habeat auditorium separatum, Et Senatoribus de quibus iura vt supra loquntur Reges æquiparantur, ac Principes, qui nullum recognoscunt, secundũ Bal. & Ang. in d. §. De qua, post Innoc. in c. Cum te, de re Iudi. & Spec. in titulo De deleg. §. Nunc ostendendum, vers. Nono restituit, Ad quòd facit, quòd dixit Bar. in d. §. De qua & in l. 1. in princ. ff. quòd quis Iu. In ali. statue. Et ideò merito voluit Glo. in d. l. Non ambigitur, ꝙ hodie Senatores, non habeant illam authoritatem, quam olim habebant etiam Romæ.

Nec insuper ipsi Domini Consiliarii æquiparari possunt præfectis Prætorio, qr. isti sunt de maioribus Magistratibus, & eis æquiparãtur Reges, & Principes superiorem recognoscentes, Vt notabiliter dixit Bal. in Præludiis Digestorum in 3. col. & in l. Prima post Guil. de Cu. ff. de offi. Præfe. præto. & Bar. in d. l. 1. in princ. ff. quòd quis. iur. in alium statu. & Marti. de Lau. in tractatu de officialibus Dominorum, vers. 1. Dicens ꝙ Reges, & magni Duces, æquiparantur Præfectis prætorio, qui legem condere poterant l. 2. C. De offi. Præfe. Præto. orien. Vnde concludendum est, ꝙ Illustrissimus Dominus Marchio æquiparetur Præfectis Prætorio, Non autem Domini eius Consiliarii. Et non obstat ꝙ ipse Dominus Marchio, sit Vicarius Imperialis perpetuus in suo Territorio, Quia vt sonat Ipsum nomen, per hoc non tenet primum locum, Sed secundum, Quasi vices alterius, in hoc gerat, l. 1. §. Fi. ff. de offi. eius cum Vulga. Quòd etiam patet dum Imperatorẽ recognoscit, Ideo autem, qr. ipse Illu. Dominus Marchio primum locũ tenet post Imperatorem, non potest ab eius sententiis appellari, Vt in proposito dixit Bal. in d. Prohemio Digestorum 3. col.; Ab ipsis autẽ consiliariis etiam si eos appellemus Comites, & Collateralles Marchionalis Excellentiæ Siue Vicarios eius, licita est appellatio, licet non sit licita à Marchionali Excellentia, tanquam à Præfecto prætorio, Per textum in proposito, cũ glo. 1. in l. A proconsulibus C. De appel. quæ lex decidit hunc casum, Facit qr. à quacunq; sententia appellatur, nisi vbi reperitur specialiter prohibitum, l. Et in maioribus C. eo. Et vult Glo. in l. Qui restituere, Vbi etiam Ang. ff. de rei ven. cum concordantibus? Vnde sequitur, ꝙ Marchionalis Excellentia Non autẽ Domini sui Consiliarii, sit instar præfecti prætorio, Et ꝙ à sententia eorum, liceat appellare, non autem à sententia Marchionalis Excellentie per prædicta.

Secundo Non obstat asserta consuetudo nõ appellandi à sententiis ipsius consilii, qr. non valeret, tanquam existens contra ius superioris, vt est expressum, in c. Venientes, de Iure iuran. & notat in terminis Bal. in l. 2. 1. col. prima Oppo. C. Quæ sit long. consue. Et esto ꝙ per tantum tempus, ꝙ non sit hominis memoria, in contrarium, non fuisset à sententiis ipsius consilii appellatum, hoc non sufficeret qr. per non vsum legis, etiam per mille annos, non inducitur contraria consuetudo, Vt dicit Cyn. in dict. l. 2. C. Quæ sit long. consue. & Bar. in Prohemio Digestorum, & Moderni in d. l. De quibus, maxime Dominus præceptor meus Ias. copiose scribens, & Felli. in c. 1. 3. col. cum duabus sequẽtibus de treu. & pace, & Panor. notabiliter in c. Iohannes circa fin. commenti, de Cleri. coniuga. Quæ consuetudo, cum sit facti, esset probanda, vt est textus in l. prim. vbi Glo. C. quæ sit long. consue. cum concordantibus de quibus per Bar. Allex. & alios, in l. De quibus circa fi. commenti ff. De legibus.

Quò ad alium articulum dicitur ex aduerso appellationem esse desertam, propterea quia considerato tempore Iuris communis, fuit introducta, coram Marchionali Excel-

Excellentia Iudice ad quem, in fine anni, seu primi fatalis, taliter ꝙ supererat, tam modicum de tempore, vt causa expediri non posset, quo casu imputatur appellanti, & deseritur appellatio, vt notant Inno. Panor. & Cano. in c. Ex ratione de appel. & Legiste in auten. ei qui C. De temp. appel. Vbi Albe. de Ro. & in Rubrica C. eo. tit. Item quia consideratis Decretis Marchionalis Excellentie Appellans debet infra dies 15. impetrare commissarium, in causa appellationis & intra menses quinque, vel sex causam finire, Quòd decretum sibi locum vendicat, in omnibus causis appellationum, & nisi seruetur deseritur appellatio, vt consuluit Bal. in terminis propriis dicti Decreti cons. 20, inci. Decreto Illu. Domini Marchionis primo vol. secundum vltimam Impressionem, & istud solum est quòd dixerunt Domini Aduocati Domine Dorotheæ, in hoc articulo.

Sed prædicta etiam non obstant, quia considerato tempore Iuris communis, sufficit intra annum quandocunq; appellationem introducere, Nec est præfixum aliquòd tempus ad inchoandum ipsam introductionem, vt notatur in d. autentica Ei qui, maxime per Bar. facit textus in c. Appellatione 2. questione 6. habetur per Inno. & omnes in dict. c. Ex ratione, solet traddi in l. Præses C. De appel. & late disputat Cardi. in cons. 87. inci. videndum est de duobus in 2. & 3. col. Et cum sit arbitrarium Iudici, an quis se nimiũ astrinxerit in tempore, vel non, & arbitrio Iudicis relinquatur, vt late disputat, & concludit, Cardi. in loco præallegato, ac Inno. & Doctores in c. Ex ratione præallegato, & Alberi. in Rubrica C. De tempo. appel. vlt. col. & in auten. Ei qui C. eo. tit. post Antiquos, nemo æquus Iudex Iudicabit quòminus in 13. vel 14. dies, qui supererant ante finem anni, potuisset causa dicte appellationis expediri, Attento ꝙ erat instructa, & discussa, Quinimo secundum Cardi. in cons. præallegato 3. col. lex præsumit, ꝙ quælibet causa appellationis, Et sic quantacunq; exigat discussionem, possit infra mensem expediri, Dum permittit appellato vltimo mense anni præsente à Iudice appellationis sententiam à qua fuit appellatum confirmari vt ibi per eum, Iunctis notatis per Bar. in d. auten. Ei qui, Et per Cano. in c. Oblate de appel. & quando quis inchoauit corã Iudice appellationis causam prosequi tali tempore, ꝙ verisimiliter expediri potuit nullo intra ipsum tempus impedimento interueniente, sufficit appellanti, Adeò ꝙ si interueniat impedimentum etiã vnius diei, in illo modico tempore dandum sit secundum Fatale, secundum Innoc. & alios, in d. c. Ex ratione, & Alber. in locis præallegatis, post Antiquos & Cardi. in loco præallegato, & in fi. Illius consilii, Vnde non obstat ꝙ nimium se astrinxerit Dominus Gabriel in tempore; Item Respondetur, ꝙ coram Principe non currit tempus appellationis prosequende, c. Ex Insinuatione de appel. & autent. Sed lis C. de tempo. appel. & in corpore vnde sumitur, Sed satis est, vt intra annum innotescat Principi, ad eum fuisse appellatum, vt dicit Bar. in d. autentica Sed lis, & Ibi hoc clare firmat Sali. dicens ꝙ in consistorio Principis, non currit tempus, nisi ad inthimandum, ꝙ est annus, facit l. Cum antiquioribus §. In his & quòd ibi notat Ang. C. de tempo. appel. & dixit Panor. in d. c. Ex ratione in 2. col. ꝙ si quis facto Principis sit impeditus prosequi appellationem & eam finire, etiam per mille annos non currit tempus per iura prædicta, Et tempus appellationis prosequende, incipit currere à tempore commissionis facte per Principem, post factam sibi inthimationem, vt dixi intra annum, secundum Sali. in loco præallegato Notat Glo. in c. De causis de offi. delleg. Solet traddi in c. Plerumq; de rescrip. & in c. Super eò el secundo de appel. Item ꝙ plus est, & hæc est veritas, dicendum est, ꝙ ipse Dominus Gabriel, non habuerit facultatem, suam appellationem Principi inthimandi & eius prosequtionẽ petendi, ante ipsum tempus, quò libellum appellatorium, seu supplicationem porrexit, Nam ad ipsum

Princi-

Principem ire non licebat, cum esset in pupillari ætate secundum Bar. in l. Quidā consulebat ff. de re iudi. in fi. & Panor. in c. Cum vicessimum circa mediū de offic. delle. cum concordantibus allegandis in fi. consilii. Ad ipsum autem consilium ire non licebat, qr. tulerat sententiam, à qua Dominus Gabriel appellauit, Cum appellatio deuoluat Iurisdictionem ad Iudicem ad quē, & ligat manus Iudici à quo, quantum ad cognitionē ipsius causæ appellationis l. 1. in fi. ff. ad tertul. & l. Appellatione C. De appel. Et toto tit. nil noua. ap. pen. & c. Vt debitus, & c. dillectis filiis de appel. Nec valeret consuetudo, q appellās teneretur ire ad eundem Iudicē qui tullit sententiā, vt est tex. in c. secundo, de consuetu. in 6. Nec liceret Principi ad quem fuisset appellatum de ordinaria potestate committere causam appellationis ipsi Iudici à quò fuisset appellatum, l. Eos in principio C. De Appel. & c. Ad hæc, el primo eo. tit. Ex quò patet, q nec ad ipsum consilium postquam fuit reformatum, debuerit ipse Dominus Gabriel accedere, Cum ipsum consilium non esset Iudex ad quem quod maxime verum est. qr. non obstante reformatione, est idem tribunal, & idem corpus, & idem collegium, seu consilium, l. Proponebatur ff. De iudic. & l. Sicut §. In decurionibus cum similibus, ff. quòd cuiuſ. vniuersi. nomi. Item qr. licet aliqui remoti fuerint & aliqui, subrogati, Tamen maior pars consilii est de hiis, qui tempore late sententie aderant, Quæ maior pars trahit ad se minorem l. Quòd maior ff. Ad municipa. l. Maiorem ff. De pact. cum similibus. Ad Illu. Dominum Constantinum Gubernatorem Patrie Montisferrati, etiā ire non licebat antequam remoueretur, Tum qr. in guerris, & cum Rege, extra patriam degebat, Tum qr. quod fortius est, fuerat allegatus suspectus per Magnificum Dominum Gabriellem in eius Cedula appellatoria, coram consilio, tamquàm coram Iudicibus, & honestis personis, Et alique cause suspicionis fuerant allegate, sollicitabat enim causam pro Domina Dorothea, & remouerat Dominum Gabrielem de possessione domus, de qua lis erat, & introduxerat Dominā Dorothæam, Quæ protestatio releuauit ipsum Dñum Gabriellem, et si nullæ cause expresse fuissent, vt notant Docto. maximæ Bal. in l. 2. C. De his qui per met. Iudi. non appel. Et in c. Fi. extra de appel. Docto. in l. De pupillo §. Si quis ipsi ff. De noui oper. nontia. facit Glo. in c. Cupientes in verbo proposito, de ellectio. in 6. Et sic erat ipse suspectus ita si fuisset aditus pro causa committenda Iuxta Decretum, vel aliam Iuris dispositionem, Præsumendum est q dellegati ab eo fuissent suspecti, maxime qr. solicitabat causam in fauorem Domine Dorotheæ, quòd non fuisset admittendum, per notata per Frede. de sen. in cons. 24. inci. cogitetis cum sequenti cons. in fi. consilii, Nam qui semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali, seu in eadem re, vel Similibus, regula Qui semel, & quod ibi notat Dyn. de reg. Iur. in 6. Bar. in l. Cassius in fi. commenti ff. de Senato. facit l. Si is §. Idem ff. De accusa. & l. Non omnes §. A Barbaris ff. De re milli. cum similibus, Et ex quo ipse Dominus Constantinus Gubernator totius Patrie, erat suspectus, omnes Doctores de patria, ac tota patria poterāt ipsi Domino Gabrielli esse suspecti, & suspecta, Ita vt de delegatione fidis personis facienda præsumendū non esset, per ea quæ in proposito volunt Bal. & Anto. de Butri. in c. 1. de Iudi. Imol. in c. insinuante de offi. deleg. & Sali. in l. 1. C. Si quacun. prædi. pote. Volentes q quando principaliores sunt suspecti, reliquum possit haberi pro suspecto, Facit quando Metropolitanus est suspectus, potest tota sinodus haberi suspecta, c. Qr. suspecti 3. q. 5. c. Consulti de procu. secundum Vincen. & dixit Bal. in l. 1. C. Si Rector Prouin. q si rector est suspectus potest totum consilium haberi pro suspecto, & notant Bal. Imol. Butri. & Sali. in loco præallegato, Et non est absurdum, q possit vna patria haberi pro suspecta, vt volunt Doct. in d. c. 1. de Iudi. & Glo. in c.

in

in singulis de sta. regula. facit cap. Pastoralis §. Pisana de re Iudi. Ex quo apparet non fuisse conueniens vt ipse Dominus Gubernator attentis suspicionibus prædictis adiretur pro cognoscendo, aut pro delegando, licet vbi non concurrissent prædicte coniecture, & præsumptiones, posset forsitan dici ipsum fuisse adeundum, vt causam committeret, sub colore ꝙ non foret præsumendum, delegatum ab eo fuisse suspectum, sed legalem, Nam vna præsumptio tollit aliam, l. Diuus ff. De integ. restitu. c. Afferte cum simili. de Præsumpti. & magis vehemens attenditur, vt ibi tradditur, Nec dicatur ꝙ suspicio est coram iudice suspecto proponenda, c. Cum specialis extra de appel. cum similibus, Quia hoc verum est ad effectum impediendi Iudicem procedentem, seu procedere volentem, ne procedat vt ibi, At in proposito deducebatur in vim impedimenti, Quasi esset Dominus Gabriel impeditus prosequi. Qr. non esset sibi de Idoneo Iudice appellationis succursum, Quo casu sufficit coram honestis personis, seu Iudice à quò, de hoc protestari, d, c. Fi. de appel. & d.l. 2. C. de his qui per met. Iudi. non appel. & notatur in d. §. Si quis ipsi ff. de oper. nou. nōti. Et ex his concludendum est, ꝙ non erat ipsi Domino Gabrieli prouisum de Iudice appellationis, Quo casu, non tantum indulgendū est fatale Secundū verum etiam dicendum est, ꝙ ipsi Domino Gabrielli nullum cucurrit tempus, vsq; quo, fuit ei copia Iudicis appellationis, & hoc aperte probatur in l. Prima §. Dies ff. quando appel. sit, & Ibi notant Bar. Cuma. & Ang. Are. Spec. in tit. de appel. §. Restat vers. Sed nunquid, Imo. in d.c.fi.& Ibi Moder. maxime Dominus Philip. in 10. questione post Ange. cons. 377. inci. Ex facto proposito, in fi. 2. vol. notat Allex. in d.§. Si quis ipsi in pen.col. facit Glo. in d.c. Cupientes in verbo proposita, & secundum Bar. in d. §. Dies, Tunc non est necessaria, Sed vtilis protestatio, & secundum opinionem eorum qui tenent esse necessariam, sufficit vnica, Cum requirere Iudicem appellationis multotiens, vbi eius copia haberi non poterat; fuisset superflua, per notata per Butri. & Dominum Philip. in d. c. Si iustus metus siue si. de appel. & Ang. Are. in d. §. Dies, & Docto. in d. §. Si quis ipsi Imo. in d.c. Ex ratione 8. col. de appel. Vbi Dominus Præpo. in 5. col. dicit indistincte in primo anno sufficere vnicam protestationem notat Ant. de Butri. in c. Plerumq; de rescrip. vbi dicit cessante impedimento, bene verum esse ꝙ sit denuo protestandum, vt appareat de dilligentia appellantis, facit Glo. in d. c. cupientes, in verbo proposita, Et hoc est de mente Bal. in d.c. Ex ratione Vbi dicit, ꝙ quando Iudex denegasset se auditurum procedentem, sufficit vnica protestatio, Nam multo magis hoc procedere debet, vbi non adest copia Iudicis, quia non sit habilis, Nec haberi possit habilis, Licet verum sit, ꝙ vbi adest copia Iudicis habilis, sit multociens protestandum, Qr. Si hodie eius copia haberi non potest, poterit forte Cras haberi, l. Fi. §. Illud & quòd ibi notant Docto. C. De tempo. appel. & per Ang. in d. autent. Sed lis, & per Allex. in d.§. Si quis ipsi, & sepe consulendo & per Moder. in c. Extrāsmissa de rescrip. in 3. col. cum sequenti, cum concordantibus per eos allegatis Quinimo posito ꝙ post impedimentum in primo Anno veniens Dominus Gabriel fuisset negligens, Ita vt secundus dari non debuisset, Tamen ex clausula generali Si qua michi iusta causa &c. tēpora sublata per impedimentum restitui deberent secundū Bal. & Imol. in d.c. Ex ratione, vbi Dominus Præpo. in 13. col. in fi. Ex prædictis apparet, ꝙ non obstat Decretum Marchionale Posito ꝙ vendicaret sibi locum, in hac causa appellationis, Qr. tempora dicti Decreti non deberent cucurrisse per prædicta, facit textus in tit. de pace constan. §. In causis, vbi instantia cause appellationis abbreuiata ad duos menses, non currit impedito iusto impedimento, Hinc consuluit Cardi. cons. 72. in 6. col. vers. venio ad Septimum impedimentum, quòd

tempus præsentandi præfixum à statuto non nocet, quando non potuit fieri præsentatio, vnde siue loquamur de tempore obtinendi commissarium, per Dominum Gabriellem, siue prosequendi, Iuxta Decretum, & intra tempus decreti, succursum est Domino Gabrielli, vel quia tempus ipso iure non currit, prout verius est, vel quia secundum Fatale ei competit, vel aliud tempus est ei indulgendum, & secundum Bal. in d. §. In causis, in Glo. prima post medium, vers. Sed quæro, tempus præfixum instantie appellationis minus anno, succedit loco anni, Non autem loco omniū fatalium, Quinimo Decretum, non habet locum in causis quæ vertuntur in consistorio Principis, in quò non currit tēpus, vt prædixi, Et in appellatione quæ ad Principem deuoluitur, verificari non potest, Cum vbi verba legis, vel statuti, non possunt in omnibus, & per omnia verificari In aliquo casu, cessat eius dispositio, vt notant Bar. Roma. & Allex. in l. 4. §. Prætor ait ff. de dam. infe. & late Moder. in c. Nonnulli, vers. vbi verba, de rescrip. Quòd autem omnia verba Decreti, non possint in apellationibus ad Principem verificari, probatur, Dum in Decreto dicitur, ꝙ Appellans teneatur impetrasse, & dari fecisse commissarium, Nam illa verba dari fecisse, important cohactionem eius qui aditur, pro dando commissario, quæ non cadit in Principe, qui ex lege sua non ligatur l. pe. ff. de arbi. l. Digna vox C. de legib. Bal. in l. Quicumq; in fi. commenti post Cyn. C. de Epis. & Cleri. Cardi. in Repetitione cap. perpendimus de senten. exco. Io. Andr. in c. 1. de consti. in 6. cum concordantibus, Et illa verba verificātur, vel vbi quis vadit, ad consilium pro habendo commissarium, vel ad Dominos Castrorum, Qui habent cognitionem primarum appellationum. Item Decretum, quòd loquitur de Causis committendis, non pōt sibi in ista locum vendicare, cum de iure ista causa, sit de his, quæ retinende sunt, in auditorio Principis, Quia est magni momenti, & magni valoris, iuxta l. In offerendis C. de appel. Et Decreta sunt intelligenda, de habilibus, l. 1. C. de Sacrosan. Eccle. & l. Vt gradatim §. Et si lege. ff. de mu. & ho. cum concordantibus late tradditis per Dominum Allex. in l. 1. §. Nontiatio ff. de nou. ope. nonti. Vt sic decretum intelligatur secundum ius commune, l. 2. C. de noxali. & c. Cum dillectus de consuetu. & sic stat intrepide conclusio, ꝙ Ista appellatio Domini Gabrielis, non potest dici deserta, & fauendū est appellationi, secundum Bal. in l. Properandum §. Sin autem reus, C. de Iudic. & in additione ad Spec. in tit. de appel. 13 col. & c. 1. de rescrip. & in c. Pastorallis. §. Præterea de offi. dellega. traddunt Moderni, in c. Ad nostram de appel. Alio ēt ex capite, non potest dici dicta appellatio deserta, propter nullitates sententie Late per Consilium, quæ fuit lata perempta instantia, a Decreto Dominicali præfixa, Quo casu est nulla, d. l. Properandū in principio cū ibi late notatis C. De Iudic. & tradditur in c. De causis, de offi. dele. Item est euidenter iniqua, Quia partes expresse protestate fuerunt nolle cognosci, seu pronuntiari super petitorio, sed solum super possessorio, & tamen fuit super vtroq;, vt dicitur, per Dominam Dorotheam pronuntiatum, quò casu est euidenter iniqua, c. Cum inter, & c. Inter cæteras & c. Cum Bertholdus, vbi plene Docto. de re Iudi. Allex. in l. Naturaliter §. Nichil cōmune 12. col. 14. limitatione ff. De acqui. pos. Quinimo de Iure, non potest super non requisitis, etiam si nulla sit protestatio pronuntiari, aliter autem sententia est nulla, d. l. Properandum vbi Docto. & l. 1. cum ibi notatis C. Vt quæ desunt aduo. & c. Bone el primo de postu. præla. & per Butri. in c. 1. de Iudic. & facit l. Quarta §. Hoc autem iudicium ff. de dam. infe. & l. Vt fondus in fi. ff. communi diuid. licet nos dicamus, ꝙ fuit solum incidenter, & non principaliter, in sententia, de proprietate dictum, Et certum est, ꝙ sententia nulla, non transit in rem Iudicatam, Vt notat Glo. in Clemen. 1. de sequestr. pos. & Fruc. Butri. in c. tuam

de

de penis. Bar. in l. Si expressim .ff. de appel. & in l. prima C. quando prouo. non est nece. Spec. in titulo de senten. prola. §. Iuxta circa fin. Imo. in Clemen. prima de re Iudi. Cano. in c. Dilecto de Appel. & deserta appellatione, non intelligitur nullitas, ét simul intentata, c. licet & Ibi Cano. de senten. exco. Bar. in d. l. Si expressim, Cano. maxime Phili. franc. d. c. Dilecto, in 49. q. & Plenius, in 58. q. & Ibi Dominus Præpo. in 3. q. principali cum infinitis concordantibus, Et ista questio nullitatis, potest etiam coram Iudice ad q̄m examinari, secundum Bar. in d. l. Si expressim & in l. Si vt proponis C. quomo. & quando Iudex, & late Dominus Philip. in loco præallegato, Operatur ét nullitas effectum deuolutiuum negotii Principalis, ad Iudicem ad quem, vt possit sententiam nullam, in melius reformare, non tm̄ de nullitate cognoscere, secundū Dn̄um Philip. in d. c. dilecto, in 8. col. vers. circa primū, & Dn̄m Præpo. ī 3. q. & Allex. in l. Iudex 4. col. ff. de re Iudi. & maxime nullitas examinari debet corā Iudice ad q̄m, Quando sententia lata fuit post perēptā instantiam ꝑ Iudicē à quò, secūdum Sali. in l. præses C. quomo. & qn̄ Iud. in pe. col. & Allex. in loco ꝑallegato, & D. Philip. in locis allegatis, Et sic stat cōclusio ꝙ posito ꝙ appellatio foret deserta, quæ tamen nō est, Nichilominus Excellentia Marchionalis ét sit Iudex ratione nullitatis.

Quo ad tertiū articulum quis habeat, dedesertione cognoscere, An Marchionalis Excellentia, An vero consilium, Breuibus concludendum est, ꝙ Illustrissimus Dn̄s Marchio Iudex ad quem, Et moueor, qr. vt dixi appellatio deuoluit Iurisdictionē ad Iudicē ad quem, c. vt debitus cū cōcordātibus allegatis de appel. sic & alias đ articulo appellationis scilicet an sit recipienda, vel ne, cognoscit Iudex appellationis, cap. Dilectus filius Iohannes, de rescrip. notat Bar. in l. Chirographis, §. primo ff. de amdi. tuto. Ange. in l. Quoniam Iudices C. de appel. & notant Panor. Imol. & Docto. in dict. cap. vt debitus, Vbi est, expræssum & in ca p. De priore eod. titulo Specu. in titulo de appel. §. Nunc dicemus circa fin. & in principio vers. Sed quis Iudicabit, & vers. Vincentius dixit post medium, & vers. Item appellatione pendente, Adeo vt si Iudex à quo pronuntiet appellationem non esse legittimam, non impediantur vires appellationis, cap. cum super Abbatia de offi. delega. notat Specu. in loco preallegato, & in vers. Vincentius dixit, & d. vers. Itē appellatione pendēte, sic & alias, an sua sit Iurisdictio, Iudex ipse cognoscit cap. super literis de rescrip. & Ibi late Moder. traddunt legiste in dict. l. secunda .ff. Si quis in ius Voca. non ier. & quod dicitur prædicta procedere, nisi vbi appellatio, esset deserta, dict. l. Si contra, C. de appel. cum concordantibus allegatis pro contraria parte, procederent, Vbi lapsa essent omnia fatalia, Ita quòd certum & notorium esset appellationem esse desertam, existenter, & apparenter foret deserta secundum Bal. quem ibi sequitur Sali. in l. Eos 2. col. C. de appel. vt qr. ex actis constaret de desertione, forte per confessionē partis, & tunc procedit Glo. in d. l. Eos, sed prout ipsi dicunt, quando nondum lapsum est biennium, ex solo cursu temporis non potest appellatio dici deserta qr. potuerunt interuenire impedimenta quorum probatio, vel reprobatio, cōsistit in facto propter quod, tunc dicimus, esse in dubio, Que dubietas secundum probationem impedimentorū verificabitur, & hoc probat textus in d. l. Si contra, dum dicit Iudicem à quo posse procedere, quando aduertit appellationē desertam, sed certe ante liquidationem impedimentorum, non potest aduerti, & ante lapsum biennii, Idcirco Ang. ibi dicit, Iudicem à quò posse procedere lapsis fatalibus non autem dicit lapso anno, vel vno fatali, Et hanc opinionem sequitur Moder. in c. ex ratione scilicet Dominus Philip. in 16. col. vers. 2. queritur & vers. Quo ad primū, Et D. ꝑpo. nūc Cardinalis Allexādrinus ibi ī 21. col. ī vers. 6 est q°io vbi dicit prædictam opinionem procedere, ét si appellatio, nondum fuerit intro-

S ducta

ducta, qr. potuerunt interuenire impedimenta prohibentia, ne introduceretur, & ad hoc facit, quòd dixit Io. And. in c. In præsentia in fi. de renuntia. post Hostien. quòd præsumitur pro sententia à qua fuit appellatum, etiam si contra eam obiiciatur, quando lapsum est biennium, Secus autem secundum Eos si obiiciatur infra bienniũ propterea qr. biennium ex causa est tempus limitatum contra sententiã, & hanc opinionem sentit Bar. in auten. Ei qui in fi. C. de tempo. appel. & in l. 1. in fi. ff. nil noua. appel. pende. & cũ prædicta opinione ẽt trãseunt Moderni in c. Ex parte, de rescrip. & minus põt in proposito Iudex à quò scilicet ipsum Cõsiliũ adiri, super desertione, qr. appellatio fuit intra annum introducta, corã Principe, qr. per introductioné Iudex ad quem, fit Iudex, & pͦoccupat Iurisdictioné, argumẽto l. Vbi ceptum. ff. de Iudic. & l. Si quis postea eo. tit. secundũ Ang. in d. l. Eos, & Ibi Bal. in princ. cõmenti, & Imo. in c. repræhensibilis in fi. de appel. & D. Philip. in loco pͣllegato, Nec dicatur ex lapsu tẽporis Decreti, certum esse, appellationẽ esse desertam, qr. ex prædictis apparet multiplex responsio, vel ꝙ non sit locus Decreto, prout verius est vel ꝙ affuerunt impedimenta, de quibus fuit protestatum, quæ faciunt non præsumi certum esse desertionem, Item vt dixi aliis rationibus, & causis, appellatio ista non est deserta, Imo secundum veritatem, tempus mero iure non cucurrit, Et posito, quòd locus esset Decreto, & tempus Decreti haberetur ad instar biennii, & omnium fatalium, Et quòd mero Iure cucurrisset tempus, quia tamen adhuc competeret restitutio temporis, stante impedimento, vt est tex. in d. c. ex ratione, cũ ibi tradditis, & auten. Itẽ si appellatione C. de tẽp. & repar. appel. & nõt. pulchre in ꝓposito Io. Andr. ĩ additione Spec. in tit. de appel. §. Nunc videndum, vers. licet autẽ in additione magna inci. ex ratione, Et facit, quod tradditur in auten. Ei qui C. de temp. appel. Quoniam tunc saltem disputandum esset, an ista restitutio competeret, Et dico adhuc, ꝙ Excellentia Marchionalis quæ est Iudex ad quem, nõ autem Magnificum Consilium, & sic Iudex à quò haberet super hoc cognitionẽ, qr. perempta instantia adhuc superest Iudicis officium, Et qr. non in effectu est perempta propter reliquias petende restitutionis. & ita concludunt Cyn. & Bart. ac Bal. in l. præses C. de appel. & sequitur D. Philip. in d. c. Ex rõne in 11. col. vers. circa quartam Ex quo sequitur ꝙ multo magis cognoscendum est de desertione, per Iudicem ad quem, licet vt dixi in articulo pͨcedenti, nulla adsit desertio.

Quo ad quartum & vltimum Dubium, dicebam, & denuo dico, ꝙ posito, ꝙ ab ipsa sententia, per consilium lata nõ licuisset prout in actis dicit Domina Dorothea Ipsi Domino Gabrielli appellare, ꝙ licuisset saltem supplicare d. l. Si quis aduersus, C. de pͨcib. Imp. offe. Iuncta auten. Quæ supplicatio, nõnt. Glo. & Docto. in c. Ex literis de resti. in integ. Vbi dicit Panor. in secunda seu tertia col. quòd in omni materia legis vel rescripti, Vbi non licet appellare, licitum est supplicare, Notat Specul. in titulo de supplicatione & late Imol. in consilio 145. inci. Visis, & diligenter ponderatis, & hoc non tantum procederet in sententia Senatus, sed etiam Regis secundum Bald. in dict. l. Prima in fin. ff. de offi. Præfe. præto. & Marti. de Laude in Tractatu de Principibus vers. 401. & patet in dict. cap. ex literis, & in d. c. Cum ex literis de integ. resti. Vbi ad supplicationem condemnati, sententia Papæ mandatur reuideri, Hoc enim modo, licet tollatur forma appellationis non tamen tollitur substantia eius, quæ secundũ Panor. in Rubrica de appel. tolli nõ põt, Facit qr. remota appellatione non intelligitur remota q̃rella ad superiorẽ, vt nõt Bal. in l. fi. §. fi. in vltimis verbis C. de tempo. appel. & ibi sequitur Sallice. & pulchre in proposito Roma. in Repetitione Rubrice de arbi. in 17. col. ab omni. n. superioritate Principis, ĩtelligitur Ius honestatis exceptum, secundum Bal. in l. Quòd ex liberta C. de ope. liber. ita

Ita q̄ si princeps mandat aliquid contra conscientiam, non sit ei obediendum, nec in pace, nec in guerra secundum Bal. in auten. habita C. ne fil. pro patre, Et non valeret constitutio principis, per quam contingeret, Iustitiam denegari, secundum Inno. in c. Quæ in Ecclesiarum de consti. quem refert et sequitur Marti. de Laud. in tractatu de principibus in vers. 496. Sic non valet statutum per quod iustitia, vel audientia denegatur, secundum Bal. in l. Vt vim .ff. de Iusti. & Iu. & l. pe. C. de pactis, Ex quò sequitur q̄ princeps tenetur admittere, & recipere supplicationem, ad quòd facit textus in d. l. prima in ratione, & in dicto C. de senten. Præfect. præto. & d. l. Si quis aduersus, Immo si non reciperetur supplicatio, vel querella, posset haberi recursus ad Iudicem Ecclesiasticum, in defectū iustitie Secularis, secundum Bal. in d. l. 1. ff. de offi. præfe. præto. Facit textus in Clementina pastoralis de re iudi. Et qđ notatur in c. licet ex suscepto de for. competen. & late in c. Nouit de iudic. Vbi Panor. in 8. col. vers. secundo nota Vult q̄ contra sententiam æuidenter iniquam, saltem recurri possit, per viam Euangelice denontiationis, & hoc præsertim, cum in patria Montisferrati, non possit haberi recursus ad Imperatorē, propterea qr. hoc habet ex priuilegio, cum sit Vicarius Imperialis perpetuus, lex enim in proposito subrogat supplicationem loco appellationis, tamquam supplicatio sit honestior, & minus grauans Iudicis sententiā, Sic & alias in l. Serui ff. de appel. faciunt notata per Pau. de ca. & Moder. in d. Auten. Quæ supplicatio, iuncta d. l. Si quis aduersus, Dum dicunt, q̄ quādo ratione dignitatis personarum, prohibetur appellatio, non intelligitur prohibita supplicatio, Est verum, q̄ aliquando supplicatio ex gratia cōceditur, vt qñ per legē ꝓhibet̄, in odiū partis appellatio, vt qr. fuit contumax, & allegatur impedimentum, quòd plene probari non potest, Nam de rigore Iuris, sententia transiuit in rem iudicatam, & tñ pōt Princeps de gratia audire supplicantem contra sententiam, vt d. c. ex literis, Ista autem supplicatio, infra biennium coram Iudice ad quem, seu superiore, q̄ sententiam non tullit, quandocūq; porigi pōt, secundum tex. & notata in d. l. 1. C. de senten. Præfe. præto. Glo. Bar. & Docto. in dict. auten. Quæ supplicatio, Glo. Innoc. Butri. & communiter scribentes, in d. c. ex literis, & Spec. in tit. de supplicatione, ex quo concluditur, quòd si non licuit à sententia Consilii appellare, tamen licitum fuerit quærellare, vt notat Bal. in locis allegatis, vel supplicare ꝓ prædicta, Nec obstat si dicatur, non fuisse supplicatum, Quia respondetur, q̄ querellatū saltem fuit, Cum non fiat appellatio, sine quærella, vt patet in diffinitione appellationis, & in l. Prima in principio .ff. de appel. & in capitulo ad nostram eo. tit. Præterea adest in libello appellatorio, clausula Ius & Iustitiam ministrari, quæ operatur vt videatur remedium de iure competens imploratum, secundū Calde. Butri. & Panor. ac Docto. in c. secundo de ordi. cogni. post Innoc. Ibi, & Butri. Panor. Imol. ac Dominum Andr. Siculum in c. primo de offi. deleg. in notabilibus, Butri. in c. Ecclesia Sante Mariæ el primo vt litte pendente. In tantum vt secundum Panor. in c. fi. in fi. de Iureiuran. Qñ actor istam clausulam apponit, videatur interpellare Iudicē, adeò vt Iudex possit supplere & suum officiū impartiri, etiā si non petatur, & dixit Allex. in cons. 61. inci. viso processu tertia col. secundo vol. quòd Vbi adest talis clausula intelligitur conclusum, prout ex narratis, quo quo modo concipi potest Vnde quia narratur grauamen, intelligitur conclusio propter illam clausulam facta de prouisione, quæ circa illud grauamen de iure competit, Nec obstat quòd dicitur istud procedere, quando narratio, non contrariatur remedio Iuris quòd quis vult intelligi ex illa clausula intentatum, Ita quòd remedium contrarium narrationi non possit dici intentatum, vt notat Allexan. in consilio 111. inci. Viso processu, prim. volumine Sicut euenit in pro-

 posito

posito, Vbi apparet fuisse narratum grauamen, & Vlterius quòd fuisset appellatum, Quæ narratio appellationis, non conuenit supplicationi, cum in multis differant, vt notat Spec. in dict. titulo de supplicatione Cyn. & Docto. in dict. autent. Quæ supplicatio, ac Glo. & Docto. in dict. cap. Ex literis Quia respondetur. quòd licet narretur fuisse appellatum, Non eò minus narratum fuit grauamen, cui conuenit supplicatio, stant enim simul, quòd ego narrem me appellasse, & grauamen, Siue ꝗ verè appellauerim, & nichilominus non obstante appellatione, adiutar ad supplicationem, vt patet ex textu & ibi notatis per Innoc. Butri. Panor. & Docto. in dict. cap. ex literis Vbi fuerat appellatum, ac etiam supplicatum, Et omissa Appellatione quia non poterat habere locum, proceditur prætextu supplicationis, & pars prætextu supplicationis auditur, propter quòd, magis diuersa sunt dicenda, appellatio & supplicatio, quàm contraria, cum supplicatio subrogetur loco appellationis dict. l. Si quis aduersus & dict. l. prima C. De senten. Præfe. præto. cum concordantibus, sicut & in d. cap. secundo Volunt Docto. ꝗ narratio contineret petitorium, & possessorium, & in altero tantum fuerat conclusum, prout in proposito, & nichilominus clausula ista ius, & Iustitiam facit vt remedium magis competens de Iure foret intentatum, Item adest in libello appellatorio, seu supplicatione principi porrecta clausula vt remedio magis opportuno de Iure, seu melliore, princeps dignaretur ipsi Domino Gabrielli, succurrere, Quæ operatur vt libellus sustineatur eo modo quò fauorabilius iuuari potest intentio proferentis, iuxta notata per Antonium de Butr. in c. littere de dillatio. & in cap. examinata de Iudic. Nam per Illam clausulam apparet Dominum Gabriellem, ac proferentem se non voluisse restringere ad specificata tantum, secundum Bal. in l. Vinum 15. col. ff. Si cer. pet. notat Imo. in l. Nemo potest. ff. de legatis primo & in cap. Si cautio, de fid. instr. Lafran. in Repetitione cap. Quoniā contra, in vers. confessiones in quinta col. de probatio. & Allex. in cons. 60. inci. Circha processum secunda col. & 123. inci. post redditum 2. vol. cum concordantibus. Insuper corā principe, non attenduntur iuris formule, cum ipse cognoscat vt Deus, & sola facti veritate inspecta, Vt dixit Bal. in l. fi. in principio C. de Iur. delib. nec attenduntur Iuris solemnitates c. Ad petitionem de accusa. & quòd dixit Inno. in c. primo de lit. cont. ꝗ coram principe sufficiunt narrationes, absq; vlla petitione, Adeo vt possit pronuntiare, super non petito, secundum Dominum Anto. de Butr. Panor. & Imol. in c. cum inter de consuetu. & Butri. in c. inter dillectos prima col. de exces. præla. Bal. in l. Eòs in principio C. de appel. & in l. Bonorum C. Qui admi. & in cap. cum Ecclesia tertia col. de cau. pos. & propri. Imo. in capitulo Ex tenore in fin. de rescrip. facit ad prædicta etiam quæ notat Innoc. & Panor. in cap. in causis, & quòd ibi l ate cumulant Moderni in prima, & secunda col. de re Iudi. Imo plus secundum Roma. in cons. 497. inci. in casu proposite consultationis, in fin. Ille cui princeps commisit causam cognoscendam sola facti veritate inspecta, potest incipere cognoscere ab articulis, & ferre sententiam illis non probatis, Et tunc nulla solemnitas Iuris ciuilis requiritur, Nec seruanda est secundum Anto. de Butri. in cap. Dilecti in notabilibus, de iudi. & ibi etiam Are. Ad quòd facit Cle. Sepe de verbo. Signi. & sufficit qualis qualis petitio secundum Bar. in extrauaganti ad reprimendum, in vers. Sine figura circa medium, Vbi fortius voluit, quòd si fuit vnum petitum & aliud probatum, potest ferri sententia Super non petito, dummodo iuxta petita Vt ibi per eum Quem sequitur Allexan. in l. Vinum in fin. commenti. ff. Si cer. pet. Io. de ligna. & Imol. in dict. Clemen. sepe Ioan. de ana. in capitulo licet heli de Simon. in Vltima charta, Quinimo si petitum

fuerit

fuerit aliquid ex vna causa, & probatum fuerit alia causa, Iudicandum erit, ex causa probata secundum Ant. de Butr. in cõs. inci. Viso puncto post Io. And. in additione Spec. in titulo de actio. & peti. .§. sequitur super vers. Hoc quoq;, Quos refert, & sequitur Allexan. in l. Ita stippullatus .§. Grisogonus in nona col. ff. de verb. obliga. Ex quò sequitur quòd non fuit necesse coram Principe Supplicare in forma supplicationis, Sed sufficit appellatio & quiuis modus quærellandi, ita quòd de iniustitia & læsione possit ex narratis concipi, vel ex processu per prædicta.

Postremo quia additus fuit Princeps, cum primum factus fuit pubes per Dominum Gabrielem, posset dubitari an ipse Princeps sit ætatis legitime audiendi ipsum Dominum Gabrielem, & cognoscendi de eius appellatione vel supplicatis, Et Breuiter concludendum est quòd sic, Quia aut consideramus eà quæ sunt administrationis & Illa non potest princeps minor sine curatore expedire, vt notat Bart. in l. Quidam consulebat .ff. de re Iudi. in fin. commenti, Cum non sit Princeps minor ad hoc Idoneus argumento l. Spurii .§. primo .ff. de decurio. facit quòd & notat Innoc. & Archid. Io. And. & Gemini. in c. Grandi de supple. negli. præla. in sexto Dum volunt Principi prodigo, vel furioso etiam maiori, dandum esse curatorem, per illum textum Cum non sit ad administrationẽ principatus Idoneus, Et sic, intelligendum est, quòd dixit Ange. in l. prima C, de tuto. & cura. Illu. perso. Aut vero consideramus ea quæ sunt Iurisdictionis simplicis, & nude, quæ non habent administrationem rerum suarum annexam, & tunc potest Princeps pubes ea expedire, vt dixit Bart. in dict. l. Quidam consulebat, in Fi. Quia ad exercendos actus Iurisdictionis, videntur ab Imperatore, & superiore, qui concessit principatum transitorium ad heredes etiam puberes, & minores, pro idoneis habiti, & dispensati, per textum in dict. l. Quidam consulebat, Et idcircho Martin. de Lau. in Tractatu de Princip. dixit se consuluisse, quòd Princeps pubes possit legitimare, qui potest etiam indubitanter de Feudo antiquo inuestire, vt est expressum in cap. primo per quos fiat inuesti. in principio vbi plus volunt Moder. ꝙ Princeps minor & pubes possit nouum feudum concedere, & de Feudo nouo inuestire, quia persone sue dignitas hoc suadet, argumento l. Cum plures .§. fin. .ff. de admi. tuto. & notatur in dict. cap. Grandi Nam propriũ Principum est donare, Vt ibi, & cum prædicta opinione, quòd Princeps pubes possit sine Curatore, exercere ea quæ sunt Iurisdictionis Vltra Bar. vbi supra tenet Panor. in cap. Cum vigesimum de offi. deleg. Imol. prout refert Gemi. in dict. cap. Grandi, in vltima col. & hæc opinio est vsu approbata, Ne inuito detur curator contra textum in §. Inuiti Insti. de Curato. Et quia Princeps est supra legem l. Digna vox C. de legib. cum Vulgaribus. Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Et Ita de Iure dicendum videtur michi Alberto Bruno Astensi I. V. Doc. minimo saluo Iudicio rectius sentientis.

Post scripta, videtur ꝙ etiam à sententia Ducis vel Marchionis liceat appellare, ꝑ tex. in d. l. Si qñ vbi Bar. & Docto. C. de appel. & notatur ꝑ Cano. in Rubrica eo. tit. de appel. vbi Panor. in vers. venio ad sextam questionem in fi. & Felli. in c. solite pe. col. de maio. & obe. Dicentes à Duce, vel Comite, aut alio Principe habẽte ĩ feudum ab alio Superiore Principatum, posse ad illum appellari, facit quòd dixit Bar. in l. 1. §. Si quis ĩ appellatione in fi. cõmenti. ff. de appel. & tex. cum Glo. in c. Romana. §. Debet de appel. in 6. ꝙ appellari debeat à Domino Feudi, ad illum qui cõcessit feudũ, Non obstat d. l. 1. à quib. appel. non lic. ꝙ à sententia Principis non appelletur, qr. loquitur in Cæsare suppremo Principe, & idem in aliis nõ recognoscentibus superiorẽ, vt per Panor. in d. Rubrica extra de appel. vers. Circa quintũ vbi etiam Philip. Franchus & Dñs Præposi.

Et dato, ꝙ à tali Principe superiorem recognoscente, non posset appellari, propter dignitatem eius, prout dicimus de Præfecto prætorio, saltem potest supplicari ad cæsarem, quando inmediate sunt sub Imperio, si adsit Imperator, vel ad Regem cui subsunt, alias potest supplicari Pontifici, secundum Bal. in l. prima in fin. commenti post Gullielmum de Cuneo, ff. de officio Præfe. præto. sequitur Dominus Præpo. in Rubrica de appel. in Decretalibus 14. col. vers. Sed quid de Regibus. Quòd dictum procedit etiam in Rege superiorem recognoscente, secundum Bald. & Dominum Præpo. Vbi supra.

Est bene verum ꝙ si porrigeretur supplicatio Ipsi Principi, Qui tulit sententiam, quòd ipse posset illam reiicere, Sicut potest tollere appellationem, secundum Panor. in dict. Rubrica de Appel. vers. Ad tertium & Bal. in l. Fi. C. De legib. Sed de honestate debet illam admittere, Vt per Dominum Præpo. in dict. Rubrica de Appel. 12. col. vers. Ista tamen, per notata per Bald. in l. Princeps .ff. de legib.

Et Quando Princeps facit iniustitiam euidentem, Esto quòd superiorem non recognoscat, potest ad Papam appellari, vel Papa adiri, secundum Panor. in dict. Rubrica de appel. in tertia col. vers. Ad quintum, cum concordantibus adductis per Dominum Philip. Franchum, in dict. Rubrica, tertia col. vers. Quid autem sit à sententiis Regum &c. & in c. Si duobus .§. Deniquæ secunda col. vers. Tertio limita eo. tit. Vnde multo magis stante euidenti iniustitia, potest à Principe superiorem recognoscente appellari, & fortius ab eius Senatu.

Ad prædicta facit decisio Bart. in dict. l. Si quando C. de Appel. cum concordantibus allegatis per Felli. in Rubrica eod. tit. pen. col. ꝙ si Rex Iudicat, vt Dux, vel Comes, appellatur ad superiorem proximum in Ducatu, vel comitatu, Et sic patet fortius posse à Senatu prædicto appellari, Et licet Cyn. in l. Fin. C. de peti. hæredi. quem sequitur Io. And. in tit. de appel. §. Videndum, dicant hodie Senatorem Vrbis Romæ, subrogari Senatoribus antiquis Vrbis, Tamen videmus ꝙ de facto ab eò appellatur, & quòd non habet priuilegia antiquorum Senatorum secundum Ang. Are. in dict. l. Prima in prima col. .ff. à quib. appel. non lic. Et Vlterius constituitur à Papa suppremo omnium Principum, Vt Ibi, Ita quòd isti Domini Senatores, non possint dici illi similes.

Item ad prædicta facit, Quia propter defectum iustitie non ministrate, per Principem, qui superiorem recognoscit, potest adiri imperator, vt per Panor. in c. licet ex suscepto in quarta col. in Decimotertio casu, de for. compe. Et si non possit haberi copia Imperatoris, vel talis Princeps nullum recognoscat, potest adiri Papa vt Ibi, vnde merito non potest reyci appellatio antedicta. Laus Deo & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

AD idem consilium Domini Ias. qui præcedens vidit illius corroboratiuum.

An à sententia lata, per Magnificos consiliarios Curiæ Illustrissimi Domini Marchionis Montisferrati, de Iure posit appellari, vel alio remedio contra eam sit consultum.

Et an appellatio quædam ab ipso Consilio interposita, esset deserta

Et an Decretum habeat locum quando appellatur ad Principem.

CONS. CCI.

REdemptoris Crucifixi, & Gloriosissimæ Virginis nominibus pro veritatis & Iustitiæ suffragio inuocatis, videtur prima consideratione dicendum, quòd à sententia lata

lata p Magnificos Cōsiliarios Marchionales, Non sit licitum appellare, cum à sententia Senatus appellari non possit, l. prima. §. Sciendum. ff. à quib. appel. non licet, Glo. 12. questione prima in c. Ecclesia, præsertim, cum talis sententia lata sit ab ipsis Senatoribus, & non ab aliquo Senatorum separatim, secundum Specu. in tit. de appel. §. videndum restat, vers. Item quòd dixi.

Præterea talis appellatio interposita per Dominum Gabriellem dicitur esse deserta, præsertim considerato Decreto Marchionali limittante in causis appellationum tempus 15. dierum ad Impetrandum Iudicem, seu commissarium, super ipsa causa appellationis.

Item limitante instantiam prosequende appellationis, ad tres menses continuos, vnde in terminis dicti Decreti Marchionalis consuluit in specie Bald. cons. 20. primi voluminis, inci. Decreto Illustris Domini Marchionis Montisferrati cauetur &c. quòd elapsis dictis tribus mensibus indubitanter dicendum sit causam appellationis esse desertam, & q omnes termini decisiui appellationum sunt fatales, vt legitur, & notatur in l. Arbitro. §. pe. ff. de dolo, Et cum in illo Decreto nō fiat aliqua mentio de reparatione appellationis, Isti tres menses succedunt non solum loco anni, sed loco biennii præfixorum de Iure communi, Ita ibi Singulariter tenet Bal. & appellatio Deserta habetur pro non interposita, Glo. in l. Secunda. §. quòd si arbitro, in verbo exequtioni, C. de temp. appel. Desertio autem appellationis probatur ex inspectione actorum in quibus apparet, nō fuisse processum in causa appellationis, secundum Bal. in l. Si contra C. de appel. Nec dicatur, q à sententia Senatorum Marchionalium quàmuis non sit licitum appellare, tamen licitum est supplicare, l. Si quis aduersus & auten. Quæ supplicatio C. de Præcib. Imp. offe. l. prima C. de Sent. præfe. præto. & l. Præfecti ff. de minor. Quia respondetur, q quando appellatio est deserta vt in præsenti casu, si non licet postea appellare, Ita etiam non est licitum supplicare, l. prima & quòd Ibi Bart. C. ne lice. Tertio prouo. l. Fin. & ibi Glo. & Scribentes C. Vt lit. penden.

Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de Iure præualere, q imo Domino Gabrielli licuerit appellare à sententia Senatorum Marchionalium, & q etiam sibi licitum fuerit supplicare, & q eius appellatio nequaquam est deserta, & quòd licitum sit appellare à sententia Senatorum Marchionalium patet, quia Senatores hodierni, non habent illam authoritatem, quàm olim habebant, vt est Glo. in l. Non ambigitur. ff. de legibus, bene facit textus in l. Fin. §. fi. ff. de Sena. patet quia Senatoribus Romanis olim multa licebant, que non licent hodiernis l. Prima §. De qua re, ff. de postul. l. Quominus ff. de flumi. l. Quòd Principis ff. de dam. infe. & quòd istud sit clarum & expeditum, in Senatoribus Marchionalibus patet, Quia Senatores Romani, à quibus non licebat appellare, erant Illustres, vt est textus in d. l. Fi. §. fi. ff. de Senato. l. Fi. C. de consuli. lib. 12. Spec. & Io. And. in titulo de Iuris. omni. Iudi. Sed Marchiones sunt solum spectabiles vt est textus in l. Si quando C. de appel. & in l. Raptores, C. de rap. Virgi. & in §. Fi. in auten. de appel. & Ita tenet Spec. in titulo de Iuris. omni. Iudi. Bal. in c. cum accessissent in 4. col. de consti. & in l. prima §. primo ff. de offi. Præfe. præto. Si ergo Marchiones sunt solū Spectabiles ergo minus erunt Illustres eorum Senatores, Quia propter quòd vnum quodq; non tale, & Illud multo, minus, auten. Multo magis, C. de Sacrosan. Eccle si. c. cum in cunctis, & ibi Glo. de ellectio. Glo. in Cleme. vnica in principio de reli. & Ve. Santo. Bal. in cap. primo in fin. per illum textum qui succes. tene. vnde cum Senatores Moderni non sint Illustres, prout erant apud priscos; Illi Romani Senatores, ergo ab eorum sententia de Iure licitum erit appellare, Bene facit textus in l. A proconsulibus & comitibus

C. de

C. de appel.

Præterea regula generalis est, q̃ à quacunque sententia potest appellari, nisi quatenus prohibeatur, l. Et in maioribus, & l. Litigatoribus C. de appel.& c.Super eo el secundo eo. titulo. Et quælibet appellatio regulariter censetur esse permissa, Nisi specialiter reperiatur prohibita, vt est Glo. in l. Qui restituere ff. de rei vendi. in Glo. fi. ad fi. Quam ibi notant Bal. & Ange. & eam reputat valde notabilem Bal. in c. Pastoralis in principio in tertia col. de appel. Et est similis Glo. in §. Audient, in Auten. de Iudi. vnde standum est Regule, donec doceatur de ista exceptione l. Suus quoq; verſ. Puto ff. de here. insti. l. Ab ea parte. ff. de proba. c. Ad decimas de resti. Spoli. in 6. c. Venerabilibus. §. potest quoq; de senten. exco. in sexto, Alibi dicit Bal. in l. Si tutor in fi. C. de seru. pig. da. manu. quòd Regule Iuris sunt tenaciter obseruande, nisi in contrarium appareat casus specialis, Item pro Regula est semper pronunciandum, nisi contrarium expresse probetur, secundum Bal. in cap. primo tertia col. de alie. Iudi. mu. causa fac. qui dicit ita elleganter notari per Glo. in l. Qui restituere ff. de rei ven. Item Regule debemus inherere, tamquàm firmamento secundum Bal. conſ. 327. prime partis incip. pridie enim consului, circa fin. Alibi dicit notabiliter Bart. in l. Quotiens. ff. Si quis cautio, quòd non dicitur esse dubium, de quo est regula Iuris, licet sint aliqui casus exceptuati, nisi de illis casibus specialibus doceatur, Alibi dicit egregiæ Glo. supra Rubrica de regu. Iur. in sexto ante fin. quòd potior est causa eius pro quo facit Regula, Cum aduersarius habeat necesse ostendere rationem fallentie.

Præterea grauiter peccant Senatores Qui procurant apud eorum Principem, Vt ab eorum sententiis appellari non possit, secundum Andr. de Iser. in fortioribus terminis, in c. Imperialem. §. præterea si inter in 12. col. de prohi. aliena. feudi. pre Frede.

Item appellatio per Dominum Gabrielem interposita, Nullo modo potest censeri esse deserta, Quia tempora appellationũ limitata à statuto, vel Decreto Marchionali non habent locum, quando appellatur ad Principem, & sic quando causa appellationis est examinãda coram Principe, vel eius Consistorio, vt in auten. Sed lis, & in corpore, Vnde sumitur. C. de tẽpo. appel. c. ex insinuatione de appel. bene facit qđ notabiliter decidit Bal. in c. Venientes pe. col. de Iureiuran. vbi decidit q̃ si statutum disponat q̃ nõ possit appellari, nisi infra eãdem diem, Certe istud Statutum nõ intelligetur si appelletur ad Principem qr. Ius cõe, qđ ad Principis potestatẽ ꝑtinet, semꝑ videt̃ exceptũ, vt notatur in c. Ad nostram eo. tit. de Iuriur. Et ideò poterit ad Principẽ appellari, infra 10. dies, Sed ad Iudicem appellationis Illius terre, nõ poterit appellari, nisi prout Statutum dictat.

Præterea impedito conceditur secundũ Fatale, & sic secundus annus auten. Ei qui, & auten. Item si appellatione C. de tempo. appel. & c. 1. §. in causis, & Ibi Bal. de pace constantie, Nec est verum illud quod dicit Bal. in præallegato conſ. 20. primi voluminis, q̃ cum istud Decretum Marchionale non faciat aliquam mentionẽ de reparatione appellationis, q̃ illi tres menses succedant nõ solum loco anni sed ẽt loco Biennii ꝑfixorum de iure cõi, Nam primo Bal. ad hoc nichil allegat, vnde ẽt Glo. nõ est credendum, q̃ñ aliquam legem non allegat, secundum Bal. in l. Respublica, C. ex quib. cau. maio. Item cuicumq; Doctori licet magno, non debemus credere, nisi dictũ suum probet per autenticã scripturam c. Ego solus 9. Distin. ita nõt. Archi. in c. Nollite, per illum tex. 11. q. 3. Præterea illud tempus trium mensium limitatum instantie appellationis, ꝑ Decretum Marchionale succedit solum loco primi anni statuti à Iure cõi, ad proseq̃ndum appellationem, Non aũt succedit loco secundi fatallis, & sic Biennii concessi, ꝑ Ius cõe, per illud quòd nõt Bal. in l. In contractibus in princ. in primo notabili C. de non nume. pec.

pec. per illum tex. in verbo Bienniũ, pro quinquennio, vbi not. ꝑ illum tex. ꝙ tẽpora Statutaria breuiora minuẽtia tempora legalia, sappiunt eadẽ naturã, quã habent tẽpora maiora iuris cõis. & ita etiã dicit Bal. in c. Si quis ꝑ triginta in ultima col. si de Feu. fue. contro. inter Domi. & agna. vnde trimestre tp̃s ꝑ Decretũ Marchionale ad prosequẽdũ causã appellationis. subrogatũ loco anni statuti à Iure cõi sappit illius naturã, nec vltra egredit̃ ut etiã secundum annũ, & sic secundũ fatale Iuris cõis complectatur. Itẽ cum istud Decretũ Marchionale derroget Iuri cõi, quo ad abreuiandum instantiã prosequendæ appellationis, debet postea restringi ne ulterius corrigat Ius cõe. quoad secundũ Fatale, de quo ipsum Decretum, nullam mentionẽ facit Iux. Glo. in l. Fi. §. in cõputatione. C. de iur. delibe. & in l. 2. C. de noxa. Impedimenta aũt Domini Gabriellis de Asinariis quibus nõ potuit appellationẽ prosequi, sunt aperta, & manifesta, in primis ætas minor Illustris Marchionis Montisferrati presentis, Ad quẽ tamquã ad superiorẽ Consilii Marchionalis appellatio uenit deuoluenda, Vnde si impedimentũ veniat propter Principẽ, ad quem fuerit appellatũ, habebit appellans nõ solũ bienniũ, sed ẽt si ꝑ mille annos impedirer̃ ex facto Principis, nunq̃ currit appellanti tp̃s, secundũ Abba. in c. ex rõne 2. col. per illũ tex. cũ glo. de appellationibus. Preterea Illustris Dominus Cõstantinus tunc Gubernator patrie Mõtisferrati, erat suspectus Domino Gabrielli ex multis, prout deductum fuit in processu, Vnde non erat corã quo Dominus Gabriel appellationẽ posset secure ꝓsequi, qr. quãdo caput est suspectũ, totũ cõsiliũ, etiã suspectũ reddit̃, secundũ Bal. in l. 1. in 2. col. C. si rector. prouin. ponuntCano. ĩ c. 1. super Glo. 2. de Iudiciis. Præterea parte Domini Gabriellis fuit tẽpore cõgruo, & modo debito appellatũ, à sententia lata ꝑ dictos consiliarios ad Excellentiã Marchionalem. quam appellationem Domini consiliarii nolluerunt admittere, à qua non admissione fuit iterũ appellatum ad prelibatam Excellentiã & semper fuit data repulsa, & per Dominum Gabriellem facte sunt debite protestationes Vnde donec fuit dubitatum, an à tali sententia cõsiliariorum Marchionalium potuerit appellari, vel non, Nunq̃ currit tempus appellationis prosequende, vt est tex. notabilis in l. si cum ipse, & quæ notabiliter ibi decidit Bal. ff. de excu. tuto. & text. in l. Fi. C. De adulte. & in l. Quinquẽnium. ff. eo. & in c. Ex ratione, de appel. facit quod decidit Dominus Abbas in c. Penultimo in 5. colum. de Iudi. & in c. 2. ad Fi. de eo qui mit. in pos. per Io. And. in additione Spec. in tit. de dilatio. §. 1. in Versi. Sed pone, & ĩ tit. de Deleg. §. Restat. vers. Quid si statuta in vltima questione, sic etiã donec Iudex deliberat an admittẽda sit exceptio, Vel non interim non labitur tẽpus, quin postea possit probari, Vt est glo. notabilis. in c. Cupientes. §. ꝙ si per 20. in verbo Videbit̃ de ellectio. in 6. Præterea in dubiis pronuntiandum est, ꝙ appellatio non sit deserta prout in terminis decidit Pau. de Ca. in l. 1. ff. si quis cautio. Vbi refert se cõsuluisse de facto ꝑ illum text. dum esset dubium, an appellatio esset deserta, vel non, & essent rationes pro, & cõtra, ꝙ Iudex in dubio debet pronuntiare, ꝙ non sit deserta, Idem etiam tenet, Lud. Roma. & Dominus Allex. Ibi.

Similiter quando dubitatur, de legitima cã appellandi, Iudex à quo in dubio debet deferre appellationi, ut est glo. in c. vt debitus in verbo ex rationabili causa & ibi Abb. in 8. col. de appel. Io. And. in c. Si à Iudice, eo. tit. in 6. Item quando dubium est an possit appellari, vel ne, Iudex in dubio, debet admittere appellationem & ei deferre, ut l. Sciendum. ff. de appel. reci. Spec. in tit. de appel. §. Nũc dicamus. ver. 1. Cano. in d. c. vt debitus habetur in l. de statu. ff. de testamen. & in l. properãdum. §. si autem. C. de Iudic. & in c. Pastoralis, §. præterea vbi Abbas in 2. colum. de offi. deleg. Dominus Cardi. Floren. in cle. 1. 5. col. de dolo & contu. Archi. in c. cordi & in c. si à Iudice de appellat. in 6 Item quando à sententia lata propter Excelsã senten-

sententiantis dignitatem non licet appellare, semper tamẽ licet supplicare ad Principem, & talis supplicatio Principi, potest quandocumq; infra biennium offerri, vt est tex. in l. 1. C. de senten. Præfe. præto. Glo. Bar. & Docto. in auten. Quæ supplicatio, C. de pcib. imp. offe. Glo. & Docto. in c. ex literis de in integ. resti. Adeò ꝙ in omni materia legis vel rescripti, vel instrumenti, vbi non licet appellare, semper tamen licitum est supplicare ita notat Dominus Abb. in d. c. Ex literis 2. col. ꝑ Glo. Ibi in verbo supplicauit, in princ. quã ad hòc reputat singularem Et si per statutum esset remota appellatio, non tamen esset præclusa via supplicationis secũdum Bal. in l. [illegible]. §. fin. in fi. & Ibidem Sali. C. de tẽpo. appel. Vnde licet à sententia nõ possit appellari. l. 1. in princ. ff. à quib. appel. non li. Tamen, bene potest supplicari, secundum Bal. in l. 1. §. fi. ad fi. de offi. Præfe. Præto. ff. Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Ita cõsulo Iuris esse Ego Iason de Maino Iu. Consultus Cæsareus, & Regius Senator, & in fidem manu propria cum soliti sigilli impressione subscripsi, saluo semper Iudicio cuiuslibet rectius sentientis.

SI Vnus Dominus Castri, promitat nõ acquirere, in territorio alterius sub pena, an poßit alter eorũ mutuum dando alicui de territorio alterius; sibi consulere per hypotecã talium bonorum acquiri probibitorum.

CONS. CCII.

DVM dubitatur an qr. isti Duo Dñi qui conuenerunt, ne alter acquirat, in territorio alterius sub pena, possit vnus eorũ vendendo, vel mutuãdo granum homini alterius, se cautum facere mediante hypoteca bonorum quæ habet ille homo in territorio alterius ex dictis Dominis cui subest ipse q. capit granum, Istam quæstionem ponunt Cyn. & Sali. in l. fin. C. de reb. alie. non alie. vbi determinant, ꝙ impune hoc fieri possit, vult Bal. in c. 1. §. Rursus in additione quib. mo. feu. amit. Qr. creditori non quæritur, quòd à debitore non aufertur. l. In quorum. ff. de pigno. & l. Si cum venditor, ff. de euictio. nisi secundum Salic. ꝑ tanto tradderetur res, ꝙ nõ esset spes Luitionis, vt ibi per Sali. Iunctis notat. ꝑ Bart. in l. Rem legatam, in fi. commenti. ff. de adimen. lega. & in l. Qui habebat in princ. ff. de leg. tertio cum concordantibus. Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

SI mulier vsufructuaria bonorum mariti, dicat se vsufructuariam etiam Feudalium, ex natura feudi, contrarium dicente fratre mariti, Quis interim stare debeat in possessione. Fructus an poßint interim authoritate saltem rescripti Principis sequestrari.

CONS. CCIII.

POst scripta, Qr. fit noua difficultas, Quis debeat stare in possessione lite pendente, An Dominus Iohannes, an vxor Domini quondã Nani eius fratris, vsufructuaria bonorum mariti, Puto dicendum, ꝙ aut loquimur de his bonis, quæ liquidæ constat esse feudalia, vt pedagia, mollendina, Red ditus Iurisdictionũ, & similia, de quibus in inuestituris, & in tit. quæ sint regalia, & in c. 1. in princ. de Capi. qui Curi. vendi. & in istis stare debeat Dominus Iohãnes per Doctrinam generalem quæ vult, ꝙ lite pendente possidere debeat, Ille qui habet Iuris præsumptionem pro se, c. cum persone, §. 1. & fi. de Priuil. in 6. & quòd habetur in terminis, in c. 1. §. inter filiam alias §. 2. Si de feu. fue. contro. inter Domi. & agna. aut verò loquimur de his rebus, in quibus cadit dubium, an sint allodiales, vel feudales, vt sunt prædia rustica castro non connexa, & in horum pos-

fessione stare debet ipsa Domina secunda quousq; cognitum sit, & decisum, an sint allodialia, vel feudalia, eo qr. psumũtur allodialia, vt est textus in d.c. inter filiam, & habetur per Glo. & Docto. in c. primo Si de feu. fue. controuer. inter mascu. & femi. facit Regula dict. cap. cum persone, Nisi Dominus Iohannes vellit probare, per modo constat modo agatur, ꝙ sunt feudalia, vt habetur in dict. §. inter filiam & in c. 1. in princ. per And. de Iser. eo. tit. & interim examinabuntur exceptiones non confecti inuentarii, & legatum vsusfructus an se possit extendere ad feudalia, Et prædicta maxime procedunt, ipsis ambobus anhelantibus ad possessionem.

Constito autem ꝙ alter præuenerit in capienda possessione, prout dicit se præuenisse Dominus Iohannes, iste est etiam lite pendente thuendus, c. 1. cum ibi notatis per Panor. & alios vt lit. pen. & late habetur per Innoc. & Panor. in c. secundo de in integ. resti. Quòd intelligo saltem quousq; summarie sit cognitum, & ordinatũ, quis lite pendente debeat stare in possessione iuxta prædicta.

Nec potuit fieri sequestratio fructuum, quæ lite pendente est prohibita, l. Imperatores §. Idem rescripserunt, Vbi Imo. & ambo Angeli ff. de appel. Bal. Ang. & Moderni in l. 1. C. de prohi. sequestr. pec. Panor. in cap. secundo alias fi. in fi. commenti, de sequestr. pos. & Fru. licet descriptio fieri possit, vt in locis præallegatis habetur.

Nec valent litere Principis mandantes, fructus sequestrari, nec est eis parendum, Cum nemo possit authoritate rescripti possessione priuari, nisi causa cognita, sequitur declaratio l. Fi. C. si per vim vel ali. modo, & l. Meminerint C. Vnde vi vbi puniuntur impetrantes tales literas. Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

AN Valeant proclamata, ne forenses receptentur, Nisi primo consignentur.

Et an Dominus possit inhibere ingressum sui Territorii forensibus.

CONS. CCIIII.

VIdetur ꝙ proclama factũ per Magnificum Dominum Commissarium, in marchia Ceue, ne receptentur forenses, nisi primo consignentur sub pena valeat, per textum in autent. de questore §. Si verò aliqui noluerint, & §. Si vero liberi, colatione 6. & quòd ibi notat Ange. vbi dicit illum textum notandum, pro consuetudine Dominorum Lombardie, Qui habent in eorum Ciuitatibus explorantes forenses, qui veniunt ad eorũ Ciuitates & causam ob quam veniunt, Et qr. Dominus potest inhibere alicui ne ingrediatur suũ territorium, vt habetur per Docto. & Alua. in c. 1. Quali. Vas. Iura. debe. fideli. Et subditi tenentur salutem Domini procurare, & inimicos vitare, Vt Ibi, & in c. 1. de for. fide. & quòd habetur in c. 1. Quæ fuit prima causa bene amitt. maxime per Alua. Vbi numerat causas, vnde videtur ꝙ iure merito Dominus Ferrandus de Castellino, ex dictis Marchionibus potuerit arrestari, propter receptatum, & non consignatum Forensem, contra proclama.

Verum considerato, ꝙ iste forensis est maritus cuiusdam neptis Domini Ferrandi, cum ipso Domino Ferrando commorantis quo casu receptatio non videtur saltẽ ita prohibita, sicut in alia persona, l. Fin. Vbi Bar. ff. de recept. & quòd superuenit tempore Cene, ad locum Castellini distantem per tria milliaria à loco Ceue, in quò residet Dominus Commissarius, cui est facienda consignatio, Ita ꝙ tunc consignatio commode fieri non posset, l. Nepos proculo cum Glo. ff. de verb. signi. Cum proclama debeat ciuiliter intelligi, non autem rigorose, vel inciuiliter l. Si

cui

cui Vbi Docto.& Ang. ff. de serui. tit. generali, cum similibus, & consideratis aliis excusationibus Domini ferrandi, Qui omnino vt asserit, statuerat, istum suum nepotem præsentare ipsi Domino Commissario, & ꝙ modica transgressio nõ vituperatur, nec flagellatur, per notata ꝑ Bal. & Pau. de ca. in l. Quamuis ff. de conditio. & demonstra. & Bal. in l. Quicunq; 2. col. C. de seru. fugi. Et qr. vbi cessat finis constitutionis penalis, transgressor nõ punitur c. Quoniam contra, vbi Panor. vltimo notabili de probati. & Felli. cum concordantibus, cum iste venisset propter vxorem ibi existentem, & quia tractatur de mora modici temporis l. Si debitori ff. de Iudi. & c. potuit cum Glo. de Loca. cum similibus, & qr. quelibet caussa etiam iniusta excusat à pena, vt habetur in l. Si plagii C. ad leg. Iul. de plag. ꝑ Glo. Bal. & Ang. cum concordantibus de quibus per Dominum Ias. in l. 1. §. fi. 5. col. ff. Si quis Iusdicen. non obtempe. & in l. Singularia antepe. col. ff. Si cer. pet. Et qr ꝙ fit bona fide, bene factum censetur, nec penam meretur l. Eum qui. §. in popularibus. ff. de Iureiuran. & per Sozi. in dict. l. Quamuis, secundo notabili, puto ipsum Dominum Ferrandum esse absoluendũ, Aut saltem mediãte fideiussione relaxandum, Vt interim cognoscatur, de validitate excusationum ipsius Domini Ferrandi, Cum hic solum tractetur de contrauentione proclamatum, & de pena pecuniaria, per notata per Bar. in l. 1. ff. de custo. reo. & Bal. & Ang. in l. nullus C. de exhiben. reis. Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Alberrus Brunus.

Modi, Quibus tenet dispositio, quam facit Vassallus de feudo, in præiuditium successorum.

Et an vassallus possit disponere, de feudo antiquo, vel Nouo.

Item an Vassallus possit disponere per suum testamentum, ꝙ in diuisione etiam bonorum feudalium debeant eius filii, vni eorum dare optionem.

Et an intelligatur in Dubio voluisse ꝙ etiam de feudis detur optio,

CONS. CCV.

Magnificus Dominus Petrus, ex Dominis Sante Iulie, Dominos Bartholomeum, & Fratres, filios ipsius Domini Petri hæredes instituit vniuersales, & Iussit ꝙ quandocumq; venirent ad diuisionem bonorum ipsorum hæredum alii debeant dare optionem, & ellectionem ipsi Domino Bartholomeo, & dubitatur an talis dispositio Vendicet sibi locum in bonis feudalibus.

Et puto ꝙ sic, & ꝙ volũtas dicti Domini Petri, in hoc amplectatur, non tantum bona allodialia, verum etiam feudalia, Et moueor qr. testator vsus est verbo bonorum, dicens ꝙ optio detur, vbi contingat bona diuidi, cum feuda dicantur esse in bonis, & appellatione bonorum veniant, & comprehendantur, vt per Bal. in l. liberti liberteq;, col. fi. vers. Quæro an Vassalli, C. de oper. lib. & Spec. in simili de emphiteosi in titulo de locato, §. Nunc aliqua vers. 156. in fi. cum concordantibus allegatis per Dominum Ias. in prælu. feudorum 17. col. vers. limita tamen, & Dominum Deci. in l. Quod euincitur. ff. de reg. iur. vult Dyn. cons. 2. licet secus dicatur, vbi tractaretur, an feudum veniat appellatione hereditatis, Vt Ibi per Dyn. & Do. Ias. cum concordantibus. Volentes ꝙ renuntians bonis censeatur renuntiare etiam feudalibus, & secus esse in renuntiante hereditati. Et mens ipsius Domini Petri, declaratur Dum vsus fuit termino diuisione, in singulari numero, Quia si voluisset dari optionem solum in allodialibus, esset necesse fieri duas diuisiones, vnam videlicet de allodialibus, & aliam de feudalibus & testator non dixisset sub verbo singulari in diuisione præsupponendo ꝙ fierent due Diuisiones, Voluit ergo loqui, de vna diuisione argumento l. 1. ff. de optio. lega. Quæ necessario

sario habet amplecti bona etiam feudalia Ne vna & eadem Res, diuerso iure censeatur, l. Eum qui ædes cum vulgaribus, ff. de vsucapio. Et sic concludendum est, ꝙ voluntas testatoris fuerit ꝙ detur optio ēt respectu bonorum feudalium.

Superest videre, an ipse testator hoc potuerit, Et licet dici soleat, ꝙ testator non possit de antiquo feudo disponere, in præiuditium filiorum per testamentum, & ꝙ de nouo feudo bene possit, cum Domini consensu, quando exigeretur c. 1. in principio vers. nulla ordinatione defoncti, de succes. feu. cap. primo. §. Donare quali. olim feu. pote. alie. Iunctis his quæ dixit Alua. post Andr. de Iser. in cap. primo in principio de alien. feudi pater. in pen. questione & in cap. primo. §. filii antepen. quæstione si de feu. fue. controuer. inter Domi. & agna. & Bal. in c. 1. in prin. 5. col. vers. Quæro vtrum pater el primo de prohib. alie. feu. per Fre. & Allex. cons. 55. inci. Illud afferam col. fi. in prin. 4. vol. quod consilium fuit Barba. & idem Allex. cons. 18. inci. super primo 2. col. vers. & potuit, vbi loquitur an vassallus possit imponere grauamen feudo & cons. 19. inci. super eo 3. col. vers. Nec obstat si contra prædicta adduceretur 5. vol. & D. Ias. in l. 2. col. penul. C. de Iure emphi. cum concordantibus.

Tamen in præsenti casu videtur, ꝙ iste Dominus Petrus potuerit hanc optionem relinquere Domino Bartholomeo etiam super feudis, Tum quia in feudo hereditario hoc est concesso pro se, & hæredibus hoc licet, vt per Bal. in d. c. 1. in prin. vers. Quæro vtrum pater el primo 5. col. de prohib. alie. feu. per Fre. & Allexan. d. cons. 19. vers. Nec obstat si cōtra prædicta &c. 4. col. cum cōcordantibus, cum in dubio quodlibet feudum præsumatur hæreditarium, secūdum Bal. & Allex. Vbi, supra proxime ibidem, & Bal. Alua. & Scribèn. in c. 1. ī prin. an agna. vel. fil. defoncti & Allex. dict. cons. 18. in secunda col. vers. Et patebit, Iunctis his, quæ copiose dicit Dominus Ias. in materia, in l. secunda in 110. col. C. de Iur. emphi. cum duabus columnis sequentibus, Nec enim in re hereditaria, hæres aliquid plus potest, quam iusserit defonctus, etiā si millies fecerit inuentarium, vt late per Allex. cons. 28. pen. col. 5. vol. & in l. Si patroni, col. fi. ff. ad Trebbel. & per Dominum Ias. in autent. vnde si parens 3. col. C. de inofi. testa. tum etiam quia dato quòd hoc feudum non esset hæreditarium, tamen isti filii tanquam hæredes Domini Petri, tenerentur eius voluntatem, approbare, etiam circa feuda, vt per Alua. post And. de Iser. in dict. cap. primo in principio antepen. questione de alien. feu. pater. per l. Cum à matre C. de rei vendi. & Bal. in dict. cap. primo quinta col. vers. Quero vtrum pater possit feuda, seu castra feudalia diuidere inter filios &c. de prohi. alie. feu. per fre. & plene Allexan. dict. cons. 18. secunda col. vers. circa secundum & sequenti quinto vol. vbi vult, quòd non possunt hoc casu filii nollentes obseruare voluntatem patris, retinere de hæreditate patris, vltra legitimam.

Tum quia mihi presuponitur, quod isti Filii simpliciter agnouerunt paternam hæreditatem, Quo casu testamentum paternum approbarunt taliter, quòd ipsum etiam circa feuda obseruare teneantur, Vt pulchre consuluit Allexand. cons. 12. incipien. perspectis quinto volumine per l. Parentibus vers. Quòd autem & l. pe. cum ibi notatis & l. Fin. ff. de inofi. testa. vult Bal. in dict. cap. primo in principio in quarta col. vers. Quæro vtrum pater possit assignare, cum vers. sequen. de prohib. alie. feu. per Fre.

Quod si dicatur non affuisse cōsensum principis Domini, Respondetur quòd non est necessarius, in his quæ aguntur inter eos, qui veniunt virtute Inuestiturarum, seu inter agnatos vt per Bal. in dict. cap. primo in principio tertia col. vers. Quero an inter, de prohi. alie. feu. per Fre. & cons. 415. incipiente proponitur pen. stampa quarto volumine & in cap. primo de alie. feu. & Allex. in l. Si domus. §. Fin. pen. col. ff. de legatis primo & per Feudistas in

T cap.

cap. primo .§. Sed & res, vbi Dominus Præpo. in prima col. per quos fiat inue. & Felli. in c. Quæ in ecclesiarum antepe. col. vers. septima declaratio, de consti. & D. Ias. in l. fi. in col. 150. C. de Iur. emphi. Insuper si dicatur, quòd ipse testator loqutus est, quando fieret diuisio de bonis ipsorum heredum, hoc non refert, Qr. testator, de re heredis etiam testari potest §. Non solum Insti. de lega. & l. vnum ex familia §. Si rem ff. de leg. secundo Et qr. dicta verba intelliguntur etiam de bonis testantis, quæ postquam peruenerunt ad hæredes, dicuntur bona hæredum, Vt late traditur in l. prima .§. veteres ff. de acqui. pos.

Ceterum non obstat si dicatur, ꝙ in generali alienatione, non venit feudum, c. primo §. In generali, si de feu. fue. cõtro. int. domi. & agna. & c. prim. in principio de capi. qui curiam vendi. Ita ꝙ simile videatur dicendum in hac generali dispositione, Quia illa regula procedit, propter prohibitionem, quæ est, vt non fiat, nec valeat talis alienatio, sine Domini consensu vel aliter, vnde iure merito, in generali sermone non videtur factum, quòd de Iure fieri non debet, vt per Bal. & Docto. in d. §. in generali, & quod dicunt in simili Docto. de emphiteosi prohibita pignorari, sine Domini consensu, vt non comprehendatur in generali hypoteca, & obligatione bonorum secundum Bar. in l. Codicillis .§. Instituto .ff. de leg. tertio Vbi Imol. & Bal. in l. prima C. quæ res pigno. oblig. pos. & in l. voluntas in fi. commenti, C. de fideicommis. cum concordantibus de quibus per Dominum meum Ias. in l. fi. col. magna 139. vers. in ea. glo. ibi & de pignore C. de Iur. emphi. prout etiã dicit in feudo, quod non comprehendatur in generali hypoteca, Marti. de Lau. in d. l. in generali.

Et prædicta responsio coadiuuatur ex eo ꝙ supra conclusum est, ꝙ in generali renuntiatione, vel mentione bonorum, veniant feudum, vel emphiteosis, Quamuis aliter dicat in hoc & male Mrti. de Lau. in d. c. in generali, Laus Deo, & Virgini Gloriosissime,

Albertus Brunus.

SI Domini loci succedunt hominibus, & subditis dicti loci, sine filiis masculis decedentibus, An succedant, Ei, cui pater prouidit de substituto Casu quo sine liberis decederet.

CONS. CCVI.

EXtat conuentio, inter Dominos, & homines Roaxii Marchionatus Ceue, quòd si quis decesserit sine hæredibus legitimis condito testamento, teneatur Dominis relinquere tertiam partem, Et quòd si decesserit ab intestato Domini succedant insolidum, & præsuponitur ꝙ Laurentius Gligonus pater habens filiũ vnum masculum IohannemBenedictum, illum hæredem instituit vniuersalem, & quòd ei decedenti, sine filiis substituit filiam suam feminam, mortuo testatore, & demum eius filio, & hærede vniuersali ab intestato, & pubere, & sine liberis, vertitur controuersia inter Dominos, & substitutum Dicentibus Dominis quòd succedunt dicto filio sine liberis defuncto; & in hæreditate dicti testatoris ad filiũ prouenta insolidum, & ꝙ nõ potuit in eorum præiuditium, fieri dicta substitutio, cõtrarium dicente substituto, Et quæritur quid Iuris, Breuiter dico, quòd Domini succedunt in legitima, & trebellianica, quæ spectauit filio Iohanni benedicto, quam hæres filii Detrahit iuxta Glo. & notata in l. Quãquam C. ad leg. fal. & textus & notata in c. Rainutius, & c. Rainaldus de testa. & traddita ꝑ Alexan. in l. in ratione, §. Quòd vulgo .ff. ad leg.

leg. falci. & per Bal. in l. filium quem habentem, vbi late Dominus Ias. tertia & quarta col. C. fami. her. cum infinitis concordantibus. In alia autem dimidia, in qua filius, seu succedens Filio, censetur grauatus Fideicommisso propter substitutionem factam ipsi filio maiori, Dico Dominos non succedere, Sed substitutum, Quia per talem substitutionem, dicitur testatori succedi, hoc est Laurentio, non autem eius filio & heredi, l. coheredi. §. Cum filie vbi Allexander in tertia col. quarto notabili, & Dominus Ias. in quarta col. septimo notabili .ff. de Vulg. & Pupi. Cum possint Vt michi psupponitur relinquẽtes filios masculos, prout fecit Laurentius disponere de bonis suis, & legare, etiam in extraneos, quod intelligitur salua legitima filiorum, Iuxta autent. Nouissima cum ibi notatis & in l. Quoniam in prioribus cum concordantibus C. de inofi. testame.

Et puto dici posse idem si filius Laurẽtii decessisset pupillus Esto ꝙ tunc, ex ipsa pupillari substitutione, diceretur fuisse successum pupillo, l. Sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pupi. & insti. de pupi. substi. in Principio per textum in c. Si pater de testa. in 6. & in l. Papinianus §. Sed necim puberis ff. de inofi. testa. Vbi mater cui debetur saltem legitima in bonis filii, l. Nam & si parentibus ff. de inofi. testa. & Insti. eo. §. Non solum cum similibus, & quæ filio defuncto sine filiis, ab intestato succedit, Autent. Defuncto, & per totũ, C. ad Tertul. ac Insti. & ff. eo. fere per totum excluditur à successione filii pupilli, quando pater eius, dedit ipsi pupillo substitutum pupillarem, Eo quia tunc substitutus dicitur succedere, ex paterno testamento, l. Patris & filii, ff. de vulg. & pupil. & Iuribus præallegatis, Ita quod simile dici possit in Dominis Ita tenet D. Iacob. de Santo Georgio in tractatu de Roidis in 8. col. vers. Sed ponamus, Dicens pro tali opinione fuisse consultum, per multos Doctores famosos, Quod latius non attingo, quia est extra propositum casus nostri in quo præsupponitur Laurentii decessisse filium maiorem, Ita quòd ipsa substitutio fuerit fideicommissaria, & non pupillaris l. Præcibus C. de impube. & aliis substi. iunctis ibi notatis, & habetur in l. Centurio per Bar. & alios ff. de vulg. & pupil. substi. & in dict. cap. Si pater de testamen. in sexto cum similibus Illa autem verba conuentionis, Si homo Roaxii decesserit sine heredibus legitimis, intelliguntur sine filiis & descendentibus cum alias verba cõuentionis partim Verificari non possent, & partim inuicem repugnarent, Ita vt non obstent, quæ dixit Allexand. in l. Ex facto §. fi. in fin. commenti .ff. ad trebbel. Et hoc declarant subsequentia verba, Dum dicitur, quod frater diuisus decedens sine heredibus legitimis ex se natis, Nisi relinquat tertiam partem Dominis, Dominos habeat hæredes, exclusis eius fratribus, Laus Deo & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Domini loci, an possint prohibere, arma Deferri.

CONS. CCVII.

CIRCHA Proclama Dominorũ Scagnelli Marchionatus Cæue, Ne quis in ipso loco, & territorio deferat arma, sub pena Duccatorum Decem de die, & viginti de nocte, Cui se opposuerunt homines dicti loci, Dicentes ꝙ sunt consueti, arma deferre, & quòd vigore statutorum Ceue, quæ locũ habent inter eos de scagnello, Deficientibus statutis in scagnello, ex speciali prouisione statutorũ

Scagnelli, percutiens cum armis, non puniretur tanta pena,& cõsequenter tanta pena imponi non possit, quia statuta Ceue, ad quæ fit relatio habentur pro insertis in volumine Statutorũ Scagnelli, l. asse toto .ff. de hered. insti. & Allex. in l. Secunda .ff. de lib. & posthu. Certum est quòd considerato Iure Communi, proclamata sibi locum vendicarent, Vt in l. prima vbi Bar. ff. ad leg. Iuli. de vi publi. & in l. Secunda C. vt armo. vsus libro vndecimo & in authen. de armis .§. pen. & in capitulo primo .§. Si quis rusticus Vbi feudiste, & late Alua. de pa. tenen. in vsibus feudorum, vbi Imponitur pena solidorum viginti, vel amissionis armorum, arbitrio Iudicis, Et ibi, tam de armis offensibilibus, quam defensibilibus, fit prohibitio, maxime rusticis, & rura colentibus, & habitantibus saluis mercatoribus, & viatoribus, per loca periculosa itinerantibus dict. capitulo primo §. mercatores vbi plene Aluaro. de pac. tenen. cum moderatione, de qua ibi, Et quòd dicit Bart. in l. omnes populi, in quarta col. in quarta questione prime principalis .ff. de Iusti, & Iur. Non licere magistratui ordinare, ne arma deferantur, sine participatione rectorum loci procedere quando Magistratus alteraret iuris communis dispositionem, vel penam, circha armorum delationem, cum isto casu dicendum esset, quòd ista proclamata fieri dicantur, in exequtionem Iuris communis.

Sed considerata consuetudine, videtur dicendum, quòd non valeant ipsa proclamata, cum præsuponatur, quòd à tanto tempore citra, cuius initii memoria non extet in contrarium, etiam per ipsa tempora, homines Scagnelli, consueti fuerint arma etiam offensibilia impune deferre, absq; eo quòd appareat de prohibitione Dominorum, vel punitione, vel de proclamatibus in contrarium factis; Nam vt dicit Panor. in capitulo primo ante fin. commenti de treu. & pa. etiam Vbi Ius commune aliquid prohibet, imponendo penam ipso iure, tale ius perditur, & tollitur ex inobseruantia, & non vsu, seu in non exigendo penam, Quia in non exigendo penam, committitur contra legem, & inducitur contraria consuetudo, allegat Cyn. in l. secunda C. quæ sit long. consue. & Iohan. Andr. in capitulo Iohannes de Cleri. coniung. Vbi etiam Panor. in fin. commenti, Vbi ex non dellatione tonsure Clericorum coniugatorum, & sic ex actu negatiuo, & non vsu, inducitur consuetudo eo quòd non deferendo tonsuram, videatur secundum Panor. Ibi, committi contra legem, Ex quo fit regula secundum Panor. ibi, quòd quando non vsus, habet in se actum tacitum, contra Iuris dispositionem, tunc ex non vsu, bene inducatur consuetudo, secus si non habet in se tacitum actum iuri communi contrarium, vt in his quæ se habent, non per modum necessitatis, sed facultatis, puta contra damnum dantes potest agi lege acquilia, nec reperitur, à centum, vel mille annis, quòd fuerit actum ipsa l. Acquilia per passos damna, certe ex hoc, non fuit abrogata prouisio legis acquilie, Quia lex non necessitat agi, Sed dat facultatem agendi, ita quòd non agendo, non fiat contra ius commune, cum secus sit, in non deferendo tonsuram, & in deferendo arma, per prædicta, et tanto magis, vbi pene, non fuerunt exacte, cum Iura nollint delicta remanere impunita, l. Ita vulneratus .ff. ad leg. acqui. cum vulgaribus, Ita quòd etiam non exigendo penam, fiat contra legem, & ad hoc est Glo. notabilis in verbo connubio 15. questione vltima quam sequitur Panormi. in cap. secundo de cohabi. Cleri. & mulie. Quæ vult quòd Ecclesia, quæ non est vsa punire pena Iuris natos ex coniugio constitutorum in sacris ordinibus, in redigendo eos ad perpetuam Ecclesiæ seruitutem, nec exigere penam Sacrilegii, de qua in capitulo quisquis 17. questione quarta perdidit tale ius,

sequitur

sequitur Felli. in d. c. 1. 5. col. 6. Declaratione in fi. de treu. & pa. quamuis Panor. de ipsa decisione dubitet in c. Cum sit generale 5. col. vers. 2. prosequendo de for. compe. vbi in effectu vult, quod per nõ vsum licet tollatur pena iuris, tamen succedit pena arbitraria, quod fateor ne delicta remaneant impunita, iuxta notata per Bal. in l. Nemo martires C. de Sacrosan. Eccl. Nisi essemus in casu, in quo prohibita à Iure communi possent fieri permissa per consuetudinem, vt in isto casu, per notata per Panor. in c. fi. pen. col. & fin. & in c. cum Venerabilis de consue. cum concordantibus.

Ceterum prædicta proclamata non valent ratione pene excessiue, Nam Vigore statutorum Ceue, quæ sunt seruanda in loco Scagneli, ex expressa dispositione statutorum Scagneli, à Dominis Scagneli confirmatorum, Ille qui defert arma, & percutit cum eis aliquem, non punitur tanta pena Ducatorum 10. vel viginti Ergo non debet tanta pena imponi, solũ deferenti arma, & non percutienti, cum qui minus deliquit, minus sit puniendus, l. respiciendum ff. de his qui, vt indi. & l. Respiciendum in principio ff. de penis, Iunctis his quæ habentur per Bald. in l. aduersus in fin. commenti C. de furtis, & Iacob. de Bel. in autent. de armis, & Docto. in l. Qui de crimine C. de accu. Dum tangunt an pena delationis armorum confundatur cum vulnere, cum concordantibus, & quando pena imponitur excessiua, non valet etiam in ea summa, quæ est licita, & a iure permissa, Ita quod tunc maiori summe, minor non insit l. certa cum ibi notatis quando prouo. nõ est neces. Bar. in l. fi. ff. de Iuris. omni. Iudi. & in l. Res iudicata C. de re Iudi. & Bal. in l. 1. vers. Item pone aliud C. Si aduer. rem iudi. & in addi. Spec. de appel. vers. ex forma Statuti cum concordantibus. Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

Femina semel exclusa, an sit perpetuo exclusa,

Filia, vel filius filie, an possint petere in se potius, quàm in alium feudum renouari, quando est ad Dominum deuolutum.

Et quid in agnatis, & quid si simul concurrant agnati, & filia, vel eius filius.

Et quanto tempore pereat talis facultas.

Et vbi hoc denegetur, an liceat appellare, & quando.

CONS. CCVIII.

VLTRA motiua facta, super clausula iure antiqui, & paterni Feudi placeat etiam aduertere, Quia non est tuta consideratio, quòd filia, seu filius filie, debeat de feudo inuestiri, deficiente linea paterna, seu patris, & quod alias fieret filie, vel eius filio iniuria à qua liceret appellare per notata per Bar. in l. prima. §. permititur per illum textum ff. de aq. quotti. & æsti. & in l. prima in fin. ff. de priuil. credi. & in l. Si michi & titio ff. de verborum obliga. & Bald. in autent. Si quas ruinas C. de Sacrosantis Ecclesiis & in cap. primo Vbi Dominus Præpo. pen. col. & alii feudiste quemad. feu. ad femin. perti. & Roma. in l. Prætor. §. fin. ff. de ope. no. nontia. & in Rubrica de arbi. quarta vel quinta charta, & in l. secunda in principio ff. Solu. matri. & cons. 22. & Ant. de Butr. in c. 1. de loca. & in c. bone el secundo per illum textum de postul. Præla. Vbi etiam Panor. & Panor. in c. secundo de feu. cũ concordantibus allegatis copiose per Dominũ Curtium Iuniorem in tractatu suo feudorum secunda parte in 15. questione, & de quibus per Dominum Curtium Seniorem cons. 49. & Dominum Deci. cons. 78. incipiente licet, & Dominum Ias. in l.

c. in 7. col. vers. Ex hac Decisione C. de iure emphi. vbi Docto. loquūtur quādoq; de feudo, quandoq; de emphiteosi, ad quod inter cetera etiam adducitur textus in d.c. bone cum Glo. quæ dicit, ꝙ sit in. iuria successori, si denegatur ei priuilegiū quantumcūq; personale antecessori concessum, & patet in d. §. permititur. Nec enim decet feudum ad Dominum deuolutum sibi retinere. secundum Bal. in c. 1. §. Si vero, vel in totum in fin. quali. olim. feu. pote. alie.

Nam contrarium in feudo videtur dicendū, ne cogatur Dominus in vassallum habere illum, quem non vult per textū cum ratione sui, in c. 1. §. 1. de duo. fratri. de bene. inue. Vbi Dominus non cogitur inuestire etiam fratrem defuncti, de nouo feudo, ad quem feudi successio nō transit ratione præallegata, & probatur etiam in c. 2. de feu. secundum rectum sensum, licet aliqui respondeant ad illum tex. in c. 1. §. 1. de benefi. fra. Vbi si frater acquisiuit feudum, & decedat sine herede masculo, feudum reddit ad Dominum, Ita ꝙ ponderando verbum sine herede masculo, si superfit femina nō sit feudum habitura, Ad idem est textus in d.c. 1. quemadmo. feu. ad femi. perti. Vbi ponitur in voluntate Domini, an vellit filiam admittere ad redemptionem feudi, vel propter amorem patris, seu propter paterna seruitia inuestire vt ibi per Docto. maxime Andr. de Iser. & Alua. in secundo notabili & plenius Marti. de Lau. ac Dominus Præpo. facit quod notabiliter consuluit Alua. in cons. suo inci. Super casu, vbi tenet ꝙ femina semel exclusa, propter fratres: vel agnatos, sit linea etiam ipsorum masculorum deficiente perpetuo exclusa, taliter ꝙ feudum reuertatur ad Dominum, & ꝙ sit in voluntate Domini, an vellit talem filiam vel eius filios inuestire, ad quòd est tex. in §. Quinetiam vbi Docto. ita transeunt in titulo Epi. vel Abba. & Soci. cōs. 19. prima col. & pro hac opinione etiam facit textus notabilis in l. Nec cui C. Loca. vbi Bal. sentit, ꝙ nisi sit pactum in contrarium, Dominus possit feudum finitum cui vult concedere,

Et si quis vellet his non obstantibus adhuc insistere, ꝙ heres talis vassalli deberet inuestiri, potius quàm alter, vt concludit ipse Dominus Curtius iunior in d. suo tractatu feudorum secūda parte 15. questione cum concordantibus supra allegatis, istud deberet intelligi de herede masculo, per Glo. in dict. §. permittitur, in verbo impetrabile, vbi etiam ita loquitur Bart. volunt communiter Docto. in d.c. primo quemad. feu. ad femi. perti. maxime Alua. in secundo notabili prima col. & clarius Marti. de Lau. ac plenius Dominus Præpo. volentes ꝙ Dominus in Duobus tantum casibus ibi expressis, qui sunt extra nostros terminos, possit, non dico teneatur filiam inuestire, & agnatis præferre, Femina enim, & eius filii a successione feudi excluduntur c. 1. §. hoc autem. qui feu. dar. pos. & c. 1. §. ad filias, cum concordantibus de gradi. succe. in feu. & ꝙ vna via prohibetur, non debet alia indirecta concedi, vt in regula Iuris Cū quid vna via, de reg. Iur. in 6.

Ceterúm talis Decisio, non videtur posse in medium adduci, ex quo successor dato ꝙ ei competeret talis facultas petendi feudum sibi renouari, excluditur anno secundum Roma. in d.l. Prætor §. fi. & Allex. in appostilis in l. Sicut C. de præscr. trig. an. & Dominus Ias. in d.l. 2. in 7. col. maxime per tex. & notata per Bal. in c. 1. §. titius si de feu. fue. contro. int. domi. & agna.

Item qr. facultas, alias & vbi hoc denegaretur appellandi, iuxta notata per Bar. in d. §. permititur & in d.l. 1. in fi. ff. de priuil. credi. cum concordantibus supra allegatis per tex. in d.c. bone el secundo nō potest habere locū propter lapsum tempus appellandi, Ita ꝙ etiam agnati hoc requirere nō possint per prædicta, & qr. hoc est in voluntate Domini vel superioris, vt ꝑ Docto. in d.c. 1. quemadmo. feu. ad femi. perti. vbi late Dominus Præpo. & aliis rationibus supra allegatis, Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

Prin-

Princeps & villa volentes taleam imponere, non tenentur vendere proprietates, quando dicunt se non habere, vnde sustineant onera, Vt habere posse dicantur.

CONS. CCIX.

HOC quòd dicitur, ꝙ villa non potest imponere collectam, quam diu habet in bonis de publico, vt per Glo. in verbo pro consul in fi. Bar. Bal. & Docto. in l. 1. §. ꝙ si nemo ff. quòd cuiusq; vniuersi. nomi. Quòd etiam intelligitur de Principe c. Si nulla, & c. omni timore 23. questione 8. & c. peruenit de inmu. Eccle. Panor. in cap. sicut nostris in fi. de Iureiuran. recipit sanum intellectum, videlicet quamdiu habent de redditibus bonorum, vel peccunias in bursa communi, Non autem ꝙ teneatur vendere fundos, & proprietates, ex quibus redditus percipiuntur argumento l. Qui bonis, cum ibi notatis ff. de Ces. bo. & eorum quæ dixit Bal. consi. 13. secunda parte secunda stampa, & Soci. in l. Diuortio in principio in fi. commenti. ff. solu. matri. Dum concludit ꝙ mulier dicitur non habere vnde se alat, quando deficiunt redditus ita quòd non teneatur vendere Dotes, anulos, & mobilia, pro se alendo, est bene verum, ꝙ creditores ville, non habent requirere, quando villa habet fundos, & proprietates ꝙ fiat collecta, Sed ꝙ mittantur in possessionē bonorū, nullo existente defensore, & ꝙ Ipsis creditoribus satisfiat, per venditionem ipsorum bonorum, vt per Glo. in d. §. ꝙ si nemo præallegatam, quæ ne quis erret, sic est intelligenda, sed hec facultas tali casu incombit ville, vt ibi notatur, & videri possunt que dicit Bar. in l. 4. §. Actor. ff. de re iudi. Laus Deo, & Virgini Gloriosissime.

Albertus Brunus.

Laudemium, vel capsoldum, seu sportale, an peti possint, per agentes pro camera fiscali, Nec non per Gubernatores, & Aduocatos Fiscales, quando petitur renouatio inuestiturarum.

CONS. CCX.

IN petitioue Nouarum inuestiturarum nichil est præstandū Illustri Domino Gubernatori, Seu Ducali Excellentiæ, Nec Magnificis Dn̄is Aduocatis, Nec alteri persone, nisi subsisteret consuetudo, vel pactum, de quibus non constat, & quæ non subsistunt, secundum Calde. in Rubrica de feudis cons. 7. & Allex. cons. 5. in 5. vol. & cons. 14. inci. viso, eo. vol. notat Præpo. in c. 1. in principio 2. col. Quo tempo. mil. facit Glo. in c. Longinquitatem 12. q. secunda cum similibus, facit tex. in titulo de pac. constan. §. priuilegia, alias §. in Ciuitate circa fi. ibi, & omnes inuestiture fiant gratis, & dato ꝙ aliquid fuerit præstitum, quandoq; ex hoc non diceretur causata consuetudo, per notata per Glo. & Docto. in c. fi. de cōsuetu. & in l. De quibus ff. de legib. & quia opporteret, ꝙ habuisset initium bonum, à gratis dantibus, iuxta notata, in c. tuam de Simo. & præsumeretur in dubio, hoc factum metu, secundum Bal. in titulo de pac. constan. in verbo pactiones, & Præpo. in prællu. feudorum 22. col. facit c. Dilectus, Vbi Panor. & Felli. vlt. notabili de Simo. faciunt textus cum Glo. & ibi notatis ꝑ Docto. in l. 1. C. de Salgomo lib. 12. Dum vult ꝙ etiam sponte oblata millitibus per hospitantes, præsumantur per concussionem oblata, vel promissa, & pariter si sint data, Hinc secundum Bal. in c. 1. §. Si Vero, vbi etiam D. Præpo. de feu. guar. cum concordantibus inuestiture Noue aliter facte, quam prime, præsumuntur per impressionem, vel errorem, sic facte, facit quod dixit Panor. in cap. Peruenit 3. col. vers. 2. conclusio, de inmu. Eccle. ꝙ dicens collectas, vel Exactiones esse lici-

tas debet probare, vel per leges, vel per sena. consul. vel per Principis concessionem, vel per consuetudinem diuturnam, non violenter, sed sponte communiter ab omnibus approbatam, & est regula, ꝙ in exactione homagii, vel fidelitatis, non debet induci nouitas, c. Dilecti de maio. & obe. & c. Cum consuetudinis, de consue. vult Alua. in c. 1. prope fi. commenti de for. fide. dicens quòd alias Vassallus, potest recusare præstare Iuramentum fidelitatis, facit c. Sane de exces. præla. & quòd dixit Specu. in tit. de feudis. §. Quoniam de homagiis col. fin. vers. Et nota; quòd non debent &c. Ita qđ siue in præstatione pro habenda inuestitura, siue in pactis, & tenore, nichil sit innouandum, & ad hæc multa adduci possent, quæ traduntur in textu, & per Glosas, & Docto. in c. cum ab omni specie, de vi. & hone. Cle. Vbi reprobatur cõsuetudo Iuri contraria, Iunctis his quæ dixit Pet. de ancha. cons. 219. inci. Iuxta ordinem, Et insuper, esto ꝙ talia licite capi potuissent, tamen licite peti non possent, argumento textus & notatorum in l. prima §. proinde ff. de Vari. & extraor. cogni. & c. Dilectus de simo. Et quia Magnifici Domini Aduocati visitant inuestituras, per hoc non debent petere ab his qui inuestiuntur aliquid, quia vident illas fauore, & contemplatione Principis, à quo habent salarium Vnde non debent alias sportulas, vel aliud præmium requirere, per notata in d. c. cum ab omni specie, & in d. l. prima §. proinde, Facit quod dicebat Sãtus Iohannes Baptista millitibus ab eo inuestigantibus an possent saluari, Estote contenti stipendiis vestris, & neminem concusseritis, & dicitur concusio, quando aliquis ex Dominis aduocatis, visa inuestitura nollet referre, nisi solutione habita a vassallo, Et tanto magis quando sunt super hospitio, Et audiui aliquos conquerentes de huiusmodi solutionibus, pro habendis Inuestituris, & soluentes aliqd, ne in pluri pro expensis hospitiorum grauarentur, Item quia vident inuestituras iussu Principis, & Principis expensis non vassallorum videre debent, & referre l. Prætor in fi. Vbi Bal. & Doct. ff. de æden. faciunt notata in l. fi. C. de erro. milli. anno. lib. 12. & prædicta fortius procederet, si vera essent quæ præsuponuntur, quòd Domini Aduocati tunc existentes procurauerint licet per indirrectum, ꝙ fieret Decretum mandans inuestituras fieri nõ debere, sine interuentu alterius ex aduocatis, & procuratoribus fiscalibus, manducando vuas aggrestes, quæ alligarent, dentes filiorum suorum, non considerantes quòd ista inferiora, sunt in motu, vel esse possunt, Cum & alii prætẽdentes officia in hac patria, & ciuitate, Lucri, & ambitionis cupiditate, multas induxerint nouitates, nouaq; grauamina, ac nouas gabellas, quibus non assentiunt subditi, & Vassalli, nisi coacti vt supra, Laus Deo & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

TEmpus Iuris petendi inuestituram, an possit per superiorem abbreuiari, fieri faciendo proclama, ꝙ infra dies 15. Vassalli debeant venire, ad se inuestiendum.

Et an possit imponi pena priuationis feudi in talibus proclamatibus.

An Dominus poßit cogere Vassallos ad faciendum fidem, de titulo, & ad exhibendum suas inuestituras.

Et ad demonstrandum Quid, & quantum taneant in feudum.

Inuestitura, & Feudi conceßio, an poßint probari per testes, Iuramentum, ac vocem et famam, an vero, per scripturam.

CONS. CCXI.

DVm factum fuit præceptũ Vassallis Astensibus, Quatenus infra dies 15. à tempore præsentationis præcepti, cõparuisse debeant, coram Illustri Domino Ducali Gubernatore

bernatore Astensi, cum vltimis inuestituris, pro faciendo fidelitatem Illustrissimo Domino Duci Mediolani, contingit dubitari, de infrascriptis, Et primo an possit ad hoc cogi Vassallus, abbreuiando tempus iuris, quòd est anni & diei.

Et breuiter quando quis numquam fuisset Inuestitus, textus in cap. primo .§. est & alia seu §. primo in titulo quæ fuit prima causa benefi.amit. Vult ꝙ possit per pares fieri trinum præceptum vassallo etiam intra annum, vt veniat, sub pena amissionis feudi, capturus inuestituram, & iuraturus fidelitatem, & ꝙ non veniens lapsis tribus terminis, possit arbitrio curiæ feudo priuari, Quo casu secundum aliquos, veniens post, infra tempus anni, & diei, recuperab t nichilominus feudū, Vt ibi per Glo. & Docto. & per Iaco. de ardizo.in sua somma feudorum in Rubrica si Vassallus nollit iurare quando Dominus vellit inuestituram præstare, cum Rubrica sequen. & per Iohannem Blanchi in summa sua feudorum col. 17. vers. præterea Si Dominus vellit inuestituram infra annum præstari &c. Qui versiculus est de contentis sub §.Item Si vassallus ab herede Domini inuestituram non petierit col. 15. & ille textus loquitur, in feudo nouo, In quo vassallus non fuerat inuestitus propriæ, per tradditionem possessionis sed abusiue, Domino offerente vassallo tradditionem possessionis, & petente Iuramentum fidelitatis, vt ibi per Alua. in prima col. & Docto. de controuer. inue.

Quò vero ad eos, qui aliquando fuerunt inuestiti, & possident, qui habent tempus anni & Diei,ad petendum renouationem inuestiture c. 1. in princ. Quæ fuit prima cau. benefi. amite. & c. primo .§. Præterea de prohi. alie. feu. per Fred. & quòd habetur in c.prim.in principio quò temp. mil. cum suis concordantibus, communis conclusio est, ꝙ ipsum tempus, non possit etiam per Dominum Vassallo abbreuiari, vt per Andre. de Iser. Alua. & Marti. de Lau. in dict.c.primo in fi. commenti, quò temp. mil. & Glo.in d.c. primo .§. est & alia vbi Alua. secunda questione quæ fuit prima causa bene. amit. Vbi constituit differentiam inter hos duos casus, & dicit Dominus Iacobinus de Santo Georgio præceptor meus, in sua Inuestitura feudali, quam sub eo pro parte scripsi, & legebat diebus festis, in clausula qui quidem inuestiti, 8.col. vers. Item quæritur vos scitis &c. ꝙ sic consuluit cū habuisset casum in pratica in quodam Episcopo Hyporegie. Et merito dicendum est, quòd quo ad eos non valet præceptum factum, per ipsum Dominū Gubernatorem, tamquam contra ius, per l. fi. C. si per vim, vel alio modo, & notatur in l. programma, maxime per Bal. & Sali. C. commi. epi. & program. & per Bar. & Doct. in l. Iuste ff. de acqui. pos. & Zaba. in Cle. prima §, pe. secunda questione de foro compe. vbi dicit quod præcepto Iudicis nottorie iniusto, non est parendum, faciunt notata per Panor. in c. Si quādo de offi. dele. & ꝑ Bar. in l. facultas C. de Iur. fi. lib. x. ꝙ iudici notorie iniuste facienti, potest de facto resisti, Et potest dici, ꝙ ex quo patria ista, stat in conflictu inter Regem, & Ducem, possint vassalli expectare finem conflictus, vt per Docto. in d. c. 1. in principio quo tempo. mil. Vbi Alua. in 9. col. vers. Quero quid si duo, Dicens ꝙ possessori fieri potest. ac etiam petitori cum protestatione. vel expectari prout supra exitus controuersie, & in materia videatur Corne. cons. 313. inci. Alias quarto vol. vbi tangit etiam ꝙ longa possessio habetur pro titulo.

Secundo dubitatur, an possint vassalli cogi exhibere inuestituras vltimas, vel alias, Cum vt dixit Bal. in l. secunda in secunda col. C. quomodo, & quando Iudex, non valeat citatio, quam Dominus facit suis vassallis, vt exhibeant Iura sua, sed quia illa decisio, recipit limitationes vt per Dominum Præpo. in c. primo in §. Vassallus el primo in fi. cōmenti si de feu. fue. contro. inter Domi. & Agna. & Dominum Ias. in prælu. feudorum in 16. alias 18. col. vers. an autem Rex &c. Dico ꝙ hic, sunt duo consideranda, vnum videlicet, an

an teneantur exhibere, ad effectum, Vt sciri possit, an in præteritum fuerint inuestiti, An vero ad effectum fidem faciendi, de titulo, & an sint vassalli, seu vt sciri possit an feudum ad eos pertineat, & ꝓ quotta, & quanta parte, cum ista differāt vt dicit textus in c. primo de controuer. inter vas. & Episcopum, Et quo ad effectum inuestiture, seu an quis fuerit inuestitus, inuenio esse necesse ꝙ exhibeatur, si quis nollit alio genere probationis vti, c. primo in princ. vers. inde etiam ibi licet non probet Inuestituram &c. de consue. re. feu. & Iuribus præallegatis, Dum onerant vassallum onere probandi modis infrascriptis, quando non constat in scriptis de inuestitura, & facit tex. in c. 1. in princ. de controuer. inuesti.

Quòd si non habeat Vassallus Inuestituram & dicat illam se non habere, inuenio, ꝙ si Vassallus steterit in possessione per annū, Domino patiente, & non contradicente, debet credi iuramento Vassalli, ꝙ fuerit inuestitus c. primo §. fi. Si de Inue. inter domi. & Vas. lis oria. & d. c. primo in principio vers. Inde etiam & c. primo de content. inter do. & vas. de inue. & cap. primo in principio vbi Bald. & Docto. de controuer. inue. vbi Præpo. in prima col. quarto notabili & in tertia col. Dicens quatuor requiri scilicet possessionem saltem anni, Item scientiam Domini. Item patientiam, Item ꝙ Vassallus bona fide sic possederit, alias potest probari per testes pares Curiæ, vel extraneos, secundum distinctionem quæ fit, in dictis Iuribus, videlicet in c. primo Si de inue. inter Domi. & vas. lis oriatur, & in d. c. primo in princ. vers. inde etiam cum sequen. facit quòd dixit Bal. in Rubrica C. de condi. ex leg. ꝙ feudum non requirat scripturam, cum per testes probari possit, Notat Dominus Præpo. in c. primo §. Si quis per triginta col. fi. circa principium Si de feu. fue. contro. inter Do. & Agna. Vbi habetur de probatione per Iuramentum.

Arbitror etiam posse probari, per vocem, & famam, ꝙ quis fuerit inuestitus, quando deficere reperirentur, alie probationes, per infra proxime dicenda, Quo verò ad effectum tituli, & quantitatis feudi, inuenio quòd Si Vassallus diu tenuit rē aliquam Iure feudi, seu tamquam sibi in feudum concessam, præstando Domino seruitia, præsumitur fuisse infeudata & in feudum concessa, Ita ꝙ non sit necesse aliter fidem facere de titulo, quia lapsus dicti temporis habet vim & præsumptionem tituli, & inducit præscriptionem; c. primo §. Si quis per triginta vbi Docto. & plene Alua. Si de feu. fue. controu. inter Domi. & agna. habetur per Iaco. de ardi. in somma, in tit. de successione feudi penul. col. vers. Item si fuerit in possessione, Et per feudistas in c. primo §. Si verò Vassallus, Quid sit inuesti. Vbi per Dominum Præposi. & in prællu. feu. 17. col. 15. Diuisione, & per Dominum Ias. in l. prima in pe. col. Seu fi. C. de seru. fugi. & in l. Si legatum, circa mediū commenti, ff. de æden. & in l. secunda 93. col. 13. questione cum duobus seq. C. de Iur. emphi. Dum tractat an Vassallus teneatur fidem facere de titulo, faciunt quæ dixit Allex. cons. 113. inci. viso, & dilligenter &c. circa fi. quarto vol. Et istud diu intelligitur, in foro Saltem Cæsaris, de 30. annis, d. §. Si quis per triginta licet aliqui sentiant de x. vt per Allex. cons. præallegato, An autem tunc noceat malla fides, traddunt Bal. Alua. & Docto. in d. §. Si quis per triginta, & si feudum Sit Præscriptum contra vassallum Domino ignorante, An Dominus possit istud feudum, ab isto præscribente auocare, tradditur Ibidem, maxime per Alua. antepen. col. vers. Quero ab extra, & per Panor. in c. ad audientiam, vbi late Felli. in 7. col. de prescrip. Vbi autem non apparet, ꝙ vassallus diu feudum, prout supra tenuerit & queritur an teneatur fidem facere de titulo, fuerunt diuerse opiniones, vt constat, ex dictis Bar. in l. prima C. de condu. & procu lib. 11. & Bal. in l. 2. C. quomo. & quando Iud. & aliorum Docto. quos refert Alua. in c. primo in principio pe. questione de contro. inue. & Præpo. in

cap.

c. Vassallus el primo col. fi. si de feu. fue. contro. inter Domi. & agna. vbi nituntur concordare opiniones Docto. prout infra videlicet ꝙ aut Vassallus negat se vassallum, & tunc non cogitur docere, nec etiã dicere titulum sue possessionis, prout voluit Bar. in loco præallegato, quod est intelligendum, nisi quandoq; præstitisset seruitia, vt infra dicetur, Quo casu quando vassallus negat se Vassallum, sine causa legitima, si conuincitur perdit feudum dict. cap. Vassallus el primo, Aut Vassallus fatetur se Vassallum, & tunc potest cogi docere titulum, Quia prout dicit Bald. in dict. cap. primo pen. col. vers. secundo oppono de controu. inuesti. quã primum vassallus fatetur se Vassallum, Domini intentio est fondata, quòd res non sit ipsius Vassalli, etiam quo ad vtile Dominium, cum quelibet res presumatur libera, & sic ꝙ spectet Domino pleno iure, alio non apparente, dicit tamen Alua. in dict. cap. primo in principio pe. questione de controu. inue. quòd talis Vassallus cogi non poterit per Dominum vt ostendat titulum, Sed quòd erit cogendus per pares Curiæ, Quòd si Vassallus Dubitat quantum sit sibi concessum de feudo, Dominus ipse declarare tenetur confines feudi & quantitatem, vt est Glo. & ibi notatur in capitulo primo. §. illud quoq; de prohi. alie. feu. per Fre. Si vero Vassallus qui præstitit seruitia, neget se Vassallum, Non potest dicere Domino ostende michi rem, Sed ipse tenetur ostendere, alias omnia eius bona censentur feudalia, nisi probet instrumenta amissa, & si non neget, Sed sit questio an de tota re, vel parte, præsumitur de tota, & vbi non possunt reperiri testes, vel instrumenta, ex causa legitima statur fame, & communi opinioni, vt late per D. Præposi. in c. 1. §. Vassallus el 1. vlt. col. Si de feu. fue. contro. inter Domi. & Agna. cum similibus, Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

CVSTODIRE Castrum, vel Turrim, tenentur non habitantes, Ius in eis aliquod habentes, vel seruitutem.

CONS. CCXII.

PRO Custodia Castri tenentur etiam contribuere non habitantes, imo nec ædificia ibi habentes, Sed ius in solo, ac etiam tenerentur pro rata ius tãtum in turri habentes, vt notatur in l. Arbor. §. Si per eundem Vbi Floria. ff. communi diui. Quia occupato per alium Castro, etiam ius istorum occuparetur, Qua ratione etiam tenetur habens ius seruitutis in turri, vel Castro, secundum Floria. Vbi supra, sic & Ecclesia tenetur contribuere, cum laicis, Vbi agitur de se defendendo à communi periculo, vel de communi commodo, vt habetur in cap. non minus de inmuni. Ecclesi. cum concordantibus. Laus Deo, & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

FEudalia bona, an poßint peti dari in solutum pro restitutione Dotium.

CONS. CCXIII.

ISta Magnifica Domina, Esto ꝙ pro restitutione Dotium, Vigore instrumenti Dotalis, possit eligere de bonis mariti, sibi magis placibilibus, seu placentibus & ꝙ habeat bona mariti tacite pro dotibus hypotecata, non potest habere bona

bona feudalia hypotecata, Nec petere de eis sibi satisfieri, tanquam sibi magis placentibus secundum Spec. in tit. de pigno. §. primo vers. sed nunquid feudum, & facit textus in c. in generali, Si de feu. fue. contro. inter Domi. & agna. & in c. Imperialem in princ. de prohi. alie. feu. per fre. & ita transeunt Imol. Roma, & Allex. in l. si cõstante in principio super 3. questione Bar. .ff. Solu. matri. Sali. in l. fi. vbi etiam D. Ias. in 38. col. C. de iure emphi. & Bal. ac Moder. in autent. res quæ, C. commu. de leg. licet Bar. in d. l. si constante in d. 3. questione .ff. solu. matri. teneat quod possint capi feudalia pro restitutione Dotium, Cuius opinio ibi communiter reprobatur, quamuis aliqui Moderni nitantur eum saluare.

Minusq; posset hoc feudum peti, ex quo femina, in eo succedere non posset & est incapax, c. primo §. primo episcopum, vel Abba. c. primo .§. filia cum similibus de successio. feu. Laus Deo & Virgini Gloriosissimæ.

Albertus Brunus.

FINIS

49

Consil.
Feudalia
Bruni
Tom. 1. & 2

70


colorchecker CLASSIC
mm
calibrite